# PATROLOGIÆ

## CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA

## OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

*QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :*

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA ;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA ;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA ;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA ;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA ;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA ;

**INNUMERABILIBUS** INDICIBUS LOCUPLETATA ; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM AUTEM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR ; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM,

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

**Bibliothecæ cleri universæ,**

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

---

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA ; LATINA, JAM INTEGRE EXARATA, VIGINTI ET DUCENTIS VOLUMINIBUS CONSTAT, CENTUMQUE ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM CUM VERSIONE LATINA LATERALIS COMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM VERSIONEM LATINAM TANTUM EXHIBET IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR : UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM GRÆCAM VEL LATINAM COMPARET NECESSE ERIT ; SECUS ENIM, CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

---

*PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS III.*

---

S. DIONYSIUS AREOPAGITA.

---

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM
SEU PETIT-MONTROUGE.

1857

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

# ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ

ΤΟΥ ΑΡΕΙΟΠΑΓΙΤΟΥ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

—

# S. DIONYSII

AREOPAGITÆ

# OPERA OMNIA QUÆ EXSTANT,

*ET COMMENTARII QUIBUS ILLUSTRANTUR,*

STUDIO ET OPERA

**BALTHASARIS CORDERII,**

SOCIETATIS JESU DOCTORIS THEOLOGI.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

BIBLIOTHECÆ CLERI UNIVERSÆ

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS PRIOR.

In quo universus Sancti textus, et Georgii Pachymeræ Paraphrasis Græce et Latine, cum Adnotationibus Balthasaris Corderii in singula capita continentur.

VENEUNT DUO VOLUMINA 16 FRANCIS GALLICIS.

—

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM,
SEU PETIT-MONTROUGE.

—

1857

# ELENCHUS

## AUCTORUM ET OPERUM QUÆ IN HOCCE TOMO III CONTINENTUR.

### S. DIONYSIUS AREOPAGITA.


| | |
|---|---|
| De cœlesti hierarchia. | col. 119 |
| De ecclesiastica hierarchia. | 369 |
| De divinis nominibus. | 586 |
| De mystica theologia. | 997 |
| Epistolæ. | 1065 |
| Liturgia S. Dionysii. | 1125 |


Ex typis MIGNE, in Petit-Montrouge.

# PROLEGOMENA.

## DISSERTATIO

### DE OPERIBUS S. DIONYSII AREOPAGITÆ,

(D. Le Nourry, *Apparatus ad Bibl. max.* Parisiis, 1703, in-fol., p. 169.)

#### CAPUT PRIMUM.

*Analysis omnium S. Dionysii Operum.*

§ I. *Liber de cœlesti hierarchia.* — Primus liber Dionysii Areopagitæ nomine inscriptus, titulum *De cœlesti hierarchia* præfert, isque, sicut et alii subsequentes Timotheo sympresbytero nuncupatur. Ab ipso autem hujus libri exordio (cap. 1) auctor omnem lucem a Deo Patre ad nos derivari professus, ad suum de rebus cœlestibus, iisque difficillimis, sed quæ materialibus et corporeis adumbratæ erant, argumentum cum ex Scriptura sacra, tum ex Patribus, implorata prius Christi Domini ope, tractandum aggreditur. Quapropter (cap. 2) ille, facta operis sui distributione, primum aperit cur Scriptura divina angelos figuris adeo ignobilibus, atque ab eorum natura tam alienis, ubique nobis repræsentet. Tum (cap. 3) omnem universim hierarchiam definit dividitque; ac quis ejus finis et scopus, quæque sint ejus functiones et munia enucleate demonstrat. Hinc (cap. 4) ad ipsius angelicæ hierarchiæ explicationem transit, et ostendit Deum a nulla creatura excellentius participari quam ab angelis; qui quidem quia alios in divinitatis cognitionem adducunt, ideo illo angelorum nomine sunt donati. Atque hac data occasione, docet eorum ministerio non solum divinas in Veteri Testamento visiones exhibitas fuisse, sed Christi etiam Incarnationem in Novo Fœdere nobis annuntiatam. Exponit insuper (cap. 5) cur angelorum nomen, quod ultimo cœlestium spirituum ordini speciatim convenit, cæteris indiscriminatim ita tribuatur, ut ipsi tamen aliorum vicissim nomine nunquam appellentur. Ad angelorum divisionem inde (cap. 6) progreditur, atque ostendit eos in tres hierarchias, et singulas quasque hierarchias in tres ordines sic distribui; ut prima Seraphinorum (cap. 7), Cherubinorum, Thronorum; secunda vero Dominationum (cap. 8), Virtutum, Potestatum; tertia denique Principatuum (cap. 9), Archangelorum et Angelorum ordines complectatur. Deinde (cap. 10) quomodo quælibet hierarchia purgetur, illustretur, ac perficiatur, enucleat; planumque facit (cap. 11) cur omnes Angeli virtutum cœlestium nomine, quod secundo secundæ hierarchiæ ordini peculiare est, promiscue vocitentur. Nonnullas postea, quæ ad argumentum suum spectabant, difficultates enodat et solvit (cap. 12), nimirum cur episcopus dicatur angelus Domini omnipotentis, cur ex Seraphinorum ordine unus ad Isaiam missus fuerit, quantusque sit Angelorum numerus (cap. 13). Denique (cap. 14) corporeis imaginibus, quibus angeli in Scriptura figurantur, singillatim explicatis, librum absolvit.

§ II. *Liber de ecclesiastica hierarchia.* — In illo priore libro alterius, quem *De ecclesiastica hierarchia* inscriptum voluit, fundamenta quidem jecerat; sed ipse nisi Timothei precibus victus, manum ei se non admovisse testificatur. Huic autem Timotheo, ne mysteria nostra non initiatis aperiat, cum a libri sui principio sedulo præcepisset (cap. 1), ostendit quo ex fonte hierarchia ecclesiastica illustrationes suas hauriat, in quo cum cœlesti conveniat, vel ab ea discrepet, quæ sit ejus definitio, principium et finis, ac tandem cur illa symbolis figurisque corporeis velata nobis tradatur. Post hæc ad singula quæ ad eam spectant, propius accedens, de sacramentis baptismi (cap. 2) et Eucharistiæ (cap. 3), de sacri unguenti seu chrismatis, τοῦ μύρου, consecratione (cap. 4), de ordinatione sacrorum Ecclesiæ ministrorum (cap. 5), episcopi scilicet, presbyteri et diaconi, ac de solemni monachorum professione (cap. 6) articulatim disputat. His accuratam subjungit cæremoniarum, quibus mortuorum corpora sepeliebantur, descriptionem expositionemque; et subinde de infantium baptismate disserit. Tum denique Timotheum, si quas clariores horum mysteriorum cognitiones habeat, vel habere possit, ut eas secum benevole communicet, obtestatur atque obsecrat.

§ III. *Liber de divinis nominibus.* — In tertio libro, quem auctor noster post editum *Hypotyposeon theologicarum* volumen se conscripsisse asserit, *de nominibus divinis* disputat (cap. 1). Ille autem ex Scripturis sacris, ubi omnia Dei, qui ἀνώνυμος et πολυώνυμος est, nomina exhibentur, argumentum suum tractaturum se esse profitetur. Et quidem duplicis generis esse dicit (cap. 2) ea Dei nomina: alia, uti vocant, absoluta et essentialia, quæ naturæ

divinæ tribusque sanctissimæ Trinitatis personis absque divisione ulla conveniunt ; alia, uti loquuntur, relativa, quæ unicuique personæ singillatim ita competunt, ut alteri non possint attribui. Ad ea porro explicanda Hierothei cujusdam magistri sui libro utitur, ibique (cap. 3) cur post eximium illum virum, quem maximis laudibus exornat, et quocum dormitioni Dei Genitricis se interfuisse dicit, ad conficiendam lucubrationem suam animum appulerit, paucis ille declarat. Post hæc (cap. 4) singula Dei nomina edisserit, atque a boni et bonitatis, pulchri et pulchritudinis, amoris, dilectionis, amabilis dilectique expositione orditur. Hinc autem arrepta occasione, quasdam de natura et origine mali quæstiones enucleat, et quomodo in angelos cadere potuerit, luculenter aperit. Prosequitur deinde (cap. 5) inchoatam nominum Dei explanationem, et nomen entis, quod Deo ita tribuitur, ut cæterorum omnium ipsum sit principium et causa, ad eum tractat modum (cap. 6), ut, quomodo *in Deo rerum omnium exemplaria præexstiterint*, ibi quoque patefaciat. Explicat præterea quomodo Deus vita sit, a quo suam cætera viventia accipiunt : quomodo (cap. 7) sit sapientia ipsa, *omnis mentis, rationis, sapientiæ, intelligentiæ causa* ; quomodo (cap. 8) omnia cognoscat, et a creaturis cognoscatur : quomodo Verbum, Λόγος, sit veritas, ac fidei nostræ fundamentum : quomodo ex infinita ejus potentia aliæ omnes deriventur ; atque (cap. 9) ejus justitia omnium norma sit, salus et redemptio. Ad hæc vero (cap. 10) cur *Deus magnus et parvus, idem et aliud, similis et dissimilis* dicatur : quæ sit ejus quies, sedes et motus, cur nominetur æqualis, omnitenens, παντοκράτωρ, *antiquus dierum, antiquus et novus* ; ibique *temporis et æternitatis* naturam explanare contendit. Postea (cap. 11) de pace Dei, qui omnis pacis auctor est, disserit, eamque ab omnibus desiderari demonstrat. Dehinc (cap. 12) ad ea respondet quæ Timotheus data ad eum epistola poposcerat, quid sit *per se esse, per se vita, per se sapientia*. Tum subinde ad divinorum nominum explanationem reversus, perspicuum facit (cap. 13) cur Deus vocetur *Sanctus sanctorum, Rex regum, Dominus dominantium, Deus deorum*. His ita explicatis, monet se divina nomina pro suis viribus, non pro eorum dignitate sic explicuisse, ut, si quid recte a se dictum fuerit, id totum in Deum ipsum refundi debeat ; si quid vero minus recti et perfecti, illud Timothei peritia velit esse correctum. Spondet denique se *de symbolica theologia* post hæc esse scripturum, atque ita libro suo finem imponit.

§ IV. *Liber de mystica theologia.* — Quartum librum, *De mystica theologia* titulo inscriptum, auctor noster ab sanctissimæ Trinitatis invocatione inchoat (cap. 1), Timotheumque commonefacit mystica cum viris paganis non esse communicanda. Ipsi subinde significat, ut ad Dei, qui infinite supra nos elatus, immensa caligine absconditur, ac negationibus magis quam affirmationibus cognosci potest, mysticam contemplationem perveniat (cap. 2), super res omnes sensibiles et intellectuales esse assurgendum (cap. 3). Manifestum deinde facit quæ essent illæ negationes, seu perfectiones Dei negativæ, easque rerum cum corporearum et sensibilium, tum spiritualium et intellectualium (cap. 4), quæ in Deo esse nequeunt, nuda et simplici enarratione explicat.

§ V. *Epistolæ.* — Decem quoque epistolæ Dionysii Areopagitæ nomen præferentes, his quatuor auctoris nostri libris subnectuntur. Harum quatuor priores, *ad Caium θεραπεύτην* datæ, brevissimæ sunt, eæque epistolarum potius fragmenta, quam epistolæ integræ videntur. In earum prima perfectissimam Dei cognitionem, quæ a nobis accipi possit, eam auctor esse dicit, quæ ex attributis ejus negativis *per excessum*, et non privative habetur. In secunda exponit *quomodo qui est super omnia, sit supra principium divinitatis et bonitatis.* In tertia vero quod Malachias propheta de Christo prænuntiaverat : *Repente veniet ad templum sanctum suum*, hoc brevi explicatione interpretatur. Demum in quarta Christum Deum fuisse et hominem, et θεανδρικὴν operationem exhibuisse demonstrat.

Quinta epistola eodem ac præcedentes stylo exarata, *ad Dorotheum Λειτουργὸν* directa est. In ea autem quæ sit *caligo divina* auctor aperit, planumque facit tunc Deum vere cognosci, cum ille super omnem scientiam et cognitionem esse cognoscitur.

*Ad Sosipatrum presbyterum* sexta missa est, illaque omnium licet brevissima, formam tamen habet epistolæ. Hac auctor noster Sosipatrum ut operam suam non tam in arguendis hæreticis quam in veritate stabilienda ponat, amice monet.

Septima ille Polycarpo episcopo, qui ipsum ab Apollophane sophista, quod opiniones gentilium confutando, eas sincere non proposuisset, palam incusari nuntiaverat, respondere videtur. Ait itaque se cum adversus gentiles disputaret, res prout se haberent, vere semper retulisse ; Polycarpumque rogat ut Apollophani significet eum ipsum esse, qui *divinis adversus divina abutitur.* Etenim non solum iis quæ Josuæ et Ezechiæ temporibus acciderant, insolitis cœlorum motibus, sed in primis stupenda, quam Heliopoli, dum Christus crucifigeretur, ille secum viderat, solis defectione, de ejusdem Christi divinitate fuerat convictus. Quod ipsi ut in memoriam revocet, atque ad amplexandam Christianam religionem adhortetur, obsecrat et præcipit.

*Demophilum monachum*, qui pœnitentem a sacerdote absolutum, ipsumque sacerdotem a quo fuerat absolutus, durius tractaverat, epistola octava corripit. Quamobrem clementiam mansuetudinemque commendat, ac variis Moysis, Davidis, Josephi, angelorum, et Christi Domini exemplis probat sacerdotes a monachis non esse arguendos,

atque ante ipsum qui id attentare ausus fuerit, inventum esse neminem. Denique peccatorem pœnitentem ab ipso non debuisse rejici mira sancti Carpi visione demonstrat.

Epistolæ nonæ *ad Titum episcopum* datæ initio quid figuræ symbolicæ et corporeæ, quæ Deo in Scriptura sacra tribuuntur, significent, auctor noster enucleat. Deinde ea quæ Titus postulaverat, explanare aggressus, ostendit quid sit *ebrietas*, *discubitus*, *somnus et evigilatio Dei*. Ex quibus facile colligas ibi nihil aliud quam priora capitis noni Malachiæ prophetæ verba explicari.

In epistola decima, *ad Joannem evangelistam*, in insula Pathmos exsulantem directa, auctor noster celerem illi ab exsilio in Asiam reditum, ibique se ejus præsentia fruiturum certo prænuntiat.

Adjecta est in nonnullis editionibus undecima auctoris nostri *ad Apollophanem philosophum* epistola : sed cum ea vix ab ullo genuina esse censeatur, de illius veritate, ne cum aliis quarum major est difficultas, confunderetur, in fine hujus Dissertationis disputabimus.

## CAPUT II.

*Exponitur status quæstionis, et qua methodo tractabitur.*

De his lucubrationibus si ex ipso earum testimonio feratur sententia, certum est illas non alium quam Dionysium Areopagitam, a Paulo apostolo ad Christianam fidem adductum, ejusque postea discipulum, habuisse auctorem. Verumenimvero quæ de solis, Christo moriente, eclipsi, de corpore Deiparæ Virginis post ejus mortem a se et ab apostolis viso, de Joannis evangelistæ ab exsilio regressu dicuntur, ea a Dionysio illo scriptas esse clamant et testificantur. Sed illud vocatur in controversiam num horum auctor scriptorum is vere sit Areopagita, quem se prodit : vel ementito tanti viri nomine scriptis suis auctoritatem voluerit attribuere. Hæc autem quæstio ob auctoris nomen, et summa quæ in his operibus tractantur argumenta, tanti ponderis et momenti visa est, ut vix alia fuerit, in qua examinanda critici majorem diligentiam adhibuisse videantur.

Porro autem duas illi scinduntur in partes. Alii siquidem scripta hæc omnia a Dionysio ipso, cujus nomine inscribuntur, profecta esse censent. Quæ quidem opinio ab eo tempore quo illæ in vulgus prodierunt, usque ad decimum sextum Ecclesiæ sæculum, paucis nequidquam reclamantibus, apud omnes fere invaluit. Alii e contrario eadem opera cum libros tum epistolas Dionysio Areopagitæ plane penitusque abjudicant, eaque adulterina et tanto viro supposita esse arbitrantur. Hanc vero opinionem cum Valla et Erasmus amplexati fuissent, acerrimos omnium sibi adversantium impetus exceperunt. Sed ii demum ita fracti sunt, ut pene omnes tam Catholici quam heterodoxi pedibus in eorum iverint sententiam, eamque plurimi variis lucubrationibus, in lucem editis, propugnandam susceperint. Contra tamen stant aliqui pro antiquiorum opinione, quam prolixis etiam Dissertationibus, in vulgus non ita pridem emissis, defendunt ac tuentur.

Hæc itaque quæstio cum pro officio nostro rursus ad examen revocanda sit, illam ita tractabimus, ut, omnibus utriusque partis rationibus æqua lance ponderatis, earum vim et robur, aut levitatem et vitia clare et perspicue, quantum per nos fieri poterit, patefaciamus. His autem ea omnia adjiciemus quæ ad eliciendam confirmandamque veritatem et vanas argutias depellendas magis conducere nobis videbuntur. Denique hanc quæstionem pro virili parte ea methodo enucleare satagemus, qua sincerus veritatis amator de his scriptis suum possit facilius et certius ferre judicium.

## CAPUT III.

*Utrum quidam scriptores ante Collationem Constantinopolitanam hæc opera Dionysio attribuerint ?*

Constat quidem omnia Auctoris nostri Opera post Collationem Constantinopoli anno 533 habitam Dionysio Areopagitæ uno fere omnium consensu fuisse adjudicata. Utrum autem eadem fuerit antiquiorum opinio, inter eruditos etiamnum disceptatur. Dionysiani enim testimonia Origenis [1], Athanasii, Clementis Alexandrini et Gregorii Nazianzeni [2], a quibus hæc scripta vel Dionysii nomine citata, vel indicata opinantur, proferunt in medium. Addunt Dionysium Alexandrinum, ut Anastasius Sinaita, sanctus Maximus et Nicetas Choniates testantur, in eadem Dionysii scripta, adnotationes et scholia edidisse.

Sed contendunt eorum adversarii neque Origenem, neque Athanasium, ut omnes facile concedunt, sed recentiores quosdam horum, quæ citantur, operum esse auctores. Quantum vero ad scholia, certum videri ea Dionysii Alexandrini non esse fetum. Eusebius etenim atque Hieronymus, qui Alexandrini hujus patriarchæ opera diligentissime recensuerunt, nullam omnino horum scholiorum fecerunt mentionem. Quid quod Anastasius ac post eum Maximus hunc Dionysium ex rhetorum numero episcopum factum fuisse aiunt [3] : *At magnus Dionysius* (verba sunt Anastasii) *ex rhetorum numero episcopus factus, in scholiis*, etc. Maximus vero ἀπὸ ῥητόρων, etc. Atqui Dionysius, antequam in episcopum Alexandrinum esset assumptus, non rhetoricam profitebatur, seu catecheses apud populum Christianum habebat. Quid ergo inde aliud colligas, quam hæc scholia conscripta fuisse a quodam rhetore, nomine Dionysio, quem Anastasius et Maximus patriarcham Alexandrinum esse falso arbitrati sunt. Neque vero in hoc tantum erravit Anastasius; nam ut cætera tacea

[1] Homil. 2, *De divers.* [2] *Quæst. ad Antioch.* [3] Tom. VI *Bibl. Patrum*, cap. 12.

mus, in eodem opere Augustinum pro Christo sanguinem suum fudisse affirmat : *Facessat*, inquit (cap. 1), *Augustinus, qui suo sanguine in scriptis, duas in Christo naturas consignavit.* Porro ea auctorum qui hactenus citati sunt, pro Dionysii Operibus testimonia, fidei sunt adeo sublestæ, ut doctiores scriptorum Areopagitæ defensores illa non tantum urgere, sed nec proponere æquum esse putaverint.

Nec majoris ponderis est aliud argumentum, inde ductum, quod Clemens Alexandrinus et in iis quæ de Deo per negationes cognoscendo tradit, et in eo quod homines vitæ gnosticæ deditos, iis qui anchoram navis, ut ad eam accedant, trahunt, comparavit, Dionysium nostrum sit imitatus. Contra enim nonnulli Areopagiticorum adversarii contendunt non Clementem ex vero Dionysio, sed pseudo-Dionysium a Clemente, qui illo antiquior erat, ea quæ referuntur suos adduxisse in usus. Alii vero putant fieri facile potuisse ut uterque, etsi alter alteri minime notus, illam anchoræ navis attractæ comparationem, quæ cuilibet obvia est, exhibuerit. Et re quidem ipsa ab utroque illa diverso plane instituitur modo, et rebus omnino diversis accommodatur. Quod vero de Deo per negationes cognoscendo traditur, id non minus vulgare est et tritum, ac proinde illud etiam potuit a duobus scriptoribus sibi invicem incognitis pariter æqualiterque doceri.

De Gregorio demum Nazianzeno, quem ex auctoris nostri Operibus aliquid deflorasse nonnulli arbitrantur, major procul dubio est difficultas. Quidam enimvero eadem Opera Dionysii Areopagitæ fetum esse negantes, fatentur ea a Gregorio Nazianzeno lecta fuisse et pervolutata, ac ipso esse antiquiora. Sed de his infra opportunior dabitur disserendi locus.

## CAPUT IV.

*Palmarium Areopagiticorum argumentum, ex constanti undecim sæculorum traditione depromptum, proponitur.*

Palmarium itaque præcipuumque Areopagiticorum momentum inde ducitur quod anno 533 in Collatione Constantinopolitana hæc auctoris nostri Opera ab Acephalis seu Severianis hæreticis adversus orthodoxos Dionysii Areopagitæ nomine primum citata, paulo post ab ipsis Catholicis pro vero et genuino ejusdem Dionysii fetu suscepta sunt, ac tandem a cæteris omnibus cujuslibet generis et eruditionis scriptoribus ad nostram fere usque ætatem ipsi vindicata. Longos autem horum scriptorum texunt catalogos; sed singulorum testimonia, tum quia prolixiora sunt, tum quia de eorum auctoritate lis nulla movetur, integra non citabimus, singulorum nomen et scripta appellare contenti.

Post Collationem itaque Constantinopolitanam circa sexti sæculi finem Leontius Byzantius, lib II, *contra Nestor. et Eutycket.*, et lib. *De sect.* hæc Opera Dionysio Areopagitæ attribuit. Ante eum vero Ephræm patriarcha Antiochenus.

Circa initia sæculi septimi eadem fuit Gregorii Magni sententia homil. 34 in Evangel. Lucæ. Eodem sæculo et Monothelitæ hæretici, et Catholici omnes sive in synodis Lateranensi et Constantinopolitana generali, sive in scriptis suis eadem Opera Dionysio Areopagitæ tribuunt et vindicant. Et quidem hæretici : Sergius epist. ad Cyrum patriarcham Alexandr.; Themistius epist. ad Marcellin. presbyt., et Steph. diac. Catholici vero : Sophronius patriarcha Hierosolym., epist. ad Serg.; Agatho papa, epist. ad Constant. Pogonat.; Maximus abbas et martyr, in scholiis. Item Adrianus I papa, epist. ad Carol. Magn. pro septima synodo. His adjungi potest Theodorus presbyter apud Photium in *Biblioth.*, cod. II. Quamvis enim incomperta sit illius ætas, antiquissimus tamen esse creditur.

Sæculo octavo, Joannes Damascenus lib. I *Orthoxæ fid.*, cap. 15, et lib. II, cap. 3; Michael Syngellus laudatus a Theodoro Studita lib. II, epist. 213; Anastas. Nissenus, *Quæst.* 32 et 52.

Sæculo nono, Nicolaus I sum. pontif. epist. ad Michael. imperat.; Photius patriarcha Constantinop. in *Bibl.*, cod. 231; Hilduinus abbas Sancti Dionysii in *Areopagit.*; Hincmarus archiep. Rem epist. ad Carol. Calv.; Anastasius Biblioth., epist. ad eumdem.

Sæculo decimo, Simeon Metaphrastes, orat. De dormit. Deiparæ. Huc quoque advocari forsitan possunt quidam incertæ ætatis scriptores : Elias Cretensis in orat. 2 sancti Gregorii Nazianz.; Antonius Melissa, lib I, serm. 19, et alii nonnulli.

Sæculo undecimo, Suidas in *Collectaneis.*

Sæculo duodecimo, Euthymius Zigabenus monachus Panopl., tit. II; Hugo a Sancto Victore, Petrus Lombardus in II *Sentent.*, et alii postea theologi scholastici.

Sæculo decimo tertio, Nicephorus Callistus, lib. II *Histor. eccles.*, cap. 20 et 22; D. Thomas Aquinas in II *Sentent.*, dist. 10, quæst. 1, art. 12; Georgius Pachymerius, scriptorum Dionysii paraphrastes.

Sæculo decimo quarto, Theodorus Prodromus.

Sæculo decimo quinto, Bessario cardinal., lib. I *Defens. Platon.*, cap. 3; Dionysius Carthusian. præfat. in Dionys. Areopag.

Sæculo decimo sexto, Facultas Theologiæ Parisiensis in comitiis Sorbonicis Lutherum et Erasmum, eadem scripta a Dionysio Areopagita profecta esse negantes, damnavit, alterum anno 1520, alterum anno 1527. Posterius decretum sæpius in Erasmi, qui eo percellitur, Operibus omnibus pervulgatum est, et cuilibet obvium. Prius vero, quo Lutherus proscribitur, hactenus ineditum, in Sorbonæ libris, ex quibus illud transcripsimus, his verbis concipitur : *Additur et hæc ex libro de Captivit. Babylon.* « *In Dionysio, qui scripsit de cœlesti hierarchia, nihil ferme est solidæ eruditionis : et*

*munia sunt illius meditata in præfato libro, ac somniis prope simillima. In Theologia autem mystica perniciosissimus est, platonizans, magis quam christianizans. In ecclesiastica vero hierarchia ludit allegoriis, quod est otiosorum hominum studium. » Hæc propositio est falsa, temerarie et arroganter asserta, ac viro sancto, insigni eruditione claro, injuria, quem Damascenus divinum Areopagitam, Pauli discipulum acerrimum, et Dei loquentissimum appellat.*

Atqui, inquiunt Areopagitici, verisimile nulli fiet tot tantosque ac tot per sæcula doctissimos homines, concilia, summos pontifices, scriptores eruditos, tam parum accurati fuisse criterii, et omni ecclesiasticæ historiæ scientia ita orbatos; ut de aliorum horum scriptorum quærendo auctore ne unquam quidem cogitaverint? Quis in eos tantam oscitantiam, supinitatem, cæcitatem cadere potuisse sibi unquam persuadeat? Tot ergo auctoribus sclentia, dignitate, auctoritate præstantissimis hanc tanti erroris notam inurere nefas esse nulli plane non videbitur.

## CAPUT V.

*Responsiones Antiareopagiticorum, et præcipua eorum adversus hanc traditionem argumenta discutiuntur.*

Qui hæc scripta germanum Dionysii Areopagitæ opus esse negant, aiunt ex hujuscemodi traditionibus ut aliquid certi concludi possit, constantes eas esse debere et omnino perpetuas. At hanc de scriptis illis, Dionysio Areopagitæ tribuendis traditionem nec constantem fuisse nec perpetuam, tribus potissimum argumentis demonstrari posse contendunt.

Primum est, quod hæc eadem scripta, quæ propter auctoris nomen, et res sacras, ac plane divinas, quæ in eis pertractantur, celeberrima esse debebant, et omnibus Christianis notissima, per tria tamen priora Ecclesiæ sæcula nulli omnino cognita fuerunt, sed altissimo prætermissa silentio, tenebrisque obruta densissimis.

Quid quod, ii qui per ea tempora de Dionysio Areopagita aliquid memoriæ mandarunt, vel qui accuratissimos scriptorum ecclesiasticorum ediderunt catalogos, puta Dionysius Corinthius, Eusebius, Hieronymus, nullam vel epistolarum vel librorum ejus mentionem unquam fecerunt.

Denique ii qui errores et hæreses his in scriptis explosas confutant, nimirum Irenæus, Tertullianus, Cyprianus, atque alii; vel qui in iisdem ac auctor noster argumentis sive fidei, sive disciplinæ ecclesiasticæ tractandis desudarunt, nullibi scripta ejus ad lites suas dirimendas, ad confutandas hæreses, ad veritatem astruendam efficacissima et plane necessaria, citasse unquam leguntur.

Secundum eorum momentum inde eruitur, quod iis etiam sæculis quibus opinio de his scriptis Dionysio adjudicandis invaluit, aliqui variis temporibus nec inerudili nec ignobiles exstiterunt viri, qui eam aut dubiam esse dixerunt, aut veram esse penitus inficiati sunt.

Tertium denique argumentum ex eo depromitur, quod re maturius discussa, et ad severioris criticæ normam diligentius examinata, opinio illa ab omnibus fere hujusce ætatis scriptoribus, si paucos tantum excipias, rejecta tandem et explosa fuerit.

Contra tamen Areopagitici nec recentiorum criticorum, nec aliorum quorumdam antiquiorum sententiam, tot scriptorum a se citatorum judicio præferendam esse clamant. Non diffitentur tamen nullam Operum Dionysii apud antiquissimos scriptores fieri mentionem : sed argumentum illud negativum esse dicunt, ac proinde ex illo nihil quidquam posse confici.

Verum instant adversarii, atque ex hac eorum confessione urgent illam tot scriptorum traditionem, quæ per tria priora Ecclesiæ sæcula penitus deficit, infirmam omnino esse, fractam et debilitatam. Cui vero, inquiunt, probabile fiet hæc tanti momenti tantique auctoris scripta ita fuisse deperdita, ut tam longo temporis spatio summa omnium oblivione sepelirentur? Enimvero hi libri ad Timotheum, quo eos cum aliis omnibus Christianæ fidei sacramento initiatis, communicaret, ab auctore missi sunt. Atqui si res ita se habeat, Timotheus procul dubio ut ii non solum fidelibus Christianis, sed etiam clericis, ac præcipue episcopis mitterentur traderenturque curare debuit. Hi vero præcipere debuerunt, ut juxta antiquum Ecclesiæ morem eosdem vel apud se, vel in sacris Ecclesiarum scriniis asservandi transcriberentur. Certum insuper videtur aliquod eorum exemplar a Dionysio ipso Ecclesiæ suæ Atheniensi fuisse relictum. Quis ergo inficiabitur eos statim ut Dionysius mortuus est, celeberrimos esse debuisse, et omnibus notissimos?

Sed hæc non morantur Pachymerem. Is quippe nullus dubitat hæc Opera cognita fuisse paganis et ab eis occultata, ut suo post hæc nomine illa publicarent, et eorum patres viderentur. *Sciendum est*, inquit [1], *aliquos externos philosophos, præsertim Proclum, contemplationibus beati Dionysii frequenter usum fuisse, atque adeo etiam meris ipsis dictionibus. Inde licet opinari veteres philosophos Athenienses ipsius opera vindicantes occultasse, ut ipsi divinorum ejus librorum patres viderentur.* Unde concludit eos per unius et alterius sæculi spatium facile abscondi potuisse et occultari.

At tametsi illud certum esset et verissimum, non inde tamen vis argumenti ullo plane modo minuitur. Quamvis enim et philosophi, atque etiam hæretici omnes, quod vix quidem est credibile, de occultandis Dionysii Operibus conjurassent, vel in eorum etiam conspirassent exstinctionem, in plura tamen eorum exemplaria, quæ penes Christianos,

[1] *Proœm. in Dionysii Opera.*

maxime vero episcopos, vel in quarumdam Ecclesiarum scriniis servari debebant, nec invadere potuerunt, nec ea illis eripere. Quid quod, cum illa scripta sæculo sexto producta sunt, omnes incredibili applausu ea exceperunt, plurimi magno quidem descripserunt labore, ac quidam etiam illa et notis illustrarunt et scholiis? Cur ergo Dionysii tempore eumdem applausum similemque admirationem non excitaverunt? Cur statim atque aspexerunt lucem, illico in tantas obscuritatis latebras fuerunt amandata?

Quidam Areopagitici aiunt illa quidem aliquandiu sparsa fuisse in vulgus, sed omnia eorum exemplaria ab Arianis, qui suos in iis errores damnari videbant, vel occultata, vel sublata e medio. At his pariter opponitur illa saltem exemplaria quæ apud orthodoxos et in eorum Ecclesiis servabantur, ab Arianis nec potuisse abscondi nec auferri. Et certe non minor erat Catholicorum, ad ea scripta, quibus orthodoxæ veritatis astruebantur, manifestanda ardor et studium, quam hæreticorum ad eadem abolenda sollicitudo et audacia. Adde, si velis, quod Ariani hujusce fraudis, vel ab iis qui eorum hæresim ejurabant, vel a quibusdam catholicis scriptoribus fuissent aliquando insimulati atque etiam convicti.

Quapropter alii Areopagitæ defensores has lucubrationes, utpote de rebus difficillimis et obscurissimis tractantes, ac elato turgidoque et obscuro exaratas stylo, a tam paucis fuisse pervolutatas affirmant, ut cito longam venerint in oblivionem. Sed illa responsio ipsis auctoris nostri verbis funditus everti arguitur. Ille namque aperte declarat se suum *De divinis nominibus* librum, in quo de rebus sublimioribus et difficilioribus disputat, stylo simpliciori clariorique conscripsisse ut ea Christianos minus perfectos doceret, quæ Timotheus perfectioribus, et iis qui sublimiora capiunt, tradiderat : *Quapropter*, inquit ille [a], *nos quoque seu perfectorum seniliumque sensuum magistrum, alterasque scripturas, quæ divinitus afflatorum scripta proxime assequuntur, iis qui sublimiora capiunt, illum assignamus : nos vero nostri similibus ad captum nostrum res divinas explanavimus... sermonum vero introductoriorum, seu inferioris notæ scientiam ac disciplinam initiantibus, atque initiatis convenire... ne pro modulo nostro illos, quibus sublimiora nobis contemplandi facultas deest, adminiculo destitutos pateremur, ad scribendum animum appulimus.* Longe ergo a scopo ille aberrasset, si cothurno tragico, ut opinantur Areopagitici, ampullisque et verbis ad pompam effictis turgidior ejus oratio, omnibus ita difficilis esset et obscura, ut a librorum ejus lectione fuissent quilibet deterriti.

Cæterum quantumvis elata et difficilis sit auctoris nostri oratio, cur ejus libri antiquioribus secundo et tertio sæculo Christianis, neque eodem ac aliis postea fuerunt in pretio, neque eadem cura perlecti et asservati? Nunquid his hominibus post tot annorum et plurium sæculorum spatium facti sunt clariores, majorisque ponderis et auctoritatis? Certe liber *De hierarchia ecclesiastica*, ubi disseritur de sacramentis eorumque cæremoniis, quæ quotidiano erant in usu, quæque omnibus sæpissime explicabantur, nulli obscurior esse debebat, poteratque ab omnibus haud difficulter intelligi. Debuit ergo antiquissimis Christianis charus esse, et eorum teri manibus; atque illius idcirco debuit saltem aliquando apud primos Ecclesiæ scriptores fieri mentio.

Hæc quidem cum ab æquioribus Areopagiticis negari non possint, alio responsionem suam derivant, aiuntque in veterum auctorum more non fuisse ut ad suorum dogmatum confirmationem aliorum testimonia adhiberent, *nisi id hæreticorum pertinacia ab ipsis extorqueret : imo adversus fidei hostes certamen ex solis divinarum litterarum testimoniis instruebant. Hinc... nec Athanasius ipse Patrum auctoritatibus ad Arianorum debellationem usus est*, etc.

Si res ita se habeat, urgent eorum adversarii, profecto Dionysius Areopagita Operum, quæ illi tribuuntur, auctor dici non potest. Ille siquidem non solum plura magistri sui fragmenta descripsit, sed aliorum etiam citat auctoritatem, sententias et verba, puta Ignatii, Justi, Bartholomæi, Clementis philosophi, nec non Carpi visionem. Quid plura? Aliorum etiam opiniones refert, ac eas quas veriores esse putat, ipse amplectitur.

Præterea autem, cur Irenæus, Tertullianus, aliique Patres variis Dionysii Areopagitæ, sicut et aliorum decessorum suorum testimoniis adversus sui temporis hæreticos non utuntur? Nunquid hæreticorum pervicacia hæc posteriorum testimonia magis quam Dionysiana ab ipsis extorquebat? Nunquid ad eos confutandos minus ponderis aut efficacitatis habebat Dionysii Areopagitæ quam aliorum auctoritas?

## CAPUT VI.

*Aliud Antiareopagiticorum argumentum, ex Eusebii et Hieronymi silentio petitum, examinatur.*

Sed age, atque Areopagiticorum adversarios contra propositam eorum traditionem acrius urgentes audiamus. Dicunt itaque scripta Dionysii, quamvis omnibus aliis scriptoribus fuissent incognita, non potuisse tamen summam Eusebii, qui tot bibliothecarum et Ecclesiarum, maximeque Atheniensis, ubi summa cura asservari debebant, scrinia perlustraverat, et qui in inquirendis antiquorum Operibus nulli pepercerat labori, diligentiam fugere. Atqui omnia auctoris nostri scripta Eusebio nota non fuisse inde patet, quod eorum nullibi unquam mentionem fecerit.

[a] *De divin. nomin.*, cap. 3, § 2.

Baronius, et scientia et purpura eminentissimus, aperte negat scripta Dionysii Eusebio fuisse penitus incomperta. Cur autem de iis Eusebius tacuerit, si ab eo quæsieris, respondet illum vafri versutique animi scriptorem, cum Arianam hæresim, cui favebat, his libris destrui videret, eos doloso fraudulentoque silentio prætermisisse. Verum hæc doctissimi viri responsio Haloixio, Areopagiticorum acerrimo defensori, ita displicuit, ut eam non sine fastidio his verbis explodat[a] : *Nam quod aliqui dicunt eum id fraude fecisse, convicium puto. Quid enim ibi tam clarum pro æterna Christi divinitate, quod non multo clarius in Scripturis sacris contentum sit..... nec beatum Irenæum Filii cum Patre æternam coexistentiam clarissime professum citaverunt.* Iis autem addi potest honorificam non solum Irenæi, sed etiam Clementis Alexandrini, aliorumque plurimorum, quos Arianæ hæresi plane contrarios esse suo loco ostendemus, apud Eusebium fieri mentionem.

Quapropter contendunt alii ex illo Eusebii de Dionysii Operibus silentio nihil certi colligi posse, quandoquidem ille plures alios scriptores, et scriptis et doctrina celeberrimos, atque in primis Athenagoram, qui eximiam Christianæ religionis *Apologiam*, et *De mortuorum resurrectione* librum ediderat, tacitus prætermisit. Quod si dixeris scripta Dionysii et auctoris nomine, et suo numero, ac ipsis quæ tractantur argumentis longe cæteris omnibus sæpius transcribi debuisse, variisque in locis multiplicari, responsum confestim accipies Athenagoræ libros, tametsi forsitan breviores, qui a Christianis tamen describerentur et multiplicarentur non minus dignos videri. Verum opponunt Antiareopagitici quædam in scriptis Dionysii occurrere, nimirum de sacris Scripturarum libris, de solis, moriente Christo, defectione, de obdormitione B. Mariæ Virginis, aliaque bene multa, quæ si in Eusebii notitiam venissent, ab eo nunquam prætermitti potuerunt.

Idem nonnulli ex Hieronymi, præsertim in libro *De scriptoribus ecclesiasticis*, silentio argumentum eliciunt. Inde enim concludunt Dionysii nostri lucubrationes ipsi incognitas fuisse, nec ante ejus tempora divulgatas. Quasi vero, inquiunt Areopagitici, alia non fuerit Hieronymiani silentii ratio? De iis enim tantum scriptoribus quos Eusebius commemoravit disputare constituerat. Sed id certis rationum firmamentis ab ipsis erat muniendum. Aliam quippe mentem sibi fuisse idem ipse Hieronymus aperte testatur[a*], dum ingens inter se et eos qui de scriptoribus profanis catalogos ediderunt, discrimen intercedere his verbis significat : *Illi veteres historias annalesque replicantes, posuerunt quasi de ingenti prato non parvam opusculi sui coronam texere. Ego quid acturus sum, qui nullum prævium sequens, pessimum, ut dicitur, magistrum me-*

A *metipsum habeo : quanquam Eusebius Pamphili in decem* ecclesiasticæ Historiæ *libris maximo nobis adjumento fuerit.* Ibi enim non obscure declarat se nullum prævium magistrum habuisse, atque Eusebium ipsi tantum maximo fuisse adjumento. Et re quidem vera, sanctus ille doctor quorumdam auctorum meminit quorum nulla exstat apud Eusebium commemoratio.

At validius forsitan telum inde contra quosdam Antiareopagiticos torquebitur, qui hæc Dionysii Opera ante Hieronymi ætatem edita esse confitentur : hinc quippe conficitur illa Hieronymo, quamvis de iis tacuerit, potuisse nota fieri. Verum illi hoc telo minime se feriri arbitrantur ; utpote qui paulo ante Hieronymi tempus ea in lucem prodiisse B asserant. Quapropter hæc, inquiunt, Dionysii Opera in Hieronymi notitiam non venerunt, atque illa in eorum numero sunt censenda de quibus hunc in modum disserit[b] : *Si qui autem de iis qui usque hodie scripti sunt, a me in hoc volumine prætermissi sunt, sibi magis quam mihi imputare debebunt. Neque enim celantes scripta sua, de his quæ non legi, nosse potui ; et quod aliis forsitan sit notum, mihi in hoc terrarum angulo fuerit ignotum. Certe cum scriptis suis claruerint, non magnopere nostri silentii dispendia suspirabunt.*

Contra vero Areopagitici suum in adversarios ita retorquebunt argumentum. Nunquid hæc eadem scripta, quæ, ipsis fatentibus, statim atque emissa sunt in lucem, omnibus notissima esse cœperunt, C soli Hieronymo incognita fuere ? Sed nequidquam clamant alii, id retorquetur. Certum quippe est, inquiunt, scripta Dionysii non ab omnibus eodem modo eodemque tempore fuisse agnita. Atque inde concludunt Hieronymo, in angulo terrarum suum cum exararet librum, delitescenti nihil quidquam de iis recentissime publicatis fuisse compertum.

## CAPUT VI.

### *De iis scriptoribus qui post publicata Opera Dionysii, ea dubia aut adulterina esse putaverunt.*

Aliud contra Areopagiticorum traditionem momentum est, quod illa tam alto tamque diuturno tot scriptorum de Dionysii scriptis silentio non so- D lum capite imminuta sit, verum inde etiam concutiatur quod ex tempore quo scripta illa pro Dionysianis haberi cœperunt, inventi sint identidem scriptores aliqui qui id præfracte negaverunt. Et illud quidem primum probari posse putant ex Hypatio, qui in Collatione Constantinopolitana Severianis Operum Dionysii auctoritatem objicientibus sic respondet : *Illa testimonia quæ vos Dionysii Areopagitæ esse dicitis, unde potestis ostendere vera esse, sicut suspicamini? si enim ejus erant, non potuissent latere beatum Cyrillum. Quid autem de beato Cyrillo dico? quando beatus Athanasius, si pro certo scisset ejus fuisse, ante omnia in Nicæno con-*

[a] Quæst. 3 *de Oper. S. Dionysii.* [a*] *De script. eccles.* Prolog. [b] Ibid.

*cilio de consubstantiali Trinitate eadem testimonia protulisset adversus Arii diversæ substantiæ blasphemias. Si autem nullus ex antiquis recordatus est ea, unde nunc potestis ostendere quia illius sint, nescio.* Ex his Hypatii verbis, Catholicorum nomine prolatis, duo colliguntur. Primum quidem nullam apud antiquos horum Operum factam mentionem. Atque ex illa sane Hipatii auctoritate priori argumento, ex silentio antiquiorum petito, non parum accedit roboris et firmamenti. Secundum vero, viros sexto sæculo peritissimos in ea fuisse opinione hæc Opera adulterina esse, et falso Dionysii Areopagitæ nomine inscripta.

Sæculo sequenti divus Maximus, acerrimus eorumdem Operum defensor, fatetur illa a quibusdam Apollinari, ab aliis Dionysio Alexandrino attribui.

Sæculo nono Theodorus presbyter, teste Photio [7], librum quo eadem Opera genuinum Dionysii fetum esse probaret, conscripsit. Sed cur, amabo, ad ea Dionysio asserenda stylum convertit, nisi quia de illis inter eruditos quæstio erat et controversia? quid vero quod Photius ipse ex hoc libro quatuor tantum descripsit argumenta, quibus potissimum illa Opera Dionysio supposita esse demonstrabantur? Inde enim quidam inferunt Photium ipsum eidem sententiæ subscripsisse. Et certe Possevinus [8], iste Areopagiticorum assertor, de ea Photii opinione sic pronuntiat : *Opera B. Dionysii ut pseudepigrapha videntur ab eo notari.*

Denique sæculo decimo quinto et sequentibus, ubi hæc quæstio diligentius agitari cœpit, critici doctiores, paucissimis tantum exceptis, omnia hæc Opera Dionysio Areopagitæ plane penitusque abjudicarunt.

His omnibus reclamant Areopagitici, aiuntque Opera Dionysii in Collatione Constantinopolitana fuisse primum quidem repudiata; sed ubi Patres rem examinarunt maturius, illa eadem tanquam vera et germana tanti viri scripta ambabus ulnis amplexati sunt. Quod ad cæteros attinet, ii certe, inquiunt, paucissimi per tot sæculorum intervalla occurrunt; nec illi procul dubio cum tot conciliorum et Sorbonæ decretis, summis pontificibus, Patribus aliisque scriptoribus, qui hæc scripta Dionysio adjudicant vel numero, vel eruditione, vel auctoritate comparandi, multo minus anteponendi videntur. Quod si et summos pontifices, et Ecclesiæ Patres, aliosque omnes et cæcitatis et erroris arguere audeas, nonne præstat cum tot tantisque viris in errorem, si ita loqui fas est, induci, quam quorumdam criticorum, forsitan audaciorum, opinionem illorum præferre judicio?

Instant tamen adversæ partis sectatores omnem hujus responsionis, quantumlibet ponderis habere videatur, vim roburque duplici ex causa omnino frangi et debilitari. Primo quidem quia objecta auctorum traditio nec perpetua est, nec constans; quippe quæ, uti probavimus, per priora post Dionysii ætatem sæcula, quod primum præcipuumque requiritur, omnino deficiat. Secundo, neque concilia neque summi pontifices, lata aliquando lege, hæc Opera germanum Dionysii Areopagitæ opus esse sanciverunt, sed illa eo duntaxat nomine, quo inscripta erant, laudasse perhibentur. Nulla ergo temeritatis nota iis inurenda esse videtur, qui, omnibus utriusque partis rationibus æqua lance ponderatis, opinioni illi quam probabiliorem judicant, adhærendum esse censuerint.

Porro ad decreta Sorbonica, a nobis jam citata, quod spectat, negari quidem non potest posteriore adversus Erasmum edicto illum aliosque perstringi, qui, spreta clarorum virorum, id est antiquorum Ecclesiæ Patrum, auctoritate, omnia Dionysii nostri Opera temerario sane et imprudenti novitatum studio Areopagitæ plane penitusque abjudicabant. At priore contra Lutherum decreto, is ea potissimum de causa, et meritissimo quidem jure condemnatur, quod, impietate impudentiaque intolerabili, non solum usurpatam ab auctore nostro ex sui temporis ingenio et more scribendi methodum, sed traditam quoque ab ipso orthodoxæ fidei doctrinam vir audacissimus conculcare et pessumdare ausus sit. Hæc ergo Sorbonæ decreta, inquiunt Antiareopagitici, nullam censoriæ severitatis notam iis inurunt, qui, salvo semper debito Patribus honore et reverentia, nec temere, sed ratione et judicio, nec ullo novitatis studio, sed sincero veritatis amore, ab antiqua plurium, sed non omnium opinione recedunt.

## CAPUT VIII.

*Argumenta ex ipsis auctoris Operibus desumpta expenduntur; ac primum argumenta Areopagiticorum.*

Excussum est hactenus primum argumenti genus, quo Dionysii Opera ipsi aliorum auctoritate vel asseruntur, vel abjudicantur; nunc ad secundum, quod ex ipsismet illius Operibus petitur, examinandum accedamus. Illud autem utriusque partis fautores pro sua quique opinione militare arbitrantur. Et primo quidem, si Areopagiticis credas, materia Operum, stylus, locutio, ac denique scriptionis tempus, non alium eorum quam Dionysium Areopagitam parentem esse produnt. Materies namque seu argumentum lucubrationum Deus est, Trinitas, angeli, Ecclesia, Ecclesiæ ministri, sacramenta : quæ subtilem philosophum, magnumque theologum in sublimissimo argumento versantem arguunt et indicant. Stylus autem et locutio viri est in rebus divinis et sacris meditandis exercitati, qui voces novas ac singulares ad rerum, cæteroqui inexplicabilium, adumbrationem fingere et componere coactus est. Tempus denique scriptionis auctorem apostolis ipsis eorumque discipulis coævum

[7] *Bibl.* cod. 1. [8] *Apparat. sacer*, verbo *Photius*.

aperte demonstrat. Etenim ille se solis, Christo patiente, defectionem vidisse, ac postea Pauli et Hierothei disciplinæ traditum, deinde cum apostolis sacræ Virginis Mariæ exsequiis et funeri interfuisse, ac tandem ad Joannem apostolum in insula Pathmos exsulantem litteras dedisse profitetur. Atqui hæc omnia neque Dionysio Corinthio, neque Dionysio Alexandrino, neque ulli alii Dionysio, nisi Areopagitæ conveniunt. Ille ergo solus horum Operum, quæ nomen ejus in manuscriptis omnibus cum Græcis, tum Latinis præfixum semper habuerunt, parens et auctor dicendus est. Et certe nefas esse videtur istum auctorem in fœdissimi mendacii, fallaciæ et sacrilegæ simulationis suspicionem vocare, quando quidem scripta ejus non solum ubique sanctitatem spirant, sed ea etiam cum in monasterium et urbem ejus nomine prope Parisios dicta, asportarentur, variis infirmitatibus in tanti viri honorem applicata, multis divinitus honestata sunt miraculis.

Qui vero ex adversa stant parte, hi respondent materiam operis ab alio æque ac Dionysio Areopagita tractari potuisse, stylum autem et locutionem Dionysii Areopagitæ his in scriptis deprehendi plane penitusque inficiantur. Fatentur quidem auctorem nonnulla iis inseruisse quibus se apostolorum temporibus vixisse, et Pauli discipulum fuisse incautis simplicioribus persuaderet; sed contendunt plura in iisdem Operibus imprudenter ab eo adjecta, quibus ea longe post apostolorum et Dionysii Areopagitæ ætatem prodiisse invicte demonstratur. Utrum autem id, uti opinantur, certis rationum momentis probare possint, a nobis est accurate ponderandum.

## CAPUT IX.

*Argumenta Antiareopagiticorum examinantur; et primum quidem, inde ductum quod libri Timotheo inscribantur.*

Primum Antiareopagiticorum momentum, ex ipsa librorum, qui Timotheo nuncupantur, inscriptione ducitur. Auctor enim noster in libro *De divinis nominibus* epistolam Ignatii Antiocheni episcopi, uti infra dicetur, et laudavit, et ipsissima illius verba retulit. Ergo, inquiunt, hic liber Timotheo, qui dum ea Ignatii epistola data est, jam mortem obierat, non potuit inscribi.

Hic non minimæ difficultatis nodus Areopagiticos plurimum torsit, atque ut ab eo se expediant, varias se vertunt in partes. Nonnulli enim cum Baronio opinati sunt hunc Timotheum non eum esse qui Pauli discipulus fuit, sed alium quemdam juniorem, Pudentis senatoris filium, cujus nomen in Romanum Martyrologium, et in SS. Perpetuæ et Felicitatis Acta refertur. Alii e contrario Timotheum illum verum Pauli discipulum fuisse asserunt, et Baronii opinionem his impugnant rationibus.

1. Omnes ante Baronium scriptores, cum Græci tum Latini, in ea fuerunt sententia. 2. Auctor noster tradit Timotheum episcopali dignitate inauguratum, atque ab eo Opera sua vult examinari et castigari. 3. Idem ipse auctor in epistola ad Titum, quem Baronius aliique Areopagitici discipulum et comitem Pauli fuisse concedunt, ejusdem Timothei meminit. 4. In omnibus manuscriptis codicibus Timotheus ille Ephesinum episcopatum, cui discipulus Pauli præfuit, tenuisse memoratur. 5. Denique auctor noster, uti diximus, se apostolorum ejusdemque proinde Timothei temporibus vixisse jactitat. His autem rationibus et illud quoque refellitur, quod post pseudo-Dextri Chronicon propugnat Bivarius, hunc Timotheum non alium esse quam Eugenium Toletanum, cui propter ingenii excellentiam nomen Timothei impositum est.

Sed horum vicissim Areopagiticorum momenta inde haud difficilius evertuntur, quod Evangelium et Apocalypsim Joannis apostoli, atque Ignatii epistolam, quæ post Timothei mortem edita sunt, in auctoris nostri scriptis, ut infra dicemus, clare nominatimque citentur. Enimvero sola Ignatianæ epistolæ verba, quæ ab eo vere transcripta, nec in textum ejus intrusa esse demonstrabimus, id aperte evincunt.

Addit Baronius quod Timotheus ille ab auctore nostro sæpe παῖς, *puer*, vocatur. At Timotheum, Pauli discipulum, a Dionysio Areopagita, eo nomine compellatum esse nulli verisimile videbitur: *Nam episcopus*, inquit Baronius [9], *coepiscopum nominare consuevisse fratrem, non filium, mille exemplis esset facile demonstrare.* Hujus argumenti difficultates ut solvant alii Areopagitici, varias congerunt responsiones. Et primo quidem dicunt Timotheum sic vocari, quia ille ad quem Paulus, Nerva imperante, hæc scripsit in verba: *Nemo adolescentiam tuam contemnat* [10], Dionysio Areopagita junior esse videtur. 2. Timotheus in philosophia et sæculari disciplina cujus rudior erat, atque etiam in sublimiore theologia Dionysium habebat pro magistro, et illum absens per litteras consulebat. 3. Cum Timotheus satis esset natura timidus et pusillanimis, non tantum doctore scientiæ, sed etiam virtutis et constantiæ indigebat magistro.

Verum quo unquam exemplo probabitur episcopum ab alio episcopo ideo puerum vocari, quod ille in philosophia et sæculari disciplina sit rudior. Deinde quo itidem argumento persuadebis Timotheum in iis scientiis fuisse Dionysio rudiorem, ac eum in sublimiore theologia habuisse pro magistro? Certe Dionysius illum tanta eruditione præditum agnovit, ut perfectiores ejus cognitiones secum communicari, et scripta sua ab eo emendari voluerit: *Illud quoque*, inquiebat Dionysius [11], *pontificiæ tuæ scientiæ commemorabimus.* Et alibi [12]:

[9] Ad annum 109, § 56. [10] 1 Tim. IV. [11] Lib. *De cœl. hierar.* cap. 9. [12] Lib. *De eccles. hierar.* cap. 7, § 11.

*Communica igitur et tu mihi perfectiorem illustrationem*, etc.; atque alio in libro [13]. *Erit humanitatis tuæ corrigere non sponte ignorantem, rationesque suggerere discere cupienti.*

Scimus quidem Dionysium a Timotheo de re quadam theologica fuisse aliquando interrogatum, ut hunc in modum ille testatus est [14]: *Sed quia alias me per epistolam interrogasti, quid appellem per se esse, per se vitam, per se sapientiam, et tecum ais dubitasse quomodo Deum aliquando voco per se vitam, aliquando vero effectorem vitæ.* At quis merito inde colligat Timotheum in philosophicis rebus Dionysio rudiorem, cum in theologicis habuisse pro magistro? Nunquid, quia Augustinus Hieronymum, atque alii episcopi alios episcopos de rebus theologicis, vel, si velis, philosophicis, consuluerunt, iis rudiores, eorumque discipulos, aut ab illis filiorum nomine vocatos fuisse dicendum est? Hæc certe nullus unquam dixit, sed nec somniavit unquam.

Quis autem sibi persuadeat Timotheum adeo natura fuisse timidum et pusillanimem, ut ille magistro virtutis et constantiæ indiguerit, quem Paulus laborum, itinerum, periculorum, suppliciorum comitem habuit, quem Paulus ad alios confirmandos misit: *Misimus*, inquit ipsemet Paulus, *Timotheum fratrem nostrum, et ministrum Dei in Evangelio Christi, ad confirmandos vos, et exhortandos pro fide vestra, ut nemo vestrum moveatur in tribulationibus* [15]. Siccine ergo ad alios *in tribulationibus confirmandos et exhortandos*, mittendus erat homo naturæ timidæ et pusillanimis?

Restat igitur ut Timotheus idcirco puer dicatur, quod Dionysio ætate fuerit junior. Et id quidem inde confirmari potest, quia Ambrosius, uti olim observabamus, Constantium episcopum filii nomine appellaverit [16]. *Commendo tibi, fili, Ecclesiam, quæ est ad Forum Cornelii.* Verum Timotheus ante Dionysii conversionem non solum Christianæ religioni nomen dederat, sed Pauli quoque et discipulus erat et comes. Deinde cum Dionysius scripta sua elucubraret, annum, ut diximus, nonagesimum, vel forsitan centesimum debuit attingere, nec Timotheus tunc octogenario minor erat. Fac tamen eum septuagenarium, vel etiam sexagenarium tantummodo fuisse, nunquid episcopus nonagenarius alium tam provectæ ætatis episcopum, qui jam ante eum Christianam religionem amplexatus, et deinde Pauli apostoli comes et discipulus fuerat, nomine filii appellasse credendus est? Neque ad id ullo modo facit Ambrosii exemplum, quandoquidem Constantius inter clericos Mediolanenses sub ejusdem Ambrosii magisterio educatus, cum ad eum scripsit idem Ambrosius, in episcopum recens assumptus fuerat.

Instant aliqui Christum discipulos suos vocasse pueros: *Pueri, nunquid pulmentarium habetis* [17]? Addunt Clementem Alexandrinum omnes universim Christianos eodem nomine nuncupasse; quoniam Christiani ob morum simplicitatem et suavitatem hoc se invicem puerorum nomine vocitabant. Sed id omnino leve est et infirmum. Nam episcopo fas non erat alium episcopum eodem modo quo Christus discipulos suos vocabat, alloqui et appellare. Clemens vero non idcirco Christianos pueros nominat, quod ii hac mutua appellatione sese invicem alloquerentur, sed quia ille libro suo *Pædagogi* titulum indiderat. Porro autem etsi Christiani sese invicem pueros vocarent, non ii tamen in scriptis suis aliquem provectæ ætatis hominem, scientia, dignitate, virtutibus celebrem, et episcopatu auctum, eo nomine appellasse ullibi leguntur.

## CAPUT X.

*Examinatur secundum argumentum, ex libris et scriptoribus sacris qui ab auctore nostro citantur desumptum.*

Jam vero si a librorum inscriptione ad eorum lectionem transeamus, occurrent passim libri et scriptores ab auctore nostro citati, qui cum Areopagitam non esse satis aperte demonstrare videantur. Ille enim eumdem, qui nunc ab omnibus recipitur, sacrum divinæ Scripturæ canonem exhibet et repræsentat. Atqui canon ille Scripturarum Dionysii tempore nondum erat perfectus et obsignatus. Apocalypsim namque, Epistolam Pauli ad Hebræos, secundam Joannis, et Judæ Epistolam, quas ille hunc refert in canonem, ab eodem plurimi excludebant. Deinde Joannes Apocalypsim suam, cum in insula Patmos exularet, id est circa annum Christi 94 vel 95, edidit, Evangelium vero post suum, ut plures arbitrantur, ab eodem exsilio reditum, hoc est non ante annum 98, publici fecit esse juris. His adde libros illos a Dionysio non ut novos recenterque editos citari. Unde concludunt eum vix ante annum Christi centesimum scriptis suis manum admovisse. At tum Dionysius ille annum ætatis suæ nonagesimum agebat, quippe qui Christo patiente, ut solis eclipsim observaret, annos quinque supra viginti explevisse credatur. Quis autem sibi facile persuadeat virum ab ineunte juventute eruditissimum, ad libros conscribendos tunc animum appulisse, cum ipse nonagenarius esset et senio confectus.

Sed his rationibus minime de sententia sua moventur Areopagitici. Non enim diffitentur diu quidem de librorum canonicorum numero fuisse disputatum, sed negari nequaquam posse aiunt quin, sicut nonnulli quosdam libros ex sacro canone rejiciebant, ita etiam quidam alii eos omnes qui in eumdem canonem nunc ascribuntur, pro canonicis habendos esse putaverint. Neque enim quoddam

[13] Lib. *De divin. nomin.*, cap. 13, § 4. [14] Lib. *De divin. nomin.*, cap. 11. [15] I Thessal. II, 3. [16] Amb. epist. 2, novæ edit. [17] Joan. XXI, 5.

aliquando tempus fuisse dici potest quo omnes cum Ecclesiæ, tum Christiani libros quosdam Scripturæ in sacro canone non censuerint esse numerandos. Quid ergo prohibet quominus Areopagita his præbuerit assensum, qui sacro canone eos omnes libros, qui nunc assignantur, contineri pro certo habebant?

Quod ad Joannis Evangelium pertinet, si plures e doctioribus criticis illud ab apostolo post reditum suum ab exsilio scriptum opinantur, non desunt etiam qui et illud antea exaratum esse asserant. Sed quovis tempore scriptum esse dicatur, nihil vetat, inquiunt Areopagitici, quominus illud ipsum, atque etiam ejusdem Joannis Apocalypsis citari potuerint a Dionysio, qui centenario major sub Trajani, vel, juxta alios, sub Adriani imperio vitam cum morte commutavit.

Fatendum quidem est quod si hoc Dionysianæ mortis tempus certis rationum momentis posset confirmari, omnis procul dubio solveretur hujusce difficultatis nodus. Sed contendunt Antiareopagitici Dionysium post Domitiani imperatoris tempora vitam non produxisse. Quod quidem ita certum esse volunt, ut non solum accuratioris criterii auctores, sed eorum etiam qui scripta Dionysio Areopagitæ vindicant, non pauci huic opinioni subscripserint. Cæterum cum tempus Dionysianæ mortis ea, quæ omnem tollat difficultatem, evidentia demonstrari nequeat, eo certe argumento non revincentur omnes Areopagiticorum animi.

Quapropter nec apud eos plus valebit et alia similis argumentatio, inde petita quod in librorum manuscriptorum omnium titulis auctor noster episcopus Atheniensis inscribatur. Neque enim ullus certa omnino ac plane evidenti probatione demonstravit quandiu Dionysius Atheniensem tenuerit episcopatum, aut quo tempore sive spontanea abdicatione sive morte sua illum tandem reliquerit. Incertum igitur Areopagiticis videbitur num Dionysius post editos a Joanne Apocalypsis et Evangelii libros Atheniensi episcopatui nuntium non remiserit. Hæc itaque probationum firmamenta apud eos tantum vim habebunt, qui, soli veritati litantes, illas Dionysianæ historiæ difficultates, sepositis partium studiis, enodare conabuntur.

## CAPUT XI.

*Tertium argumentum, ex citata sancti Ignatii, episcopi Antiocheni, auctoritate petitum.*

Gravius sane contra Areopagitæ defensores eruitur argumentum ex epistola Ignatii, episcopi Antiocheni, ad Romanos, quam auctor noster in hæc verba citasse perhibetur [18] : *Γράφει δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος·* « *Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται.* » *Scribit autem et divus Ignatius :* « *Amor meus crucifixus est.* » His autem verbis laudatur aliquid ab Ignatio non dictum, sed scriptum ; quod nullibi, nisi in ea quam citamus epistola invenire est. Atqui hæc epistola ab ipso, cum ad martyrium duceretur, anno Christi, ut supra ostendimus, 107 aut 108, fuit exarata. Porro autem ea neque tam cito in manus Dionysii venire potuit, neque ille eam ut novam, et a paucis cognitam, sed ut receptam ab omnibus citat, verbaque ejus transcribit. Hinc ergo concludas necesse est Dionysii librum *De divinis nominibus* non ante annum 110 emissum fuisse in lucem.

Respondent quidam Areopagitici Dionysium post Ignatii mortem vitam suam produxisse ; proindeque epistolas ejus ab illo potuisse laudari. Sed illi de soliditate hujus responsionis, quam cum ejusdem Dionysii in Gallias adventu conciliare non possunt, penitus diffidentes, ad aliam statim confugiunt, aiuntque Dionysium scripta sua in Græcia quidem edidisse, sed ea postmodum ab ipso in Galliis ita recognita atque retractata, utiis ex Joannis Evangelio et Apocalypsi atque ex Ignatii epistola plura testimonia addiderit. Verum id gratis omnino fingitur. Nam si opera Dionysii ab eo in Galliis fuissent recusa, ille procul dubio in populi sui aliorumque solatium curasset ea in Latinam linguam verti et publicari, atque plurimi eorumdem Operum inventi fuissent in iis regionibus et Latina et Græca manu exarati codices. Nulli tamen ibi unquam reperti sunt : sed priores ex Oriente asportati, Græce scripti erant ; nec Latinam eorum versionem, ea quæ a Joanne Scoto edita est, antiquiorem habemus. Deinde nullus unquam Opera sua recensuit, ac in eorum recognitione plura adjecit nova, quin de his lectores alicubi monuerit suos. Nullibi tamen apud auctorem nostrum exstant hujusce admonitionis vestigia vel notæ.

His igitur responsionibus ab aliis Areopagiticæ opinionis fautoribus vel spretis vel omissis, audacter affirmant citata Ignatianæ epistolæ verba ab aliquo insciente et rerum ignaro imprudenter et inepte in Dionysii intrusa textum. Et id quidem pluribus momentis demonstrari posse arbitrantur. Primum, quia nihil ad Dionysii argumentum faciebat præfata Ignatii auctoritas. Dionysius etenim ibi probat vocem Ἔρως, *amor*, apud sacros auctores in bonam partem accipi. Atqui eadem vox in hac ipsa Ignatii epistola pro concupiscentia amoreque terrestri usurpatur. Secundo, quia hac pericope et sententia Ignatii dempta, melius sibi cohæret Dionysii oratio. Tertio, testimonium illud Ignatii inter media sacræ Scripturæ testimonia absurde omnino collocatur. Certe prudentior Dionysius et post omnia divinæ Scripturæ testimonia, atque etiam post allatas a se ibidem Hierothei magistri sui auctoritates ei locum dedisset. Denique periodus quæ hanc Ignatii sententiam antecedit, falsitatem continet putidissimam, et auctore tam erudito prorsus indignam. Hæc autem periodus his verbis

[18] Lib. *De divin. nomin.*, cap. 4, § 12.

roncipitur : *Visum est quibusdam nostris sacrarum Scripturarum tractatoribus nomen* Ἔρωτος, *amoris, divinius esse, quam nomen* ἀγάπης, *dilectionis.* At hoc, inquiunt, falsissimum est. Nam si nomen *amoris*, Ἔρωτος, divinius esset quam nomen *dilectionis*, ἀγάπης, scriptores sacri eo procul dubio frequentius uterentur. Atqui vox Ἔρως in Novo Testamento, ubi vox ἀγάπη plus quam nonagies occurrit, nec semel quidem reperitur ; in Veteri autem creberrime legas vocem ἀγάπης, bis vero tantummodo vox Ἔρως, in Proverbiorum libris, ad amorem impurum et profanum significandum adhibetur [19] [20]. Unde concludunt et phrasim præfatam, atque ipsam Ignatii sententiam, in Dionysii libros fuisse a quodam malo feriato homine intrusas.

Sed hanc Areopagiticorum opinionem, ejusque firmamenta, inde convellunt adversarii, quod nullus unquam inventus sit codex manu exaratus in quo illa Ignatii verba in textu Dionysiano eadem manu ac cætera omnia descripta non reperire sit. Quid quod ? ab auctore prologi Homiliarum in Cantica, quem Areopagitici Origenem esse fatentur, hæc eadem verba pro vere Dionysianis, et eodem atque ab auctore nostro sensu citata legimus. Nihil ergo Origenes in iis invenit quod non esset veritati consonum, recto ordine digestum, et ad ea quæ Dionysius intendebat probanda aptum omnino et conveniens.

Porro autem ex hoc Origenis seu auctoris harum Homiliarum testimonio ruit primum Areopagiticorum momentum. Putavit enim ille, ac etiam alii post eum Areopagitici, nomen Ἔρως ab Ignatio in bonam partem accipi. Potuit ergo et auctor noster in eadem esse opinione, atque eo sensu, quem verum genuinumque esse putabat, hanc citare Ignatii sententiam. At, inquies, hoc falsum est omnino. Falsus est ergo, inquient, Origenes, falsi sunt et alii. Porro si in hoc eos errasse dixeris, quidni et errare potuit Dionysianorum auctor Operum ? Illos tamen non errasse hinc non absurde conjicias, quod nomen Ἔρως in iis quæ citantur Ignatii verbis, pro amore spirituali et divino possit usurpari, quamvis in subsequentibus, quæ inde auctor noster intulit, pro exstincto concupiscentiæ igne accipiatur.

Quod autem objicitur, hac periodo dempta, Dionysianam orationem melius sibi cohærere, leve omnino est nulliusque momenti. Idem quippe dici posset de aliis auctorum libris, in quibus plura ad aliquid probandum congeruntur testimonia antiquiorum. Uno enim et altero sublato, melius quoque scriptoris oratio sibi cohærere plerumque videbitur. Deinde si quoties deleta aliqua periodo oratio sibi melius cohærere censetur, toties eamdem periodum textui auctoris dixeris esse adjectam, tot in Ecclesiæ Patrum atque in primis auctoris nostri operibus, dici deberent assuta, iisque insita, ut hæc objecisse Areopagiticos aliquando pœniteret.

At, inquiunt, Dionysius non poterat testimonium Ignatii aliis sacræ Scripturæ testimoniis medium interjicere ; sed illud suo, id est ultimo, posuisset loco. Nec majoris ponderis est ista argumentatio. Quis enim scriptores his citandorum librorum legibus ita teneri credat, ut ab iis non liceat unquam transversum unguem discedere ? Hæc quippe ita si se haberent, quot, bone Deus ! occurrent testimonia veterum in variis posteriorum scriptorum libris ab inscientibus et ignaris imprudenter intrusa, et ex iis deinceps delenda ! Quot namque scriptores de ea, quæ nunc desideratur, citandi methodo ne cogitaverunt quidem ? Quot in eorum Operibus permista reperies Scripturæ Patrumque antiquiorum testimonia ?

Neque erat sane quod fastidiosius objicerent periodum, quæ huic Ignatii sententiæ præponitur, falsitatem continere putidissimam. Etenim eo quo enuntiatur modo, nihil in ea nisi verissimum deprehenditur. Hæc quippe ipsissima sunt, ut superius dictum est, auctoris nostri verba : *Visum est quibusdam nostris sacrarum Scripturarum tractatoribus nomen* amoris *divinius esse quam nomen* dilectionis. *Quibusdam* dixit, non omnibus. At *quibusdam* id ita visum fuisse tam constanter putabat, ut scriptores et scripta, ubi id traditum est, ille continuo indicaverit. Et certe qui hæc objiciunt, et ipsi fatentur illud nomen *amoris* in aliis quam iis qui ab auctore nostro citantur, inveniri Scripturæ sacræ libris.

## CAPUT XII.

*Quartum argumentum, ex aliorum operibus atque opinionibus ab auctore nostro citatis deductum.*

Neque porro sola ab auctore nostro citata Ignatii auctoritas, sed etiam Bartholomæi, Justi, et Hierothei, præceptoris sui, prolata ab illo testimonia, ipsum Dionysium Areopagitam non esse plane demonstrare Antiareopagiticis videntur. Verum enimvero ubinam gentium exstiterunt aliquando illa, quæ ille citat, tantorum virorum Opera ? Quis ea unquam præter hunc auctorem nostrum laudasse perhibetur ? Quomodo ea Eusebii, accuratissimi antiquissimorum scriptorum scrutatoris, aliorumque omnium diligentiam fugerunt ? Nunquid unius apostoli, et duorum apostolicorum hominum scripta, tam cito perierunt, ut nulla eorum nisi apud auctorem nostrum mentio habeatur ? Certe Hierothei, qui Dionysii Areopagitæ magister et Pauli apostoli discipulus fuisse dicitur, cujus pietas et doctrina summis extolluntur laudibus, tanti, inquiunt, viri opera omnia a Dionysio saltem et Timotheo publicari, et de eorum manibus in Christianorum omnium manus venire, ipsisque summo esse in pretio, ac in Ecclesiarum

[19] [20] Prov. VII, 18 et XXX, 16.

scriniis, et episcoporum bibliothecis asservari debebant. Cur ergo hujus summi viri, qui *μέγας ἥλιος* appellatur, Opera tantis tenebris tantaque oblivione obruta sunt, ut nullum eorum nisi in auctoris nostri scriptis vestigium supersit? Quid quod et ipsa Hierothei testimonia non alio quam auctoris nostri stylo exarata videntur? Idem enim in utrisque et ingenium et locutio, cæteraque omnia sibi plane similia legentibus prima fronte occurrunt. Ex quibus non temeraria prorsus conjectura capitur, libros Hierothei nunquam, nisi Dionysianis in lucubrationibus, editos in lucem.

Ad hæc vero, auctor noster non solum plura incognitorum hominum producit testimonia, sed varias etiam doctorum hominum opiniones ita refert, ut iis tantummodo quas vero propiores esse existimabat, se adhærere testetur. Ubi enim de Seraphim quod ad Isaiam missum est, disserit [21]: *Nonnulli*, inquit, *juxta assignatam de omnium intelligentiarum communione definitionem aiunt.... Alius item haud admodum incongruam mihi tradidit solutionem. Aiebat enim*, etc. Et de hymno qui in missa fidelium cantabatur [22]: *Hunc autem hymnum alii laudis canticum, alii religionis symbolum, alii denique, mea quidem sententia, hierarchicam Eucharistiam*, etc. Et de Seraphinorum alis [23]: *Senas alas, quas Eloquia commemorant, non existimo sacrum numerum denotare, ut quibusdam placuit, sed ipsas virtutes.* Denique, ut cætera taceamus, de electione sancti Matthiæ hæc habet: *Cum autem de divina illa sorte quæ divinitus super Matthiam cecidit, alii ab aliis meo quidem judicio non recte diversa senserint, meam ipse sententiam exponam.* At vero quis inducat sibi in animum apostolicis temporibus Christianos virosque apostolicos in tam varias hisce de rebus abiisse opiniones? Quis de eo, quo Matthias in proditoris Judæ locum assumptus est modo, divinaque ejus sorte et electione, tantum inter eos dissidium, tantamque fuisse discordiam crediderit? Nunquid apostolorum discipuli ab ipsis non didicerant quomodo ea electio facta fuerit? Fac autem de ea nihil ab eis acceperint, certe ii ab aliis apostolorum sociis, aut successoribus, qui adhuc in vivis erant, poterat eorum unusquisque de ea electione ita certior fieri ut nullus esset dissensionis disputationisque locus.

Areopagitici e contrario clamant ab ipso Ecclesiæ nascentis exordio, diabolicis artibus fuisse inter Christianos, ut testatur Paulus, hæreses et schismata, scissuras et dissensiones. Nihil ergo, inquiunt, mirum est si Dionysii tempore de sorte quæ cecidit super Matthiam, sit disputatum. De Hierothei vero aliorumque libris deperditis nihil est quod magis mireris, quandoquidem plurima apostolorum virorumque apostolicorum scripta ita perierunt, ut nullum eorum exstiterit vestigium. Sed his parum moti eorum adversarii, arguunt de rebus quidem quæ ad fidei doctrinam pertinent, fuisse semper in Ecclesia ab hæreticis agitatas quæstiones; at de rebus quæ inter apostolos publice rituque solemni peractæ sunt, quasque omnes ab eis eorumque sociis poterant facile edoceri, nullam de qua in scriptis disputaretur, nasci potuisse dissensionem. Porro Opera Hierothei, ac Bartholomæi, et Justi, non potuerunt tanta facilitate ad aliorum lucubrationes oblivione perpetua obrui. Constat quippe ea, si Dionysio credamus, in ejus ac Timothei manus venisse: nec dubium est quin illa cum plurimis, a quibus summa cura conservari debuerunt, censuerint esse communicanda.

## CAPUT XIII.

*Quintum argumentum, ex citatis ab auctore nostro traditionibus petitum.*

Aliud contra Dionysii Operum γνησιότητα argumentum suppeditant traditiones, quas ille ab antiquo tempore ad suam ætatem deductas esse testificatur. De baptizandorum enim infantium more hæc tradidit auctor noster [24]: *Hac de re id quoque dicimus, quod deiformes præceptores nostri ab antiqua traditione nobis transcripserunt.* Πρὸς τῆς ἀρχαίας μαθόντες παραδόσεως. At id certe a Dionysio Areopagita dici nequaquam potuit.

Enimvero quamvis mos ille ab apostolis derivetur, Dionysio tamen Areopagitæ ab antiqua traditione non transmissus est. Quos enim ille vir summus, a Paulo fidei Christianæ dogmatibus imbutus, præceptores habere potuit, qui illi morem baptizandi infantes ab antiqua traditione præscripserint?

Neque dixeris vocem ἀρχαίας non pro antiqua, sed prima traditione significanda usurpatam. Nullo quippe unquam exemplo vocem ἀρχαίας ad id quod, interposito nemine, ab aliquo acceptum est, significandum ullibi apud Græcos scriptores adhibitam fuisse probabitur. Quis ergo Dionysium Areopagitam hac voce contra receptam ab omnibus illius significationem usum esse, nulla ratione allata aliis facile persuadebit?

Sed age, et videamus utrum ea veriora sint quæ auctor noster de aliis dogmatibus sibi traditis, haud dubitanter affirmat [25]: *Maxime vero*, ita ille loquitur, *ista oracula dicimus quæ a sacris nostris initiatoribus, divino Spiritu afflatis, in Scripturis sacris librisque theologicis tradita nobis sunt, uti et illa quæ ab iisdem viris sanctis subtiliori, non omnino dissita ab ordine cœlesti, insinuatione de mente in mentem, mediante verbo corporeo quidem illo, simul tamen immateriato, sine scriptione institutores nostri sacra quadam traductione sunt edocti:* γραφῆς ἐκτὸς οἱ καθηγεμόνες ἡμῶν ἐμυήθησαν. Ibi

[21] *De cœlest. hierarch.*, cap. 13. [22] *De ecclesiast. hierarch.*, cap. 13. [23] *Ibid.* cap. 4. [24] Lib. *De eccles. hierarch.*, cap. 7, § 11. [25] *De hierarch. eccles.*, cap. 1, § 4.

plane et dilucide non scriptam commemorat traditionem, quam de mente in mentem ad se traductam esse asserit. Verum, amabo vos, poteratne Dionysius Areopagita, Pauli discipulus, verbis adeo expressis affirmare se institutores ac magistros habuisse qui hierarchiæ ecclesiasticæ ordinem ab aliis sine scriptione didicerint?

Neque vero, quod mirum est, ibi tantummodo, sed alibi non semel eodem traditionis argumento ad ea quæ dixerat confirmanda sponte sua utitur. Nam ubi de sanctissimo Trinitatis mysterio non minus enucleate et perspicue ac alii post Nicænam synodum Patres, disputat [26], *Hæc*, inquit, *aliaque quælibet deificat lumina, quæ Scripturis consona sancti nostri præceptores arcana nobis interpretatione tradiderunt, nosque hausimus* : Græce legitur, κρυφία παράδοσις, *secreta traditio*. Et paulo infra [27], *Theologicæ nostræ traditionis auctores... assignantque Scripturis sacris insistendo nonnulla dictæ unioni propria, vicissimque distinctioni.* Illi ergo auctores, vel, ut Græce scribitur, *θεολογικῆς παραδόσεως ἱερομύσται*, divina attributa, inquit ille, enodaverunt, *Scripturis sacris insistendo*, vel, ut prius dixerat, *Scripturis consona tradendo*. Illorum ergo ibi profert testimonia, qui post editos Novi Fœderis libros, ac in primis Apocalypsim et Evangelium Joannis, quæ ibidem ab eo laudantur, inde auctoritates ad theologicorum de divina Trinitate dogmatum expositionem afferebant. Qui ergo erant ii Dionysii Areopagitæ præceptores? Numquid Hierotheus? Sed is ab illo semper nominatim, *præceptor noster* appellatur. Si ergo illum his in locis laudat, et alios procul dubio eidem adjungit. At porro quicunque tandem fuerint Areopagitæ magistri, eos certe tantum citat qui post publicatos Apocalypsis et Evangelii Joannis libros ita scripserunt ut eos in omnium manus et cognitionem venisse omnino persuasum haberent. Rursus vero auctor noster illa præceptorum suorum Opera, non ut recens edita, sed omnibus plerumque cognita laudavit. Unde quivis facile intelligat omnes scriptoris nostri lucubrationes et serius quam creditur prodiisse, nec Dionysium Areopagitam potuisse eorum esse auctorem.

## CAPUT XIV.

*Sextum argumentum, ex iis quæ de sanctissimo Trinitatis mysterio personisque divinis auctor noster tradidit, desumptum.*

Illud autem probationibus jam adductis accedit firmamenti, quod non solum Hierotheus, ut diximus, de Trinitatis mysterio clarissime disserat, sed noster etiam Dionysius præceptorem suum præeuntem ita subsequatur ut uterque post ortam et damnatam Arianorum hæresim videatur disputare. Is enim non secus ac Hierotheus vocem *hypostasis* ad tres divinæ Trinitatis personas significandas sæpius usurpat [28]. Καὶ μὴν, inquit ille, ὅτι μονάς ἐστι καὶ ἑνὰς τρισυπόστατος. Et alibi [29] : ὡς τριάδα δὲ διὰ τὴν τρισυπόστατον. Ubi vero de personarum divinarum circuminsessione loquitur [30] : τῶν ἐναρχικῶν ὑποστάσεων, inquit. Atqui nullus ante Alexandrinam synodum, anno 362 coactam, ea voce, si Socrati fides habeatur [30*], ad id significandum usus est : *Cæterum episcopi*, Socratis verba sunt, *qui in Alexandrino concilio aderant, hanc præterea quæstionem diligenter examinarunt, de substantia scilicet et hypostasi... Quid autem nos de substantia et hypostasi didicerimus, nihil vetat quominus hæc breviter exponamus. Qui Græcam inter Græcos philosophiam tradiderunt, substantiam quidem plurimis modis definierunt, hypostaseos vero nullam prorsus mentionem fecere*, etc. Hieronymus vero de eadem voce, utrum usurpanda foret, sententiam Damasi papæ sciscitatus, ait [31] : *Tota sæcularium litterarum schola nihil aliud hypostasim, nisi usiam novit... Taceantur tres hypostases, si placet, et una teneatur.* Nondum ergo Hieronymi tempore ea vox recepto apud omnes in usu erat, nec inconsulto summo pontifice, ea sanctus doctor uti se posse arbitrabatur.

Sed insurgunt Areopagitici, magnisque animis adversariorum tela retundentes, certum esse dicunt Antenicænos Patres in asserenda, quæ de sanctissimæ Trinitatis mysterio ab orthodoxis traditur, doctrina tam constantes fuisse, ut eo tempore quo Arius hæresim suam disseminare cœpit, ille nova hactenusque inaudita dogmata spargere insimulatus, ab omnibus contra ejus impietatem sit reclamatum. Nulli præterea dubium esse posse inquiunt, quin apostoli adorandum illud mysterium Christianis, præsertim perfectioribus, non obscure, sed clare et perspicue exposuerint, eosque in hac tam difficilis mysterii doctrina adversus nascentes hæreses muniendo, nihil ipsis reliquerint obscuritatibus involutum. Quid ergo mirum si Dionysius, Pauli discipulus, et philosophiæ callentissimus, traditam ejusdem mysterii doctrinam, præ cæteris aliis scriptoribus, verbis explicuerit clarioribus magisque philosophicis?

Porro autem quamvis usus hujus verbi *hypostasis* ante Nicænam synodum non esset ita frequens ac promiscuus, constat tamen eam vocem ab aliquibus usurpatam fuisse. Etenim Dionysius Alexandrinus eam ipsam aliquando adhibuisse legitur [32]. Alexander vero, Alexandriæ episcopus, ad alium Alexandrum, Constantinopolis episcopum, scribens [33] : *Propriam*, inquit, *hypostasim declaravit, dicens* : « *In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum* [34], » etc. Denique his Pauli verbis χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ [35], personam Patris

[26] Lib. *De divin. nom*, cap. 1, § 4. [27] *Ibid.*, cap. 2. [28] *De cœlest. hierarch.*, cap. 5. [29] *De divin. nom.*, cap. 1. [30] *Ibid.*, cap. 2. [30*] Lib. III, *Histor.*, cap. 7. [31] Epist. 57, ad Damas. [32] In Resp. ad Propos. Pauli Samosat., tom. I Concil. [33] Theodoret. lib. I *Hist.*, cap. 4. [34] Joan. I. [35] Hebr. I, 3.

æterni designatam esse Basilius [36], et laudatus a Theophylacto Gregorius Nyssenus affirmant. Cæterum, quamvis concedatur nullum ante Dionysii tempora fuisse hujus verbi usum, fatendum tamen est inter Christianos exstitisse aliquem, a quo illud primum cœperit usurpari. Quid ergo prohibet quominus Dionysius, vir philosophicæ disciplinæ peritissimus, qui hujusce vocis, ab Aristotele alicubi traditæ, vim noverat, illa eodem ac ille philosophorum princeps, sensu et significatione primus inter Christianos usus esse dicatur?

Contra tamen urgent instantque adversæ partis fautores, quod quamvis Antenicæni Patres Christum Dominum verum Deum, Patris æterni Filium, ejusdem cum eo substantiæ, ipsique coæternum esse et crediderint et docuerint, ab eorum tamen nemine de personis divinis, illarumque attributis et relativis, ut loquuntur, et essentialibus tam clare et enucleate, atque ab auctore nostro disputatum unquam fuerit. Et sane, inquiunt, cur ii qui post Dionysium edendis lucubrationibus secundo et tertio Ecclesiæ sæculo operam dedere, non eosdem ac ille de divina Trinitate sermones habuerunt? Cur nullus aliquando illius aut præceptoris ejus Hierothei exemplum secutus est?

Quæ vero ad probandum vocis *ὑποστάσεως* usum adducuntur, ea nihil habere videntur soliditatis et firmamenti. Epistolam enim Dionysii Alexandrini ipsi suppositam adulterinamque esse critici doctiores facile agnoscunt. Altera vero alterius Dionysii epistola quo tempore scripta sit, nullus definire potest. Baronius quidem illam anno 328, quo Licinii mortem consignat, datam opinatur; sed ruinoso nititur fundamento. Nam Licinius non anno 328, sed 324, ut accuratioris criterii scriptoribus videtur, vitam finivit. Demus tamen Alexandrum eo quo vult Baronius tempore suam exarasse epistolam; quid inde? Nulli sane mirum esse debet vocem *hypostasis* ab homine Alexandrinæ synodi temporibus adeo vicino, fuisse usurpatam; sed illud sane mirabilius, quod nullus scriptor, ut Petavius ostendit [37], his tanti viri vestigiis, nisi post Alexandrinam synodum insistendum esse putaverit. Quod certe quam parum ea vox ineunte sæculo quarto, atque a fortiori sæculis superioribus, usitata esset, aperte demonstrat.

Nec plus roboris et virium illud habet, quod ea vox et in Epistola ad Hebræos occurrere, et a Basilio Gregorioque sensu Dionysiano explicari objicitur. Uterque enim Basilius et Gregorius post Nicænum concilium scripsere; atque hi eam vocem sensu temporibus suis usitato interpretati sunt. Nullus autem ante illud concilium eamdem Pauli vocem ita censuit esse explicandam. Et id quidem ita certum est, ut in Latina ejusdem Paulinæ epistolæ versione, vox Græca *ὑπόστασις* non per Latinam *hypostasis*, sed *figura substantiæ* reddita legatur.

Denique quod aiunt auctorem nostrum primum forsitan fuisse, a quo eadem vox sensu memorato accepta sit, gratis omnino fingitur. Noster quippe auctor, ut cuilibet citata loca percurrenti planissimum fiet, de ea sic disputat, ac si sensus quem illi tribuit, nulli omnino incognitus, receptus esset ab omnibus.

Neque ad rem facit laudata uno in loco Aristotelis auctoritas. Ea quippe apud primos Ecclesiæ Patres nullius erat momenti, quippe qui philosophiæ dogmata respuerent et aspernarentur. Porro autem si quid successu temporis ex illa hauserunt, Platonis potius quam Aristotelis placita et doctrinam sunt amplexati.

## CAPUT XV.

*Sextum argumentum, ex iis quæ auctor noster de monachis eorumque votis ac solemni professione memorat, elicitum.*

Illa vero auctorem nostrum post Dionysii Areopagitæ ætatem vixisse luculenter demonstrant, quæ ab eo hisce in lucubrationibus de monachorum professione et ordine proferuntur. Ibi enim ille non obscure docet hunc monachorum ordinem ante sua tempora fuisse institutum; traditque apertissime eorum professionem ac vota monastica solemnibus ac publicis, non secus ac sæculo quinto et sexto, cæremoniis fuisse emissa. At præterquam quod priorum Ecclesiæ sæculorum scriptores, atque ii etiam ipsi qui de singulis Christianorum ordinibus accuratius iisdem temporibus disseruerunt, nullam monastici ordinis monachorumve professionis fecere mentionem, certe quidam eruditissimi et antiquissimi rerum monasticarum indagatores earum originem ad Paulos, Antonios Pachomiosque referunt. His ergo auctor noster posterior esse debet, nec Dionysius Areopagita dici potest.

Areopagitici tamen hunc non exiguæ difficultatis nodum haud difficulter se solvere arbitrantur, duplicis monachorum generis distinctione. Aliud enim esse aiunt genus cœnobitarum et eremitarum, qui a plebe prorsus secreti, et a cæterorum hominum societate separati, in monasteriis et cœnobiis, vel in silvis et montibus vitam monasticam degebant. Hos fatentur longe post Dionysii ætatem, nec ante Pauli, Antonii et Pachomii tempora ortum habuisse. Aliud vero contendunt fuisse genus monachorum, qui pars populi præcipua, et illustrior gregis Christi portio, inter laicos ita computabantur, ut primus eis in synaxi post Ecclesiæ ministros assignatus esset locus. Illi porro privatim in suis urbium ædibus, vel simul in collegiis vitam puram et castam, atque a curis terrenis expeditam, unique Deo mancipatam agebant. Monachos autem istos temporibus apostolorum exstitisse dicunt, eosque esse asserunt, de quibus Philo Judæus illum instituit sermonem, qui ab Eusebio in *Historia* [38] sua transcriptus est.

Neque dixeris hos, quos Philo non monachos,

[36] Epist. 43, ad Gregor. Nyss. [37] *Theolog. Dogmat.*, cap. 1. [38] Lib. II, cap. 17.

sed therapeutas vocat, revera monachos non fuisse, sed Judaicæ, nequaquam vero Christianæ religioni addictos, atque Eusebium hac in re, ut eruditus ejus interpres Valesius observat, vano errore fuisse deceptum. Ab Areopagiticis enim audies nullas penitusque frivolas esse Valesii adversus auctorem suum probationes. Et certe, inquiunt, Eusebius, vir summæ eruditionis in dignoscenda therapeutarum religione, tam turpis hallucinationis non sine temeritatis nota potest insimulari. Addunt præterea Hieronymum huic Eusebii de Christiana therapeutarum religione opinioni hæc subscripsisse in verba [39]: *Philo, videns Alexandriæ primam Ecclesiam adhuc Judaizantem, quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conversatione scripsit.*

At sane Areopagitici therapeutas, si fieri possit, Christianæ religioni nomen dedisse invictis demonstrent argumentis, per nos licet. Sed illos vitam monasticam, qualis ab auctore nostro describitur, aliquando duxisse, nullo unquam, ut putatur, antiquitatis monimento probabunt. Missa etenim primum ea facimus quæ scriptor noster de Monachis suis tradidit, eos non in urbibus, sed extra urbes progressos, in hortis agellisque degisse, ac proinde Antonianis, quod alii negant, fuisse similes. Illud autem potissimum quærimus cur Eusebius qui tanto nisu therapeutas Philonianos Christianis annumerandos esse probare conatus est, eosdem nullibi dixerit monachos fuisse, vel successores habuisse, qui vestibus, tonsura, votis solemnibus, ac vivendi ratione ab omnibus Christianis secreti, perfectiorem vitæ monasticæ normam profitebantur. Cur Hieronymus, tantus monasticæ professionis prædicator, eosdem therapeutas in monachorum numerum non refert, illosque cum cæteris omnibus primæ Ecclesiæ Christianis permiscet et confundit? Nulla procul dubio alia ratio afferri poterit, quam nec therapeutas initio nascentis Ecclesiæ, nec ullos Christianos Dionysii tempore tales monachos fuisse, quales ab auctore nostro memorantur.

Atque illud quidem eo rursus confirmari potest, quod monasticum institutum non ferebant prima sævientium adversus Christianos persecutionum tempora. Quis enim sibi persuadeat tyrannos idolorumque cultores, qui summa crudelitate in Christianos omnes grassabantur, eos impune tulisse, qui in collegiis communiter degentes, tonsura et veste perfectiorique vivendi genere cæteris Christianis illustriores erant. *Sacerdos*, inquit auctor noster, *stat ad altare... Is autem qui consecratur, stat post sacerdotem.... supra illam mysticam invocationem prosequenti. Qua finita, sacerdos accedens rogat ipsum primum, an omnibus rebus dividuis renuntiet, non solum vitiis, sed etiam imaginationibus. Deinde exponit illi vitam perfectissimam, contestans illam debere mediam vivendi rationem superare. Quæ ubi omnia is qui initiatur, professus est, sacerdos eum signo crucis consignatum tondet... omnique veste detracta, eum alia induit.* Quis autem primis Ecclesiæ temporibus monachum aliquem veste et tonsura ab aliis Christianæ religionis hominibus discretum, in publico visum, aut a paganis captum, tortumque, aut necatum memoriæ aliquando mandavit? Ubinam, quæso, collegium aliquod, in quo monachi simul vitam degerent, a paganis aut imperatoribus prædatum aut eversum legitur? Si quid his non omnino absimile in quibusdam martyris alicujus Actis occurrere dixeris, arguetur continuo illa nec genuina esse nec sincera, nihilque de tempore quo martyr ille obierit, ab eorum scriptoribus certo definiri.

Tradit denique auctor noster nomen therapeutæ et monachi suo tempore tritum et vulgare fuisse atque a præceptoribus suis illud Christianis, ritum monasticum solemniter profitentibus, inditum: *Hinc sancti præceptores nostri*, inquit, *divinis eos appellationibus sunt prosecuti: alii quidem therapeutas, alii vero monachos appellaverunt:* οἱ μὲν θεραπευτάς, οἱ δὲ μοναχοὺς ὀνομάζοντες. Quinam, obsecro, esse poterant hi Dionysii præceptores, qui ea nomina *appellationesque divinas* illis imposuere? Non Philo quidem. Is enim, Judæus cum esset, a Dionysio Areopagita tanquam unus ex sanctis præceptoribus suis laudari non potuit. Quinam ergo ab eo præceptores appellantur? Num Hierotheus vel alii, quorum nomen excidit, evanuitque memoria? Sed hi suis temporibus celebres esse debuerunt, et omnibus facile noti. Cur ergo isti soli cum discipulo suo Dionysio Areopagita primo, secundo tertioque Ecclesiæ sæculo monachorum nomina, ordinem, statum, professionem, vota, tonsuram, vestem et collegia memoraverunt? Certe cum alii scriptores per tam longa trium sæculorum spatia horum omnium nequaquam meminerint, id sane argumento non levissimo est tempore Dionysii nullos exstitisse hujuscemodi monachos et therapeutas.

## CAPUT XVI.

*Argumentum septimum, ex cæremoniis ritibusque sacris, quos auctor noster recensuit, depromptum.*

Maxima cæremoniarum multitudo, solemnisque earum apparatus et pompa, quibus auctor noster sacramenta baptismatis, chrismationis et Eucharistiæ confici et administrari, missam liturgiamque celebrari, et mortuorum corpora sepeliri perhibet, eum Dionysio Areopagita posteriorem esse rursus produnt et demonstrant. Ille enimvero hos omnes ritus nec minori numero, nec minori solemnitate, quam cum Ecclesia pace placidissima fruebatur, suo, hoc est, ut ipse fingit, acerbissimo pene incredibilium vexationum tempore a Christianis adhiberi solere significat.

Non diffitentur quidem Areopagitici plurium

[39] *De script. eccles.*

cæremoniarum mentionem apud Dionysium haberi; sed contendunt eas apostolorum tempore paulatim institutas, et traditione apostolica ad alios ita derivatas, ut Dionysii ejusdem ætate, in eum quem ille describit, numerum haud difficulter crescere potuerint. Porro autem Christiani, uti illi autumant, iis ritibus tum utebantur, cum, persecutionum furore vel sopito vel mitigato, synaxes suas tutis in locis agere licebat. Quæ quidem ut probent, adducunt testimonia Tertulliani, qui baptisma non paucioribus quam auctor noster cæremoniis administratum asseverat. Basilius vero eas a tacita et occulta traditione ad suam usque ætatem deductas esse testatur. Nec aliter sane de his atque aliis liturgiæ ritibus sentiebat idem Tertullianus [40] : *Quas*, inquit, *sine ullius Scripturæ instrumento, solius traditionis titulo, exinde consuetudinis patrocinio vindicamus... Harum et aliarum ejusmodi disciplinarum si legem expostules, Scripturarum nullam invenies : traditio tibi prætenditur auctrix, consuetudo confirmatrix, et fides observatrix. Rationem traditioni, consuetudini, fidei patrocinaturam aut ipse perspicies, aut ab aliquo, qui perspexerit, disces.* Neque hic quosdam audiri volunt Antiareopagiticos, qui, nullis probationibus freti, quasdam cæremonias Dionysianis atque apostolicis temporibus in usu fuisse audacter inficiantur.

Verumtamen illud adversus Areopagiticos jure merito urgetur, quod sicut auctor noster nonnullos commemorat ritus, qui illa prima Ecclesiæ ætate revera vigebant, ita plures alios recenset, qui post Dionysianum ævum originem habuerunt. Quis enim verisimile esse putaverit Dionysii ævo catechumenos pœnitentesque publicos exstitisse, qui post sacrarum Scripturarum lectiones ejicerentur ex ecclesia? De his tamen sic scribit auctor noster [41] : *Porro catechumenos et energumenos, eosque qui pœnitentia ducuntur, sacrosanctæ hierarchiæ mos patitur audire sacram psalmodiam divinamque sacrarum Scripturarum recitationem : verum ad ea quæ deinceps sequuntur sacrificia spectaculaque nequaquam*, etc. Nec leviter prætereunda est vox Græca θεσμός quæ ibi legitur; idem quippe sonat ac *sanctio* aut *mos vetus*. Quænam autem, amabo te, sanctio, aut quis mos vetus poterat a Dionysio notari, quæ ab ipsis apostolis non sint profecta? At nullo sane antiquitatis aut sacræ Scripturæ monimento ostendes latam ab apostolis legem, vel morem ab eis inductum, quo catechumeni et publici pœnitentes priori missæ parti adessent, et post hæc missa fidelium interdicerentur. Enumera, si velis, quos apostoli eorumque successores viri apostolici catechumenos baptismate abluerint, quos absolverint publicos pœnitentes, nec ullum reperies quem his unquam legibus voluerint coerceri.

Evolve etiam, si vacat, omnes libros, nec ullibi quoque reperies tam frequentem fuisse his temporibus thuris usum, nec tot suffitiones quot ab auctore nostro his verbis referuntur : *Pontifex precem sacram ad altare Dei celebraturus, ab ejusdem suffitione initium faciens, universum circuit chori ambitum, donec rursum ad altare divinum rediens*, etc. Enimvero Athenagoras [42] et Tertullianus [43] Christianos neque thure neque suffitu Deo sacrificasse testantur. Censet quidem eminentissimus cardinalis Bona eos esse intelligendos de more thus adolendi eodem ritu, habitu et apparatu, quo agitur apud idola. Sed summi viri pace dicere liceat, illud accuratius observari debere, quod scribit Tertullianus, Christianos duabus de causis thus adolevisse, nimirum *Christianis sepeliendis, et cum odor alicujus loci offenderit*. Hac etenim duplici exceptione planum ille facit, vel alibi thus a Christianis non oblatum, vel saltem non toties adhibitum quoties ab auctore nostro narratur. Fac tamen ea omnia suffimenta tunc fuisse in usu. At nullus, opinor, in animum sibi facile induxerit, ea in tot ecclesiæ partibus quot auctor noster designat, fuisse adhibita. Nunquid enim primis sævientium tyrannorum temporibus Christianis erant ecclesiæ, quæ tot partibus, choro, narthece sacristiaque constarent?

Quid porro priori. Ecclesiæ sæculo minus auditum, quam hæc chrismatis consecrandi cæremonia? *Pontifex*, inquit auctor noster [44], *accepto unguento, ponit super altare duodecim sacris aliis obvelatum*. Quis ritum illum ab apostolis ordinatum, vel ab apostolicis viris observatum fuisse memoriæ unquam prodidit? Dicesne eum Atheniensi Ecclesiæ proprium fuisse et peculiarem? Sed cave ut salva sint Dionysii Areopagitæ scripta? Is enim primus Atheniensium episcopus fuit. Auctor autem noster de hoc ritu, non ut novo et recente, atque a se instituto, sed ab aliis ubique usitato loquitur. Hæc igitur illius scripta Dionysii, Areopagitæ fetus esse non possunt.

Addamus denique id a veri specie prorsus videri alienum, quod mortua Christianorum corpora iis omnibus, quas ille adhuc recenset [45], cæremoniis mandata sepulturæ fuerint. Eæ siquidem, cum Ecclesiis omnibus pax summa tranquillitasque data est, nec plures fuerunt, nec magis solemnes. At paganis omnibus intolerabilis prorsus fuisset tam magnifica funeris exsequiarumque Christianarum pompa, nec ullum Dionysii ævo Christianum tantis parentalibus justa suis solventem, ab ethnicis aliquando deprehensum fuisse perhibetur.

## CAPUT XVII.

*Argumentum octavum, ex auctoris stylo petitum.*

De auctoris nostri stylo nonnulla jam perstrinximus, ostendimusque Areopagiticos nihil in eo animadvertisse quod non sit vere Dionysianum, ac viro apostolico plane dignum omninoque conve-

[40] Lib. *De corona milit.*, cap. 3. [41] *De eccles. hierarch.*, cap. 3. [42] *Apolog. ad imperat.* [43] *Apolog.* cap. 30, et lib. *De corona*, cap. 10. [44] Lib. *De eccles. hierarch.*, cap. 3. [45] *Ibid.*, cap. 7.

nions. Scriptionis etenim illius genus stylusque non simplex quidem, sed elatus, et pro sublimitate argumenti sublimis, rerum omnium de quibus agitur dignitati majestatique pulchre respondet. Porro hæc styli sublimitas obscuritatem peperit. Illa tamen non ex Dionysii imperitia, sed ex eo potissimum orta est, quod ipse hoc scribendi genere difficili et obscuro, ut ait divus Thomas, sacra et divina religionis nostræ dogmata et mysteria paganis et infidelibus occultare voluerit.

Antiareopagitici vero censent nihil eodem auctoris nostri stylo excogitari posse Areopagitæ viroque apostolici orationi magis repugnans et contrarium. Tantæ nimirum molis est de unius ejusdemque scriptoris stylo certam ferre sententiam! Quantum autem hic Dionysianus scribendi modus ab apostolicæ orationis forma abhorreat, hi demonstrant ex mira illius luxurie, sæpius cothurnos et dithyrambos supergrediente. Nihil quippe auctori nostro satis magnificum, inflatum, turgidum, hyperbolicum. Superlativa ipsi non sufficiunt, sed ea tantum quantum potest et auget et intendit. Voces usitatas, sacro nascentis Ecclesiæ usu consecratas aspernatur, ac novas hactenusque inauditas, atque ad pompam effictas, in earum locum substituit. Horum autem omnium catalogum contexere operæ pretium non est, quandoquidem ea uno intuitu in Corderii Onomastico atque observationibus, Dionysianorum operum editioni adjectis, cuilibet cernere proclive est.

Neque dixeris argumentum in quo Dionysius versabatur, hanc ab eo exegisse sublimitatem, qua certe sublimiores et Deo digniores ideas ac cogitationes hominibus traderet inspiraretque. Primum enim id dici nequaquam potest de libro *De hierarchia ecclesiastica*, ubi ille disputat de sacramentis sacrisque ritibus quæ quotidiano usu frequentabantur, quæque simplici popularique methodo tardioribus Christianis æque ac peritioribus debebant explicari. Deinde consilium auctoris nostri, uti observavimus, erat his in libris clariori simpliciorique oratione ea Christianis minus perfectis exponere, quibus Hierotheus, præceptor ejus, sublimiori et obscuriori scribendi genere perfectos imbuerat. Debuit igitur ille stylo scribere populari et plano, verbisque uti receptis et communibus.

Dices Dionysio forsitan idem accidisse ac Tertulliano aliisque scriptoribus nonnullis, qui, acrioris ingenii igne abrepti, libros suos stylo exaraverunt singulari, verbisque usi sunt inusitatis ac plane insolentibus. Verum quantocunque igne incensum fuerit Dionysii Areopagitæ pectus, is sane tam immaniter a scopo non potuit aberrare ut in libris quos simplicioribus Christianis minusque perfectis scribebat, tantam orationis sublimitatem et grandiloquentiam ubique affectaret. Sed sic errare fallique solent male feriati homines, qui punienda temeritate libris suis eorum nomina inscribunt, quorum nec ingenium nec scribendi modos possunt unquam assequi. Quid quod neque Tertullianus, neque ullus unquam scriptor ea verba, quæ apostolorum Christianorumque omnium usu consecrata erant, missa fecerunt ut iis alia penitus incomperta ubique sufficerent? Auctor vero noster voces *episcopi*, *presbyteri* et *diaconi*, quasi obsoletas repudiat, eisque semper subrogat verba ἱεράρχαι, ἱερεῖς et λειτουργοί: sacros autem utriusque Fœderis libros citando voces *Scriptura*, aut *Scriptura sacra*, *evangelica*, *scriptores sacri*, vel scriptorum nomina respuit, ac pro eis substituit verba *theologiæ*, et *theologi*, vel *divina illustratio*, et *divino numine afflati*, aut *sacri initiatores*. Nihil ergo in auctoris nostri stylo, quod cum Tertulliani libris, multoque minus cum Apostoli Epistolis componi queat, occurrere videtur.

Neque tandem orationis illius obscuritas ideo excusanda est quod Dionysius Opera sua infidelibus et non initiatis occultanda esse censuerit. Nam cum Christianis, uti diximus, rudioribus minusque perfectis scripserit, ea procul dubio nec inani obscuraque grandiloquentia, nec vocibus insolitis, ac vano affectatæ pompæ studio fabricatis, sed summa perspicuitate, verbisque omnium usu receptis nullique incognitis conscribenda erant.

## CAPUT XVIII.

*De levioribus quorumdam Antiareopagiticorum argumentis, et postremis Areopagiticorum probationibus; an hic auctor mendacii accusandus, et scripta ejus sint miraculis cohonestata.*

Quædam alia argumenta ab aliquibus Antiareopagiticis heterodoxis afferuntur, quæ quia vel levissima sunt, vel veritati certæque orthodoxorum doctrinæ et traditioni palam refragantur, iis excutiendis et recensendis lubenter supersedemus. Quid enim, ut cætera taceamus, levius eo momento, quod plenis buccis concrepant, doctrinam de angelorum hierarchiis et ordinibus, quæ tam enucleate ab auctore nostro explicatur, Dionysii sæculo fuisse incompertam? Nihil quippe de his ille docuit, quod ex Scripturis sacris ac maxime Pauli Epistolis primitus non acceperit. Non imus quidem inficias illum pro ingenii sui viribus, ea quæ ex sacris fontibus hauserat, fusius enodasse, atque etiam amplificavisse. Sed nulli mirum videri debet hominem doctum et ingeniosum, multaque Platonicæ philosophiæ eruditione imbutum, de cœlestibus substantiis plura post divinas Scripturas retractasse, iisque nonnulla addidisse quæ ex sanioris philosophiæ placitis desumpta, sacris Christianæ fidei accommodaverit dogmatibus.

Reliqua ipsorum argumenta leviora sunt, multoque minoris ponderis. Nemini ergo negotium facessere possunt, ac ea pleraque omnia ex his, quæ in superioribus dissertationibus passim tradidimus, sponte sua ruunt, et funditus evertuntur. Sufficiet ergo validiora aliorum Antiareopagiticorum argumenta omnibus suis ponderibus ita examinasse, ut nihil eorum quæ ad ea confirmanda vel infir-

manda proferri posse credidimus, voluerimus esse prætermissum.

Sed prælium instaurant Areopagitici, ultimoque impetu in adversarios facto, urgent eos audacissimos esse, et prorsus temerarios, qui fraudis, falsitatis, putidissimique mendacii auctorem nostrum reum agant, cujus scripta meram ubique spirant pietatem, gravitatem, sanctimoniam. Et certe quis virum illum doctum tantisque ingenii dotibus præditum, eo cæcitatis et impudentiæ devenisse credat ut, falso Dionysii Areopagitæ assumpto nomine, tot tantisque rebus cum ejusdem Dionysii ætate, ingenio, moribus styloque pugnantibus scripta sua conspersérit.

At hæc omnia, clamant Antiareopagitici, victorum hominum vani cassique sunt impetus. Quis enim nesciat hujuscemodi scriptoribus moris esse scripta sua, quæ ab ipsis fallaci viri sanctissimi nomine inscribuntur, ea pietate, gravitate, et sanctimonia exornare, qua ab iisdem viris, quorum nomen mentiuntur, exornanda fore existimabant. Nec minus in eorum more positum, ut alii plura, alii pauciora, quæ ementiti auctoris sui ingenio et temporibus adversentur, scriptis suis inserérent. Sic nempe, Deo ita volente, nonnunquam obcæcati sunt, ut illius, quem fingunt, ingenium scribendique modum non assecuti, vel ea quæ illius ætate fieri deberent, ex sui temporis consuetudinibus ac disciplina metientes, vel ipsi iis quæ sua ætate agebantur, auctoritatem conciliare volentes, quædam scriptis suis aut prudentes aut incauti adjicerent, quibus eorum fraudes et mendacia ab oculatioribus tandem retecta sunt.

Quid vero, instant Aeropagitici, nec Deo moris, nec æternæ illius providentiæ est opera vana et fictis mendaciis plena veris cohonestare miraculis? Hilduinus tamen, testis oculatus, affirmat hæc Areopagitæ Opera, cum variis infirmitatibus in tanti viri honorem applicarentur, multis divinitus honestata fuisse miraculis.

Sed cæteris omnibus firmius non est ultimum illud Areopagiticorum præsidium, quippe quod ipsis Hilduini verbis expugnari videatur. De his enim miraculis sic ille scribit [46] : *Authenticos namque eosdem libros, Græca lingua conscriptos, quoniam œconomus Ecclesiæ Constantipolitanæ et cæteri missi Michaelis legatione publica ad vestram gloriam compendio functi sunt; in ipsa vigilia solemnitatis sancti Dionysii pro munere magno susceperimus. Quod donum devotioni nostræ, ac si cœlitus allatum a Deo, divina est gratia prosecuta; ut in eadem nocte decem et novem nominatissimæ virtutes in ægrotorum sanatione variarum infirmitatum ex notissimis et vicinitati nostræ personis contiguis, ad laudem et gloriam sui nominis orationibus et meritis excellentissimi sui martyris Christus Dominus sit operari dignatus.* Hac Hilduinus narratione testatum facit decem et novem miracula eo die quo Dionysiani libri in suum monasterium asportati sunt, fuisse quidem patrata; verum ea non eorumdem librorum virtute aut applicatione, sed orationibus et meritis excellentissimi sui martyris a Christo Domino edita esse asseveranter affirmat. Quamvis autem hæc librorum Dionysianorum factu contigissent, non inde tamen genuinum Dionysii Areopagitæ opus esse certo concludi potest. Nemo enim nescit dæmonia ab his qui nec Christi discipuli, nec Christiani erant, ejusdem Christi nomine ejecta fuisse [47], atque ex vera tantum ardentique Christianorum fide alia miracula a Deo sæpe sæpius impetrata.

## CAPUT XIX.

*Quo tempore hæc scripta secundum Antiareopagiticorum sententiam in lucem prodierint.*

Qui rationibus hactenus a nobis allatis omnia auctoris nostri Opera Dionysianos fetus esse negant, quo tempore ea in lucem prodierint, diligenter inquirunt. Constat autem illa ante Collationem Constantinopolitanam, anno, ut diximus, 533 habitam, publici facta fuisse juris. Quandiu vero eam præcesserint, magna inter scriptores illos controversia est. Opinatur etenim Dallæus [48] auctorem nostrum *omnino videri vel quinto præcipiti sæculo, vel etiam sexto vixisse, nec ante annum Domini circiter* 520 *fetus suos edidisse.* Quod quidem ex eo probari posse putat quia in memorata collatione Hypatius, catholicæ totius Ecclesiæ nomine, Severianis responderit hos libros Cyrillo, Athanasio aliisque Patribus penitus fuisse incognitos; sed leve omnino est istud probationis genus. Nam Collatio illa concilium œcumenicum non fuit, nec quidquam hisce de scriptis lege lata sancivit. Hypatius itaque totius Ecclesiæ nomine non locutus est : sed ut in hujuscemodi concertationibus fieri amat, Severianis eorumdem scriptorum auctoritatem objicientibus ex tempore respondit, ea de quibus nihil hactenus audierat, ab antiquis Patribus non fuisse cognita. Præterea Severiani illa citarunt, non ut nova et recens edita, sed ut genuinum Dionysii Areopagitæ opus, jam ab ejus ætate in vulgus emissum. Hypatius vero cæterique catholici, re maturius expensa, id verum esse ultro confessi sunt. At neque Severiani illud tanta confidentia asseverassent, neque Catholici eorum tandem subscripsissent sententiæ, si hæ lucubrationes a tredecim tantum annis, ut contendit Dallæus, prodiissent in lucem.

Quapropter alii eas longe his temporibus antiquiores esse affirmant. Atque ut id probent, ostendunt primo ab Ephræm patriarcha Antiocheno illas Dionysio Areopagitæ his verbis tribui [49] : *Quoniam et simplex Jesus componebatur secundum sanctum Dionysium Areopagitam.* Ἐπειδὴ καὶ ἁπλοῦς Ἰησοῦς

[46] Epist. ad Carolum Calvum (*Patr. Lat.* t. CVI, col. 33). [47] Marc. 9, 37. [48] *De lib. suppos. Dionys.* cap. 32. [49] Apud Photium in *Biblioth.*, col. 229

συνετέθη κατὰ τὸν ἐν τοῖς ἁγίοις Ἀρεωπαγίτην Διονύσιον. Atqui Ephræm patriarcha Antiochenus creatus est cum Justinianus anno 526 ad imperii gubernacula accessit, et ipsemet Ephræm ante annum 545 fato functus est. Dionysii etiam nomine non semel citantur ab Andrea Cæsariensi episcopo, qui circa annum 500 libros suos edidit [50]. In iis quippe nullius scriptoris beato Cyrillo recentioris, ille protulit testimonium.

Aliud ejusdem antiquitatis argumentum, minus tamen certum, elicitur ex scholiis quæ Joannes Scythopolitanus, teste Anastasio Bibliothecario, in Dionysii Opera composuit. Nam contra hunc Joannem, qui concilii Chalcedonensis defensionem susceperat, scripsit Basilius Cilix, qui, ut ait Photius [51], *presbyter fuit Ecclesiæ Antiochenæ, quo tempore thronum ibi tenebat Flavianus, Romanique clavum imperii moderabatur Anastasius*, id est circa annum 500. Veruntamen cum idem Anastasius primam scriptorum Dionysii mentionem a summis pontificibus Gregorio Magno, Martino, Agathone fieri testetur, ille procul dubio vel errore vel memoriæ lapsu falsus est; nec tanti proinde ponderis potest esse ejus auctoritas. Idem quoque dicendum de Anastasio Sinaïta, qui ante sæculi quinti finem Dionysium Rhetorem alia similiter scholia in easdem Dionysii Areopagitæ lucubrationes publicasse testatus est. Cæterum, quantumvis uterque Anastasius peccasse dicatur, certum tamen esse debet eos nec finxisse nec divinasse scholia hujusce- C modi fuisse aliquando ab his scriptoribus edita. Qui autem scholia in auctorem quemdam conscribunt, eum pro veteri et magni nominis viro habere solent. Diu ergo ante sæculum quintum Dionysiani libri pervulgati fuerunt.

Illud vero his accedit roboris et firmamenti quod Suidas [52] et Pachymeres [53] tradunt, *aliquos externos philosophos, præsertim Proclum, contemplationibus Dionysii frequenter usum fuisse, atque adeo etiam meris ipsis dictionibus.* Si certæ igitur fidei sint hæc testimonia, fatendum est *contemplationes Dionysii* Proclo illo, qui sub Leone Thrace medium circiter sæculum quintum libris conficiendis operam dedit, esse antiquiores. Quamobrem non jure prorsus immerito Morinus [54] : *Salem librorum istorum scriptio*, inquit, *initio quinti sæculi, et ante concilii Chalcedonensis celebrationem assignanda est, nec ulla ratione probabili ad inferius ævum revolvi potest.* Launoius vero tempore primæ synodi Ephesinæ, et Erasmus Augustini ætate auctorem nostrum vixisse arbitrantur.

Narrat porro Nicephorus [55] Juvenalem, Hierosolymitanæ urbis episcopum, Pulcheriæ Augustæ de corpore virginis Deiparæ interroganti respondentem, ea omnia Dionysii nomine citasse, quæ A in libris ipsi ascriptis etiam nunc legere est. Sed quidam hujus historiographi, quem fabulosissimum esse dicunt, auctoritatem elevare conati : *Verba*, inquiunt, *ex nostris Dionysianis descripta Nicephorus videtur ipse potius de suo adjecisse, ad Juvenalis narrationem confirmandam, quam ea Juvenali tribuisse.* His autem si objicias Nicephorum clare et perspicue affirmare ipsissima Juvenalis verba a se fuisse descripta, reponunt illico : *Historicis scriptoribus solemne esse, homines, de quibus scribunt, ea dicentes inducere, non quæ vere ac certo dixerunt, sed quæ illos ipsi dicere potuisse putant.*

Sed huic responsioni plura repugnare videntur. Primum enim de quocunque alio scriptore, qui aliorum verba sermoneque transcribit, eadem B etiam dici possent. Quod sane quam falsum sit et absurdum, nemo non videt. Deinde Nicephoro non moris est homines ea dicentes inducere, quæ illos ipse dicere potuisse putabat, sed quæ ii vere ac certo dixerunt. Postremo Michael Glycas scribit in *Annalibus* sepulcrum Dei Genitricis Mariæ cum, adveniente Thoma, apertum fuisset, in illo præter *sepulcrales exuvias* nihil aliud repertum. Atque id quidem Græcæ Nicephori narrationi omnino congruit, ubi vox Græca non sepulcrum, sed sepulcrales exuvias significat.

Quid quod Hieronymus non minus distincte quam auctor noster novem angelorum ordines posuit [56] ? Unde ergo hanc de angelis doctrinam nisi ex ejus libris mutuatus est? Verum hæc conjectura C non omnino felix esse videtur. Quis enim Hieronymum ex eodem ac scriptor noster, sacrarum Scripturarum fonte illam haurire potuisse inficiabitur? Quis etiam auctorem nostrum, utpote recentiorem, ex Hieronymo sua desumpsisse pari jure affirmare non poterit?

Probabiliorem forsitan de Pseudo-Dionysianorum Operum antiquitate conjecturam inde accipies, quod nonnulli ea Apollinari et Didymo, quarti sæculi scriptoribus, assignaverint; ac proinde hæc eadem Opera illis temporibus jam in vulgus sparsa fuisse habuerint persuasum. Sed cum nihil quod Apollinaris et Didymi erroribus atque doctrinæ sit consonum in iisdem scriptis occurrat, tota certe D errant via, qui ea scriptoribus illis adjudicant. Si ergo in hoc tam immaniter a vero aberraverunt, quidni et circa tempus quo eadem scripta prodiisse opinabantur?

Hanc tamen temporis assignationem veram esse, ac omnia auctoris nostri scripta postremis Eusebii temporibus vulgata esse eo probant quia in Gregorii Nazianzeni lucubrationibus plura a Billio, et alia quædam a Dalleo observata reperiuntur, iis quæ Dionysius scripsit, prorsus similia. Atqui Dionysius illa a Gregorio non est mutuatus, utpote

[50] *Comment. in Apocal.*, XI, XIII, XLV. [51] *Biblioth.* cod. 107. [52] In *Collectan.* [53] *Proœm. in Oper. Dionys.* [54] *De sacris Ordinat.* in hanc quæst., cap. 6, § 12. [55] *Hist.* l. XV, cap. 14. [56] *Apolog.* 2. *ad vers. Rufinum*

qui ab aliis omnibus, inquiunt, ecclesiasticis scriptoribus plane diversus sit, et sui tantum similis : omnia quoque placita sua ad neotericam Platonistarum conformavit scholam; ac tandem ubique passim a sanctorum Patrum verbis et notionibus maxime abhorruit. Contra vero Gregorius quoties ad obscuriora quædam et magis philosophica deflectit, toties ab aliis suis derivat, atque ideiren ex philosophis et Dionysio nostro illa hausisse vero videtur simillimum.

Porro si roges cur venerandum Dionysii nomen, orationi suæ magnum pondus adjecturum, ille non inseruerit, responsum illico accipies nomen illud ejusdem Gregorii ætate Christianis tanto, ut postea, non fuisse in honore. Tunc siquidem auctor ille, pro vero Areopagita nondum agnitus, vir tantum magnus, qui sub alieno nomine delitescebat, habebatur. Quid ergo mirum, si Gregorius proprio nomine eum non appellaverit, qui neminem ex Catholicis, sed paganos duntaxat, ac Symmachum, et Aquilam nominatim vocavit? Cæterum creditur illum his verbis citasse [57] : *Quemadmodum et alius quidam ante nos pulcherrime et sublimissime philosophatus est.* Neque enim hic audiendus est Elias Cretensis, qui ibi Athanasium laudari autumat. Nam huic opinioni et temporis ratio, et scriptionis genus plane adversantur. Et vero Gregorius nunquam Athanasium, quocum meliorem vitæ suæ partem transegerat, appellasset τινὰ τῶν πρὸ ἡμῶν, *quemdam qui ante nos vixit.* Huc quippe loquendi genere Græci scriptores hominem, vel priusquam nati essent, vel longe antequam scriberent, mortuum indigitant. Neque etiam Gregorius de Athanasio, quem ob styli sublimitatem in sua oratione panegyrica non commendat, unquam dixisset : *Sublimissime philosophatus est.* At utrumque illud et scriptionis genus, et temporis ratio scriptori nostro optime conveniunt. Illum ergo a Gregorio Nazianzeno ibi laudatum esse nemini non probabitur.

Qui his convincuntur rationum momentis, opinioni illi quantum voluerint, subscribant, iis nec invidimus, nec reluctamur. Quominus tamen omnem illis præbeamus assensum, ea potissimum ratio nos movet, quod argumentum illud, quo scripta auctoris nostri post natam Arii hæresim edita esse demonstrabatur, idem illud ipsum post exortos Nestorii errores prodiisse cuilibet haud difficile persuadebit. In iis quippe hæresis contra Incarnationis Christi mysterium non minus aperte quam omnes contra ejus divinitatem et unam trium divinarum personarum naturam errores proscribitur. De incarnato enim Dei Filio variis in locis hæc legimus [58] : *Dei principalis bonitas..... nostrorum omnium vere facta particeps absque peccato, humilitatique nostræ unita, salvo proprietatum suarum statu, eoque prorsus inconfuso et inviolato.* In alio autem libro [59] : *Verbum divinissimum,..... per inconfusam humanitatis nostræ assumptionem.* Et in epistola 4, ad Caium : *Quatenus erat Deus et homo, novum quemdam nobiscum conversando θεανδρικὴν ἐνέργειαν exhibebat.* Quid planius, quid dilucidius post sparsos Nestorii Eutychetisque errores a quovis auctore unquam scriptum est?

Quamobrem non levi omnino conjectura colligere possumus scriptorem nostrum maximas cum turbas ab hæreticis Nestorianis et Eutychianis cieri videret, tunc ut utrosque confunderet, ac pro viribus Ecclesiæ catholicæ partes tueretur, animum ad scribendum appulisse. Atque ut id ipsi celeret felicius, magnum utique et venerandum Dionysii Areopagitæ nomen scriptis suis prælixit. Ea ergo illius opera intra annum 431, quo œcumenica synodus Ephesina adversus Nestorianos, et 451, quo Chalcedonensis contra Eutychianos celebrata est, ab illo profecta esse videntur. Non continuo tamen in publicam lucem producta, et ab omnibus recepta, sed sensim sine sensu ita prodierunt, ut non ante memoratam superius Collationem Constantinopolitanam, anno 533, in omnium venerint cognitionem. Illud porro in hujusce opinionis confirmationem adduci potest, quod hæc scripta in his œcumenicis conciliis a nemine, neque etiam a Juvenale Hierosolymitano, qui inter primos utriusque synodi Patres sedebat, citata reperiantur. Nulla autem hujus silentii causa alia potest afferri, nisi quod Dionysianæ lucubrationes tunc e tenebris emergentes, vix ulli ante concilium Chalcedonense notæ fuerunt. Porro autem si quæras cur plura apud auctorem nostrum occurrant, cum his quæ Gregorius Nazianzenus scripsit, plane similia, non absurde responderi potest illa ab auctore nostro, qui sæpius et sua ab aliis accepisse, et aliorum opiniones referre dicit, in usus suos, tacito Gregorii nomine, fuisse assumpta, ac stylo redditasuo, et insuetis loquendi modis.

Quibus autem hæ conjecturæ nec satis firmæ, nec omnino probabiles videbuntur, iidem fateantur necesse est hæc scriptoris nostri Opera Collationem Constantinopolitanam, atque etiam sæculi sexti initia longe præcucurrisse temporis intervallo.

## CAPUT XX.

### *De horum Operum utilitate, et aliis ejusdem auctoris deperditis lucubrationibus.*

Cum igitur tantæ antiquitatis sint illa Opera, eo majori apud Christianos debent esse in pretio, quo plura ad eorumdem Christianorum utilitatem copiose suppeditant. In iis enimvero docemur quæ scriptoris nostri et decessorum ejus tempore fuerit doctrina fidei et morum disciplina. Quamvis enim in eo falsus esse arguatur, quod ea quæ docet Dionysii Areopagitæ ætate viguisse putaverit, constat tamen ea omnia debuisse ante ejus-

[57] Orat. 38 in Theoph. et 42 in Pasch. [58] *De eccles. hierarch.*, cap. 3. [59] *De divin. nomin.*

dem auctoris nostri ævum in Ecclesia voce et scriptis doceri, atque usu plurimo recipi. Ex his ergo scriptis discimus quid iis omnibus temporibus Ecclesia docuerit de adorando Trinitatis mysterio, de Christi divinitate et Incarnatione, de angelorum hierarchiis et ordinibus : quid tradiderit de baptismi et eucharistiæ administratione, de liturgiæ seu missæ celebratione, de consecratione chrismatis, de sacris Ecclesiæ ministris, de monachis eorumque votis et professione, ac tandem de mortuorum exsequiis et sepultura. Porro autem hæ cæremoniæ hique ritus non ut recentes ac novi, sed ut veteres atque ab apostolis derivati in nostri auctoris scriptis referuntur. Quapropter qui eadem scripta Dionysio Areopagitæ vindicant, hi omnes illos ritus ab apostolis profluxisse contendunt. Qui vero ea recentioris scriptoris fetum esse opinantur, ii negare non possunt plures ex iisdem ritibus a traditione apostolica manasse : cæteros autem tum pedetentim institutos, cum Ecclesiis pax et tranquillitas ab imperatoribus Christianis data est, atque ab ipsis templa, in quibus sacra publice fierent, ædificata fuerunt. Hinc liquido colligimus tales missam celebrandi et sacramenta administrandi ritus ab auctore nostro describi, quales Constantini Magni tempore et quarto sæculo observari cœperunt.

Magna porro horum auctoris nostri scriptorum utilitas triste aliquod aliorum, quæ perierunt, nobis desiderium reliquit. In his autem numerantur, liber *De hymnis divinis* [60], liber *ἐν ταῖς θεολογικαῖς ὑποτυπώσεσι* [61], *De informationibus divinis*, liber *De symbolica theologia* [62], liber *De anima* [63], liber *De justo divinoque judicio* [64], liber *De iis quæ sub intellectum et sensum cadunt* [65]. Et si divo Maximo fides habenda liber *De legali hierarchia* [66], et liber *De angelicis ordinationibus et proprietatibus* [67] : sed postremus ille liber non alius ab ipso *De cœlesti hierarchia* libro pluribus videbitur. Cæterum ea fuit eorum librorum jactura ut nulla eorum mentio nullumque exstet vestigium, nisi in iisdem auctoris nostri Operibus, vel quod ipsorum fultum non sit testimonio.

## CAPUT XXI.

### *De editionibus et versionibus eorumdem Operum, ac variis in ea scholiis et observationibus.*

Jam vero ut ad Dionysianorum Operum editiones veniamus, ea typis Græcis excusa sunt Basileæ anno 1539, Coloniæ 1577, Paris. 1565, Venetiis 1558, et apud Morellium anno 1562. Latinis vero simul ac Græcis, Parisiis anno 1615, et rursus ibidem 1644, et Antuerpiæ anno 1663. Quædam autem ex his operibus separatim edita sunt, nimirum libri duo, alter *De mystica theologia*, alter *De divinis nominibus*, Mars. Ficino interprete et explanatore, Venetiis anno 1538, atque inter Opera ejusdem Ficini, Basileæ anno 1576; liber vero *De ecclesiastica hierarchia* cum Latina versione, Basileæ, anno 1539. Epistola ad Polycarpum inter epistolas SS. Patrum a Symphor. Champerio typis Ass., 1516. Eadem cum epistolis Ignatii et aliorum, Ant. 1540, et Venet. 1546. Epistolæ duæ in *Orthodoxographia*. Omnia denique Dionysii nostri Opera Latine in antiquis Patrum Bibliothecis, ac in Coloniensi ex editione Lansselii, et in nostra Lugdunensi ex Corderiana rursus vulgata sunt.

Antiquissima horum Operum versio Latina accurata est a Scoto Erigena seu Scotigena, qui eam ex manuscriptis Græcis in monasterium Sandionysianum, Carolo Calvo imperante, allatis adornavit. Hæc versio cum aliis quibusdam, nimirum Petri Sarrasini, Ambrosii Camaldulensis, et Marsilii Ficini edita est Coloniæ anno 1546. Eodem anno alia Clauseri studio Argentorati prodiit : atque eadem in urbe Perionius anno 1557 suam vulgavit quæ anno 1585 Lugduni rursus prelo subjecta est. Illas exceperunt versio Lansselii, e Societate Jesu presbyteri, Parisiis publicata anno 1625, ac demum Corderii theologi, ejusdem Societatis doctoris, quæ Antuerpiæ 1633 emissa est in lucem.

Porro autem vix alia reperias sanctorum Patrum opera, quibus illustrandis et exponendis majorem scriptores posuerint operam. Præter memoratas enim versiones, multi in has auctoris nostri lucubrationes ediderunt scholia, notas, observationes et paraphrases. Et vero Dionysius Rhetor et Joannes Scythopolitanus sexto Ecclesiæ sæculo quædam in eas scholia conscripserunt : sed eorum in primis, quæ a Dionysio profecta sunt, jacturam patimur. Septimo sæculo sanctus Maximus, martyr celeberrimus, scholia etiam continua et uberiora composuit. Iis autem neque doctrina, neque ritus, et disciplina ab auctore nostro tradita explicantur, sed quædam in auctores ab illo citatos observantur, quibus Maximus hæc scripta Dionysio Areopagitæ vindicare conatus est. In plurimis autem scholiis ea quæ in textu auctoris attentiori consideratione legenda sunt, omnibus animadvertenda proponit. Quæ quidem omnia summam ejusdem Maximi, tanti videlicet martyris, pietatem et sanctimoniam omnino spirant et redolent.

Pachymerius paraphrasim seu Commentarium in eadem Dionysii Opera scripsit, qui memoratis Maximi scholiis sæpius subjungitur. Postea vero Hugo a Sancto Victore, Albertus Magnus, divus Thoma Aquinas, Dionysius Carthusianus et quidam alii nonnulla in quasdam ejusdem auctoris lucubrationes scripserunt.

Præterea editionem eorumdem Operum Latinam

[60] *De cœl. hier.* cap. 7. [61] *De divin. nomin.*, cap. 1, 2 et 11, et lib. *De myst. theol.*, cap. 12. [62] *De divin. nomin.*, cap. 1, 4, 9, 13, et *De myst. theol.*, cap. 2, et *Epist. ad Tit.* [63] *De divin. nomin.*, cap. 4. [64] *Ibid.* [65] *De eccles. hier.*, cap. 1. [66] *Ibid.*, cap. 3. [67] *De divin. nomin.*, cap. 4.

habemus Parisiis typis Henrici Stephani anno 1515 excusam, quæ versionem Ambrosii Camaldulensis, notas Fabri Stapulensis, et commentarium Judoci Clichtovei complectitur. Porro Fabri scholia sæpius in vulgus prodierunt, Argentorati anno 1498 et 1502, et Parisiis 1505. In iis autem Faber versionem Ambrosii Camaldulensis aut illustrat aut corrigit : atque ut id præstaret integrius, Græcis manuscriptis, quæ in Dionysiano monasterio servabantur, usus est.

Notas in singula Dionysii Opera omnium maximas jam præfatus Corderius divulgavit, eæque ab ipso *theologicæ* appellantur. Et re quidem ipsa illæ ad theologiam scholasticam pertinent, atque in illis, quibus librum *De divinis nominibus* illustrare contendit, fusius uberiusque disputat.

## CAPUT XXII.

### *Novæ quædam observationes.*

*Auctor Hebraice nesciebat.* — Nulli injucundum, nec forsitan inutile erit his observationibus quædam adjicere, quæ attentione aliqua non plane indigna videbuntur. Primum enim auctor noster Hebraice nesciebat, quippe qui ubi nonnullas Hebraicorum verborum interpretationes affert, subjungit continuo [68] : *Hebraice periti aiunt*, vel : *Hi qui Hebraice norunt.*

Præterea dubium adhuc et incertum esse videtur, utrum hæ voces quæ in librorum inscriptionibus leguntur, *Τῷ συμπρεσβυτέρῳ Τιμοθέῳ Διονύσιος*, ab auctore ipso profectæ sint. Qui enim fieri potuit ut ille in Operum suorum titulis adhibuerit *πρεσβύτερος* vocem, qua nullibi unquam in iisdem Operibus suis uti voluerit ? Dissimulare tamen non possumus easdem inscriptiones eodem modo in Græcis ac Latinis manuscriptis atque in editis exhiberi ; sed in codicibus illis manu exaratis, quorum antiquissimi ætatem sancti Maximi non superant, voces hujuscemodi a librariis scriptoribus in titulos facile intrudi potuerunt. Verum has conjecturas nostras aliorum judicio libenter permittimus.

*De capitum summariis.* — Idem quoque dicendum de capitum summariis, ut vocant, sententiis, seu argumentis, quæ in manuscriptis et editis libris similiter occurrunt. Plura quippe capitum argumenta, ab iis quæ in textu pertractantur, repræsentandis adeo sunt aliena, ut a quovis alio potius quam ab auctore nostro scripta esse videantur.

*De ordinibus minoribus.* — Arbitrantur nonnulli his in scriptis aliquam minorum Ecclesiæ ordinum, sacro diaconatu inferiorum, mentionem haberi. Iis tamen lectione, qua potuimus, accuratiore examinatis, nullum nobis eorum ordinum vestigium ullibi apparuit. Non sumus quidem nescii mentionem ibi fieri cantorum ; sed peculiarem quemdam ordinem ex iis in Ecclesia constitui nullibi unquam auctor noster tradidit. Et certe id cuilibet facile persuadebitur, si animo attendat non alium scriptoris nostri scopum esse quam ecclesiasticam hierarchiam, angelicæ et cœlestis instar, in tres tantum, episcoporum, presbyterorum et diaconorum, a nobis supra commemoratos ordines distinguendi.

*De ritibus prætermissis.* — Neque etiam omnes cæremonias et ritus, sicut operis ejus consilium magis postulare videbatur, in sacramentorum administratione observari solitos ille commemorat. De confirmationis enim sacramento post baptismum administrando ubi disputat, nullum de manuum impositione verbum fecit. Nemo tamen nescit eam ab apostolis eorumque successoribus fuisse adhibitam. Quid quod et ipse in libro *De ecclesiastica hierarchia*, in secunda cujusque capitis parte, ubi de hujuscemodi tantum ritibus disserit, nonnullos prætermisit, quorum deinceps in tertia parte refricat memoriam.

*De ritu singulari.* — De quibusdam etiam cæremoniis tractat, quæ in sua tantum Ecclesia et nonnullis forsitan vicinioribus erant in usu. Talis est ille tam singularis duodecim plumis sacrum chrisma cooperiendi ritus. Illud etiam in missæ celebratione peculiare videtur quod, recitatis defunctorum nominibus, fieret manuum lotio, consecrationi eucharisticæ quamproxime præmittenda.

*De mss. Reg.* — Plures etiamnum exstant in bibliotheca Regia horum Operum manuscripti codices Græci, quorum præcipuus, numero 2262 subnotatus, omnium antiquior est, et annorum 600 ætatem nobis præseferre videtur. Ex hoc codice solo, aliis, qui sequentibus numeris notantur, nec inspectis, nec examinatis, suam Morellius, uti putatur, editionem adornavit.

*De mss. Colbertinis.* — Duos alios ex celeberrima Colberti bibliotheca codices penes nos habuimus, quorum prior, charactere elegantissimo exaratus, ætatem suam his verbis, in calce illius adjectis, indicat : Ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος μηνὶ Ἰανουαρίῳ ζ', ἰνδ. ε', ἔτους ,ςφ', id est : *Perfectus est hic liber mense Januario, feria septima, indictione* v. *anno mundi* 6500. Illi duo characteres Græci ςφ in codice manuscripto inter se connexi, nihil aliud ibi significare videntur quam annum mundi 6500 et Christi 992.

*De mss. Latin.* — In hoc autem codice adjectæ sunt sancti Maximi notæ, ab his quæ in editis prostant, plurimum discrepantes. Quas quidem variationes cum omnes describere non possimus, id semel observasse sufficiat. Unde autem orta sit illa notarum discrepantia, si roges, disce ex Athanasii testimonio, a nobis mox proferendo, quo se scholia sancti Maximi et Joannis Scythopolitani a se invicem distinxisse affirmat. Hinc enim colliges ea imperitiorum librariorum incuria potuisse facile

[68] *De cœlest hier.*, cap. 7 ; *De eccles. hierarch.*, cap. 4, de voce *Presbyteri.*

in codice Colbertino aliisque pluribus præpostera perturbatione confundi.

Posterior tandem codex Colbertinus a quodam monacho nomine Longino, anno mundi, ut ab eodem Longino subnotatur, 6780, id est Christi anno 1272, descriptus est.

*De ms. Sandionysiano.* — Observabamus supra quosdam Græcos codices, Carolo Calvo imperante, in Sancti Dionysii prope Lutetiam monasterium fuisse asportatos; sed lugendam eorum cum cæteris ferme omnibus ditissimæ ejusdem bibliothecæ manuscriptis jacturam fecimus. Alius qui ibi nunc habetur, illuc ab imperatore Manuele Palæologo missus est. Atque in hujusce rei fidem hæc verba in fine ejusdem libri, sed manu recentiori subjecta sunt: « Τὸ παρὸν βιβλίον ἀπεστάλη παρὰ τοῦ ὑψηλοτάτου βασιλέως, καὶ αὐτοκράτορος Ῥωμαίων κυροῦ Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου εἰς τὸ μοναστήριον τοῦ Ἁγίου Διονυσίου τῷ ἐν Παρυσίῳ τῆς Φραγγίας ἢ Γαλατίας, ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως δι' ἐμοῦ Μανουὴλ τοῦ Χρυσολωρᾶ, πεμφθέντος πρεσβέως παρὰ τοῦ εἰρημένου βασιλέως, ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἑξακισχιλιοστῷ ἐννεακισχιλιοστῷ ἑξκαιδεκάτῳ, ἀπὸ σαρκώσεως δὲ τοῦ Κυρίου χιλιοστῷ τετρακοσιοστῷ ὀγδοῷ. Ὅστις εἰρημένος βασιλεὺς ἦλθε πρότερον εἰς τὸ Παρύσιον πρὸ ἐτῶν τεσσάρων. » *Hic liber Constantinopoli ad monasterium Sancti Dionysii Parisiensis in Francia sive Gallia missus est a celsissimo principe et imperatore Romanorum domino Manuele Palæologo per me Manuelem Chrysoloram, legatum missum a dicto imperatore, anno a creatione mundi sexies millesimo nongentesimo decimo sexto, ab Incarnatione vero Domini millesimo quadringentesimo octavo. Qui dictus imperator prius Parisios venit ante quatuor annos.*

Duos insuper Latinos nacti sumus manu exaratos codices, quibus versio Joannis Scotigenæ ac divi Maximi, ejusdemque Joannis Scotigenæ (1) notæ et scholia exhibentur. Primus Bibliothecæ Regiæ est, secundus Colbertinæ: alter ab annis circiter 600, alter vero 400 descriptus. In utroque præmittuntur ejusdem Joannis Scythopolitani (2) et Anastasii Bibliothecarii ad Carolum Calvum epistolæ, quibus ei versionis operisque sui reddunt rationem. Epistola Joannis sic inscribitur: *Gloriosissimo catholicorum regum Carolo Joannes extremus sophiæ studentium.* Anastasiana vero: *Præfatio Anastasii, apostolicæ sedis bibliothecarii, ad excellentissimum regem et Christianissimum Carolum regem.* Ibi interpretationis a Joanne, quem Scotigenam vocat, editæ meminit. Imperatorem vero certiorem facit se ad eum versionem mittere Græcorum Maximi et Joannis Scythopolitani scholiorum: quæ quidem quomodo a se invicem distinxerit, his verbis significat: *Ipsorum autem scholicorum seu paratheseon, quæcunque in calce sui signum vivificæ crucis habent, a beato Maximo confessore ac monacho inventa narrantur: cætera vero sancti Joannis Scythopolitani antistitis esse feruntur.*

*De epistola undecima ad Apollophanem.*—Illud tandem sine observatione aliqua prætermitti non debet, quod neque in his omnibus codicibus, sive Græcis sive Latinis, neque in omnibus fere editionibus, nisi in Bibliotheca nostra Lugdunensi, epistola undecima, Dionysii nostri nomine inscripta, decem aliis superioribus subnectitur. In ea auctor Apollophani philosopho, ad quem data est, de illius ad Christianam fidem conversione plurimum gratulatur, et de solis defectione, quæ Christo moriente, contigerat, sermonem rursus instituit.

Hæc autem epistola non solum certissima evidentis præfert falsitatis indicia, sed nec ab eodem auctore ac decem superiores, aliique Dionysiani libri, profecta esse videtur. Enimvero illa nec in manuscriptis, uti diximus, nec in melioris notæ editionibus vulgata est. Deinde ab aliarum cum epistolarum, tum lucubrationum Dionysii nostri stylo prorsus abhorret. Denique divo Maximo, Operum Dionysii diligentissimo indagatori, plane penitusque incognita fuit. Nullas etenim in eam, sicut in cætera Dionysii Opera, ille edidit observationes. Quid quod et ipse Maximus Dionysium cum solis eclipsim observaret, annum ætatis vicesimum quintum attigisse meris conjecturis probare conatur. At nulla ipsi opus erat conjectura, si hæc epistola, ubi id aperte declaratur, in ejus manus aliquando venisset. Vero igitur videtur omnino simile eam a male feriato quodam scriptore ex septima auctoris nostri ad Apollophanem epistola, in qua de memorata solis eclipsi disputat, post Maximi obitum fuisse compositam. Porro autem non alia quidem ratione ille Pseudo-Dionysius eam scripsisse videtur, nisi ut eumdem Apollophanem Christianæ religioni, ad quam auctor epistolæ septimæ eum adducere tentaverat, nomen suum aliquando dedisse omnibus quocunque tandem modo persuaderet.

(1) Lege *Joannisque Scythopolitani.* Edit. Patr.

(2) Lege *Scotigenæ.* Id.

# FR. J. F. BERN. M. DE RUBEIS

ORDINIS PRÆDICATORUM

In Venetam Operum quæ *Areopagitica* dicuntur editionem

## DISSERTATIO PRÆVIA

*In qua præsertim agitur de Scholiis Sancti Maximi, et Joannis Scythopolitani, ac Germani Constantinopolitani patriarchæ*.*

—

### CAPUT PRIMUM.

*Operum Areopagiticorum editio Antuerpiensis : quid in ea præstitum. Posterior alia Parisiensis editio. Casimirus Oudinus notatus.*

I. Quænam curæ adhibitæ fuerint, quid etiam amplioris emolumenti in nova Operum, quæ *Areopagitica* dicuntur, Veneta editione præstitum, munus mihi demandatum est, ut prævia quadam dissertatione admonerem. Agam igitur pro munere assumpto : et quænam fuerit anterior editio selecta, quæ iterum cuderetur ; num aliqua cum mss. codicibus, et quibusnam, collatio Græci textus facta fuerit ; quænam opuscula adjecta, quæ vel de genuino parente perquirant vel ejus fidem patefaciant, an edita scholia sint unius Sancti Maximi, an aliqua vel etiam plura Joannis Scythopolitani, an etiam quædam Germani, regiæ urbis Constantinopoleos patriarchæ ; totidem erunt dissertationis argumenta, ac alia sane his affinia.

Areopagiticorum Operum editiones omnes hoc loco numerare supervacanea cura foret. Nitidissimam Antuerpiensem memoro *ex officina Plantiniana Balthasaris Moreti* 1634. Frons primi tomi est : *Opera S. Dionysii Areopagitæ, cum Scholiis S. Maximi, et Paraphrasi Pachymeræ, a Balthasare Corderio Soc. Jesu doct. theol. Latine interpretata, et notis theologicis illustrata.* Primus idem tomus continet Græce et Latine libros *De cœlesti hierarchia, De ecclesiastica hierarchia* et *De divinis nominibus*, Balthasare Corderio interprete. Libros præcedunt ipsius Corderii *Observationes generales pro intelligentia S. Dionysii*, et *sancti Maximi Prologus*, et *Georgii Pachymeræ Proœmium* : singulis vero librorum capitibus *Adnotationes Corderii*, et *Scholia S. Maximi*, et *Paraprasis Pachymeræ* subjiciuntur ; quæ omnia vir idem doctissimus Corderius Latine transtulit.

Tomus alter complectitur *Corderii Isagogem ad mysticam theologiam*, tum ipsum *De mystica theologia* librum, cum *Adnotationibus* Corderianis, et *S. Maximi Scholiis*, et *Pachymeræ Paraphrasi*, eodem Corderio interprete. Dionysii *epistolæ* sequuntur, quæ decem sunt, ea rejecta quæ ad *Apollophanem philosophum* inscribitur, certissimis νοθείας argumentis damnata : easque subjecta ornant *Scholia Maximi, Pachymeræ Paraphrasis*, et *Corderii Adnotationes*, et *Latinæ interpretationes*. Molem voluminis augent opuscula plura, quæ sequuntur. I. *Vita et Encomium Dionysii Areopagitæ ex Menæis, interprete Petro Halloix Soc. Jesu.* II. *Simeonis Metaphrastæ Vita et Conversatio S. Dionysii Areopagitæ, ab incerto interprete Latinitate donata, et a Corderio recensita.* III. *De Dionysio Areopagita ex Suida, interprete Petro Lansselio Soc. Jesu.* IV. *Vita Areopagitæ ex Libro secundo Nicephori, Græce et Latine ab eodem Lansselio edita.* V. *Michaelis Syngeli Encomium in S. Dionysium, interprete Basilio Millanio, et a Petro Lansselio pluribus in locis castigatum.* VI. *Martyrium S. Dionysii Areopagitæ per Methodium, vel, ut alii, Metrodorum, interprete Lansselio.* VII. *Vita ejusdem per R. P. Petrum Halloix S. J. concinnata, ejusdemque notationibus illustrata.* VIII. *Laudati Halloixii de S. Dionysii Areopagitæ Vita et Operibus Quæstiones quatuor.* IX. *Argumenta et Testimonia pro Operibus S. Dionysii ex Vindiciis Areopagiticis R. P. Martini Delrio Soc. Jesu.* X. *De Dionysio Areopagita, ejusque scriptis Disputatio Apologetica Petri Lansselii.* XI. *Variantes lectiones in Libris Areopagiticis.* XII. *Onomasticum Dionysianum Balthasaris Corderii.* XIII. *Index locorum sacræ Scripturæ.* XIV. *Index in binos Operum sancti Dionysii tomos.*

II. Post annos decem, nova *Lutetiæ Parisiorum*, anno scilicet 1644, accurata est *apud Laurentium Cottereau* editio Græce et Latine. Titulus est : *Sancti Dionysii Areopagitæ Operum omnium quæ exstant, et Commentariorum quibus illustrantur. Tom. I... Tom. II... opera et studio Petri Lansselii, et Balthasaris Corderii Soc. J. presbyterorum. Accessit nunc primum Areopagitæ defensio adversus hæreticum Calvinistam, per clariss. et nobiliss. virum dominum D. Joannem de Chaumont, Christianissimi regis in sacris ac secretioribus regni consiliis consiliarium, et arcanioris Regiæ bibliothecæ præfectum. Nova editio, præcedentibus emendatior et auctior.* Ordo prioris editionis cernitur in ista paululum immutatus, ac Lansselianæ aliquæ interpretationes Latinæ selectæ sunt præ Corderianis.

* Lectorem monitum volumus in hac Dissertatione et sequenti nonnulla indigitari quæ nonnisi ad Græcum textum S. Dionysii spectant, quæque ab hujus editionis instituto, ut mere Latinæ, aliena videntur. Hæc maluimus erudito Lectori discernenda relinquere quam virorum doctorum quorum editionem sequimur, elucubratione frustatim scindendo decurtare. Edit. Patr.

Primo in volumine præmittuntur *Corderii Observationes generales*, ejusdemque *Isagoge in Mysticam Theologiam*, et *Proœmium Pachymeræ* cum Latina Corderiana translatione. Succedunt Græce et Latine, Corderio interprete, libri *De cœlesti hierarchia*, *De ecclesiastica hierarchia*, *De divinis nominibus*, *De mystica theologia*, cum ejusdem viri doctissimi interpretatione, adnotationibus, et Pachymeræ paraphrasi. Epistolæ sequuntur, quæ decem numerantur, *Corderii adnotationibus* duntaxat illustratæ.

Quæ vero volumen alterum complectitur, hæc sunt. I. *Prologus Sancti Maximi*, interprete Petro Lansselio. II. Græce tantum, Ἑρμηνεία λέξεων, quæ etiam exstat in Græca Morelliana editione Parisiensi anni 1562, in-8°. III. *Scholia Sancti Maximi* in superiores Areopagiticos libros, eodem Lansselio interprete. IV. *Georgii Pachymeræ Paraphrasis in Epistolas*, interprete Godefrido Tilmanno, Carthusiæ Parisiensis monacho. V. *Sancti Maximi Scholia in Epistolas*, cum Latina interpretatione Corderiana. VI. *Opuscula*, ut in editione priori Antuerpiensi, inter quæ Latine vertit Lansselius *Encomium ex Menæis Græcis*, recensuit Vitam a Metaphraste concinnatam, Latine interpretatus est duo excerpta ex Suida, et Nicephoro, *Vitam Syngeli* emendavit, ac *Martyrium Methodii* Latinitate donavit illustravitque notis. VII. Sequuntur *Dionysii Guerini Martyrium Areopagitæ*, carminibus Latinis expressum, *Vita* ab *Halloixio* concinnata, ejusdemque *Quæstiones quatuor*, *Vindiciæ Martini Delrio*, et *Lansselii Disputatio apologetica*. VIII. Accedit *Areopagitæ Defensio adversus hæreticum Calvinistam Charentoni ministrum*, a Joanne domino de Chaumont Gallice primum conscripta, subindeque Latine reddita. IX. Postremum locum tenent *Lansselii Notæ ad Pachymeræ Paraphrasim in Epistolas*, ejusdemque *Notæ in Vitam Syngeli*, et *in Methodii Martyrium*.

III. Habes ea singillatim enumerata, in quibus conveniunt, et in quibus differunt, sive ordinem spectes, sive Latinas interpretationes, ac notas et opuscula, editiones duæ, Antuerpiensis et Parisiensis. De utraque Casimiri Oudini judicium est tomo I, *De scriptoribus et scriptis ecclesiasticis* ad annum 520, col. 1371. « Balthasar Corderius, primus omnium diffusione et amplitudine Commentariorum, disquisitione abstrusiorum, doctrina rerum omnium... Vitam S. Dionysii Areopagitæ et omnia ejus Opera, et quidquid ab aliis Græcis de illo dictum est, Commentariis uberrimis elucidare labore plane eximio, licet forsitan minus felici, conatus est. Apparebit incredibilis ille labor Corderii ex inspectione omnium S. Dionysii Areopagitæ Operum, et omnium ad Vitam et Encomia ejusdem spectantium, quæ Antuerpiæ anno 1634 Græce et Latine duobus in folio tomis nitidissime edita sunt, tum recusa Parisiis, anno 1644, modo formaque eisdem. Ut sane imposterum inutilem prorsus laborem susciperet, qui argumentum idem aggrederetur. » Quo in loco minus accuratum se præbet Oudinus in utriusque editionis recensione, ut ne quidem vidisse alteram ipse videatur.

## CAPUT II.

*Parisiensem editionem exprimit nova editio Veneta, Græco textu Operum Areopagiticorum, Scholiorumque præsertim, collato cum codice bibliothecæ Sancti Marci. Opuscula aucta. Variæ, quæ feruntur de Operum auctore opiniones.*

I. Sacrarum litterarum cultoribus, qui accuratiorem aliquam Operum Areopagiticorum editionem sibi facilius ac minori pecuniarum sumptu comparare queant, bene consulturus typographus Venetus, Parisiensem recensitam selegit, utpote opusculis apologeticis locupletiorem, Latinisque plerisque doctissimi peritissimique viri Petri Lansselii interpretationibus ornatam.

Novæ tamen curæ prætermissæ non sunt ad emendandum textum Græcum, sive Areopagiticorum Operum, sive Scholiorum, ipsumque variis lectionibus, si quæ opus forent, exornandum; diligentiori facta collatione cum nitidissimo Venetæ Sancti Marci bibliothecæ codice. Operam hanc navavit industrius ac sane peritus Georgius Constantini, natione Græcus, ex Joannina urbe Epiri. Labor cessit cum emolumento. Variantes lectiones in Operibus occurrunt frequentes, ac præterea in Scholiis erui non pauca additamenta potuere. Foliorum margines hæc omnia præstant. De Scholiis Germani Patriarchæ, quæ nunc primum ab aliis distincta prodeunt juxta codicis fidem, dicam inferius.

II. Opusculorum numerum auget primo opus, quod Gallice scriptum editumque frontem præfert : *Problème proposé aux sçavants touchant les livres attribuez à S. Denys l'Aréopagite : où l'on demande s'il faut dire, que cet auteur a tiré ses principes, une partie de sa doctrine, et le traité de sa Théologie mystique, de saint Clément d'Alexandrie, et de saint Grégoire de Nysse : ou si ces deux Pères ont pris de lui. A Paris chez Jean de Nully M. DCC. VIII.* « *Problema litteratis viris propositum circa libros Dionysio Areopagitæ tributos : quo ad examen vocatur, quæriturque, num ipsorum operum Auctor ex Clemente Alexandrino, et ex divo Gregorio Nysseno deprompserit principia sua, ac doctrinæ partem, et Tractatum de Mystica Theologia : an ab illo quidpiam isti mutuaverint.* » Neque solum *Problema*, quod proponitur, argumentis atque solutionibus utraque ex parte munitur : verum etiam argumenta comparent in eo, ac solutiones, quæ Dionysio Areopagitæ, veluti genuino auctori, favent, et adversantur. Prodibit Opus Latine duntaxat redditum.

Inter eos qui abs Dionysio Areopagita abjudicant Opera, orthodoxum quempiam sequioris ætatis auctorem putant aliqui, heterodoxum alii. Pro Petro Cnaphæo, seu Fullone, aut aliquo ex ejus asseclis Eutychiana aut Monophysitica lue infecto, pugnavit acerrime Michael Lequienus in Disserta-

tione II Damascenicæ, a num. 10 ad numerum usque 16. Quod excerptum inter memorata opuscula novum locum habet. Hocce vero excipere debuit adversa Dissertatio nostra, *De fide auctoris Operum quæ vulgo Areopagitica dicuntur, an orthodoxus fuerit, an hæreticus vel Apollinarista, vel Eutychianus, seu Monophysita.* Jam edita numeratur nona inter alias triginta Dissertationes *De gestis, et scriptis, ac doctrina sancti Thomæ Aquinatis*, typis editas in-folio, Venetiis, apud Joan. Baptistam Pasquali 1750. Eadem prostat in nova ejusdem S. Thomæ Operum editione Veneta, tomo VIII, in-4.

III. Ex his opusculis variæ innotescunt, quæ feruntur de germano Areopagiticorum Operum parente opiniones. Paucis eas memorare liceat. Ac primo veluti pro comperto haberi potest, ac certe debet, certum ac genuinum exstare nullum in antiquitate monumentum, quo evinci queat, primis quatuor Ecclesiæ sæculis, vel etiam adulto quinto, et ad finem vergente, Areopagitica laudata Opera innotuisse. Hac de re agit uberrime auctor *Problematis* quod superius memoravimus : egi etiam ego in Dissertatione citata, capitibus 1, 2, 4 et seq.

Primi fuere heterodoxi Severiani, concilii œcumenici Chalcedonensis hostes, ut certos testes adhibeam, qui testimonia ex Areopagiticis Operibus deprompta adduxerunt in Collatione, quam Constantinopoli habuere cum orthodoxis, quorum primus erat Hypatius, episcopus Ephesinus. Hic vero primus fuit, qui eadem Opera abs Dionysio Areopagita abjudicavit, tribuitque antiquis hæreticis Apollinaristis. Vide caput primum citatæ Dissertationis. Sæculo sexto incepto, id est anno 532, habita fuit prædicta Collatio : quo sæculo, vel etiam cadente quinto, pro sancto Dionysio Areopagita pugnavit Joannes, Scythopolitanus antistes; pugnavit etiam insequente sæculo sanctus Maximus, abbas Chrysopolitanus, ac sequiori ætate Theodorus quidam presbyter, apud Photium, codice I. Apologetica opuscula simul collecta præstat Veneta hæc editio, quæ scripserunt Halloixius, Delrius, Lansselius, Chaumontius.

Inter eos qui genuinos Areopagitæ fetus inficiantur Opera, de quibus agimus, varia sunt placita de auctore, quem perquirunt : ipsumque virum orthodoxum habent alii, aliique heterodoxum, dissidentque de natione ejus. Guillelmus Caveus arbitratus est, Operum auctorem dici posse Apollinarium, quem putat fuisse *in fide sanum*, patrem Apollinaris hæretici. Ea Mathurinus Vessieres La-Croze tribuit Synesio, Ptolemaidis episcopo : incentoremque ipsi fuisse, ut eadem scriberet, Theophilum Alexandrinum contendit. Quid? quod Henricus Dodwellus in epistola ad Caveum commentus est, a Latino catholico homine quodam, fortasse Gregorio Magno, conficta esse Opera Areopagitica, utpote qui ante pontificatum diu vitam egerit Constantinopoli, ac Dionysium confinxerit, quem pro una hypostasi aliisque controversiis eo tempore agitatis opponeret Orientalibus. Verum denique his omnibus antiquiori, magno Dionysio, Alexandriæ episcopo, adjudicanda esse Areopagitica conjecerat Joan. Philippus Baraterius. Hæc in nostra Dissertatione refutata sunt commenta omnia.

Primum memoravimus Hypatium, episcopum Ephesinum, qui Apollinaristas hæreticos antiquos fecerit auctores *Areopagiticorum*. Hanc refutarunt opinationem Joannes Scythopolitanus, et Maximus in Prologo et in notis. Vide caput 3 Dissertationis. Longe recentior est eorum sententia, qui Eutychianis et Monophysitis tribuerunt *Areopagitica*. Casimirus Oudinus *De scriptoribus et scriptis ecclesiasticis*, loco superius laudato, capite 2, sic ait : « Opinor igitur, ne quid dissimulem, Opera illa omnia, tanto fastu Sancto Dionysio Areopagitæ attributa, fuisse conficta a Severianis hæreticis, errores Eutychetis amplexantibus, atque sancto Dionysio Areopagitæ supposita, cujus sub nomine confinxerant, ut falsa veterum auctoritate errores suos defenderent. Conficta illa fuisse circa annum 520, Severianis tunc temporis in imperio obtinentibus, a quibus illa primum sub specioso Dionysii Areopagitæ nomine, anno 532, in Collatione Constantinopolitana inter Catholicos et Severianos allegata sunt, producentibus illa e tenebris Severianis, sed orthodoxis illa, uti Ecclesiæ hucusque ignota et inaudita reprobantibus. Venit in meam sententiam Joannes Dallæus... in opere *De scriptis quæ Dionysii Areopagitæ et Ignatii Antiocheni nominibus circumferuntur*, etc. » Pro Severianis, aut Monophysitis, veluti *Areopagiticorum* auctoribus, ac præsertim Petro Cnaphæo seu Fullone, Ecclesiæ Antiochenæ tyranno, aut alio partium ejus et consiliorum socio, agit uberrime Michael Lequienus loco citato, pluresque in medium profert ac amplificat conjecturas. Virum doctissimum pro virili, insequitur tota Dissertatio sæpius citata : neque opinionem ejus, quam noverat, verisimilem putat Christianus Augustinus Salig in tractatu *De Eutychianismo ante Eutychen* : neque rursum approbat Maturinus Vessieres La-Croze. Sedem Antiochenam anno 471 prima vice tenuit Cnaphæus, iterumque invasit anno 476 et insequente, ac tertio occupavit anno 485 ad annum usque 488.

Auctorem ergo apprime orthodoxum, censuit Latinum Dodwellus, Ægyptium Paschasius Quesnellius, et Joannes Bona : Græcum scriptorem Atticumque Lequienus. Vide caput 6 Dissertationis. Auctoris ejusdem, quisquis ille fuerit, tempora definit Morinus post Nestorium, et ante Eutychianorum turbas, quinto sæculo labente : imo conficta opera censet Nicolaus Nourrius, asceta Benedictinus Sammaurænsis, intra annum 431, quo synodus œcumenica Ephesina adversus Nestorianos, et 451, quo synodus Chalcedonensis contra Eutychianos celebrata est. Paulo seriorem feturæ ætatem arbitrantur alii.

## CAPUT III.

*Scholia in Opera Areopagitica scripsit non solum Maximus, sed ante ipsum Joannes Scythopolitanus. In editis confusa prostant. Nourrius notatus. Scholia Joannis Scythopolitani in codicibus mss. alicubi ampliora. Indicia quæ alia secerni ab aliis possunt. Quis fuerit Joannes Scythopolitanus.*

I. Sub unius Maximi nomine, qui sæculo septimo floruit, pugnavitque egregiam pugnam adversus hæreticos Monothelitas, prodierunt *Scholia in Opera Areopagitica* in editionibus Antverpiensi et Parisiensi, ac modo prodeunt in Veneta. Sed attamen non unum scholiastem Maximum, sed alium uberioremque Joannem Scythopolitanum, operam suam navasse, testis est locupletissimus Anastasius, Romanæ Ecclesiæ bibliothecarius, in epistola ad regem Carolum Calvum, anno circiter 865. Verba sunt (3): « Cœpi sedulo quærere, si forte reperiri potuisset præceptor quispiam, vel aliquod scriptum, quo enucleate tantus Pater (Dionysius Areopagita) nobis liquidius illucesceret : et quia jam per interpretis, (Joannis Scoti Erigenæ) industriam linguæ nostræ fuerat traditus, nostris patulis redderetur perfectius intellectibus. Cum ecce repente *Paratheses*, sive *Scholia* in eum, quæ Constantinopoli positus videram, ad manus venere, quibus utcunque interpretatis, mihi aliquantulum magis emicuit. Quæ in marginibus interpretati codicis ejus, ut in Græco reperi, mox interpretata utcunque, donec a docto melius interpretarentur, respondentibus signis interpres ego satis imperitus apposui.... Ipsorum autem Scholiorum, sive Paratheseon quæcunque in calce sui signum vivificæ crucis habent, a beato Maximo confessore et monacho inventa narrantur; cætera vero, sancti Joannis Scythopolitani episcopi esse feruntur. » Accuratum Anastasii laborem in utriusque scholiis distinguendis quis impensius non commendet ? Epistola citata typis edita præmittitur Commentariis in Areopagitam a Dionysio Carthusiano elucubratis, editisque typorum beneficio *Coloniæ, impensis Petri Quentel, anno* 1536, in-folio : habeturque inter *Veteres Epistolas Hibernicas*, a Jacobo Usserio collectas, ac editas *Parisiis* in *Officina Ludovici Billaine* 1665, num. XXIV.

Utraque Scholia, eademque distincta, in vetustis codicibus mss. Parisiensibus et aliis reperiri adnotat laudatus Usserius. Verba ejus dabimus numero insequenti. Testem quoque affero laudatum Nicolaum Nourry in *Apparatu ad Bibliothecam maximam veterum Patrum*, Dissertatione x, *de Operibus sancti Dionysii Areopagitæ*, capite 22. Ejus affero verba, quæ castigatione indigent, a typographo facillime deformata ? « Duos pariter nacti sumus codices Latinos manu exaratos, quibus (Operum Areopagiticorum) versio Joannis Scotigenæ, ac divi Maximi, Joannisque Scotigenæ (error 1. Lege *Scythopolitani*) notæ et Scholia exhibentur. Primus Bibliothecæ Regiæ, et secundus Colbertinus : alter ab annis circiter 600, alter vero 400, descriptus. In utroque præmittuntur ejusdem Joannis Scythopolitani (error 2. Lege *Scotigenæ*) et Anastasii Bibliothecarii ad Carolum Calvum Epistolæ, quibus ei versionis operisque sui reddunt rationem. » Scilicet rationem reddit de sua Operum Areopagiticorum versione Joannes Scotigena, et Anastasius Bibliothecarius de sua Latina Scholiorum Maximi et Joannis Scythopolitani translatione.

Epistolæ, quam ad regem Carolum Calvum scripsit Scotigena, fragmentum commentariis præmittitur, a Dionysio Carthusiano confectis; integra vero habetur inter *Veteres Epistolas Hibernicas*, ab Usserio collectas. Scotigenæ laborem laudibus extollit Anastasius Bibliothecarius in epistola citata : « Beatus itaque Areopagita Dionysius, inquiens, quem inter cætera constat, industria tua (ipsius regis Caroli), præstantissime principum, in Romanum sermonem translatum... Mirandum est quomodo vir ille *barbarus*, qui *in finibus mundi* positus, quanto ab hominibus conversatione, tanto credi potuit alterius linguæ dictione longinquus, talia intellectu capere, in aliamque linguam transferre valuerit. Joannem innuo Scotigenam, virum quem auditu comperi per omnia sanctum. » De ipso disserentem vide Joan. Albertum Fabricium, in *Bibliotheca Latina mediæ et infimæ ætatis*.

II. Non latent in pluteis, neque abdita servantur in solis codicibus mss. quæ in *Areopagitica* scripsit scholia Joannes Scythopolitanus. Edita prostant inter ea quæ sub unius Maximi nomine prodierunt, confusa cum ipsis : quod utique dolendum. Rem hanc adnotarunt Jacobus Usserius et Michael Lequienus. Usserii affero verba, quæ leguntur apud Guillelmum Cave, ad annum 520, in *Joanne Maxentio*. Sic habet vero in *Bibliotheca theologica mss.* « Joannes Scythopolitanus scripsit in Dionysium Areopagitam Scholia, pariter ac Maximus. Verum in libris Dionysii ab anno 1562 inclusive editis (quæ nempe anno Græca editio Morelliorum lucem vidit Parisiis in-8), simul confusa sunt Joannis et Maximi Scholia : quæ non in antiquioribus solum, quæ Cyparissiotæ tempore (sæculo XIV) ferebantur, editionibus (mss.) fuerunt distincta; sed etiam in utroque quo usus est ipse Morellius codice. In quorum altero ad marginem sunt apposita Joannis Scythopolitani sine nomine Scholia; in altero vero seorsim, post absolutum textum integrum Dionysii, Maximi nomine insignita Scholia; eo breviora, quod ab amplioribus Joannis, cum quibus ea conjunxit Morellius, separata fuerant. Porro vulgata illa Scythopolitani Scholia, eadem illa ipsa sunt quæ Dionysio Alexandrino ab aliis sunt attributa : quod ex sententia a Cyparissiota ex Dionysii Scholiis citata patet, quæ in Scholiis istis totidem verbis reperitur. Istam vero sententiam Scythopolitani, non Maximi esse, liquet ex Latina versione Scholiorum Scytho-

(3) Vide *Patrologiæ Latinæ* tom. CXXIX, col. 737.

politani a Roberto episcopo Lincolniensi facta, et in bibliotheca collegii Corporis Christi apud Oxonienses mss. asservata, in qua reperitur. »

Hunc Usserii locum indicat Joan. Albertus Fabricius in *Bibliotheca Græca*, libro v, capite 1, num. 6, allegata ejusdem Usserii *Dissertatione de Dionysio* : quam, inquit, H. Whartonus edidit ad calcem libri *De scripturis sacrisque vernaculis*. Vitam agebat laudatus Robertus, Lincolniensis episcopus, tertio decimo sæculo, vitamque commutavit cum morte anno 1253, apud eumdem Fabricium in *Bibliotheca Latina mediæ et infimæ ætatis*. Quæ vero invehit Usserius de Scythopolitani Scholiis Dionysio Alexandrino attributis, deque sententia Cyparissiotæ, diligentiori cura expendimus nos in Dissertatione nostra sæpe citata, capite 5.

Inter edita Scholia sunt aliqua quæ satis produnt auctorem, non Maximum, sed alium, utique Joannem Scythopolitanum. Egregie rem patefacit Michael Lequienus in Dissertatione Damascenica II. « Inprimis se ea ætate, inque ea regione vixisse significat, in quibus Origenistarum hæresis invalescebat. Nam in caput 7 *De ecclesiastica hierarchia*, ad ea verba prope initium τῶν δὲ ἀτιέρων, « *profanorum vero*, » recensitis vetustioribus hæreticis, Simone Mago, Menandro, Valentino, Marcione et Manete, de *Origenianis* subjungit καὶ νῦν δὲ, οἱ ἀπὸ τῶν Ὠριγένους προερχόμενοι μύθων, « *et nunc qui prodeunt fabularum Origenis sectatores* » vel, ut Lansselius vertit, *atque etiam nunc ab Origenis prodeunt fabulis*). Atqui sancti Maximi ævo exsoleverant prorsus Origenistæ, ex quo Origenes cum Didymo, Evagrio aliisque horum sociis a quinta synodo proscripti fuerant : adeo ut sæculo septimo, quo Maximus florebat, nuda eorum superesset memoria. Ætate vero Joannis Scythopolitani (quem labente sæculo sexto floruisse, infra dicendum), eorum errores per monasteria Palæstinæ grassabantur, Leontio quodam Byzantino, Joanne, Isidoro et Nonno auctoribus : unde gravissimæ turbæ, ac tumultus per eam omnem regionem excitati sunt. » Animadverte, Scholia sua circa hæc tempora scripsisse Joannem Scythopolitanum, utpote qui de Origenistis agit, qui *nunc* dicuntur *prodiisse*. Tempora certius infra definienda sunt.

Alia duo sunt scholia quæ produnt auctorem. In caput 7 *De cœlesti hierarchia*, ad ea verba, εἰς οὐρανούς, *in cœlos*, nota sic appingitur : « Nota contra Basilianos et Nestorianos Jesum Christum, in cœlos assumptum, secundum quod homo est, esse Dominum intelligibilium omnium, etc.... contra vero Acephalos et Eutychianos, quod quamvis Dominus virtutum, verus et manifestus homo. » Item in caput 7 *De ecclesiastica hierarchia*, ad ea verba, καὶ ἱερὰν, *et sacram*, hæc subjiciuntur : « Sacram theologiam dicit : *Tu es Christus Filius Dei vivi*, quod notandum est contra Basilianos, et Nestorianos, et Paulianistas, et similes. » Quibus in locis Nestorianos vides dictos Basilianos. « Hæc autem appellatio (verba sunt Lequieni) ab alio auctore indita eis esse non potuit, præterquam a Joanne Scythopolitano, qui variis scriptis a Basilio Cilice, Antiochenæ Ecclesiæ presbytero lacessitus, eumdem Basilium tanquam versutissimum Nestorianæ impietatis propagatorem, antirrheticis dissertationibus traduxerat, veluti narrat Photius in *Bibliotheca*, cod. XCV et CVII. »

Priori in codice verba sunt Photii : *Lectus est Joannes Scythopolita* σχολαστικός, scholasticus, *adversus Ecclesiæ desertores.... Scripti, in quod Scythopolita scribit ... fortasse Basilius Cilix est auctor.* Et alio in codice : *Lectus est liber Basilii, presbyteri Cilicis, adversus Joannem Scythopolitam, cui et Causidici nomen,* Διχόλογον. Unum esse, et eumdem Joannem Scythopolitanum, licet aliter et aliter cognominatum, *Scholasticum* et *Causidicum*, grave nullum argumentum obstat, quominus affirmemus. In codice priori hæc habentur : *Scripsit* (Scythopolitanus) *rogatus a patriarcha quodam, cui Juliano nomen.* In sedem Antiochenam conscendit Julianus, post Petrum Cnaphæum, anno 471, eamque tenuit ad annum 476. Vide Boschium *De patriarchis Antiochenis*, inter *Acta sanctorum*, tomo IV Julii. Hoc itaque tempore cœpit Scythopolitanus in arenam descendere *adversum Ecclesiæ desertores*, ut ait Photius, *sive contra Eutychen et Dioscorum, ejusdemque sectæ asseclas.* Calamum contra Basilium Cilicem serius videtur strinxisse. In alio codice ait Photius : *Basilius Cilix fuit presbyter, ut de se ipse affirmat, Antiochenæ Ecclesiæ*, quo *tempore thronum ibi tenebat Flavianus, Romanique clavum imperii Anastasius.* Imperium tenuit iste ab anno 491 ad annum 518. Qui vero Flavianus dicitur Antiochenus patriarcha, intelligitur hujus nominis secundus, ab anno circiter 499 ad annum 512. Optime cohærent omnia.

III. Jam ergo inter edita sub unius Maximi nomine Scholia, locum habent sine dubio quæ scripsit Joannes Scythopolitanus, confusa cum eisdem. Minus accurata profero verba Nicolai Nourrii loco superius citato. « In codice Colbertino, manu exarato *mense Januario, feria septima, indictione quinta, anno mundi* 6500, id est Christi 992, adjectæ sunt Sancti Maximi notæ, ab his quæ in editis prostant, plurimum discrepantes... Unde orta sit illa discrepantia si roges, disce ex Anastasii testimonio (superius allato), quo se Scholia S. Maximi et Joannis Scythopolitani a se invicem distinxisse, affirmat. Hinc enim colliges, ea imperitorum librariorum incuria, potuisse facile in codice Colbertino aliisque pluribus præpostera perturbatione confundi. » Quibus videtur verbis putasse Nourrius, *Scythopolitani* Scholia edita nondum esse, ac latere in codicibus. Fallitur egregie, uti dictum est.

Admonere tamen pretium est operæ, in Veneto codice nostro Marcianæ bibliothecæ eadem Scholia, quæ typis edita sunt, auctiora et ampliora reperiri : quæ utique additamenta præstabit nova præsens

editio. Jacobus Echardus in *Scriptoribus ordinis Prædicatorum*, tomo II, ad annum 1679, in *Francisco Combefisio* adnotat, virum præclarissimum reliquisse prelo paratum tomum III *Auctarii novissimi Bibliothecæ Græcorum Patrum*, in quo locum habuisset *Scholia in Dionysium Areopagitam.. ex Regio, Sandionysiano, ac duplici Mazarino codicibus, multis aucta et emendata*. Sunt nempe Scythopolitani Scholia, quæ tamen ad Maximum referebat vir doctus.

Addere licet *Commentarium* etiam *fusiorem in quartam Dionysii Areopagitæ sic vulgo dicti epistolam, quæ est ad Caium* : quod opus Combefisius vocat *Maximi genuinum* ex codice Regio, *idque nusquam antea typis excusum*. Sed illud editum typis *Oxonii* 1681 putaverim ego in Appendice *ad Joannis Scoti Erigenæ libros quinque De divisione naturæ* : ubi exstat Græce et Latine, interprete Th. Galæo, Anglo, *Epistola prima S. Maximi ad Thomam virum sanctum de diversis quæstionibus*, ac prostant capite 5 fusiores *in epistolam quartam ad Caium* sub ejusdem Maximi nomine Commentarii.

IV. An vero Maximi Scholia, et ea quæ scripsit Scythopolitanus, utraque confusa in editis, indicia fuerint, quæ secernant? Ea quidem Anastasius Bibliothecarius prudentissime ab invicem discreta interpretatus est, *quæcunque*, inquiens, *in calce sui signum vivicæ crucis habent, a beato Maximo confessore et monacho inventa narrantur, cætera vero S. Joannis, Scythopolitani episcopi, esse feruntur*. Eadem quoque non confusa, sed distincta sunt, Usserio adnotante, in antiquis codicibus, et *in utroque codice quo usus est Morellius ; in quorum altero ad marginem sunt apposita Joannis Scythopolitani sine nomine Scholia : in altero vero seorsim, post absolutum textum integrum Dionysii, Maximi nomine insignita Scholia*.

Ad ipsas quod attinet editiones, indicia occurrunt distinctionis. In Morelliana anni 1562 his verbis inscribitur Prologus : *Πρόλογος τοῦ ἁγίου Μαξίμου, ἢ κατά τινας, Ἰωάννου τοῦ Σκυθοπολίτου*, « *Prologus sancti Maximi, vel, secundum aliquos, Joannis Scythopolitani.* » Ad hunc omni procul dubio Scholium pertinet in quo Origenistæ dicuntur *nunc* prodiisse, in Palæstina scilicet. Ejusdem sunt scholia, queis Nestoriani appellantur *Basiliani*. Adnotat Usserius, Maximi Scholia *breviora* esse, et *ampliora* quæ scripsit Scythopolitanus. Quod ita intelligimus, ut etiam longiuscula quædam confecerit Maximus, et non solum breviora ; sed et brevia quæcunque scripserit Scythopolitanus, et non solum prolixiora.

In eadem verba eamdemque auctoris sententiam occurrunt non raro bina scholia, alterum scilicet Maximi, Scythopolitani alterum, his verbis discreta, *ἄλλως*, et *εἰς αὐτό*. Nonnulla accipe exempla. In caput 10 *De cœlesti hierarchia*, ad illa verba, *κρυφιώτερα μέν*, « *occultiori quidem,* » post longiusculam adnotationem, additur alia præmisso adverbio *ἄλλως τε*. In caput 15, ad vocem *ῥαστώνην*, secunda expositio affertur, cum *ἄλλως* præmisso. Idem observare licet in caput 2 *De ecclesiastica hierarchia*, ad illa verba, *intelligere animo et ratione* ; et in caput 3, ad voces, *in alteris*, et ad illas, *dicit qui totus est* ; et in caput 4, ad verba, *est aliqua cœlestis*, et ad illud, *inferioribus* ; et in caput 2 *De divinis nominibus*, ad verba, *passus divina* ; et in caput 4, ad voces, καὶ ὑπερκόσμιον.

In caput 5, ad verba, *et est, et erit*, prima subjicitur nota ; alia sequitur deinde cum his verbis, εἰς τὸ αὐτό : et in caput 7, ad voces, *et imagines quasdam*. Hæc vero satis sunt : nec enim diutius in his immorari licet, quæ sola codicum inspectione deprehendi tuto possunt.

V. Ad auctorem Joannem Scythopolitanum redeo, de quo satis nondum innotescit, quis ille fuerit : ac ingerunt sane difficultatem tum Anastasii Bibliothecarii, tum Photii superius allata verba. Joannem Scythopolitanum, Scholiorum auctorem, vocat *episcopum* ille ; de Joanne Scythopolitano agit iste, quem modo *Scholasticum* appellat, modo *Causidicum*, nulla ingesta episcopalis dignitatis mentione.

Nihilominus Photius ipse Joannem Scythopolitanum memorat *antistitem* codice CCXXXVI, ubi refert *synodicam epistolam Sophronii Hierosolymitæ* (contra Monothelitas, anno 635 scriptam), in qua memoratur *beatus Joannes antistes Scythopolitanus, qui docet et pie de synodo Chalcedonensi scripsit*.

Quo vero is floruerit tempore? Inter episcopos Scythopolitanos in patriarchatu Jerosolymitano, Joannem probabiliter circa annum 496 collocat Lequienus in *Oriente Christiano*, tom. III. Res ita se habeat : dubium manet adhuc, num is confecerit Scholia in Maximum. Favet episcopalis dignitas, ipsorum auctori tributa ab Anastasio Bibliothecario : at sumptæ ex Photio difficultates negotium ingerunt haud ita leve. Laudatus Lequienus in Dissertatione Damascenica II tribuere prædicta Scholia videtur Joanni Scythopolitano, lacessito a Basilio Cilice, et ipsum scriptis suis lacessenti : sed hunc a Joanne Scythopoleos episcopo distinguit in *Oriente Christiano*. Quidni Anastasius Bibliothecarius et Photius conciliari queant, si dixerimus, Joannem Scythopolitanum, antea *scholasticum* et *causidicum*, virum clarissimum ob scripta in desertores Ecclesiæ, et in Basilium Cilicem elucubrata, infulas postea obtinnisse Ecclesiæ Scythopolitanæ? Tempora conveniunt. Joannem suæ præfuisse Ecclesiæ ad annum circiter 518 adnotat Lequienus, quo moderandam assumpserat eam Theodosius, epistolæ synodicæ, quam Joannes Jerosolymitanus contra Severum Antiochenum dedit, subscriptus anno 518 : *Θεοδόσιος ἐπίσκοπος τῆς Σκυθοπολιτῶν*. Hunc vero ad annum pervenire sine dubio potuit Joannes Scythopolitanus scholasticus aut causidicus, qui jam anno 471 circiter rogatus a Juliano patriarcha Antiocheno calamum

stil inxerat adversum Ecclesiæ desertores, ac Basilium Cilicem postea insecutus est.

Dignissima est animadversione alia chronologica nota, quam offert adnotatio superius allata num. 2, in cap. 7, *De ecclesiastica hierarchia*, ubi *nunc prodiisse* dicuntur *fabularum Origenis sectatores* in Palæstina. Nempe magni motus in monasteriis Palæstinæ anno 531 pro dogmatibus Origenis excitati: sed jam antea incœpti, Nonno monacho incentore, qui propterea *ante annum* 518 ejectus monasterio, ut iterum restitueretur, egit *eodem anno* cum Joanne, qui Eliæ patriarchæ Jerosolymitano suffectus fuerat. Hæc latiore sermone narrant Norisius *De synodo quinta*, capite 1, et Pagius ad annum 532, num. 3. Hoc igitur tempore verissime Scholiorum auctor adnotare potuit, *nunc prodiisse fabularum* B *Origenis sectatores*: quod utique tempus maxime convenit Joanni, egregio scriptori contra Basilium Cilicem, et Ecclesiæ desertores, ac Scythopolitano episcopo. De lato in Origenem ac novos fabularum ejus consectatores anathemate in synodo quadam Constantinopolitana sub Menna, urbis regiæ patriarcha, inter annum 538 et annum 544, ante synodum quintam œcumenicam, luculentissime contra Pagium aliosque disserit Lequienus in *Oriente Christiano*, tomo III, in *Eustochio* patriarcha Jerosolymitano.

Theodosio Scythopolitanam Ecclesiam regente, *erat quidam Scythopoli scholasticus Joannes, Expelleutæ filius*, ut legimus in *Vita sancti Sabæ*, C apud Cotelerium, in *Monumentis Ecclesiæ Græcæ*, *vir bonus et animo illuminatus*. Anceps hæret Lequienus an iste *scholasticus Joannes Scythopolitanus, Expelleutæ filius*, dici idem debeat cum *Joanne Scythopolitano scholastico*, quem Photius memorat codice XCV. Distinctos ambos evincunt diversa utriusque tempora, ac diversa utriusque studia, alterius *viri boni et animo illuminati*, alteriusque in disceptationibus innutriti adversum heterodoxos: ut jam constet iterum, Joannem Scythopolitanum Photii, scholasticum et causidicum, unum esse, et unum dici posse cum Joanne Anastasii Bibliothecarii, episcopo Scythopolitano, Scholiorum in Areopagitica Opera scriptore. In aliam abire conjecturam placuit mihi in Dissertatione ci- D tata, capite 4, num. 2, cui satis fortasse ea fieri potest ratione, qua concordiam Photius inter, et Anastasium Bibliothecarium iniri posse indicavimus. Dictioris cujusque judicium esto. Compertum vero ex his omnibus fieri denique videtur, perperam a nonnullis tribui Scholia Joanni Maxentio, monachorum Scytharum primipilo, per hæc tempora vitam agenti, ac perperam ipsum confundi cum Joanne Scythopolitano, vel *episcopo* vel Basilii Cilicis insectatore.

## CAPUT IV.

A *Editorum Scholiorum nonnulla Germano patriarchæ tribuit codex ms. Venetæ Marcianæ bibliothecæ: quæ omnia indicantur. Animadversiones: conjecturæ de Germano patriarcha invecto pro Maximo. Quis ille fuerit Germanus patriarcha. Alia quæ feruntur apud bibliographos in Opus Areopagiti cum Scholia, recensentur.*

I. Nitidissimum inter alios, in quibus Opera Areopagitica, et Scholia continentur, Venetæ S. Marci bibliothecæ codices manu exaratos, cum viri quidam peritissimi expenderent, versarem etiam ego, singulare quidpiam addiscere statim ex eo licuit, inter Scholia nempe in Opera Areopagitica reperiri nonnulla, quæ cuidam Germano patriarchæ attribuuntur. Primum in codice locum tenet liber *De divinis nominibus*, marginemque exornant Scholia. Hæc vero occurrit initio nota marginalis: *Σημείωσαι· ὅσα μὲν ἔχουσιν ἀριθμὸν σχόλια, εἰσὶ Γερμανοῦ πατριάρχου· ὅσα δὲ ἄνευ ἀριθμοῦ, Μαξίμου μοναχοῦ.* « *Nota: Quæ scholia numerum habent, sunt Germani patriarchæ; quæ numero carent, ad Maximum monachum spectant.* » Novum quid ominabamur omnes, quod Venetam editionem maxime exornaret; at cum editis collatione facta, jam typis cusa prostare omnia sub unius Maximi nomine, certo deprehendimus ea Scholia.

Scholia vero non pauca visuntur quæ alphabeti Græci litteris numerantur, ea scilicet quæ Germano patriarchæ tribuuntur in codice. In caput 1 *De cælesti hierarchia* numerantur tria; in caput 2, itidem tria; in caput 7, sex; in caput 12, quatuor; in caput 13 itidem quatuor; in caput 1 *De ecclesiastica hierarchia* sunt septem, ac iterum quinque; in caput 2, tria, ac iterum septem; in caput 3, duo, iterumque quinque; in caput 4, quinque; in caput 6, tria; in caput 4 *De divinis nominibus* sunt novem, iterumque tria, ac iterum quatuor, ac rursum novem, et postea septem; in caput 7, tria. Hujuscemodi Scholiis caret liber *De mystica theologia*. Apparent tria *in epistolam* 8, *ad Titum*: cætera Germani scholia non habent. Numeros istos, uti sunt in codice, Veneta editio repræsentat.

II. Itaque si codici prædicto fides, non uni Maximo, sed neque etiam Joanni Scythopolitano, edita Scholia tribuenda sunt; sed eorum quoque partem Germanus patriarcha sibi vindicat. Fidem codicis roborare videtur adnotatio Joan. Alberti Fabricii in *Bibliotheca Græca*, libro V, capite 1, num. 6, ubi sic ait: *Germani patriarchæ Constantinopolitani Scholia in bibliotheca Vaticana adhuc servantur*. An eadem fuerint cum nostris? Rationem reddant, qui manu versare, et intueri oculis, ac mente expendere codices Vaticanos valent; conjecturis indulgendum mihi est.

Stylum ego, et modum, ac doctrinam Scholiorum, quæ litteris alphabeti numerata sunt, attentius cet expenderim, nihil attamen video quo ea

dici debeant profecta ab allo auctore, qui non fuerit Maximus, aut Joannes Scythopolitanus. Eadem pro sua peritia ponderet sapiens lector, et conferat, ac judicium ferat. In nota quadam, eo modo numerata, in caput 2, *De cœlesti hierarchia*, sic legimus: *Quid porro sit resonantia extrema, explicavo in capite 4 libri De divinis nominibus.* Hanc *resonantiam* intelligit rerum ordinem a Deo statutum, ac inferiorum illustrationem a superioribus. Quidpiam vero tale in scholiis eodem modo numeratis in caput 4 *De divinis nominibus* indicatur, aut exponitur. An vero modus iste se referendi in alio loco disserentem, conveniat Germano, qui scholia nonnulla adjiciebat ad Scholia Maximi et Scythopolitani? Conveniunt sane Scythopolitano, qui primus amplioribus notis illustrabat Opus Areopagiticum. Conveniunt etiam Maximo, qui seorsim ab illo brevia quædam scribebat scholia.

Id vero maxime animadvertendum, frequentius breviora esse scholia, quæ numerata sunt, ac Germano tribuuntur: eademque si colligas omnia, pauca potius esse quam plurima. Duobus hisce indiciis, scholiorum brevitatis ac paucitatis, quæ vere Maximi sunt, indicarunt nobis Usserius et Lequienus. Hinc menti obversatur conjectura, librarium, qui Marcianum codicem describebat, scholia a scholiis distincta inveniens, ac majoris ipsorum partis auctorem ignorans Joannem Scythopolitanum, alia tribuerit Germano patriarchæ et alia Maximo. Tenebras depellere, ac dirimere litem omnem non possunt, nisi vetusti codices bonæ notæ, in quibus Maximi scholia a scholiis Joannis Scythopolitani accurate discreta inveniantur.

III. Quis ille fuerit Germanus patriarcha, si sua et ipse Scholia scripserit in Opera Areopagitica, inquirendum est. Paucis res tota exigitur. Ejusdem nominis duo Germani præsto sunt, qui patriarchalem regiæ urbis Constantinopoleos thronum tenuere: ambo sacris litteris clari, et plurium operum scriptores. Primus conscendit sedem illam anno 715, eamque, dignitate abdicata, anno 730 dimisit. Infulas easdem ab anno 1222 ad annum 1240 gestavit alter. Tertium memorare Germanum prætereo, quem dignitatem indeptum esse anno 1264, in prima ostendimus dissertatione quam *Vitæ Gregorii Cyprii* subjecimus, ac typis edidimus anno 1753.

Utriusque Opera diligentiori cura recensent bibliographi: neque ulla scholiorum, de quibus agimus, apud ipsos mentio. Atqui vero scholia, quotquot in Opus Areopagiticum typis edita sunt, reperiuntur omnia in antiquis codicibus, qui Germani secundi ætatem superant. Inter hæc typis edita scholia locum habent, quæ Germano tribuuntur: igitur si quis Germanus Constantinopoleos patriarcha scripserit ea, sine dubio fuisse primus debuit.

IV. Adnotare postremo loco liceat, alios etiam scriptores nonnullos memorari, qui in Opera Areopagitica scripserint scholia, quin ea tamen satis innotescant. Joan. Albertus Fabricius in *Bibliotheca Græca*, libro v, capite 1, n. 6, paucis verbis recenset *Scholia Georgii Hieromnemonis in bibliotheca Medicea.* Inter codices Bibliothecæ Regiæ Taurinensis, tom. I, numeratur codex CCC. LXIX, *membranaceus, sæculi* XIV, in quo « continentur Dionysii Areopagitæ Opera, cum scholiis Andreæ cujusdam, quemadmodum legere est post aliquot Dionysii verba in caput 1 *De divinis nominibus*, fol. 6. Ἀνδρέου ἐξήγησις, « *Andreæ narratio.* » Subjiciuntur semper deinde textui Dionysii scholia rubro colore descripta, ut vix legi possint. Scholia hæc tamen (Bibliothecæ editores inquiunt), ut observare contigit ex comparatione, eadem omnino sunt atque scholia Sancti Maximi typis vulgata. » Quidni quidpiam simile, falsa nomenclatura Germani patriarchæ invecta, acciderit in Veneto Marciano codice?

Commentarios in Dionysium Areopagitam scripsisse lingua Syriaca fertur Joannes Daræ in Syria episcopus. De viri ætate, deque urbe cujus infulas episcopales gestaverit ille, dissident viri docti. Uberrime pertractantem adi Joannem Morinum *De sacris ordinationibus*, a pag. 423, ac etiam lege Dissertationem, quam Gallice inscriptam diximus, *Problème*, etc. His addo peritissimum Josephum Simonium Assemanum in *Bibliotheca Orientali*, tomo II, capite 18, ubi Joannem Daræ non ante annum 700 floruisse ostendit vir apprime doctus.

## CAPUT V.

*Latinæ, quæ feruntur Operis Areopagitici, versiones recensentur. Loci cujusdam* De Divinis nominibus *Latina versio apud sanctum vhomam Aquinatem sincerior ac nitidior quam in cæteris.*

I. Absque non erit, antequam dissertatiunculæ finem impono, varias recensere, quæ operum Areopagiticorum hactenus confectæ sunt, ac typis prodierunt, Latinas versiones. Id emolumenti saltem colligi poterit, ut si versionum hujusmodi collationem inire quispiam exoptet, quo lucidius obscuriora quædam Areopagitica loca comprehendantur, noscat eas, ac facile reperire queat.

Primus hanc spartam ornare assumpsit Joannes Scotus Erigena (4). De vera ejus patria Joan. Albertus Fabricius agit in *Bibliotheca Latina mediæ et infimæ ætatis*, ut cæteros hoc loco præteream. In id opus incubuisse ipsum jussu regis Caroli Calvi, discimus ex ejusdem epistola ad eumdem regem, quæ integra exstat inter *Hibernicas Epistolas* a Jacobo Usserio collectas, num. 23. Ait ille vero: se *de Græco in Latinum transtulisse libros quatuor sancti Patris Dionysii Areopagitæ episcopi Athenarum, quos scripsit ad Timotheum episcopum Ephesinum* (nimirum *De cœlesti hierarchia, De ecclesiastica hierar-*

(4) Joannis Scoti versio Operum S. Dionysii Areopagitæ exstat *Patr. Lat.* t. CXXII, inter Scoti Opera, curante Dr H. J. Floss, Bonnensi, recensita.

*chia, De divinis nominibus, De mystica theologia*), et *decem epistolas ejusdem*. Data est epistola nuncupatoria anno 858, ut Usserius adnotat in margine.

Versionis hujusce mentionem ingerit, ac etiam laudat eam Anastasius Bibliothecarius in epistola ad eumdem regem anno 865 scripta, qua suam ipsi Latinam nuncupat versionem Scholiorum sancti Maximi, et Joannis Scythopolitani episcopi. Verba dedimus capite 3, num. I. Hæc vero Latina Scotigenæ versio Areopagiticorum Operum exstat fere integra typis edita apud Dionysium Carthusianum, qui eam adhibuit in suis Commentariis in Dionysium Areopagitam, Coloniæ cusis, *impensis Petri Quentel anno* 1536. In Præfatione ad lectorem hæc habentur : « *Vulgaris translatio*, quæ dicitur esse Joannis Scotigenæ... a Dionysio nostro Carthusiano per singula capitula, prope de verbo ad verbum, explicatur, excepto quod in quibusdam Areopagitæ epistolis interpretandis, Carthusianus noster utitur translatione *alterius cujusdam Joannis*, non re, sed cognomento *Sarraceni* : in *nona* vero et *decima* (epistola), *Camaldulensis* (Ambrosii). »

Haud ita ætatis mediæ, maximeque sequioris, viris doctis placuit versio *Scotigenæ*, quin novam operam in transferendis libris et epistolis Areopagiticis collocarent. Hinc secundus laborem hunc assumpsit circa annum 1118 Joannes Sarracinus, sive *Sarracenus*, ut adnotat Fabricius in *Bibliotheca* citata. Sic vero narrare pergit ille : « Latine vertit *Hierarchiam* Dionysii Areopagitæ (utramque scilicet, cœlestem, et ecclesiasticam). Viderit Gesnerus, qui in *Bibliotheca* sua ait : Sarracenum transtulisse omnes Areopagitæ libros, excusosque esse cum Dionysii Carthusiani Commentariis Coloniæ, etc. » In his utique Commentariis, eademque in editione Coloniensi anni 1536, *impensis Quentel*, exstat Latina Sarraceni versio *De cœlesti hierarchia*, et *De ecclesiastica hierarchia*, utraque dicata magistro Joanni de Sarisberiis : item Latina versio *De divinis nominibus*, et *De mystica theologia*, utraque pariter ad Odonem Sancti Dionysii abbatem nuncupata : itemque demum Latina versio *epistolarum undecim*.

Tertium numero *Ambrosium oratorem*, et *monachum Camaldulensis ordinis*, ut inscribitur in eodem Dionysii Carthusiani volumine, quod integram ab eodem confectam Areopagitæ librorum, et Epistolarum undecim versionem præstat. *Traversarii* cognomen ejus est, ac oppidum Portici supra Forumlivium, patria. Celeberrimi sæculo cadente decimo quarto, labenteque quinto decimo scriptoris elogia texunt bibliographi. Præclarissime de eo disserentem lege Apostolum Zenum in *Dissertationibus Vossianis* Italice scriptis, tom. I.

Quartus est Joachimus Perionius, Benedictinus Cormoeriacensis. Versionem suam Latinam nuncupat cardinali Vindocinensi. In epistola data *Kal. Maii* 1555, sic habet : « Converti autem omnia ejus opera quæ exstant, id est *De cœlesti hierarchia* librum unum, *De ecclesiastica hierarchia* librum unum, *De divinis nominibus* librum unum, *De mystica theologia* librum unum, *Epistolas decem*. *Scholia* etiam in librum *De ecclesiastica hierarchia*, nondum a quoquam (quod sciam) translata, quæ edita sunt Basileæ, in officina Hervagiana, converti. » Lugdunensi utor editione apud Gulielmum Rovillium, 1585, in-8°.

In fronte Commentariorum Dionysii Carthusiani, quos typis editos Coloniæ 1536 adnotavimus, recenseur etiam *Latina Marsilii Ficini interpretatio imperfecta ut quæ solum* Divina Nomina *continet, et* Mysticam theologiam. His omnibus nitidior et accuratior accedit ea quam elucubravit Balthasar Corderius Soc. Jesu. In præfatione ait ille : *Novam hanc editionem adornavi cum Latina mea interpretatione : quæ cæteris (quod certe conatus sum) pressius, et clarius, atque theologis accommodatius, verborum ejus vim (quæ iis inest maxime), exprimeret, et stylo plano sensum redderet genuinum.*

II. Loca tamen aliqua Areopagitica felicius transferri in Latinum potuisse observarunt viri docti. Exemplum affero ex capite 2 *De divinis nominibus, ubi* § 6 *sic habet textus Græcus* : Διακέκριται δὲ τῆς ἀγαθοπρεποῦς εἰς ἡμᾶς θεουργίας, τὸ καθ' ἡμᾶς, ἐξ ἡμῶν, ὁλικῶς καὶ ἀληθῶς οὐσιωθῆναι τὸν ὑπερούσιον Λόγον, καὶ δρᾶσαι καὶ παθεῖν ὅσα τῆς ἀνθρωπικῆς αὐτοῦ θεουργίας ἐστὶν ἔκκριτα καὶ ἐξαίρετα. Sarraceni translatio hæc est : *Discretum autem est a benigna ad nos divina operatione, secundum nos, ex nobis, totaliter et vere substantiam factum esse supersubstantiale Verbum : facere, et pati quæcunque humanæ ipsius contemplationis sunt electa et semota.* Vocum illarum, τῆς ἀνθρωπικῆς αὐτοῦ θεουργίας, minime vis exprimitur : imo θεωρίας, *contemplationis*, legisse videtur interpres pro θεουργίας. Minus etiam accurata videtur translatio Scotigenæ, *et operari, et pati quæcunque humanitatis ejus divina actione sunt discreta, et summe miranda.* Legebat fortasse ἀνθρωπητῆς pro ἀνθρωπικῆς. Feliciorem non habet versionem Ambrosius Camaldulensis : *eaque et gessit* et *pertulit quæ sunt humanæ ejus assumptionis electa atque præcipua.* Vocem θεουργίας satis non exprimit. Imperfectæ demum sunt Perionii et Corderii versiones : illa, *fecitque, et passus est omnia, quæ humanæ ipsius actionis præcipua sunt et singularia* : ista, *eaque gesserit, tuleritque, quæ humanæ ipsius actionis præcipua sunt et singularia.*

Ita vero textum vertendum jubet Michael Lequienus Dissertatione II Damascenica, num. XV, *egeritque, et perpessus sit eximia quæque, et excellentia humano-divinæ efficientiæ opera.* Hanc suo tempore, aut a se, aut ab aliis confectam, vidit sanctus Thomas Aquinas versionem, et adhibuit III p., qu. XIX, art. 1, in arg. 1, *operari et pati quæcunque humanæ ejus divinæque operationi congruunt.* Nempe Doctor Angelicus pro sua peritia, proque ea qua pollebat ingenii vi, suis in operibus modo sequitur

Scotigenæ, ac modo Sarraceni Latinam versionem, ut alibi observatum est; ac etiam frequentius, utroque interprete dimisso, Areopagitici textus reddit sensum nitidioribus verbis; ipsumque textum Græcum videtur ipse aliquando, aut alius ab eodem rogatus, consuluisse, ac Latine reddere accuratiore translatione.

Versione illa sua Lequienus abutitur loco citato, A ut Monophysitica labe infectum ostendat Operum Areopagiticorum auctorem. At eadem in versione nihil non vidit, nisi apprime orthodoxum, Thomas Aquinas, ut evincit in solutione primi argumenti. Egi ego hac de re uberius in Dissertatione sæpius citata, capite 18, ac mirum sane, non visum a Lequieno locum Thomæ prætermissumque.

# TYPOGRAPHUS STUDIOSO LECTORI.

Cum multi in hac civitate sint egregii typographi, qui partes suas quam exactissime implent, factum tamen est, paucorum defectu atque incuria, ut ex extraneis nonnulli de typographorum Venetorum diligentia atque in promissis fidelitate minus recte sentiant. Hoc cum mihi ignotum non sit, ego in id totis viribus incumbo, ut et malam aliquorum opinionem convellam, et bonam aliorum confirmem et augeam; ipseque non indiligentibus paucis, sed aliorum qui diligentiores et accuratiores sunt, numero accensear. Quod jam aliquotenus mea S. Gregorii Nazianzeni editione, quæ haud modico plausu excepta est, consecutum me spero : et præsenti, quam tibi offero, studiose Lector, Areopagiticorum Operum editione, me multo magis consecuturum confido : quandoquidem in ea adornanda nec diligentiæ ulli, nec sumptibus ullo modo peperci. Porro quid in ea præstitum sit, quotque ad eam ornatiorem tibique chariorem reddendam sint addita, ex prævia viri Cl. Dissertatione satis habes. Silebo vero ipse de chartæ nitore, typorum elegantia, aliisque adjectis ornamentis, utpote quæ in oculos tuos sua sponte incurrunt. Duo tamen sunt, de quibus peculiariter te admonere mea interesse puto. Primum est, studium ac diligentiam plane singularem me adhibuisse, ut quamemendatissima, seu quamliberrima a nævis typographicis editio ista prodiret : in quem finem non unius tantum sed plurium eruditorum virorum usus sum opera. Quo factum est ut in hac editione non solum errata nova addita non sint, sed etiam ex veteribus, iis scilicet quæ in præcedentes editiones irrepserant, sint haud pauca sublata. Ne vero mera jactantia mea videri hæc posset (jactatur id quippe etiam ab indiligentissimis quandoque typographis), constitueram integrum mendorum quæ sublata sunt elenchum tibi hoc loco ob oculos ponere. Sed quoniam veritus sum ne hoc aliqui sinistre interpretarentur, pauca tantummodo, speciminis causa, versionis Latinæ errata tibi sistam; et quidem ex eorum genere quæ nonnisi attentiore sensus ponderatione, aut etiam cum Græco textu collatione deprehendi et emendari poterant. Habet itaque editio Parisiensis, ex. gr., *contentionem* pro *consensionem; interitu* pro *introitu; disturbatarum* pro *distributarum; unctionem* pro *vinctionem; corrupuisset* pro *corripuisset; die* pro *diis; quarum* pro *aquarum; uti* pro *voti; immunitionem* pro *imminutionem; dicendi* pro *discendi; investigabilem* pro *ininvestigabilem; secundum* pro *fecundum; suscipiet* pro *suspiciet*, etc. Hæc et alia id genus non pauca in hac nostra editione viri docti, et utriusque linguæ periti opera emendata sunt. Nil dicam de crassioribus magno numero erroribus, quibus Parisina editio aspergitur : horum enim correctio ut facilior, ita non est hoc loco peculiariter commemoranda. Hæc vero omnia non ita a me dicta accipias, B. L., quasi ipse editionum Parisiensium (quarum sane plures nitidissimæ ac emendatissimæ sunt) æstimationem imminutam velim; sed ut palam fiat in magno eos errore versari qui solas peregrinas editiones æstimare norunt; easque omnes Venetis omnibus absque ullo discrimine anteponunt. Sed hac de re satis. Alterum, de quo te prænonitum volo, est, hunc primum Areopagiticorum Operum tomum hoc decurrente mense Aprili in lucem prodire; eo scilicet mense, quo ipsum proditurum, fidem meam in prævia Declaratione obstrinxeram : ut vel hinc colligas quid de promissis a me tibi in posterum faciendis exspectare tuto possis. Sane, quemadmodum ipse arbitror, honesto homine nil indignius esse quam datam publico fidem infringere; ita firmiter constitutum mihi est detrimentum quodvis potius subire, quam tantum dedecus aspergere nomini meo. Hoc vero unum reliquum est, optime Lector, ut hæc mea tibi placere ostendas. Sic enim majora, et meliora in tui favorem et commodum capessendi in dies mihi animus addetur. Interim his fruere et vale.

# MONITUM

## EDITIONI PARISIENSI ANNI MDCXLIV PRÆFIXUM.

*Plus tibi nova ista editio exhibet quam quæ cæteræ omnes hactenus præcesserunt. Duas quippe postremas, et eas quidem accuratissimas omnium ac absolutissimas una complectitur; hoc est, curam omnem et operam, quam duo illi gravissimi ac doctissimi e Societate Jesu Patres, Lansselius et Corderius adhibuerunt, navaruntque tam arduam ac sagacem, ut suam uterque quoad licuit, adornaret. Quin et quidpiam continet aliud, nondum antea in lucem publicam evulgatum. Editionem Lansselii, quæ in hac ipsa Parisiorum civitate anno 1615 prodierat, secuta est alia illa, quam apud Antuerpiam anno 1634 Corderius apparavit. Eam igitur ipsam quæ auctore Corderio prodiit, ut posteriorem et accuratius elaboratam, in eas*

*tione ista novâ sequi libuit ; adeoque prior hujusce operis tomus, qui S. Dionysii contextum universum cum Pachymeræ Paraphrasi continet, ex versione Corderii concinnatus est, cum ejusdem notationibus ad singulorum capitum calcem adjectis. Quod ad posteriorem vero tomum spectat, quo S. Maximi Scholia, variique tractatus alii, et complurium auctorum in istius tam divini auctoris vitam aut scripta dissertationes et notæ continentur ; quædam in eo ex versione Lansselii, et alia quædam ex editione Corderii deprehendes. Et quoniam id optare quispiam potuerit, ut ipsa S. Maximi Scholia, et Pachymeræ in Epistolas Paraphrasin, simul cum aliorum omnium operum Paraphrasi reliqua et Corderii adnotatis ad singulorum Dionysiani textus capitum appendicem eadem series exhiberet ; ne suo isto Lector voto excidat et frustratus videri possit, ad singula ipsa præfati textus capita seu eorum appendicem et calcem indices notas adjecimus, quæ tum ad Scholia, tum ad Paraphrasim antedictam, designatis editionis utriusque paginis, avocent ac remittant. Ita nec minus curiositati satisfactum fuerit, nec aliquid utilitati detractum, aut legentium voluptati ; quæ utrinque tam eadem quam si uno tenore ista contextuque constarent. Nihil enimvero in cæteris quanticunque studii licuit prætermissum, quod ad novam hanc editionem ex omnium votis et animo cumulatissime instruendam ac numeris omnibus absolvendam pertineret, lectio ipsa certius, quam verborum commendatio comprobabit. Vale.*

---

# CORDERII

## OBSERVATIONES GENERALES PRO FACILIORI INTELLIGENTIA S. DIONYSII.

### OBSERVATIO PRIMA.

*Tota doctrina sancti Dionysii innititur verbo Dei. Substantia nostræ Hierarchiæ verbum Dei. Descriptio Scripturæ et traditionum.*

Magnus Dionysius, ut sapiens architectus[69], operum suorum fundamentum posuit verbum Dei, cum scriptum, tum traditum; probe sciens nihil illo esse stabilius, nihil firmius, dicente Domino : *Cœlum et terra transibunt, verba autem mea non transibunt*[70]. Huic ergo firmissimo fundamento tota ejus doctrina sublimissima innititur. Ac primum quidem caput *Cœlestis hierarchiæ* totum est de sacra Scriptura, docens, ejus illustratione ad cœlestium rerum indagationem cognitionemque ascendendum esse. Capite secundo, cœlestes hierarchias esse celebrandas « κατὰ τὴν αὐτῶν ἐν τοῖς Λογίοις ἐκφαντορίαν, » id est *secundum earumdem mysticam in Oraculis explanationem.* Et cap. 6 : « Οὐκοῦν ἡμεῖς μὲν οὐδὲν αὐτοκινήτως ἐροῦμεν· ὅσα δὲ τῶν ἀγγελικῶν θεαμάτων ὑπὸ τῶν ἱερῶν θεολόγων ἐθεωρήθη, ταῦτα μυηθέντες ἡμεῖς, ὡς οἷοί τέ ἐσμεν, ἐκθησόμεθα. » *Itaque nos quidem nihil motu proprio dicemus, sed, quæ angelica spectacula sanctis theologis visa fuerint, edocti, pro viribus exponemus.* Libro etiam *De ecclesiastica hierarchia*, cap. 1 : *Hierarchiam*, inquit, *nostram Deo insitæ ac divinæ deificæque scientiæ, nec non afflationis et perfectionis esse functionem*, « ἐκ τῶν ὑπερκοσμίων καὶ ἱερωτάτων ἡμᾶς ἀποδεῖξαι Λογίων χρή, » id est *ex supermundialibus et sacratissimis Oraculis demonstrandum nobis est.* Ibidem post medium caput : « Οὐσία γὰρ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἐστὶ τὰ θεοπαράδοτα Λόγια. Σεπτότατα δὲ Λόγια ταῦτά φαμεν, ὅσα πρὸς τῶν ἐνθέων ἡμῶν ἱεροτελεστῶν, ἐν ἁγιογράφοις ἡμῖν καὶ θεολογικαῖς δεδώρηται δέλτοις· καὶ μὴν ὅσα πρὸς τῶν αὐτῶν ἱερῶν ἀνδρῶν ἀϋλοτέρᾳ μυήσει, καὶ γε τοι πως ἤδη τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας, ἐκ νοὸς εἰς νοῦν, διὰ μέσου λόγου σωματικοῦ μὲν, ἀϋλοτέρου δὲ ὅμως, γραφῆς ἐκτὸς, οἱ καθηγεμόνες ἡμῶν ἐμυήθησαν. » Id est : *Substantia enim hierarchiæ nostræ sunt divinitus tradita oracula. Maxime vero ista Oracula dicimus veneranda, quæ a sacris nostris initiatoribus, divino Spiritu afflatis, in Scripturis sacris librisque theologicis tradita nobis sunt ; uti et illa, quæ ab iisdem viris sanctis subtiliori non omnino dissita ab ordine cœlesti insinuatione, de mente in mentem, mediante verbo, corporeo quidem illo, simul tamen immateriato, sine scriptione, institutores nostri sacra quadam traductione sunt edocti.* Ubi verbum Dei tam scriptum quam traditum pulchre describit. Sacros autem initiatores nostros vocat apostolos, quorum tam ipse quam S. Timotheus, ad quem libros suos scribit, discipuli exstiterunt. Dicit autem traditionem magis ad angelorum locutionem accedere quam Scripturam, quia licet ore quidem corporis instrumento fiat, in quo ab angelica locutione deficit, qui sibi mutuo immediate conceptus suos patefaciunt, fit tamen modo minus materiali quam scriptura, quia solo verbo, ubi in scripturis et calamus et atramentum materiæ crassiores adhibentur.

*S. Dionysius præfigit sibi Scripturam tanquam regulam.*

In libro vero *De divinis nominibus* hanc iterum sibi legem præfigit, ut nihil nisi ex Scriptura dicat. Cap. 1, sub initium : « Ἔστω δὲ καὶ νῦν ἡμῖν ὁ τῶν λογίων θεσμὸς προδιωρισμένος. » *Sit autem etiamnum nobis oraculorum sacra præscripta lex*, etc. Et statim post : « Καθόλου τοιγαροῦν οὐ τολμητέον εἰπεῖν, οὔτε μὴν ἐννοῆσαί τι περὶ τῆς ὑπερουσίου καὶ κρυφίας θεότητος, παρὰ τὰ θειωδῶς ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐκπεφασμένα. Τῆς γὰρ ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν καὶ οὐσίαν αὐτῆς ὑπερουσιότητος ἀγνωσία, αὐτῇ τὴν ὑπερούσιον ἐπιστήμην ἀναθετέον,

[69] I Cor. III, 10. [70] Luc. XXI, 33.

τοσοῦτον ἐπὶ τὸ ἄναντες ἀνανεύοντας, ὅσον ἑαυτὴν ἐνδίδωσιν ἡ θεαρχικῶν λογίων ἀκτὶς, πρὸς τὰς ὑπερτέρας αὐγὰς, τῇ περὶ τὰ θεῖα σωφροσύνῃ καὶ ὁσιότητι συστελλομένους. » *Nihil igitur omnino præsumendum dicere vel cogitare de superessentiali et abdita deitate, præter illa quæ divinitus nobis sunt sacris eloquiis elucidata. Nam et sermonem et intellectum et essentiam excedit superessentialitatis ejus ignoratio, cui superessentialis scientia tribuenda. Quare tantum ad inaccessum illud lumen aspiremus, quantum se insinuaverit divinorum ille radius oraculorum, quo eminentioribus istis rerum divinarum splendoribus, sobrietate quadam ac sanctitate contemperamur.*

A

Denique in *Mystica Theologia*, cap. 1, ex Scripturis tradit, Deum tenebras posuisse latibulum B suum [71], et lucem inhabitare inaccessibilem : et exemplo Moysis ostendit [72], quomodo caliginem illam mysticam subintrare oporteat. Ex quibus cæterisque scriptis ejus, omnibus liquido constat, S. Dionysium nil nisi e verbo Dei depromptum afferre.

## OBSERVATIO II.

*Cur S. Dionysius, et quam magnifice de Scriptura loquatur. Quibus nominibus Scripturas appellet. Quibus nominibus apostolos compellet.*

Cum sanctus hic, uti ostensum est, totam doctrinam suam hauriat et stabiliat ex verbo Dei, hoc illi merito inprimis curæ est ut quo verbum Dei majus apud nos momentum habeat, per sublimissimas et prorsus divinas loquendi formulas, divinam ejus auctoritatem nobis inculcet, nosque simul in ejusdem admirationem rapiat, neque humiles de Scripturis cogitationes habere sinat. Hinc fere nunquam eas vulgari nomine Scripturas appellat, sed divina prorsus ratione circumscribit, uti ex locis supra citatis et maxime capite 1 *Cœlestis hierarchiæ* videre licet, ubi in titulo, sacra Scriptura dicitur *θεία ἔλλαμψις*, id est *divina illustratio*, et in contextu *Πατροκινήτου φωτοφανείας πρόοδος*, id est *a Patre motæ illustrationis emanatio*. Et invocato Jesu, ad ejus contemplationem se reverenter componens, ibidem ait : « Ἐπὶ τὰς τῶν ἱερωτάτων λογίων Πατροπαραδότους ἐλλάμψεις ὡς ἐφικτὸν ἀνανεύσωμεν. » *Ad sacratissimorum a Patribus traditas eloquiorum illustrationes pro viribus suspiciamus.* Et rursum, vocat eam τὴν ἀρχικὴν καὶ ὑπεράρχιον τοῦ θεαρχικοῦ Πατρὸς φωτοδοσίαν, » id est *principalem et superprincipalem Patris, qui principium Divinitatis est, illustrationem;* et paulo post : « τὴν θεαρχικὴν ἀκτῖνα, » id est *divino-principalem radium;* alibi « τὴν Θεολογίαν, » etc. Sic traditiones vocat c. 2, § 3, « τὴν κρυφίαν καὶ ἱερατικὴν παράδοσιν, » id est *arcanam et sacerdotalem traditionem*, quibus aliisque sublimissimis loquendi modis, ad sublimes ac Deo dignas erigit meditationes. Eamdem ob causam SS. apostolos aliosque Scripturæ sacræ scriptores, c. 1 *Ecclesiasticæ hierarchiæ*, et passim alibi, appellat « τοὺς θεολόγους » *theologos*, « τοὺς ἐνθέους ἡμῶν ἱεροτελεστάς, » *divino numine afflatos sacros nostros initiatores*, « τοὺς ἐνθέους ἱεράρχας, » *divino spiritu afflatos hierarchas*, « τοὺς πρώτους τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας καθηγεμόνας, » *primos hierarchiæ nostræ præceptores*, § 5 : « Ἐκ τῆς ὑπερουσίου θεαρχίας αὐτούς τε ἀναπλησθέντας τοῦ ἱεροῦ δώρου, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς αὐτὸ προαγαγεῖν ὑπὸ τῆς θεαρχικῆς ἀγαθότητος ἀπεσταλμένους. » *Ex superessentiali Divinitate sacro ipsos munere repletos, et in posteros illud ipsum derivatum a divina bonitate missos*, etc.

C

D

## OBSERVATIO III.

*Quadruplex de Deo philosophandi ratio.*

Notanda est hujus sancti quadruplex de Deo philosophandi ratio. Prima est, prout Deus in seipso esse concipitur, secundum eas proprietates ac perfectiones, quæ illi ex natura rei seu substantialiter conveniunt respectu sui, ut sunt, esse unum in essentia seu natura divina, trinum in personis, et cætera quæ Deo sunt intrinseca. Secunda, prout consideratur cum respectu et ordine ad creaturas, quatenus videlicet earum auctor est, gubernator ac finis, et sic illi desumpta ex effectis nomina accommodat. Tertia, prout Deus in Scripturis sacris diversarum rerum corporearum figuris repræsentatur, et earumdem nominibus afficitur, ut cum vocatur agnus, leo, petra, etc. Quarta, prout per omnium rerum conceptibilium ablationem, et nostri ipsius abdicationem, divini amoris subvecta pennis, mens nostra in Deum subrigitur, et præsentiæ ejus radiis afflata, caligando penitus extra supraque se rapitur atque absorbetur. Ac primam quidem res divinas tractandi rationem tenuit in libro *Hypotyposeωn*, ut ex cap. 3 *Mysticæ theologiæ* patet ; sed magno Ecclesiæ damno divinissimus ille tractatus intercidit. Secundam vero rationem servat in libro *De divinis nominibus*. Tertiam tradiderat in *Symbolica theologia*, cujus frequenter mentionem facit, sed similiter desideratur. Quartam denique maximeque mirabilem practice theologandi normam tradit in *Mystica theologia*, quæ non tantum intellectum Deo subjicit et adjungit, sed vel quammaxime affectum afficit, et, ut S. Maximus et Dionysius Alexandrinus loquuntur, *ταῖς ἀδιδάκτοις* vel potius *θεοδιδάκτοις μυσταγωγίαις* in Deo felicissime collocat ac firmat, ita ut nulla theologiæ pars a divinissimo plane viro prætermissa videatur.

## OBSERVATIO IV.

*Quam vim habeant composita ex ὑπέρ.*

Notandus quoque cum Lessio lib. 1 *De perfectionibus divinis*, cap. 3, mirabilis et plus quam humanus modus loquendi S. Dionysii, quo utitur ad exprimendam suorum conceptuum sublimitatem, et ad divinitatis supra omnia creata mente conceptibilia, infinitam eminentiam insinuandam præpositione

[71] Psal. XVII. [72] Exod. XIX, XXXI

ὑπέρ præposita, vocando v. g. Deum « ὑπερούσιον οὐσίαν, » *essentiam superessentialem*, nimirum quia est essentia seu substantia eminentior omni essentia conceptibli a creatura : item « ὑπεράγαθον ἀγαθότητα, καὶ ὑπέρθεον θεότητα, « *bonitatem et divinitatem, omni bonitate et deitate conceptibili eminentiorem;* quomodo exponenda sunt omnia nomina composita ex particula *ὑπέρ*, ut *ὑπέρφωτος*, *ὑπεράρχιος*, *ὑπερτελής*, etc., id est *omni luce, omni principio, omni perfectione excellentior.* Illud enim *ὑπέρ*, id est *super*, apud Dionysium in compositione designat excellentiam, creatam omnem intelligentiam superantem.

*Vox οὐσία quam vim habeat cum præpositione ὑπέρ.*

Cum autem præpositio *ὑπέρ* nulli vocabulo frequentius præponatur quam voci *οὐσία*, sciendum hanc vocem apud Dionysium ut plurimum accipi pro essentia, substantia, natura, præsertim spirituali, et interdum etiam, sed rarius, pro materia. Quando autem adjungitur illi præpositio ὑπέρ, tum fere de Deo rebusque divinis ac supernaturalibus sermo est. Hinc lib. *De divinis nominibus*, cap. 1, § 1, et alibi passim, fidem vocat « ὑπερούσιον ἐπιστήμην, » id est *supernaturalem scientiam*, quia viribus naturæ haberi nequit, sed a Deo nobis ejus habitus infundi debet, et Dei gratia opus est ut actus fidei eliciatur. Sic etiam Christum, tanquam fidei et gratiæ auctorem, cap. 1 *Eccl. hierar*, § 1, appellat « θεαρχικώτατον νοῦν καὶ ὑπερούσιον, » id est *mentem maxime divinam ac supernaturalem.* Similiter sacramentalia et sacramenta, et Scripturas divinas ibidem § 5 vocat « τὸ ἱερὸν δῶρον τῆς ὑπερουσίου θεαρχίας, » id est *sacrum munus supernaturalis Dei principatus.* Hæc enim omnia spectant ad ordinem naturæ sublimiorem, scilicet gratiæ, qua supra naturam ad divinum quemdam statum elevamur, uti docet Dionysius *De eccl. hier.*, cap. 2, parte 1.

## OBSERVATIO V.

*Quid significent composita ex αὐτό. Nomina divina quo sensu de Deo prædicet. Quid sit ea θεοπρεπῶς prædicari. Non solum secundum causam dici.*

Simili fere modo intelligenda sunt nomina quæ componuntur ex particula *αὐτό*, ut cum in libro *De divinis nominibus*, cap. 5 et 11, et alibi, Deum vocat *τὸ αὐτὸ εἶναι*, *τὴν αὐτοζωήν*, *τὴν αὐτοσοφίαν*, etc., id est *per se esse, per se vitam, per se sapientiam*, et similia, quæ soli Deo competunt : nulla enim creatura est per se id quod est, sed per participationem; solus autem Deus est ipsum hoc quod est per se, id est sua essentia, et suum esse, et non secundum participationem. Idcirco D. Dionysius cap. 2 ait hæc nomina, tanquam Deum decentia, attribui divinitati trium Personarum *ἀμερῶς*, hoc est *imparticipate*, atque adeo plene et essentialiter, ac proinde absolute et perfecte, sicut ipsa divinitas est in qualibet persona ex tribus tota, perfecta, integra et plena.

Unde bene observavit P. Franc. Turrianus ad Joannis Cyparissiotæ Decadem IV *Expositionis materiatæ*, cap. 9, non ita esse ut quidem putaverunt, divina nomina secundum Dionysium, secundum causam tantum de Deo dici, ut bonus, quod sit auctor bonitatis, sapiens, quod sapientiæ, et similiter in aliis. Si enim sic dicerentur de Deo, clauderent in suo intellectu, ut ait S. Thomas, bonitatem creaturæ; ac proinde de creatura inprimis dicerentur, quasi Deus diceretur bonus et sapiens ad similitudinem boni, cui dat bonitatem; et sapientis cui dat sapientiam. At non sic Dionysius sensit, ut nomina divina secundum causam tantum de Deo dicerentur; sed sic, ut Deo primum attribuerentur ut eum decent, id est imparticipate et essentialiter. Cum enim dicit Scriptura : *Nemo bonus nisi solus Deus*[13], perinde est ac si dicat : Nemo per se bonus, id est, nemo supra bonitatem participatam, nisi solus Deus : sic enim intellexit et interpretatus est idem Dionysius cap. 2 *De divinis nominibus* in principio : ut jam bonus et sapiens dicatur Deus, quia bonitas in eo antecellat et exsuperet omnem bonitatem creatam et participatam. Hujusmodi autem divina nomina, quæ secundum plenitudinem et non secundum participationem Deo attribuuntur, vocat Dionysius *θεοπρεπῆ*, id est nomina Deum decentia. Si igitur secundum causam tantum dicerentur, non essent nomina Deum decentia, quia sic dicta in se includunt, ut dixi, solum participationes creatas, ut bonus bonitatem participatam, cujus auctor bonus Deus; sapiens sapientiam participatam, cujus auctor sapiens Deus; et ad eumdem modum alia. Quare S. Dionysio contradicit et repugnat, qui dicit nomina divina secundum Dionysium, secundum causam tantum dici de Deo : sic enim dicta, non sunt Deum decentia, ac proinde sic accepta, non sunt nomina divina. Dionysio autem auctore, nomina divina Deum decentia, absolute, perfecte, integre et plene, id est exsuperanter et eminenter Deo conveniunt.

## OBSERVATIO VI.

*Quomodo Deus sit per se vita, et auctor per se vitæ*, etc.

Hic ulterius notandum quomodo S. Dionysius aliquando quidem Deum vocet *τὴν αὐτοζωήν*, id est *per se vitam*, aliquando vero *τῆς αὐτοζωῆς ὑποστάτην*, sive *per se vitæ sustentatorem.* Et eodem capite 11 quo sensu hæc intelligenda sint, ipsemet pandit his verbis : « Οὐκ ἐναντίον αὐτοδύναμιν ἢ αὐτοζωὴν εἰπεῖν τὸν Θεὸν, καὶ τῆς αὐτοζωῆς, ἢ εἰρήνης, ἢ δυνάμεως ὑποστάτην· τὰ μὲν γὰρ ἐκ τῶν ὄντων, καὶ μάλιστα ἐκ τῶν πρώτως ὄντων, ὡς αἴτιος πάντων τῶν ὄντων λέγεται· τὰ δὲ ὡς ὑπὲρ πάντα καὶ τὰ πρώτως ὄντα, ὑπερὼν ὑπερουσίως. «

[13] Marc. x.

*Non pugnant*, inquit, *secum, dicere Deum per se potestatem et per se vitam; et dicere Deum creatorem per se vitæ, vel per se pacis, vel per se potestatis; hæc enim dicitur Deus ex iis quæ sunt, et maxime ex iis quæ prima sunt, tanquam causa omnium quæ sunt : illa autem dicitur tanquam existens supersubstantialiter supra omnia quæ sunt, et quæ primo sunt.* Dicitur ergo Deus *per se vita*, scilicet imparticipata, illimitata, etc. *Auctor* vero *per se vitæ*, scilicet participatæ, limitatæ, etc., sive doni illius quo viventes facit, ita nimirum ut per se vita naturam vitæ significet, id est ea quæ cadunt in definitionem vitæ (5).

## OBSERVATIO VII.

*Quid signent composita ex ἀρχή.*

Non raro quoque S. Dionysius utitur nominibus ex voce ἀρχή compositis, vocando Deum *Θεαρχίαν, θεαρχικὴν ὕπαρξιν*, etc., id est *Dei-principatum, substantiam divino-principalem, divinitatis originem*, in creaturis scilicet, quia Deus est auctor divinitatis in cunctis hominibus et angelis qui Deum imitantur et ei similes fiunt, de quibus scriptum est : *Ego dixi : Dii estis* [74]; et illud : *Deus deorum in Sion* [75]. *Θεαρχίαν* itaque dicit, quasi *θεῶν ἄρχοντα*, dicamus nos Deum deorum, ut David dicit. Cap. 3 *Cœlestis hierarchiæ* Deum vocat *τελεταρχίαν καὶ αὐτοτελεταρχίαν*, id est *originem perfectionis, et per se originem perfectionis*; item *ταξαρχίαν*, id est *originem ordinationis*. Item cap. 3 *De divinis nominibus*, § 2, corpus B. Virginis vocat *ζωαρχικόν*, id est *quod vitæ principium dedit*.

## OBSERVATIO VIII.

*Dionysium omnia de Deo affirmare et iterum negare. Quomodo omnia de Deo affirmentur.*

Notandum quoque S. Dionysium lib. *De divinis nominibus*, cap. 1, 2, 13, et alibi, aliquando quidem omnia de Deo affirmare, aliquando vero rursum omnia negare. Hinc dicit Deum omnia esse ut Deum decet; et nihil eorum esse, ut supra substantiam est; utrumque enim proprie dicitur in Dei amplitudine : ut, Deus est vita, Deus est bonitas; et, Deus non est vita, et non est bonitas, quia est supra hæc, quæ nos per vitam et bonitatem intelligimus. Et hoc sensu cap. 2, §u1, vocat Deum « πάντων θέσιν καὶ πάντων ἀφαίρεσιν, » *omnium positionem, et omnium ablationem*, quia eminenter ponit omnia, tanquam omnia continens; et formaliter omnia aufert, quia ratio propria qua Deus est, excludit ab ipso omnem formalem rationem a creata mente comprehensibilem, uti erudite observat Lessius lib. 1 *De perfect. divin.*, cap. 3, cujus verba cum S. Dionysio magnam lucem afferant, hic referre placuit : *Omnia*, inquit, *de Deo affirmantur, quia omnia sunt in ipso formaliter vel eminenter. Hinc dicitur sapientia, bonitas, veritas, lux, sanctitas, justitia, misericordia, beatitudo, vita omnium viventium, esse omnium existentium, omnium perfectio, pulchritudo, mensura, ratio, salus, conservatio.* Unde divus Bernardus, lib. v *De consid.* : *Quid est Deus? Voluntas omnipotens, benevolentissima virtus, lumen æternum, incommutabilis ratio, æterna beatitudo.* Et infra : *Amat ut charitas, novit ut veritas, judicat ut æquitas, dominatur ut majestas, regit ut principium, operatur ut virtus, tuetur ut salus, revelat ut lux, assistit ut pietas*, etc. Et quamvis plurima rerum nomina illi non tribuantur ob imperfectionem quam involvunt, tamen omnes rerum species et omnia individua sunt in ipso eminenter secundum sua prototypa, et veluti primæva et æterna semina, ex quorum vi pullularunt, atque adeo sunt in ipso intrinsece, non quidem secundum suum esse formale et essentiale, sed secundum esse suum eminens et superessentiale. Unde ipse est omnia et singula eminenter et superessentialiter.

*Quomodo omnia negentur.*

Negantur de ipso omnia, quia ipse est supra omnem rationem et speciem creatæ menti conceptibilem. Sic Dionysius, capit. ult. *Myst. theologiæ*, dicit Deum esse non substantiam, non vitam, non lucem, non sensum, non mentem, non sapientiam, non bonitatem, non deitatem, sed quiddam his omnibus eminentius atque præstantius. Ratio est, quia omnia ista, quatenus menti creatæ sunt comprehensibilia et nominabilia, habent conceptus objectivos limitatos in ratione entis : limitatos, inquam, non ex parte rei quæ concipitur, sed ex parte modi concipiendi. Unde ut sic concipiuntur, non includunt formaliter alias perfectiones : ratio enim substantiæ, ut a creatura concipitur, non includit rationem sapientiæ aut cæteras perfectiones, nec contra, sed quæque suum limitatum conceptum habet. Deus autem est ratio prorsus illimitata, unde formaliter vel eminenter includit omnem perfectionem conceptibilem.

*Perfectiones dupliciter existunt in Deo.*

Hinc patet omnes perfectiones quæ Deo tribuuntur absque metaphora, dupliciter in ipso contineri, formaliter et eminenter : formaliter, si spectentur secundum proprium conceptum, quo a Deo et beatis concipiuntur, qui est illimitatus in genere entis; eminenter, si considerentur secundum conceptus proprios, quos habent ut a creaturis absque lumine gloriæ apprehendantur : etsi enim res concepta sit proprie in Deo, non tamen cum eo modo et limitatione sub qua concipitur.

## OBSERVATIO IX.

*Perfectiones Dei dupliciter considerantur. Quomodo Deus denominetur sapiens, justus*, etc.

Ut hæc et alia quæ supra attigimus, melius intelligantur, ibidem e Lessio notandum est, di-

[74] Psal. LXXXI. [75] Psal. LXXXIII.

(5) Vide infra c. 5 et 11 *De divinis nominibus* et Epistolam S. Dionysii ad Caium (epist. 1).

vinas perfectiones dupliciter considerari posse. Primo, ut sunt in rebus creatis vel etiam prout ab intellectu creato absque lumine gloriæ concipi possunt; secundo, ut sunt in Deo. Si priore modo considerentur, distinguuntur inter se formaliter, imo multæ etiam realiter, suntque diversæ formæ, vel rationes formales. Et quamvis concipiantur ut illimitatæ, vel infinitæ perfectionis intra suam speciem seu rationem formalem, tamen in ratione entis vel perfectionis sunt limitatæ, quia una non includit aliam. Hoc modo illæ perfectiones non sunt in Deo formaliter, sed eminenter tantum, nempe ut in causa superioris ordinis, et analoga. Si vero secundo modo concipiantur, sic non habent inter se ullam distinctionem formalem, sed sunt una simplicissima forma, a qua Deus omnium illarum perfectionum denominationem accipit, sed longe altior quam mens creata concipere possit. Dicitur enim *sapiens*, non quasi sapientia imbutus et informatus, sed ut sapientia per se subsistens. Dicitur *justus*, *misericors*, *sanctus*, non ut his perfectionibus affectus, ornatus et imbutus (quomodo a nobis concipitur), sed ut justitia, misericordia et sanctitas substantialis, per se subsistens. Eodem modo accipiendæ omnes aliæ perfectiones quæ ipsi tribuuntur, quia in illo nulla est diversitas formarum aut rationum formalium, sed una simplicissima forma per se subsistens, infinite supra omnia elevata, quæ est ipsius essentia (quam Deitatem vocare possumus) per quam omnes illæ denominationes illi ex parte rei competunt. Id enim est longe perfectius et dignius illi majestati, infinite supra omnia quæ sunt et quæ non sunt (ut Dionysius loquitur) elevatæ.

*Quomodo se mutuo includant.*

Hinc sequitur primo, omnia attributa, prout considerantur in summa sua elevatione (quomodo sunt in Deo), se mutuo includere, et in unius conceptu intrinsece includi omnia, quia sunt una simplicissima forma, in se omnis distinctionis expers, de cujus ratione est omnia illa formaliter et secundum summam identitatem includere, et omnia illa esse formaliter.

*Quomodo sint infinite elevatæ.*

Sequitur, secundo, perfectiones divinas, prout sunt in Deo, esse infinite elevatas supra easdem perfectiones spectatas, prout sunt aut possunt esse in creaturis, aut etiam prout a mente creata possunt concipi. Ratio est, quia ut sunt in Deo, sunt infinitæ perfectionis non solum intra propriam speciem, sed absolute et in toto genere entis. Tum etiam quia in Deo non sunt forma aliqua accidentaria, sed substantia per se subsistens, et a se habens omnia infinite, quæ ad rationem cujusque perfectionis spectant, v. g., sapientia divina non est qualitas, sed substantia per se subsistens, habens a se non solum infinitum lumen intellectuale, sed etiam omne objectum intelligibile, et sic de cæteris.

*Nulla est similitudo inter perfectiones Dei et creaturæ.*

Sequitur, tertio, perfectiones divinas, ut sunt in Deo, non habere ullam similitudinem cum perfectionibus quæ sunt vel esse possunt in rebus creatis, ut docet Dionysius cap. 9 *De divinis nominibus*, et cap. 5 *Mysticæ theologiæ*. Quam ob causam Deus dicitur non esse substantia, non esse vita, etc., quia ita est super omnia elevatus, ut cum nulla re creata vel creabili similitudinem habeat. Quia tamen res creatæ aliquam ad Deum proportionem habent tanquam effectus et imitationes quædam illius (ob quam proportionem, si sit in summo gradu dicuntur etiam Deo similes, et Dei imagines, ut patet in natura intellectuali), neque nos Deum nisi ex rebus creatis per analogicum ascensum cognoscere possumus, ideo nomina perfectionum creatarum ad perfectiones divinas transferimus; alioquin de divinis nullo modo loqui possemus. Verum hæc nomina longe altiori sensu accipienda sunt, cum tribuuntur rebus divinis, quam cum creatis : in Deo enim significant substantiam a se existentem, ac proinde omnino illimitatam, quæ per se formaliter absque omni actu elicito præstat omnia quæ perfectiones creatæ præstare possunt, et modo infinite excellentiori. Itaque neque in modo existendi, neque in modo operandi, neque in modo tribuendi suum effectum formalem est ulla similitudo, etc.

## OBSERVATIO X.

*Nomina communia quo sensu prius de Deo, et prius de creaturis dicantur. Nomina sunt rebus posteriora. Nomina ab homine inventa.*

Nota S. Thomam, parte I, qu. 13, art. 6, dicere prædictas perfectiones, quantum ad rem significatam per nomen, prius dici de Deo quam de creaturis; quia a Deo hujusmodi perfectiones in creaturas manant; sed quantum ad impositionem nominis, prius a nobis imponi creaturis quas prius cognoscimus; unde et modum significandi habent, qui competit creaturis. *Non enim* (inquit Basilius, lib. II, *contra Eunomium*) *natura rerum nomina sequitur, imo post res ipsas inventa sunt nomina.* Etenim si hoc esset verum, non esse nomina rebus posteriora, opus esset, ut quorum sunt eædem nominationes, una et eadem substantia esset : ex quo fieret, ut quia qui sunt virtute perfecti, digni nomine Dei habentur, et dii appellantur, essent homines ὁμούσιοι, id est ejusdem substantiæ qua Deus. Verum sicut hoc dicere, manifesta insania est; sic illud dicere, æque dementia est. Imo et Gregorius Nyssenus lib. XII, disputans contra Eunomium : *Miserator*, inquit, *et misericors Dominus, patiens, et multæ misericordiæ* [76]. Quid hæc aiunt significare? Naturamne, an operationem? Nemo sa-

[76] Psal. CXLIV.

ne aliud declarare dixerit præterquam operationem. Quando igitur miseratus est Dominus, ut ex operatione miserationis nomen duceret? Nunquid ante vitam humanam? Ecquis tunc misericordia indigebat? At vero post peccatum prorsus misericordia opus fuit, peccatum autem post hominem existitit; post hominem igitur actio miserendi et misericordiæ nomen. Unde manifestum efficitur posteriora esse nomina ipsa æternitate Dei, et post hominem et mentem hominis inventa esse. Mens enim humana sicut aliarum rerum nomina adinvenit, sic etiam nomina Dei aggressa, et veluti materiam nacta, illa ipsa effecta et admirabilia, quæ in universo contemplatur insequens, et de Deo inquirens, nomina imposuit.

*Nomina communia quo sensu de Deo, et quo sensu de creaturis intelligenda.*

Ex his ergo colligitur, cum hujusmodi nomina divina de creaturis quas prius cognoscimus, et prius nominamus, dicuntur, habere ea modum significandi, qui competit creaturis, sicut ait S. Thomas, et secundum nostram consuetudinem proprie significare operationem seu effectum participatum, ut bonus bonitatem creatam, sapiens sapientiam item creatam, et similiter in reliquis nominibus significantibus hujusmodi perfectiones participatas; et ut sic non dicuntur proprie de Deo, quia Deus est supra ista, supra bonum, supra sapientem. Cum vero de Deo proprie dicuntur, essentiam ejus significare, et secundum naturam dici, et dicta de creaturis quoad rem significatam, non proprie sed per abusum verbi et per imitationem et similitudinem quamdam analogicam dici : atque ita quæ sunt communia Deo et creaturis nomina, quoad rem significatam vere et proprie, id est essentialiter et per se dicuntur de Deo; de creatura vero non vere neque proprie, quia non per se dicuntur : quoad vero impositionem nominum, proprie significant id ad quod imposita sunt, imposita enim sunt prius ad significandas perfectiones participatas, quas a Deo in creaturis effectas cognoscimus, ex quibus, ad cognoscendas, utcunque possumus, perfectiones essentiales Dei deducimur, sicut scriptum est : *Invisibilia Dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur* [77].

*Omnia Dei nomina quid unum et idem significant ad Deum relata.*

Observandum hic cum Cyparissiota Decad. IV, cap. 7, quod sicut divina nomina ex effectis sumpta, differentiam operationum repræsentant, sic ad Deum relata, diversas res repræsentare non possint. Hinc magnus Basilius in epistol. ad Eustachium : *Omnes*, inquit, *notiones, et nomina quæ Deum decent, æqualis inter se honoris sunt, quatenus significatione rei subjectæ nihil differunt. Non enim ad aliam rem subjectam mentem ducit appellatio boni, et ad aliam appellatio sapientis, et potentis, et justi. Quin potius, quæcunque nomina dixeris, unum est quod significatur. Et si Deum dicas, eumdem ostendisti, quem per reliqua nomina mente concepisti.* Ex his igitur manifestum fit quod eadem divina nomina et eædem notiones nostræ de Deo dicuntur, nullamque differentiam rei subjectæ ad Deum relata repræsentant : et quod nomina Dei triplicem habent causam efficientem quidem, mentem ipsam humanam; materiam, illa unde colliguntur, id est effecta; finem, Deum ad quem referuntur.

## OBSERVATIO XI.

*S. Dionysius primus auctor theologiæ scholasticæ. Principia theologica ex prima periodo Dionysii deprompta. Omne donum a Deo esse, desursum esse, a Patre luminum. Spiritus sanctus donum Patris. Cur Pater luminum dictus. Patrem esse principium emanationum. Bonum sui diffusivum. Deus omnia facit ob bonitatem. Gratia non datur ex meritis. Immediate est a Deo. Uniendi vim habet. Hominem elevat supra statum naturæ. Deus omnium principium et finis.*

Observatu quoque dignissimum quomodo S. Dionysius primus scholasticæ theologiæ jecerit fundamenta, quibus cæteri deinceps theologi, eam quæ de Deo rebusque divinis in scholis traditur, doctrinam omnem inædificarunt. Exemplo sit proximum quod occurrit capitis primi *De cœlesti hierarchia* exordium, cujus primam periodum si attente quis expenderit, quot verba tot oracula, totidemque altissima scholasticæ doctrinæ principia mirabitur. Sic habet . « *Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον, ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων* [78].' Ἀλλὰ καὶ πᾶσα Πατροκινήτου φωτοφανείας πρόοδος εἰς ἡμᾶς ἀγαθοδότως φοιτῶσα πάλιν ὡς ἑνοποιὸς δύναμις ἀνατατικῶς ἡμᾶς ἁναπλοῖ, καὶ ἐπιστρέφει πρὸς τὴν τοῦ συναγωγοῦ Πατρὸς ἑνότητα, καὶ θεοποιὸν ἁπλότητα. Καὶ γὰρ ἐξ αὐτοῦ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν. » *Omne datum bonum, et omne donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum. Quin et omnis a Patre motæ illustrationis emanatio, in nos benefice exundans; denuo ceu unifica vis, ad supera nos erigendo simplificat, et convertit ad congregantis Patris unitatem et deificam simplicitatem. Quoniam ex ipso et in ipsum sunt omnia.* Ecce quot brevis hæc periodus sublimissimæ theologiæ principia complectatur.

Primo, bonum omne a Deo datum esse; quod designant verba, *Πᾶσα δόσις ἀγαθή*. Ex quo principio S. Thomas p. 1, qu. 4, 5, 6, plurimas elicit conclusiones, verbi gratia, Deum esse summum bonum, rerum omnium perfectiones eminenter continere, creaturas ejus participatione ac similitudine bonas esse, etc.

Secundo, omne donum perfectum esse a Deo, *καὶ πᾶν δώρημα τέλειον*, scilicet ut principio effectivo, exemplari, et finali : p. 1, qu. 6, art. 4, et 2-2, q. 3, art. 2 ad 1; q. 27, art. 3, in corpore. Vide item D. Thomam p. 1, q. 38, et 1-2, q. 68, ubi disputat de ratione doni.

[77] Rom. I. [78] Jac. I, 17.

Tertio, omne donum perfectum desursum esse. *Ἄνωθέν ἐστι.* Hinc D. Thomas p. I, q. 38, art. 1, in corpore, docet nos non posse pervenire ad perfectum donum Dei, sed debere hoc nobis dari desuper. Item quod sic divinæ personæ competat dari et esse donum.

Quarto, donum omne perfectum descendere a Patre luminum. *Καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων.* Hinc D. Thomas, p. I, q. 38, art. 2, tradit, *donum* esse proprium nomen Spiritus sancti, et esse nomen personale. Cum autem a Patre Filioque procedat ut amor, *procedit*, inquit, *in ratione doni primi*. Unde D. Augustinus lib. XV *De Trinitate*, cap. 19, dicit quod per donum, quod est Spiritus sanctus, multa propria dona dividantur membris Christi. Dicitur autem a Patre descendens, ut in nomine doni importetur proprietas originis ejus, quæ est processio. Ita D. Thomas parte I, q. 38, art. 2 ad 2. Attribuitur autem donum Patri, tanquam mittenti principali, licet etiam a Filio mittatur atque procedat : p. I, quæst. 43. Non otiose quoque Deus Pater *Pater luminum* nuncupatur, cum ex ipso purissima duo divinitatis germina, Filius et Spiritus sanctus, ceu splendor ac lumen a sole (si divina creatis conferre liceat) æterna processione pullularint. Unde in hymno Ecclesiæ canitur :

*Lux lucis et fons luminis.*

Quanquam Filio nomen lucis et imaginis approprietur, quia procedit per intellectum, et in similitudinem. Ita D. Thomas, p. I, q. 35.

Quinto, Patrem esse principium emanationum, tam earum quæ ad intra quam quæ ad extra nominantur, ut insinuant illa verba : *Ἀλλὰ καὶ πᾶσα πατροκινήτου φωτοφανείας πρόοδος.* Hinc D. Thomas p. I, q. 33, art. 1, docet Patrem esse principium in divinis, eique nomen principii personaliter convenire, ideoque nomina principium significantia Patri esse attribuenda. Potest hic etiam intelligi gratia præveniens et auxilium Dei movens, de qua D. Thomas 1-2, qu. 111.

Sexto, bonum esse sui diffusivum, quod signant illa verba, *Εἰς ἡμᾶς φοιτῶσα.* Vide D. Thomam p. I, q. 5, art. 4.

Septimo, Deum omnia facere propter suam bonitatem, quod innuit vocabulum *ἀγαθοδότως.* Vide D. Thomam p. I, q. 65, art. 2.

Octavo, lumen gratiæ gratuito Dei munere nobis inspirari, et consequenter non dari nobis ex meritis nostris, quod idem vocabulum significandum præbet. S. Thomas 1-2, q. 109, art. 6, in corpore.

Nono, lumen gratiæ a solo Deo immediate animæ infundi. D. Thomas 1-2, q. 76 et 112. Item excedere conditionem naturæ creatæ, et esse ordinis supernaturalis : 1-2, q. 114, art. 1, in corpore, et art. 2 et 5 ibid. Consequenter hominem sine gratuito Dei auxilio non posse se ad gratiam disponere : p. I, q. 62, art. 2, et 1-2, q. 109, art. 6.

[79] Joan. VI, 44.

Decimo, gratiam habere vim conjungendi hominem cum Deo. *Ὡς ἑνοποιὸς δύναμις.* Hinc D. Thomas 1-2, q. 111, art. 5, docet gratiam gratum facientem digniorem esse quam gratis datam, quod hæc tantum ordinet ad quædam præparatoria ultimi finis, illa vero ordinet hominem immediate ad conjunctionem ultimi finis.

Undecimo, lumen gratiæ mentem elevare supra conditionem naturæ humanæ, ut insinuant illa verba, *Ἀνατατικῶς ἡμᾶς ἀναπλοῖ.* Item nos ad Deum convertere, *Καὶ ἐπιστρέφει πρὸς τὴν τοῦ συναγωγοῦ Πατρὸς ἑνότητα.* Ubi non frustra dicitur *συναγωγοῦ Πατρός*, cum Christus ipse dixerit : *Nemo venit ad me, nisi Pater meus traxerit eum*[79]. Vocatio enim Patri appropriatur, uti Filio adductio, et Spiritui sancto perventio, seu bravii consecutio. Item vox *ἑνότητα* designat, gratiam homines colligere ; qua re significatur unio illa spiritalis, quæ per eam fit ad Deum. Denique docet, nos per gratiam divinitatis cujusdam participes reddi, uti declarant illa verba, *καὶ θεοποιὸν ἁπλότητα.* Ubi quoque vox *ἁπλότης* statum animæ spiritalem significanter exprimit, utpote simplicem, et a rebus variis et compositis abstractum. Vide D. Thomam 1-2, qu. 110, art. 1, et 2-2, quæst. 17, art. 4, et qu. 81, art. 8, aliisque locis plurimis.

Duodecimo, Deum esse rerum omnium principium et finem. *Καὶ γὰρ ἐξ αὐτοῦ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν.* Ex qua veritate divus Thomas passim plurimas deducit conclusiones, ut videre est parte I, quæstione 22, articulo 2 ; quæst. 44, art. 1, 2, 3 ; quæst. 65, art. 2 ; quæst. 103, art. 2 ; quæst. 105, art. 5 ; item part. 1-2, quæst. 69, art. 2, etc.

Hæc ad leonem ex ungue, ut in proverbio est, cognoscendum satis sint.

## OBSERVATIO XII.

Juvabit etiam non parum ad pleniorem S. Dionysii intelligentiam, scire loca quæ D. Thomas ex ipso citat, ut sicut Doctor Angelicus ex illo sole magnum sapientiæ lumen accepit, ita vicissim luminis ejusdem radios ad captum nostrum apte distributos, hierarchico ritu in nos transfundat.

### DE CŒLESTI HIERARCHIA.

Caput primum, quod de Scriptura sive sacra doctrina est, quam, ut ejusdem argumenti, ad Dionysii exemplum primo loco posuit, citatur parte I, quæstione 1, articulo 9, in corpore, et ad 2 et 3 ; item quæst. 9, art. 1 ad 3 ; item quæst. 88, art. 2, et quæst. 108, art. 1 et 4. In Prima vero Secundæ, quæst. 99, art. 3. In parte III, quæst. 60, art. 4 ; in part. I Sent., dist. 22, quæst. 1, art. 2, et dist. 34, quæst. 3, art. 1 ; in part. II Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 8.

Caput secundum citatur in parte I, quæstione 13, articulo 3, et art. 12 ; quæst. 54, art. 3. In 2-2, quæst. 112, art. 2. In part. I Sententiar., dist. 4, quæst. 2, art. 1 ; dist. 22, quæst. 1, art. 1 et 2 ;

dist. 34, quæst. 3, art. 1. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 3, art. 4; quæst. 7, art. 5; quæst. 9, art. 7.

Caput tertium citatur in parte I, quæstione 106, articulo 2; quæst. 108, art. 1 et 2. Item in 2-2, quæst. 181, art. 8. In part. III, quæst. 84, art. 3. In Supplemento partis III, quæst. 37, art. 1; quæst. 72, art. 1. In part. II Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 1 et 2; dist. 10, art. 1 et 2. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 2, art. 3; de malo, quæst. 7, art. 3; de veritate, quæst. 9, art. 3.

Caput quartum citatur parte I, quæstione 12, articulo 11; quæst. 13, art. 3; quæst. 57, art. 1; quæst. 108, art. 3; quæst. 111, art. 1. In 1-2, quæst. 3, art. 7; quæst. 98, art. 3; quæst. 111, art. 1. In 2-2, quæst. 2, art. 6 et 7. In parte III, quæst. 10, art. 4; quæst. 12, art. 4; quæst. 20, art. 1; quæst. 27, art. 5; quæst. 30, art. 2; quæst. 55, art. 1 et 2. In Supplemento, quæst. 77, art. 2. In part. I Sent., dist. 17, quæst. 1, art. 1. In part. II Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 1; dist. 12 in expositione textus et quæst. 1, art. 3. In Quæstionibus disputatis, de malo, quæst. 3, art. 4; de veritate, quæst. 10, art. 1, et quæst. 11, art. 3.

Caput quintum citatur parte I, quæstione 1, articulo 10; quæst. 106, art. 3; quæst. 108, art. 2 et 5; quæst. 113, art. 2. In part. I. Sent., dist. 17, quæst. 1, art. 4. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 6, art. 7; de malo, quæst. 6, art. 7; de malo, quæst. 3, art. 7, et quæst. 9, art. 5.

Caput sextum citatur parte I, quæstione 56, articulo 1; quæst. 58, art. 5; quæst. 106, art. 2; quæst. 108, art. 1 et 3. In parte III, quæst. 21, art. 2. In part. II Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 2.

Caput septimum citatur parte I, quæstione 12, articulo 8; quæst. 57, art. 5; quæst. 106, art. 2 et 4; quæst. 107, art. 2; quæst. 108, art. 1, 2, 5 et 6. In 1-2, quæst. 28, art. 5; quæst. 67, art. 2; quæst. 111, art. 1; quæst. 112, art. 1. In 2-2, quæst. 2, art. 6 et 7. In parte III, quæst. 12, art. 4; quæst. 13, art. 2; quæst. 30, art. 2; quæst. 59, art. 6; quæst. 67, art. 1. In part. I Sent., dist. 37, quæst. 3, art. 1. In part. II Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 7; dist. 10, quæst. 1, art. 1, 2 et 3. In Quæstionibus disputatis, de veritate, quæst. 9, art. 3.

Caput octavum citatur parte I, quæstione 66, articulo 3; quæst. 106, art. 1 et 2; quæst. 108, art. 2, 5 et 6; quæst. 112, art. 2 et 4. In 1-2, quæst. 111, art. 1. In Supplemento, quæst. 73, art. 3. In part. I Sent., dist. 37, quæst. 4, art. 3. In parte IV Sent., dist. 24, quæst. 2, art. 1.

Caput nonum citatur parte I, quæstione 108, articulis 2, 5 et 6. In 1-2, quæst. 98, art. 5. In 2-2, quæst. 2, art. 7. In parte III, quæst. 61, art. 7. In II Sent., dist. 11, quæst. 1, art. 2.

Caput decimum citatur parte I, quæstione 108, articulis 2 et 3. In parte II Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 2.

Caput undecimum citatur parte I, quæstione 76, art. 1. In Supplemento, quæst. 73, art. 3. In part. II Sent., dist. 10, quæst. 1, art. 2.

Caput duodecimum citatur parte I, quæstione 55, articulo 3; quæst. 106, art. 4. In 2-2, quæst. 2, art. 6. In part. II Sent., dist. 10, quæst. 1, art. 2. In Quæstionibus disputatis, de veritate, quæst. 29, art. 5.

Caput decimum tertium citatur parte I, quæstione 112, art. 2. In part. II Sent., dist. 15, quæst. 1, art. 1; dist. 17, quæst. 1, art. 4. In part. II Sent., dist. 10, quæst. 1, art. 2 et 4; dist. 11, quæst. 1, art. 2.

Caput decimum quartum citatur parte I, quæstione 50, articulo 3. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 6, art. 6; de virtutibus, quæst. 1, art. 8.

Caput decimum quintum citatur parte I, quæstione 51, articulo 3; quæst. 106, art. 1; quæst. 107, art. 5; quæst. 115, art. 1. In 1-2, quæst. 31, art. 4.

DE ECCLESIASTICA HIERARCHIA.

Caput primum citatur parte I, quæstione 108, articulo 4. In part. III, quæst. 64, art. 6. In Supplemento, quæst. 31, art. 3. In part. II Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 8. In part. IV Sent., dist. 3, quæst. 2, art. 1. In Quæstionibus disputatis, de veritate, quæst. 8, art. 7.

Caput secundum citatur in parte III, quæstione 63, articulo 2; quæst. 65, art. 1; quæst. 66, art. 1; quæst. 67, art. 1 et 7; quæst. 69, art. 5; quæst. 71, art. 4; quæst. 80, art. 9; quæst. 83, art. 5. In Supplemento, quæst. 29, art. 1. In part. IV Sent., dist. 1, quæst. 1, art. 2; dist. 6, quæst. 2, art. 1, 2 et 3; dist. 12, quæst. 2, art. 1.

Caput tertium citatur in parte III, quæstione 63, articulo 6; quæst. 65, art. 1 et 3; quæst. 66, art. 11; quæst. 67, art. 1; quæst. 80, art. 9; quæst. 83, art. 4 et 5. In Supplemento, quæst. 29, art. 6; quæst. 37, art. 2. In part. IV Sent., dist. 8, quæst. 1, art. 1; dist. 24, quæst. 2, art. 1 et 2.

Caput quartum citatur in parte III, quæstione 16, articulo 3; quæst. 72, art. 2. In part. II Sentent., dist. 9, quæst. 1, art. 8. In part. IV Sentent., dist. 3, quæst. 2, art. 1; dist. 7, quæst. 1, art. 1 et 2; dist. 7, quæst. 2, art. 1.

Caput quintum citatur in parte I, quæstione 1, articulo 10; quæst. 106, art. 3; quæst. 108, art. 2; quæst. 113, art. 2. In 1-2, quæst. 106, art. 4. In parte III, quæst. 61, art. 4; quæst. 67, art. 1. In Supplemento, quæst. 31, art. 1 et 2; quæst. 34, art. 1; quæst. 37, art. 2 et 4; quæst. 40, art. 4 et 5; quæst. 72, art. 2. In part. IV Sentent., dist. 7, quæst. 3, art. 1; dist. 8, quæst. 1, art. 1; dist. 25, quæst. 2, art. 1. In Quæstionibus disputatis, de veritate, quæst. 9, art. 3.

Caput sextum citatur in parte I, quæstione 56, articulo 1; quæst. 58, art. 5; quæst. 106, art. 2. In 1-2, quæst. 76, art. 2. In 2-2, quæst. 184, art. 8; quæst. 185, art. 1; quæst. 186, art. 5; quæst. 187,

art. 3. In part. III, quæst. 27, art. 3. In Supplemento, quæst. 71, art. 3.

Caput septimum citatur in parte III, quæstione 67, articulis 7 et 8; quæst. 68, art. 9; quæst. 72, art. 4; quæst. 78, art. 3; quæst. 80, art. 4; quæst. 84, art. 3. In Supplemento, quæst. 71, art. 3. In Quæstionibus disputatis, de malo, quæst. 8, art. 1; quæst. 16, art. 6; de veritate, quæst. 9, art. 1.

DE DIVINIS NOMINIBUS.

Caput primum citatur in parte I, quæstione 12, articulis 1 et 2; quæst. 13, art. 1 et 2; quæst. 15, art. 3; quæst. 32, art. 2; quæst. 36, art. 2; quæst. 39, art. 2; quæst. 57, art. 1; quæst. 88, art. 2. In 2-2, quæst. 13, art. 1; quæst. 91, art. 1, quæst. 101, art. 3; quæst. 106, art. 3. In part. III, quæst. 20, art. 1. In part. I Sent., dist. 22, quæst. 1, art. 2 et 4. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 7, art. 5; de malo, quæst. 5, art. 1; de virtutibus, quæst. 2, art. 2.

Caput secundum citatur in parte I, quæstione 32, articulo 1; quæst. 67, art. 2; quæst. 93, art. 2. In part. I Sent., dist. 15, quæst. 2, art. 2; dist. 21, quæst. 1, art. 1; dist. 28, quæst. 1, art. 1. In part. I. Sent., dist. 13, quæst. 1, art. 3. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 10, art. 1; de malo, quæst. 16, art. 7; de veritate, quæst. 4, art. 6.

Caput tertium citatur in parte I, quæstione 5, articulo 2; quæst. 13, art. 11; quæst. 19, art. 9. In 2-2, quæst. 85, art. 2; quæst. 101, art. 3. In part. I Sent., dist. 37, quæst. 1, art. 2.

Caput quartum citatur in parte I, quæstione 48, articulis 1, 2, 3 et 6; quæst. 49, art. 1; quæst. 50, art. 2, 3 et 5; quæst. 51, art. 1; quæst. 54, art. 2; quæst. 55, art. 1; quæst. 57, art. 1; quæst. 58, art. 4 et 5; quæst. 63, art. 4; quæst. 64, art. 1 et 2; quæst. 67, art. 1 et 4; quæst. 82, art. 2; quæst. 93, art. 2; quæst. 94, art. 2; quæst. 106, art. 1; quæst. 115, art. 3. In 1-2, quæst. 1, art. 4; quæst. 2, art. 3; quæst. 10, art. 4; quæst. 18, art. 11; quæst. 19, art. 1 et 6; quæst. 24, art. 1; quæst. 26, art. 1, 2 et 3; quæst. 27, art. 2; quæst. 28, art. 1, 3, 4, 5 et 6; quæst. 29, art. 3 et 4, quæst. 35, art. 7 et 8; quæst. 46, art. 1; quæst. 51, art. 4; quæst. 55, art. 4; quæst. 60, art. 5; quæst. 63, art. 1 et 2; quæst. 70, art. 4; quæst. 71, art. 2 et 5; quæst. 72, art. 1 et 9; quæst. 80, art. 4; quæst. 87, art. 1; quæst. 78, art. 1; quæst. 109, art. 3 et 6; quæst. 112, art. 3. In 2-2, quæst. 8, art. 1; quæst. 24, art. 2; quæst. 25, art. 4 et 7; quæst. 27, art. 4 et 5; quæst. 29, art. 3; quæst. 31, art. 1; quæst. 82, art. 2; quæst. 92, art. 1 et 2; quæst. 110, art. 3; quæst. 125, art. 1 et 12; quæst. 129, art. 2; quæst. 141, art. 1 et 2; quæst. 145, art. 2; quæst. 158, art. 1; quæst. 159, art. 8; quæst. 162, art. 1; quæst. 165, art. 1; quæst. 167, art. 1; quæst. 175, art. 2; quæst. 177, art. 1; quæst. 180, art. 6. In part. III, quæst. 44, art. 2; quæst. 46, art. 1. In Supplemento, quæst. 49, art. 5; quæst. 50, art. 1; quæst. 89, art. 4. In part. I Sent., dist. 1, quæst. 4; dist. 2, quæst. 2, art. 1 et 4; dist. 17, quæst. 2, text. 1; dist. 17, quæst. 2, art. 1; dist. 34, quæst. 2; dist. 34, quæst. 3, art. 2; dist. 37, quæst. 4, art. 1; dist. 42, quæst. 1, art. 2; dist. 44, quæst. 1, art. 3; dist. 46, quæst. 1, art. 3; dist. 46, in expos. text. In part. II Sent., dist. 7, quæst. 1, art. 2; dist. 11, quæst. 1, art. 2; dist. 15, quæst. 1, art. 4; dist. 18, quæst. 1, art. 2. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 1, art. 6; quæst. 2, art. 3; quæst. 3, art. 6 et 15; quæst. 4, art. 2; de malo, quæst. 1, art. 1, 2, 3 et 5; quæst. 2, art. 1, 2, 4, 7, 9, 11 et 12; quæst. 3, art. 1, 2, 9, 12 et 14; quæst. 4, art. 1, 2 et 6; quæst. 16, art. 1, 2, 3, 4, 5 et 6; de virtutibus, quæst. 1, art. 1, 17, 18 et 19; de veritate, quæst. 8, art. 15; quæst. 28, art. 2.

Caput quintum citatur in parte I, quæstione 4, articulo 3; quæst. 15, art. 3; quæst. 44, art. 3; quæst. 57, art. 1; quæst. 91, art. 1. In 1-2, quæst. 2, art. 5; quæst. 79, art. 2. In parte III, quæst. 13, art. 1. In part. I Sent., dist. 8, quæst. 2, art. 3; dist. 17, quæst. 2, art. 2; dist. 24, quæst. 1, art. 1; dist. 35, quæst. 1, art. 1; dist. 36, quæst. 2, art. 3; dist. 46, quæst. 1, art. 2. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 7, art. 2; de malo, quæst. 16, art. 9; de virtutibus, quæst. 1, art. 8; de veritate, quæst. 8, art. 8; quæst. 20, art. 5.

Caput sextum citatur in parte I, quæstione 18, articulo 1. In Quæstionibus disputatis, de malo, quæst. 16, art. 4.

Caput septimum citatur in parte I, quæstione 14, articulo 10; quæst. 55, art. 2; quæst. 56, art. 3; quæst. 58, art. 3, 4 et 5; quæst. 75, art. 7. In 1-2, quæst. 112, art. 1. In 2-2, quæst. 1, art. 1; quæst. 8, art. 1; quæst. 180, art. 3; quæst. 188, art. 7. In part. I Sent., dist. 2, quæst. 1, art. 2; dist. 4, quæst. 2, art. 1; dist. 8, quæst. 2, art. 1, et quæst. 4, art. 3; dist. 19, quæst. 2, art. 1; dist. 38, quæst. 1, art. 3. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 6, art. 6; de malo, quæst. 16, art. 1; de virtutibus, quæst. 1, art. 2, et quæst. 2, art. 3; de veritate, quæst. 8, art. 8 et 15.

Caput octavum citatur in parte I, quæstione 21, articulo 1; quæst. 56, art. 3. In 2-2, quæst. 175, art. 1. In Quæstionibus disputatis, de veritate, quæst. 8, art. 9.

Caput nonum citatur in parte I, quæstione 3, articulo 1; quæst. 4, art. 3; quæst. 21, art. 1; quæst. 42, art. 1; quæst. 56, art. 3. In part. I Sent., dist. 3, quæst. 2, art. 2; dist. 19, quæst. 1, art. 2. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 7, art. 7; de malo, quæst. 3, art. 1.

Caput decimum citatur in parte I, quæstione 9, articulo 2. In parte I Sent., dist. 19, quæst. 2, art. 1.

Caput undecimum citatur in parte I, quæstione 44, articulo 2; quæst. 84, art. 5. In 2-2, quæst. 29, art. 1 et 2.

Caput duodecimum citatur in parte I, quæstione 13, articulo 8; quæst. 108, art. 5. In 2-2, quæst. 29, art. 2. In part. III, quæst. 27, art. 2. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 9, art. 7.

Caput decimum tertium citatur in parte I quæstione 11, articulo 1. In part. I Sent., dist. 2, quæst. 1, art. 1 et 3. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 7, art. 5; quæst. 9, art. 7.

MYSTICÆ THEOLOGIÆ.

Caput primum citatur in parte I, quæstione 12, articulo 13; quæst. 13, art. 6. In part. III, quæst. 92, art. 2. In part. II Sent., dist. 9, quæst. 1, art. 2. In Quæstionibus disputatis, de potentia Dei, quæst. 7, art. 5; quæst. 9, art. 7; de virtutibus, quæst. 1, art. 8.

Epistola ad Caium citatur in parte III, quæstione 92, articulo 1.

Epistola ad Dorothæum citatur in parte III, quæstione 92, articulo 1.

Epistola ad Polycarpum citatur in parte II Sent., dist. 13, quæst. 1, art. 4.

Epistola ad Demophilum citatur in parte IV Sent., dist. 19, quæst. 2, art. 2.

Ex his aliisque locis quæ me effugerunt, facile patet Angelicum Doctorem totam fere doctrinam theologicam ex purissimis Dionysii fontibus hausisse, cum vix ulla sit periodus e qua non ipse tanquam apis argumentosa theologicum succum extraxerit, et in Summam, veluti quoddam alveare, pluribus quæstionibus articulisque, ceu cellulis, theologico melle servando, distinctum, redegerit.

# ISAGOGE BALTHASARIS CORDERII

SOCIETATIS JESU THEOLOGI

## AD MYSTICAM THEOLOGIAM S. DIONYSII AREOPAGITÆ.

Quo facilior puriorque nobis ad sacrosancta Mysticæ theologiæ adyta sit accessus, operæ pretium fuerit, ex aliis ejusdem sancti Patris Operibus brevia quædam προτέλεια seu præludia præmittere, quibus mens nostra præexercitata, ritu quodam mystico præparetur, ut, quantum fas est, sancte rebus sanctissimis conjungatur.

Ne autem a janua, ut in proverbio est, et a scopo aberremus, cognoscendum ante omnia quid per mysticam theologiam intelligatur, et quæ sit ejus definitio, quodque principium seu origo, quis finis, quæ ad illam prærequirantur, et quomodo ad ipsam accedendum sit, et qua tandem ratione mirabilis illa mysticæ theologiæ unio in anima perficiatur: quæ omnia breviter septem capitibus sequentibus explicabimus.

### CAPUT PRIMUM.

*Quid per mysticam theologiam intelligatur.*

Mystica seu mysteriosa theologia, si vim nominis attendas, designat quamdam sacram et arcanam de Deo divinisque rebus notitiam. Μυστήριον enim Græcis idem est quod Latinis *arcanum*, *occultum*, *abditum*, *secretum*, et quidem sacrosanctum, quod nonnisi hominibus sacris communicandum, profanis vero occultandum sit; quos idcirco S. Dionysius ἀμυήτους vocat [80], id est exsortes mysteriorum, quibus secundum legem hierarchicam vetat mysteria (sic enim appellat sacramenta) propalari. Sciebat quippe quod *sacramentum regis abscondere bonum est* [81]. Hinc de mysteriis seu sacramentis ad Timotheum scripturus: *Vide*, inquit, *ne explodas Sancta sanctorum; quin potius arcana Dei reverebaris, ac spiritalibus inaspectabilibusque notionibus celebrabis; inaccessa quidem profanis illa et intacta reservando, solis vero sanctis, cum sacra quadam, prout fas est, claritate res sacras communicando.* Idemque sub finem ejusdem capitis iterum inculcat, ut juxta ritum hierarchicum profiteatur, sancta quidem sancte contrectare, sola autem deifica divinis, perficientia perfectionis capacibus, sanctisque sanctissima communicare. Sic Christus quoque ad turbas in parabolis loquebatur [82], et solis apostolis dabat nosse mysteria regni Dei. Neque enim fas est (ut ibidem Oracula testantur) porcis projicere spiritalium margaritarum purum illum ac lucidum pulchrificumque adornatum.

Itaque qui mysticam theologiam nominat [83], arcanam quamdam omnino sacram designat sapientiam, Dei principalis pulchritudinis imaginem proprio, quantum fas est, principio conformem: siquidem cujuslibet eorum qui mysticis illustrationibus imbuuntur, in hoc sita perfectio est, ut ad divinam pro captu quisque suo promoveatur imitationem, Deique in semetipso excipiat operationem, in mentis abdito divinissime relucentem, quam exinde ritu hierarchico in alios transfundat.

### CAPUT II.

*Quæ sit definitio mysticæ theologiæ.*

Omissis variis, quas varie diversas tradunt, definitionibus, vel potius circumscriptionibus, bre-

[80] Cap. 1 *Eccles. hierarchiæ.* [81] Tob. XII, 7. [82] Luc. VIII, 10. [83] *Cæl. hierarch.* cap. 3.

viter et clare videtur hoc modo definiri posse : Theologia mystica est sapientia experimentalis, Dei affectiva, divinitus infusa, quæ mentem ab omni inordinatione puram, per actus supernaturales fidei, spei et charitatis, cum Deo intime conjungit.

Hæc definitio constat omnibus partibus seu membris ad propriam alicujus rei definitionem secundum philosophiæ leges requisitis. Genus enim definiti hic est *sapientia experimentalis*, seu sapida scientia. Non enim hæc theologia est quædam otiosa sterilisve speculatio, sed sapidissima Dei contemplatio, quæ suavissimo (cujus quidem in hac vita capaces sumus) sapore spiritali mentem imbuit, multoque delectabilius eam afficit, quam ab ullo spiritalium harum deliciarum inexperto concipi aut credi possit.

Differentia est, *Dei affectiva*, quo differt a reliquis scientiis theologicis quæ intellectum informant, cum hæc principalius afficiat voluntatem; licet etiam arcano quodam lumine illustret intellectum, ad Deum et res omnes eminentiori, utpote supernaturali, modo intelligendum.

Proprietas hujus sapientiæ præ cæteris eximia est, quod sit *divinitus infusa*, non arte humani magisterii, aut ingenii perspicuitate, vel studii assiduitate humanitus acquisita; quippe donum et charisma nobilissimi Spiritus sancti principalis, qui cum non ingrediatur animam malevolam, neque habitet in corpore subdito peccatis [84], pro subjecto requirit *mentem ab omni inordinatione puram*. Nam, ut ait regius Propheta : *Quis ascendet in montem Domini, aut quis stabit in loco sancto ejus*, nisi *innocens manibus, et mundo corde, qui non accepit in vano animam suam* [85] ? Quin et Christus : *Beati*, inquit, *mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [86]. Porro finis per hancce sapientiam intentus, est *unio cum Deo*, quanta nimirum potest in hac vita obtineri, arctissima suavissimaque. Media vero hujus obtinendæ sunt actus theologici supernaturales, fidei, spei et charitatis, quibus immediate mens Deum attingit, per fidem scilicet caliginose, per spem suspense, per charitatem perfecte. *Fides* enim cum sit *argumentum non apparentium* [87], est caligo ista mystica S. Paulo et S. Dionysio adeo celebrata, de qua vide cap. 1 et 2 *Myst. theol.*, et epist. 5 ad Dorotheum, atque ibidem nostras adnotationes. Spes vero cum sit rerum quæ necdum possidentur [88], earumdem exspectatione ac desiderio animum quodammodo suspendit, atque ita per illam mystica fit suspensio. Charitas denique, cum sit *vinculum perfectionis* [89], cum ipso Deo animam felicissime conjungit. Ac fides quidem intellectum, spes memoriam, charitas voluntatem et affectum supra naturam mystice perficit et informat, ita ut tribus istis excellentissimis virtutum theologicarum actibus, totius mysticæ theologiæ perfectio et essentia contineatur, uti pulchre ac fuse in libris divinissimis *De ascensu montis Carmeli*, *De nocte obscura*, et Cantionum vere mysticarum declarationibus (6), exponit venerabilis Pater Joannes de la Cruz, rerum mysticarum expertissimus.

Ex quibus patet theologiam mysticam tam in substantia sua quam in modo procedendi esse mere supernaturalem. Siquidem et principia ejus, et media, et finis, et in hunc tendendi modus, naturæ vires atque ordinem penitus transcendunt, uti ex jam dictis facile colligitur, et ex sequentibus uberius liquebit. Unde sequitur cum ipsam, tum proximas ad unionem mysticam dispositiones, non ex arbitrio nostro, sed ex solius benevola miserentis ac dignantis Dei gratia dependere. Qui cum benignus sit ac multæ miserationis, dignatione sua copiose nos prævenit, et ad cordis ostium pulsat, et exspectat ut illi aditum patefaciamus, obstacula removendo, paratus nos dirigere ac deducere usque ad montem Oreb, ac supremum theologiæ mysticæ fastigium, dummodo jugibus ac ferventissimis ipsum precibus invocemus, ductum ejus exactissime observantes.

## CAPUT III.

### *Quod sit principium mysticæ theologiæ.*

Cum ipsamet mystica theologia, quid sit, recte a nobis, ut opinor, definita sit, restat ut originem ejus investigemus. Hujus igitur principium et origo mysticæ theologiæ, ut sancti Dionysii verbis utar, fons est vitæ, essentia bonitatis, una rerum omnium causa Trinitas, a qua per bonitatis redundantiam, uti cætera, sic etiam hocce datum optimum et donum perfectum benignissime profluxit, desursum descendens a Patre luminum per Filium in Spiritu sancto, qui per hoc donum sapientiæ nobis modo nobilissimo communicatur. Quin et mysticæ omnis a Patre motæ illustrationis emanatio in nos benefice exundans, denuo, ceu unifica vis, ad supera nos revocando simplificat, et convertit ad congregantis Patris unitatem ac deificam simplicitatem, atque ad se, ut fas est, attendentes, pro cujusque capacitate, simplificativa sua unione subrigit unificatque. Dicimus itaque cum eodem sancto Dionysio, Dei principalem beatitudinem, naturam divinitatis, principium deificationis, ex quo deificandi deificantur, mysticam theologiam in salutem et deificationem hominum concessisse, modo scilicet magis immateriato et spiritaliori, non extrinsecus ad divina movendo, sed intelligibili ratione atque intrinsecus pura liquidaque illustratione divinissimam iis voluntatem irradiando. Hujus autem divinæ beatitudinis bonitas eadem sem-

[84] Sap. I, 4. [85] Psal. XXIII, 3, 4. [86] Matth. V, 8. [87] Heb. XI, 1. [88] Rom. VIII, 24. [89] Col. III, 14.

(6) Vide *Œuvres complètes de sainte Thérèse*, t. III, Montis-Rubri 1852, in-4°, ex typis officinæ Catholicæ.

per et eodem modo se habens [90], benefícos lucis suæ radios cunctis oculis mentalibus luculenter expandit, adeoque si spontanea mente præditorum arbitrii libertas spiritale lumen deserat, a natura sibi insitas luci excipiendæ vires, amore parvi præcludens, præsenti quidem luci se subducit, hæc tamen eam minime destituit, sed vel conniventem illuminat, atque aversanti benigne prorsus occurrit [91]. Quisquis igitur ad insitum a Deo naturæ lumen recurrerit, principio quidem cum Dei adjutorio, quis tandem ipse sit videbit, hocque lucis accessione munus sacrum referet. Porro qui propria sua irreflexis oculis consideraverit, abditas quidem ignorationis suæ tenebras eliminabit, perfectissimæ tamen Dei unionis et participationis adhuc exsors, ejusdem desiderio sponte non afficietur, sed sensim primum a propriis ad potiora, et ex iis ad potissima, nec non perfectus tandem per Dei gratiam, ad divino-principalem unionem, sacro quodam ordine evehetur. Sic autem adductum divina beatitudo ad sui admittit communicationem, propriæque lucis instar signi cujusdam ipsum participat, Deo intimum reddens, atque consortem munerum divinorum. Neque enim vita nobis est cui vis illata sit vel imposita necessitas [92], neque vero etiam eorum quibus providetur libertate, divinæ illustrationis a Providentia manantis radii obtunduntur; sed oculorum mentalium dissimilitudo facit, ut exundans paternæ bonitatis illustratio, vel omnino cassa sit, et propter eorum repugnantiam inutilis, vel ejus participationes existant inæquales, parvæ vel magnæ, obscuræ vel claræ, cum unus sit et simplex, eodemque modo semper se habeat fontalis ille radius, qui jugiter est expansus.

## CAPUT IV.

### *Quis sit finis mysticæ theologiæ.*

Omnis porro mysticæ theologiæ scopus est erga Deum et res divinas continua dilectio [93], quæ divinitus inseritur, et per ejus unionem consummatur, quæque hac prior est, illi adversantium omnimoda et irrevertibilis fuga; cognitio Dei perfectissima, et simplicis perfectionis ejus divina participatio fruitioque, quæ omnem Dei contemplatorem spiritali modo reficit deificatque. Cum enim habeat Deum omnis sacræ suæ arcanæ cum scientiæ tum operationis finem [94], ad divinissimum ejus decorem constanter intuendo, eumdem quoad potest exprimit, nec non divinos sui consortes, sacra quædam perficit simulacra speculaque clarissima et immaculata, quæ primitivæ lucis, summæque deitatis radium excipiant, et in Deum ipsum a quo profluxit, sincerissime reflectant. Hinc mystici theologi primario multipliciterque Deum participant, et sublimissimis ac multis modis arcanum Dei cognoscunt. Cum enim ad imitandum Deum intellectualiter se componant [95], atque divino principalem similitudinem supermundialiter contemplantes, ad eamdem speciem suam conentur efformare, jure merito uberiore quoque gaudent ejus participatione, quod sint assidui, ac semper ad anteriora nunquam fatiscentis amoris contentione se extendant, et primordiales illustrationes immaterialiter liquidoque suscipiant, atque ad easdem componantur, vitamque omnem habeant spiritalem. Puri siquidem censendi [96], non quasi a maculis duntaxat imporis colluvionibusque sint liberi, vel quod materialibus imaginibus minime adhæreant, sed quod omni re creata celsiores præ summa puritate, vel maxime deiformibus virtutibus sint coordinati, ordinisque sui motum proprium æquabilemque per amorem Dei constanter teneant invariatum, neque ullam in deterius admittant imminutionem, sed inconcussam semper et immobilem deiformis suæ proprietatis sedem habeant. Contemplatores item non quasi symbolorum, quæ sensu vel imaginatione percipiantur, spectatores, neque varietate duntaxat sacrarum Scripturarum ad Deum elevantur, sed omni cognitione simplici altioris luminis replentur, atque contemplatione illius pulchritudinis, quæ effectrix et origo omnis pulchritudinis existit, quæque supra substantiam est et in Trinitate suprasplendet, quantum homini fas est reficiuntur. Communionis quoque Jesu similiter participes fiunt, non quasi in imaginibus sancte informatis, quæ veluti formæ in ipsis deificam similitudinem exprimant, sed tanquam vere ad eum appropinquantes, in ipsa prima participatione cognitionis luminum ejus deificorum, quod Deum imitandi ratio sublimissimo ipsis modo sit indulta, et in primæva, quantum quidem fas est, potentia, divinis ejus humanisque virtutibus communicent. Similiter perfecti sunt, non quasi varietates sacras resolvendi scientia sint illustrati, sed quod primaria et præcellente Dei unione satientur, juxta supremam illam, cujus capaces sunt mortales, divini amoris influentiam; siquidem ab ipsamet divinitate sacris mysticis initiantur, dum ad Deum per dilectionem subriguntur, nec non in eo summa puritate summaque constantia stabiliuntur, atque supernaturalibus divinorum operum rationibus, ab ipsomet divino principatu θεοδιδάκτοις μυσταγωγίαις erudiuntur. Unde fit, ut mystici theologi reconditos quosque Scripturæ sensus et scientias quasvis naturales longe aliter quam alii (quippe supernaturaliter) intelligant penetrentque, cum non dividui aut e dividuis, vel sensibus, vel rationibus ratiocinando colligant scientiam, sed ab omni materiali ac sensibili pluralitate puri, a materia secreto atque uniformi modo spiritali ea capiant, quæcunque vel in divinis vel in humanis scientiis intelligi possunt. Est enim illis vis [97] quædam spi-

[90] *Eccl. hier.* cap. 1. [91] *Eccl. hier.* cap. 2. [92] *Cæl. hier.* cap. 9. [93] *Eccl. hier.* cap. 1. [94] *Cæl. hier.* cap. 3. [95] *Ibid.*, cap. 4. [96] *Ibid.*, cap. 7. [97] *De divin. nom.*, cap. 7.

ritalis atque operatio impermista atque immaculata puritate resplendens, et conspicax divinarum intelligentiarum, quæ per divisionis ac materiæ carentiam, deiformi unitate ad divinam et plusquam sapientem mentem ac rationem divinitus efformatur. Hinc mystici theologi hoc quoque sacrum munus referunt, ut quod divinorum omnium divinissimum est, in salute ac perfectione proximorum procuranda, divino prorsus et eminentiori præ cæteris modo ipsiusmet Dei cooperatores existant; non omnino dissita ab ordine cœlesti insinuatione in animos hominum influendo, et a quibusvis vitiis atque imperfectionibus ad omnem virtutem et vitæ sanctitatem traducendo.

## CAPUT V.

*Quænam prærequirantur ad mysticam theologiam.*

Ad hanc theologiam [98] cumprimis prærequiritur status quidam supernaturalis ipsi proportionatus, qui cum sit quasi quædam altera nativitas divina, nunquam sane intellexerit, nedum gesserit quidpiam secundum mysticam theologiam, cui ne ipse quidem status hic divinitus afflatus sit. Etenim et nobis (humano loquendi modo) existentia primum opus est, ut deinceps quæ nostri fori sunt, tractemus, cum id quod nullo modo existit, neque motionem neque substantiam omnino habeat; quod autem quoquo pacto est, ea demum et agat et patiatur, quæ naturæ statusque sunt sui. Dicimus itaque assiduis ad Deum connitendo aspirationibus, atque totalibus contrariorum mortificationibus et abolitionibus homines spiritales status hujus deiformis immutabilitate potiri. Non enim ab omni duntaxat malitia ipsis recedendum est, sed obdurandum viriliter, et imperterrite semper obsistendum ipsi noxiæ remissioni; nec a sacro est unquam amore cessandum, ast continenter ac perpetuo pro viribus ei insistendum, ad perfectionem divini principatus sublimationem sancte semper negotia sua dirigendo. Neque enim [99] fas est mysticis theologis quidquam operari, quod divinis inspirationibus vel minimum repugnet, imo nec iisdem dissentire, si divinam appetant claritatem, et ad hanc sancte, ut par est, aspirent. Itaque perfecta sui ipsius abdicatione [100] ac continua in rebus omnibus mortificatione opus est; quando quidem naturam humanam vitio protoplasti divinis bonis spoliatam, vita passionibus obnoxia excepit, et consequenter homo a divina gratia, quæ ipsum ad supera subrigebat, dilapsus, et ad extrema contraria jam præceps datus, variis perturbationibus expositam nactus est immutationem. Unde cum non possit ad unum colligi, atque unius pacificæ unionis particeps existere qui secum ipse dissidet, neque liceat summe contraria simul participare, vel communicationem aliquam cum uno habenti, divisas habere vitas, si unius Dei stabilem præferat participationem, necessario adhibenda est jugis mortificatio, ut quis exsors fiat et expers omnium uniformitatis divisionum. Propterea viri sancti, divinorum communione digniati, dum pro mensura gratiæ divinæ sibi collatæ ad deiformitatis et mysticæ unionis fastigium perfectissimis perfectivisque deificationibus evehuntur, ea quæ carnis sunt minime curant citra naturæ necessitatem, idque, prout usus fert, obiter; atque hoc modo etiam corpora illorum per mortificationem quodammodo spiritualizata, in mystica deificatione templum fiunt Spiritus divino-principalis, in quo simile in simili fundatur ac collocatur.

## CAPUT VI.

*Qua ratione ad mysticam theologiam accedendum sit.*

Obstaculis et impedimentis per mortificationis exercitium sublatis, adhibendum est etiam studium orationis, exemplo Dionysii mysticam theologiam a sanctissimæ Trinitatis invocatione auspicantis. Oportet igitur nos primum orationibus ad Deum [1], tanquam ad mysticæ theologiæ principium adduci, ac deinde magis ipsi propinquantes, edoceri optima quæque munera, quæ penes ipsum sunt collocata. Nam ipse quidem præsens adest omnibus, non autem illi adsunt omnia; sed cum eum sanctis precationibus, et mente tranquilla, et ad divinam unionem accommodata deprecamur, tum demum nos etiam ei præsentes sumus. Ipse enim nec in loco ita est ut usquam absit, vel ex aliis ad alia migret. Quin imo dicere, in omnibus ipsum esse, quod minus est ejus infinitate, quæ et excedit et continet universa. Nos ipsos itaque orationibus ad sublimiorem divinorum benignorumque radiorum contuitum comparemus. Quemadmodum si lucidissimam catenam e summo cœlo suspensam, et huc usque demissam, manibus alternis in anteriora protensis continenter arriperemus, attrahere quidem ipsam videremur, re autem vera non illam ipsi deduceremus, ut quæ superne et inferne præsens esset, sed ipsimet magis ad sublimiores radiorum illustrium fulgores eveheremur. Aut sicut si navim ingressi, rudentes ex petra quadam ad nos usque porrectos auxilii causa teneremus, non ad nos petram, sed nosipsos revera navimque ad petram traduceremus.

Quapropter ante omnia, præsertim in mystica theologia, ab oratione auspicandum est: non ut ubique et nusquam præsentem virtutem attrahamus, sed, ut divinis commemorationibus invocationibusque nos ipsos illi dedamus atque uniamus. Etenim essentia illa [2], cujus odoris suavitas mentem superat, ab igneis purissimisque mentibus ad sui manifestationem per ferventissimas orationes invitari amat, divinissimasque suas inspirationes luculentissimis distributionibus impertitur illis, qui sic illam supramundialiter invitarunt. Est enim lux vera [3] quæ omnem mentem implet lumine intellectili, omnem autem ignorantiam et errorem ex omnibus animis in quibus est, ejicit, et ipsis omnibus

[98] *Eccl. hier.* cap. 2. [99] *Cœl. hier.* cap. 3. [100] *Eccl. hier.* cap. 3. [1] *De divin. nom.* cap. 3. [2] *Eccl. hier.* cap. 4. [3] *De divin. nom.*, cap. 4, § 4.

lumen sanctum impertit, eorumque oculos mentales a caligine et ignorantia circumfusa repurgat et liberat, et excitat atque aperit multa gravitate tenebrarum oppressos et clausos : datque primum quidem mediocrem splendorem, deinde tanquam degustato lumine, oculis jam magis post degustationem lumen appetentibus, magis se impertit, et copiosius affulget, quoniam dilexerunt multum; ac semper ulterius provehit proportione studii eorum ad aspiciendum sursum. Etenim [4] sicut ignorantia errantes dirimit, sic adventus luminis congregat et copulat illuminatos, perficitque eos, et ad id quod vere est convertit, a multis opinationibus eos revocans, ac varios aspectus, vel, ut magis proprie dicam, varia in unam veram et puram ac simplicem cognitionem contrahit, et uno lumine unifico implet.

Porro lumen hoc unificum accipimus per Christum [5], qui paterna *lux* est *vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* [6], per quem ad originem lucis Patrem accessum obtinuimus. Hic est qui mentis quidem nostræ obscuritatem [7] beato divinoque lumine replevit, deformitatemque nostram deiformibus ornamentis illustravit, animi autem domicilium cum perfecta salute essentiæ naturæque nostræ, quæ ferme collapsa erat et conciderat, fœdissimis quibusque passionibus atque inquinamentis noxiis liberavit, commonstrata nobis supermundialis anagogæ ac divinæ vitæ norma, per quam ad sacras ejus similitudines, quoad ejus fieri potest, evehamur. Unicum enim illud [8] ac simplex arcanumque Jesu Verbum divinissimum per assumptionem humanitatis nostræ, in compositionem simul et aspectum, sine ulla sui immutatione, pro sua bonitate benignitateque processit, nostrique secum unificam communionem benefice excogitavit, ea quæ in nobis humilia sunt, divinissimis suis uniens excellentiis, ut et nos ipsi, tanquam membra corpori, per ejusdem immaculatæ ac divinæ vitæ identitatem congruamus, ne corruptibilibus necati passionibus, divinis istis sanissimisque membris incongrui, vitæque incapaces existamus.

Oportet igitur nos, si ad communionem ejus aspiremus, divinissimam ejus in carne vitam contemplari, atque sanctam ipsius impeccantiam imitando, ad deiformitatem et immaculatum statum contendere. Hac namque ratione, prout nobis congruit, similitudinem suam communicabit.

Cæterum mysticis theologis obvelanda est mentis sanctitas atque fragrantia [9], cum divinitus viri sancti jubeantur, non ad vanam gloriam apparentes arcani Dei pulchras ac fragrantes habere similitudines. Siquidem arcana Dei decora, quorum suavitas intellectum superat, prorsus sunt intemerata, solisque viris spiritalibus spiritaliter apparent, quod in animabus nostris exigant habere sibi conformes per virtutem, incorruptibiles imagines. Incircumscriptum enim illud virtutis deiformis simulacrum rite imitandum est, ut spiritalis ac fragrans ipsum referat pulchritudo, seseque formet et effingat ad pulcherrimam ejus imitationem. Et sicut in imaginibus sensilibus, si pictor ad primævam speciem constanter intendat, nulla re alia visibili distractus, neque secundum quidpiam divisus, illum ipsum qui depingendus est, si ita dicere liceat, quodammodo replicabit, atque ipsammet veritatem in similitudine, et archetypum in imagine exprimet, alterumque in altero citra substantiæ differentiam referet; sic mysticis in mente pictoribus suaveolentis et arcanæ pulchritudinis intenta constansque contemplatio infallibilem indet maximeque deiformem imaginationem.

Merito itaque mystici pictores, quando mentem suam ad superessentialem illam fragrantem spiritalemque pulchritudinem constanter efformant, nullam virtutem earum quæ iis insunt, agunt, ut ab hominibus, sicut scriptum est, videantur, sed quidquid in virtute sacrum ac maxime deiforme est, intra mentem suam, quæ ad imaginem et similitudinem Dei facta est, recondentes ad primævam duntaxat speciem atque intelligentiam intuentur. Neque enim solum dissimilia vident, sed ne ad eorum quidem aspectum pertrahuntur. Quamobrem, sicut eos decet, non ea quæ temere videntur, sed quæ vere justa sunt ac bona, diligunt : neque istam spectant gloriam quæ sine ratione vulgo passim beata prædicatur, sed imitatione Dei bonum malumque per se judicantes, divina quædam simulacra fiunt istius fragrantiæ divinæ, quæ bonum in se odorem vere continens, ad illud quod vulgo passim inæqualiter apparet, nunquam convertitur, in veris suis imaginibus exprimens veritatem.

Hinc [10] si more humano ea quæ supra nos sunt accipiamus, et familiaribus nobis sensibus inhæreamus, atque divina cum nostris conferamus, fallimur, si secundum id quod deforis apparet, mysticam arcanamque theologiam metiamur; cum scire debeamus, mentem quidem nostram pollere vi intelligendi, qua res intellectiles ipsi proportionatas contueatur, tamen istam unionem, qua rebus se superioribus conjungitur, naturam ipsius longe superare. Secundum hanc itaque unionem divina illa mystica sunt intelligenda, non more nostro, sed quatenus nos ipsi totos nos a nobis totaliter abdicamus, et toti transimus in Deum, ut cum Apostolo vere dicere possimus : *Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus* [11]. Quæ vox est veri amatoris qui excesserat e se Deo, et non jam vitam suam, sed amati, tanquam vehementer dilectam, viventis. Itaque longe præstat nos Dei esse quam nostros; sic enim divina nobis dari poterunt, si cum Deo fuerimus

[4] *De divin. nom.* c. 4, § 6. [5] *Cœl. hier.* cap. 1, § 2. [6] Joan. I, 9. [7] *Eccl. hier.*, cap. 3, § 11. [8] *Ibid.*, § 12. [9] *Eccl. hier.*, cap. 4, parte III, § 1. [10] *De divin nom.*, cap. 7, § 1. [11] Gal. II, 20.

conjuncti. Hanc autem intimam conjunctionem [12] acquirimus per vivam fidem, quæ est constans fidelium firmamentum, et fundat nos in veritate, atque in nobis veritatem, dum indissuasibili identitate simplicem veritatis cognitionem obtinemus rerum credendarum. Nam si cognitio res cognitas cum cognoscentibus unit, ignoratio vero ignoranti causa est ut semper mutet, atque a semetipso discrepet, eum qui credit in veritate, juxta Scripturam, nihil a vero fidei fundamento dimovebit, in quo constantiam habebit immobilis et immutabilis identitatis. Probe namque novit quisquis unitus est veritati, quam bene sese habeat, quamvis eum multi ut amentem arguant. Latet enim illos, uti par est, eum per veræ fidei veritatem ex errore excessisse : ipse autem vere novit se non, ut illi fabulantur, insanire, sed ab instabili mutabilique omnimode errantis varietatis motione, per simplicem circa eadem semper et eodem modo se habentem veritatem esse liberatum. Hoc modo primi divinæ sapientiæ nostræ professores pro veritate quotidie moriebantur, testificantes, uti par est, et sermone et opere, singularem illam Christianæ veritatis agnitionem, omnium esse cum simplicissimam, tum divinissimam; imo potius [13] hanc solam esse veram atque unicam simplicis Dei notitiam. Est enim divinissima Dei notitia quæ per nescientiam accipitur, secundum illam, quæ supra intellectum est, unionem, quando nimirum mens a rebus omnibus recedens, ac totam semetipsam deserens, desuper fulgentibus radiis unitur, quibus in illo inscrutabili sapientiæ profundo collustratur.

## CAPUT VII.

*Quomodo mirabilis illa mysticæ theologiæ unio in anima perficiatur.*

Sublimissimus rerum mysticarum interpres, Ludovicus Blosius, in *Institutione* sua *spirituali*, cap. 12, § 2, divina prorsus ratione hanc, quam expertus fuerat, mysticæ theologiæ unionem describens, Felix, inquit, illa anima, quæ puritati cordis, sanctæque introversioni jugiter studet, et privato amori, seu propriæ voluntati, propriæque quæsitioni prorsus renuntiat. Illæc enim magis ac magis Deo appropinquare meretur. Tandem vero superioribus ejus viribus divina gratia sublevatis, clarificatis et exornatis, unitatem nuditatemque spiritus obtinet, et purum atque indepictum amorem, simplicemque cogitationem, quæ cogitationum expers est, adipiscitur. Jam itaque cum excellentis indicibilisque gratiæ Dei sit capax, ad vivum illum fontem qui ab æterno manat, ac sanctorum mentes satis superque reficit, perducitur. Jam vires ejus ad instar stellarum lucent, et ipsa fit idonea ad contemplandum Divinitatis abyssum, sereno, simplici et jucundo intuitu, absque imaginatione, et sine aliqua intellectus admistione. Unde quando sese ad Deum cum amore integre convertit, incomprehensibili luce in fundum ejus effulgente, rationis et intellectus oculus reverberatus caligat : simplex vero ipsius animæ oculus, nempe pura, nuda, uniformis, et supra intellectum elevata cogitatio, manet apertus.

Porro naturali lumine intellectus a tanta claritate obfuscato, anima nihil in tempore aspicit, sed supra tempus et locum erecta, quamdam æternitatis proprietatem assumit. Nam imagines et distinctionem considerationemque rerum amittens, jam experimento discit, Deum longe transcendere omnes corporales, spirituales atque divinas imagines, et quidquid intellectu apprehendi, quidquid de Deo dici scribive, quidquid nominis ei imponi potest, clare perspicit talia omnia a veritate divinæ essentiæ in infinitum distare, ob idque eamdem essentiam innominabilem esse. Ignorat tamen quid sit Deus, quem sentit. Hinc præcognitione facta sine cognitione, in solo amabili, nudo, simplici et ignoto Deo quiescit. Lux quippe divina propter nimiam sui claritatem inaccessibilis est : unde et *caligo* appellatur. Suscipit hic anima verbum absconditum, quod Deus in interno silentio et secreto mentis recessu loquitur. Hoc suscipit, atque unionis mysticæ complexum feliciter experitur. Ubi enim intellectum omnesque imagines per amorem excessit, et supra semetipsam evecta est, quod solus Deus ei præstare potest, jam a se defluens profluit in Deum : tuncque Deus pax et fruitio ejus est. Illa ergo in tali mentis excessu posita, jure cantat : *In pace in idipsum dormiam et requiescam* [14]. Defluit, inquam, amans anima, deficitque a se ipsa, et velut ad nihilum redacta, in abyssum æterni amoris collabitur : ubi sibi mortua, vivit in Deo, nihil sciens, nihil sentiens præter amorem quem gustat. Perdit enim se in vastissima Divinitatis solitudine atque caligine : sed sic se perdere, potius se invenire est. Ibi sane quidquid est humanum exuens, et quod est divinum induens, transformatur transmutaturque in Deum : sicut ferrum in igne positum formam ignis accipit, et transmutatur in ignem. Manet tamen essentia animæ sic deificatæ, quemadmodum ferrum ignitum non desinit esse ferrum.

Igitur ipsa anima, quæ prius erat frigida, jam ardet : quæ prius erat tenebrosa, jam lucet; quæ prius erat dura, jam mollis est. Plane tota deicolor est, quia essentia ejus essentia Dei perfusa est. Tota divini amoris igne concremata, totaque liquefacta transiit in Deum, et ei sine medio unita, unusque spiritus cum eo effecta est : sicut aurum et æs in unam metalli massam conflantur. Cæterum illorum qui in Deum ita excedunt et rapiuntur, diversi gradus sunt : nam eo quisque profundius atque sublimius in ipsum Deum pertingit, quo efficacius ardentiusque seu amorosius se ad eum con-

[12] *De divin. nom.*, c. 7, § 4. [13] *Ibid.*, § 3. [14] Psal. IV, 9.

vertit, et quo perfectius in ipsa conversione omnem propriam quæsitionem repellit.

O sanctam illam animam, quæ a Deo singulariter visitata, et supra omnia creata, supraque propriam operationem elevata, in vi memorativa nudatur omnibus imaginibus, et meram puritatem atque simplicitatem sentit; in vi intellectiva percipit præfulgidas illuminationes Solis justitiæ, et divinam veritatem agnoscit! Porro in vi amativa sentit æstum quemdam quieti amoris, sive contactum Spiritus sancti, tanquam fontem vivum, manantem rivulis æternæ suavitatis, atque ita ad excellentem cum Deo unionem invitatur introduciturque. O felicem illam horam! Tunc nimirum anima supernaturali jucundissimaque solemnitate et gaudio vernantissimo intus perfruitur, ac futuram beatitudinem aliquo modo prægustat. O quam beatus est, cui fragrantissimum illud ver, et æstas illa amœnissima exoritur, cuique divinam copulam vel ad momentum experiri concessum est! Is enim ad id perducitur, quod nec ratio, nec intellectus capere, neque lingua exprimere potest. Per sapientem ignorantiam, et per intimum amoris contactum, melius Deum cognoscit, quam exteriores ejus oculi visibilem solem cognoscant. Usque adeo stabilitur in Deo, ut Deum sibi viciniorem esse sentiat quam ipse sit sibi : unde et deiformem superessentialemque vitam jam ducit, factus Christo secundum spiritum, animam et corpus conformis. Sive comedat sive bibat, sive vigilet sive dormiat, semper in eo Deus operatur, qui superessentialiter vivit in illo. Talem ipse Deus docet de omnibus, et spirituales mysticosque sensus ei aperit. Creberrime, vel etiam indesinenter eum visitat, astringit, osculatur, illustrat, accendit, penetrat et implet. Nam cum anima ejus sit jam speculum clarum sine macula, divino Soli convenienter objectum substratumque, ipse Sol justitiæ non potest non assidue stillicidia gratiæ, radios sapientiæ et charitatis scintillas in eam diffundere. Valde quidem sublimiter atque mirabiliter Deus se nonnunquam animæ perfectæ revelat atque manifestat, nondum tamen ostendit sicuti est in sua ineffabili gloria, sed sicut in hac vita videri potest.

---

# GEORGII PACHYMERÆ

# IN OPERA S. DIONYSII AREOPAGITÆ

## AD CYRUM ATHANASIUM

### PATRIARCHAM ALEXANDRINUM CONSTANTINOPOLI COMMORANTEM

## PROŒMIUM

Interprete Balthasare Corderio, Societatis Jesu doctore theologo.

Homo Dei, et fidelis serve, et dispensator mysteriorum Christi, nec non vir desideriorum, multorum quidem etiam aliorum et magnorum, scilicet eorum quæ sunt spiritus, quorum omnium, carne mortificari, et vivere Christo, caput est; idque non ab heri, aut nudius tertius, aut a pauco, quin imo etiam a multo tempore hoc tuum fuit studium, atque adeo ab infantia et ab ipsa ferme nativitate. Novit hæc mons Sina, et quæ ibi celebris spelunca, ubi in virtute educatus, et spiritalibus sudoribus præexercitatus, ad Marci thronum adduceris : et vocationem adeptus post ipsum, longo quidem temporis intervallo, virtute tamen ipsi proximus, licet tempore remotissimus, agnosceris. Eatenus autem sanctis ejus successoribus posterior es, quatenus cum ipsi suis temporibus luxerint ad utilitatem populi Christiani, tu nostris temporibus reservaris, prout novit Providentia, quæ cuncta custodit et producit.

Præterea, hujus quidem morem, illius vero sermonem; hujus exactam charitatem, illius psallendi

Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, καὶ πιστὲ θεράπων, καὶ οἰκονόμε τῶν Χριστοῦ μυστηρίων, καὶ ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν, πολλῶν μὲν καὶ ἄλλων, καὶ μεγάλων, δηλαδὴ τῶν τοῦ πνεύματος, ὧν ἁπάντων, τῷ σαρκὶ νεκρωθῆναι, καὶ ζῆσαι Χριστῷ, τὸ κεφάλαιον· καὶ τοῦτο οὐ χθὲς, καὶ πρὸ τρίτης, οὐδ' ἐξ ὀλίγου, ἢ μὴν καὶ ἐκ πολλοῦ σοι πεφιλοσόφηται, ἀλλὰ βρεφόθεν καὶ ἐξ αὐτῆς σχεδὸν τῆς γενέσεως. Οἶδε ταῦτα τὸ Σίναιον ὄρος, καὶ ἡ ἐκεῖσε μεγαλώνυμος μάνδρα, ὅπου κατ' ἀρετὴν μαιευθεὶς, καὶ τοῖς πνευματικοῖς ἱδρῶσι προτελεσθεὶς, ἐπὶ τὸν Μάρκου θρόνον ἀνάγῃ· καὶ κλῆσιν πλουτίσας τοῦ μετ' ἐκεῖνον, τῷ χρόνῳ μὲν, πολλοστοῦ, τῇ δ' ἀρετῇ καὶ εὐθὺς μετὰ τοῦτον καὶ σὺ, πολλοστὸς μὲν τῷ χρόνῳ, γνωρίζῃ. Τοσοῦτον δὲ τῶν μετ' ἐκεῖνον ἁγίων καθυστερεῖς, ὅσον καιροῖς ἰδίοις λαμψάντων ἐκείνων ἐπ' ὠφελείᾳ τοῦ Χριστεπωνύμου λαοῦ, σὺ ταμιεύῃ τοῖς ἡμετέροις καιροῖς, καθὼς οἶδεν ἡ τὰ πάντα φρουροῦσα καὶ διεξάγουσα Πρόνοια.

Ἐφ' ᾧ, τοῦ μὲν τὸν τρόπον, τοῦ δὲ τὸν λόγον, καὶ τοῦ μὲν τὸ τῆς ἀγάπης εἰλικρινὲς, τοῦ δὲ τὸ τῆς

ψαλμῳδίας ἔντονον, ἑτέρου τὸ πρὸς ἅπαντας συμπαθὲς, ἄλλου τὸν ζῆλον, τὸ πρᾶον ἄλλου, καὶ ἄλλου ἄλλο τι τῶν ἀγαθῶν, ὡς ἐξ ἀρχετύπου κτησάμενος, ἓν ἐξ ἁπάντων εἶδος εἰκόνος ἐν σεαυτῷ τὸ κάλλιστον ἀκριβώσαιο. Καί γε ποικίλον καὶ μέγα χρῆμα, καὶ τοῖς πόρρω φανείης καὶ τοῖς ἐγγύς. Τοῦτο ἡ διηνεκής σοι μέριμνα, τοῦτο τὸ ἔμμονον σπούδασμα, ταῦτα τῶν κρειττόνων ἐπιθυμιῶν, αἷς ἐντήκῃ ὅσαι ἡμέραι ζητῶν ἐν πνεύματι τὰ τοῦ πνεύματος. Τούτων μία τις, οὐχ ἡ τυχοῦσα, καὶ ἡ μελέτη τῶν θεοπνεύστων Γραφῶν, αἷς καθ' ἑκάστην προσέχων, καὶ μεγαλεπιβόλως ἀναπτύσσων τῶν λεγομένων τὸν νοῦν, καὶ γνῶσιν, καὶ ἦθος, καὶ πᾶν εἶδος ἀπομάττῃ παιδεύσεως.

A intentionem, alterius erga omnes compassionem, alius zelum, alterius mansuetudinem, et alius aliud quidpiam bonorum, tanquam ex archetypo possidens, unam ex omnibus formam imaginis in temetipso pulcherrimam exprimis. Certe varium et magnum quid appares, tam iis qui procul, quam his qui prope sunt. Hæc assidua tibi cura, hoc continuum studium, hæc optima desideria, quibus illiquescis, totis diebus, quærens in spiritu ea quæ sunt spiritus. Horum una quædam, non qualiscunque etiam, meditatio divinitus inspiratarum Scripturarum, quibus quotidie attendens, et magna dexteritate illorum quæ dicuntur sensum explicans, et scientiam, et mores, omnemque formam exprimis disciplinæ.

Ἀλλὰ πρὸς τοῖς ἄλλοις καὶ ἡ τοῦ μεγάλου Διονυσίου θεία πυκτὶς, τῆς πνευματικῆς καὶ ἡδείας Σειρῆνος τὸ ἐνδιαίτημα, κατασχοῦσά σε, ὅλον εἰσποιεῖται, καὶ τῶν ἐκεῖσε χαρίτων ἀναπιμπλᾷ, οὐ κηρῷ τὸ τοῦ λόγου τὰς ψυχικὰς ἀκοὰς φραξάμενον, οὔτε μὴν ταῖς κατὰ κόσμον προσπαθείαις συνδεδεμένον, ἀλλ' ἄνετον ὄντα καὶ ἐξῃρημένον παντὸς, καὶ πάσας ἀκουστικὰς ἠνεῳγμένον καὶ νοῦν, εἰς πρέπουσαν δηλαδὴ καὶ τοῖς λεγομένοις, καὶ τοῖς νοουμένοις ἀντίληψιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ εἰκόνων ἐκείνη ἀριφανὴς, ἐφ' ᾗ πολλὰ καὶ πολλάκις ὁ τεχνίτης ἐπιβάλλοι τὰ χρώματα, καὶ λόγων ἐκεῖνος σαφὴς, ᾧ πολλὰ καὶ ἄλλοι, καὶ πολλάκις μόνον κατευστοχοῦντες τῶν λεγομένων, ἐπειπεῖν οὐκ ἀπώκνησαν· διὰ τοῦτο σαφῶς μὲν λογίζῃ, καὶ τῆς σῆς φιλαγάθου γνώμης ἐπάξια, εἴ πως ἡ θεία βίβλος αὕτη ἀναπτυχθείη, καὶ κοινότερον κατασταίη τὸ χρῆμα ταῖς τῶν πολλῶν ἀκοαῖς, κἀντεῦθεν ἔχοιεν ὠφελεῖσθαι πολλοὶ, τὰ ὑπὲρ νοῦν κατὰ νοῦν, καὶ τὰ ὑπὲρ δύναμιν κατὰ δύναμιν προσιέμενοι. Ἔστι γὰρ καὶ τοῦτο τοῦ τρέφειν εἶδος οὐ τὸ τυχὸν, ὅταν τις μὴ ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν τροφὴν χορηγῶν, ὅμως προμαλάσσων ταύτην ἢ προμασσώμενος, ἐπέντευκτον τοῖς ἀσθενέσιν ἐγκαθιστᾷ, οὐκ ἄλλην προφέρων, τὴν δὲ προκειμένην κατεργαζόμενος.

B Sed præ cæteris etiam magni Dionysii divinus libellus, spiritalis ac suavis Sirenæ mansio, te detinens, totum afficit, et inibi gratiis implet, cera rationis aures animæ minime obturantem (*a*), neque certe mundanis affectibus implicatum, sed liberum exsistentem et ab omni re exemptum, omnesque audiendi facultates et intellectum patulum habentem, ad convenientem scilicet tam eorum quæ dicuntur, quam quæ intelliguntur susceptionem. Cæterum, cum et imago illa præclara sit, cui multos etiam frequenter artifex adhibet colores, et sermo ille perspicuus, cui multa etiam alii, et sæpe duntaxat conjecturantes quæ dicantur, superaddere haud neglexerunt; idcirco sapienter quidem cogitas, et proba mente tua digna, si quo modo divinus hic liber explicetur, atque communior fiat usus C ejus plurimorum intellectibus, et inde multi proficiant, ea quæ supra intellectum sunt, secundum intellectum, et quæ supra captum, pro captu agnoscentes. Est enim etiam hic nutriendi modus minime vulgaris, quando quis non a semetipso cibum suppeditans, tamen hunc præmacerans vel præmasticans, sumptu facilem infirmis facit, non alium proferendo, sed propositum subigendo.

Σοφῶς μὲν οὖν τὸ τοιοῦτον ἐλογίσω καὶ προμηθῶς· πλὴν καὶ εἰς τέλος ἂν ὁ λογισμὸς ἀπέβη χρηστὸν, εἴπερ ἐζήτησας ἄλλον καὶ οὐκ ἐμὲ, καὶ λόγον εὗρες καὶ τρόπον τῷ πράγματι ἐξισούμενον, καὶ προὐτρέψω τῷ ἀξίῳ, καὶ τῷ ἱερῷ τὰ ἱερὰ ἐνεχείρησας. Νῦν δὲ, *Ἀλλ' οὐχ ὁ βωμὸς πρὸς τὸ ἱερόν*, φασὶ· σὺ δὲ καὶ προὐτρέψω καὶ παρεκίνησας, καὶ ταῖς εὐχαῖς D ὡς οἷός τε παρεθάρρυνας, ὡς ἂν εὐεργετῶν, ἡμᾶς, οἶμαι, τῇ τῆς ἐφέσεως κοινωνίᾳ πλουτίζων, καὶ οὐ τοσοῦτον διὰ τὸ ἡμέτερον ἀσθενὲς ἀπήλπισας, ὅσον διὰ τὴν τοῦ Θεοῦ χάριν ἤλπισας, οὗ τὴν δύναμιν μᾶλλον ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦσθαι κατέμαθες. Τί δὲ ἡμεῖς πρὸς τοσοῦτον τῆς παρακελεύσεως μέγεθος, δέον ἰλιγγιᾶσαι καὶ ἀπειπεῖν; Ἀλλ' οὖν, οὐκ [οἶδα ὅπως, τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας ἐπιλαθόμενοι, καὶ τὸ *Γνῶθι σαυτὸν* παριδόντες, ὅλοι τῶν σῶν γεγόναμεν προσταγῶν, καὶ ὡς πατρὶ παῖδες, καὶ ὡς μαθηταὶ διδασκάλῳ, καὶ ὡς δεσπότῃ θεράποντες

Sapienter utique quid simile cogitasti ac provide: quin et finem hæc cogitatio bonum sortita foret, si quæsivisses alium, et non me; ac rationem reperisses et modum huic negotio convenientem, et concredidisses digno, sacroque sacra tradidisses. Nunc autem, Non est, inquiunt, hoc altare pro sacrificio: tu vero etiam adhortatus es, et excitasti, et postulationibus, quantum fieri poterat, animasti tanquam benefactor, nos, ut opinor, hujus desiderii communione beando, et non tantum nostræ imbecillitati diffisus es, quantum Dei gratiæ confisus, cujus virtutem magis in infirmitate perfici cognovisti. Quid porro nos ad tantam adhortandi vim oportuerat percelli et recusare? Verumtamen non scio quomodo nostræ imbecillitatis obliti, atque illud, *Nosce teipsum*, negligentes, toti ad tua facti sumus imperia, et tanquam patri filii, et tanquam discipuli Magistro, et sicut servi domino sumus

(*a*) Vertit Corderius quasi Græce legisset: οὐ κηρῷ τῷ τοῦ λόγου... φραξάμενον. Sed, mea quidem sententia, legendum Græce: οὐ κηρῷ, τὸ τοῦ λόγου, κ.τ.λ., Latine vero: *Cera, ut aiunt fabulæ, aures animæ obturantem.* Cæterum non semel dormitat doctissimus interpres, ut Græce callenti patebit. EDIT. PATROL.

obsecuti, nulli omnino alteri, quam tuis sanctis piisque precationibus confisi, quibus, opinor, etiam invisibiliter suffulti, facile hoc opus sustinuimus.

Ecquid enim mirum? cum etiam voce dimissa Eliæ ad Eliseum, statim hic, et boves illos, et aratra, et omnem supellectilem aliam abjiciens, quo pedes ferebant, post vocantem cucurrerit, tametsi quoque boves istos sacrificio destinasset. Eodem modo etiam nos, sæcularibus turbis ac tumultibus neglectis, toti in uno studio fuimus, quod nimirum sacris Litteris consecravimus. Edisseram etiam hoc arcanum, quoniam quoque verum. Adeo deditus eram huic negotio, et sic rapiebar, ut etiam sæpenumero sermonibus vacantem, exclamare me contigerit, dum expenderem hinc sensuum profunditatem, inde theologiæ sublimitatem; hic in divinis eruditionem, illic in explicandis accurationem, alibi moderationem, alibi numinis afflationem, ubique divinitatem et securitatem.

Quid demum ego faciam nisi prato fertilissimo Sancti hujus scripta comparem, ita ut velim quidem carpendo cæteris pulcherrima proponere; non valeam autem, sed immobilis consistam, et quasi mutus manere cogar præ gratiæ varietate? Sic ego non interpres, non paraphrastes, sed auditor sum. Magnum sane si vel mysta fiam cœlestium tubarum, attamen non illico ac repente insonantium (ne hinc etiam spiritualis facultas audiendi detrimentum capiat), sed sensim et paulatim penetrantium ad intimiorem cognitionis sonum. Qui sane modus est vacandi ab omnibus, et intellectum applicandi ad res maximas, sensim illa quæ intelliguntur subigendo, et tandem perfectam cognitionem cum cognoscente copulando. Hoc autem mihi contulit propositi scopus, dum singula considero quæ dicuntur. Neque minus quod etiam addendum, quod magnopere adjutus sim, antiquiores, tanquam populi seniores, in ascensu ad divinum mystagogiæ montem sequendo. Qui sane dum Sancti hujus scripta interpretantur, viam eo tendentem mihi exposuerunt, ac me securum reddiderunt; quamobrem etiam contendi, donec pertingerem eo quo pertingere poteram, et quo perveni. Si quidem prope, ut spero, gratia sit Deo, a quo omne quod ab hominibus bene fit, gratia item tuis sanctis precibus, quibus fretus, ad hoc opus me accinxi, et quibus adjutus, non omnino procul a decoro aberravi.

Quod si hoc quidem non, sed omnino videar inutilis et reprobandus, quid pati oportet, sicubi plurimis hærens difficultatibus propter imperitiam quidpiam forte non recte attigi? hoc ipsum sane pro virili simul in medium proferre minime neglexi. Tu vero anima per omnia Deum imitans, non id quod ex merito est, recte scio, quæres, sed promptum animum admittes, quandoquidem etiam Deo dicant gratum esse quod secundum vires fit. Sed de his quidem satis; cæterum tempus est ea quæ ad magnum Dionysium pertinent exponendi, quæ certe etiam ab antiquis historiæ mandata sunt.

κατηκολουθήσαμεν, οὐδενί γε πάντως ἑτέρῳ, ἢ ταῖς σαῖς ἁγίαις εὐχαῖς καὶ θεοπειθέσι θαῤῥήσαντες, αἷς, οἶμαι, καὶ ἀοράτως ἐπαρθέντες, ῥᾳδίως ὑπέστημεν τὸ ἐγχείρημα.

Καὶ τί γὰρ ξένον; ὅπου καὶ τῆς φωνῆς ἐπιπεμφθείσης τῆς Ἠλίου τῷ Ἐλισσαίῳ, εὐθὺς οὗτος καὶ βόας ἐκείνους, καὶ ἄροτρα, καὶ πᾶσαν σκευὴν ἑτέραν ἀποσεισάμενος, ᾗ ποδῶν εἶχεν, ὀπίσω τοῦ καλοῦντος ἐπέδραμεν, εἰ δὲ καὶ βόας ἐκεῖνος [ἴσ. ἐκείνους] ἱέρευσε. Τρόπον τὸν αὐτὸν καὶ ἡμεῖς, τοὺς βιωτικοὺς παρτδόντες θορύβους καὶ τυρβασμοὺς, ὅλοι μερίμνης μιᾶς ἐγενόμεθα, ἣν δὴ καὶ τοῖς ἱεροῖς Λογίοις ἀφιερώσαμεν. Ἐξείπω καὶ τὸ ἀπόῤῥητον, ὅτι καὶ ἀληθές· τοσοῦτον ἐγενόμην τοῦ πράγματος, καὶ οὕτως ἑάλων, ὥστε καὶ πολλαχοῦ τῶν λόγων σχολάσαντι, διαφωνεῖν μοι συνέβαινε, κατανοοῦντι ἔνθεν τὸ τῶν νοημάτων βάθος, ἐκεῖθεν τὸ τῆς θεολογίας ὕψος· ὧδε τὸ περὶ τὰ θεῖα ἐπιστημονικὸν, ὧδε τὸ περὶ τὴν ἐξαγγελίαν ἀπηκριβωμένον· ἀλλαχοῦ τὸ μέτριον, ἀλλαχοῦ τὸ ἔνθεον, πανταχοῦ τὸ θεῖον καὶ ἀσφαλές.

Καὶ τί γε ἄλλο ἢ λειμῶνι πολυφόρῳ τας τοῦ Ἁγίου γραφὰς παρεικάζοντι, ὡς βούλεσθαι μὲν δρεπομένῳ τοῖς ἄλλοις προτιθέναι τὰ κάλλιστα, μὴ δύνασθαι δὲ, ἀλλ' ἀκινητίζειν οἷον καὶ ἀπενεοῦσθαι, πρὸς τὸ ποικίλον τῆς χάριτος; Οὕτως ἐγὼ οὐκ ἐξηγητὴς, οὐ παραφραστὴς, ἀλλ' ἀκροατής. Μέγα γὰρ, εἰ καὶ μύστης τῶν οὐρανίων ἐγενόμην σαλπίγγων, πλὴν οὐκ εὐθὺς καὶ ἐξαίφνης ἐνηχουσῶν (ἵν' οὖν ἐντεῦθεν καὶ τὴν νοερὰν ἀκουστικὴν παρεβλάβημεν), ἀλλ' ἡρέμα, καὶ κατὰ μικρὸν προβιβαζουσῶν πρὸς τὸ τῆς γνώσεως ἐνηχέστερον. Ὡς δὴ τρόπος σχολῆς ἀπὸ πάντων, καὶ προσοχῆς ἐπὶ τοῖς μεγίστοις νοὸς κατὰ μικρὸν ἀναμάττεσθαι τὰ νοούμενα, καὶ τέλος εἰς τελείαν γνῶσιν ἐνίζεσθαι τὸν γινώσκοντα. Τοῦτο δέ μοι προύξένει ὁ τοῦ προκειμένου σκοπὸς, ἐν ἐπιστάσει γινομένῳ τῶν λεγομένων καθ' ἕκαστον. Οὐ χεῖρον δὲ προσθεῖναι καὶ τοῦτο, ὅτι καὶ μεγάλως ἐχειραγωγούμην, ὡσανεὶ λαοῦ πρεσβυτέροις, τοῖς παλαιστέροις ἑπόμενος πρὸς τὴν ἐπὶ το θεῖον ὄρος τῆς μυσταγωγίας ἀνάβασιν. Οἱ δὴ καὶ τὰ τοῦ μάκαρος ἐξηγούμενοι, τῆς ἐπὶ τοῦτο φερούσης μοι ἐξηγοῦντο, καὶ τὸ ἀσφαλὲς παρεῖχον· ἐφ' ὅπερ καὶ ὁρμηθείην, ἕως ὁδηγούμενος ἔφθασα οὗ φθάσαι καὶ ἐδυνήθην, καὶ οὗ κατήντησα. Εἰ μὲν οὖν ἐγγὺς τῆς ἐλπίδος, χάρις μὲν Θεῷ παρ' οὗ πᾶν ἀνθρώποις τὸ κατορθούμενον, χάρις δὲ καὶ ταῖς σαῖς ἁγίαις εὐχαῖς, αἷς θαῤῥήσας ἀπεδυσάμην πρὸς τὸ ἐγχείρημα, καὶ αἷς βοηθούμενος, οὐ πόῤῥω παντελῶς ἐξετράπην τοῦ δέοντος.

Εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὔ, πάντη δὲ φανείην ἀλυσιτελὴς καὶ ἀδόκιμος, τί χρὴ παθεῖν, εἴ που πολλοῖς ἁμαρτοῖς πρὸς τῇ ἀμαθίᾳ συνισχημένος, τὸ τυχὸν οὐ κατώρθωσα; τὸ γοῦν πρὸς ἰσχύος ὅμως προσαγαγεῖν οὐκ ἀπώκνησα. Σὺ δὲ ἡ τὰ πάντα ψυχὴ θεομίμητος, οὐ τὸ κατ' ἀξίαν, εὖ οἶδα, ζητήσεις, ἀλλ' ἀποδέξῃ τὸ πρόθυμον· ἐπεὶ καὶ Θεῷ φασι φίλον τὸ κατὰ δύναμιν. Ἀλλὰ τούτων μὲν ἄλις, καιρὸς δὲ λοιπὸν τὰ κατὰ τὸν μέγαν Διονύσιον ἐκθεῖναι, ὅσα δῆτα καὶ τοῖς παλαιοῖς ἱστόρηται.

Τὴν τοίνυν εὐγένειαν, καὶ τὸ ἐν πλούτῳ περιφανὲς αὐτοῦ, τὸ κατ' Ἀθηναίους παρίστησι βουλευτήριον. Ὡς γὰρ ὁ θεῖος Λουκᾶς ἱστορεῖ ἐν ταῖς Πράξεσιν, εἷς καὶ οὗτος ἦν τῶν ἀρεοπαγιτῶν. Τοῦ τοίνυν ἱεροῦ ἀποστόλου Παύλου ταῖς Ἀθήναις ἐπιδημήσαντος, καί τισι τῶν ἐξ Ἐπικούρου καὶ τῶν ἀπὸ τῆς Στοᾶς συμβαλόντος, καὶ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας κηρύττοντος, τινὲς τῶν ἐκεῖσε φιλοσόφων τοῦτον συσχόντες ἐπὶ τὸν Ἄρειον Πάγον ἀπήγαγον, δίκας ὧν ἐδημηγόρησε δώσοντα. Ἀλλὰ κἀκεῖσε δημηγορεῖ, καὶ τῆς αὐτοῦ θείας γλώττης θήραμα γίνονται, καὶ ἄλλοι μὲν οὐκ ὀλίγοι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Διονύσιος, καὶ γυνὴ ὀνόματι Δάμαρις, καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς. Προστέθειται δὲ καὶ τὸ τῆς ἀξίας αὐτῷ· φησὶ γὰρ, ὁ Ἀρεοπαγίτης, διὰ τὸ περιφανὲς τοῦ ἀνδρὸς, οἶμαι, ἔν τε σοφίᾳ καὶ πλούτῳ, καὶ τρίτῳ τῷ τῆς πολιτείας ἀνεπιλήπτῳ. Οὐ γὰρ παντὸς ἦν τὸ εἰς ἀρεοπαγίτας τελεῖν, ἀλλ' ὃν ἂν ἡ συχνὴ σοφία, καὶ ὁ χρηστὸς βίος, καὶ τὸ ἐπὶ πᾶσιν ἀνεπίληπτον εἰς τὸ τοιοῦτον προύκαλεῖτο ἀξίωμα· ἐκ γὰρ τῶν ἐννέα καθισταμένων ἀρχόντων Ἀθήνῃσιν ἔδει τοὺς ἀρεοπαγίτας εἶναι, ὧν ὁ ἀριθμὸς εἰς ἕνα καὶ πεντήκοντα ἐποσοῦτο.

Ἔξωθεν δὲ τῆς πόλεως ἦν τὸ κατὰ τὸν Ἄρειον Πάγον δικαστήριον, κληθὲν οὕτω, διὰ τὸ τὸν Ἄρην ἐκεῖσε λαχόντα τῷ Ποσειδῶνι δίκην, πῆξαι τὸ ἴδιον σκῆπτρον ἐφ' ᾧ κριθείη, ὅτι τὸν ἐκείνου υἱὸν ἀπέκτεινεν Ἁλιῤῥόθιον. Ἐδίκαζον δὲ ἀρεοπαγῖται περὶ τῶν μειζόνων σφαλμάτων, καὶ ἡ τούτων κρίσις οὐκ ἐδίδου τῷ κριθέντι τὴν ἔφεσιν· διὸ καὶ ὡς καινῶν δαιμονίων καταγγελέα τὸν θειότατον τῆς ἀληθείας κήρυκα Παῦλον, πρὸς τὴν ἐξ Ἀρείου Πάγου βουλὴν οἱ φιλόσοφοι ἕλκουσιν. Ἀλλὰ τὸ τηνικαῦτα χρόνου βουλεύων ὁ πάμμεγας Διονύσιος, ἐκφέρει τὴν κρίσιν ἀδέκαστον, οὐ λόγοις, ἀλλ' αὐτοῖς πράγμασιν. Ἐῤῥῶσθαι γὰρ ἀφεὶς πάγον ἐκεῖνον καὶ σέμνωμα, καὶ πᾶσαν ἄλλην κατ' αὐτὸν περιφάνειαν, τῶν ἱερῶν ἰῦγγων γίνεται Παύλου, καὶ προσκολλᾶται Χριστῷ δι' αὐτοῦ. Τελεῖται μέντοι διὰ τούτου τὰ τῆς σωτηρίας δόγματα, παιδαγωγεῖται δὲ διδασκαλικῶς καὶ ὑπὸ τῷ μεγίστῳ Ἱεροθέῳ, ὡς αὐτὸς ἐν πολλοῖς μαρτυρεῖ. Εἶτα καὶ ὑπὸ Παύλου ἐπίσκοπος τῶν Ἀθήνῃσι πιστευσάντων καθίσταται.

Συντάττονται τοίνυν τῷ μακαρίῳ πολλὰ μὲν καὶ ἕτερα συγγράμματα, ὧν δὴ καὶ μνείαν ποιεῖται καὶ οὗτος ἐν ταῖς εὑρισκομέναις πραγματείαις αὐτοῦ. Ἀλλὰ καὶ μαρτυρεῖται σώζεσθαι ταῦτα, ἕως πολλοῦ, κατὰ τὴν ἐν Ῥώμῃ βιβλιοθήκην ἀνατεθειμένα. Γράφει δὲ τὰ πλεῖστα πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Τιμόθεον τὸν τῶν Ἐφεσίων ἐπίσκοπον, ὑπὸ τῶν κατὰ τὴν Ἔφεσον τῆς Ἰωνικῆς φιλοσοφίας προεστώτων, ὡς εἰκὸς πάσχοντα πράγματα, καὶ πυνθανόμενον ὡς εἰδήμονος τοῦ ἁγίου τῆς ἐξωτερικῆς φιλοσοφίας, ἵνα καὶ μᾶλλον ἀγωνίζοιτο. Συνάγονται μέντοι ἐκ τῶν προειρημένων τοῦ Πατρὸς συγγραμμάτων καὶ ἕτερα, ἃ οὐχ εὑρίσκονται παρ' ἡμῖν τάδε· *Περὶ ἀγγελικῶν ἰδιοτήτων*, *Περὶ ψυχῆς*, *Περὶ δικαίου καὶ θείου δικαιωτηρίου*, *Περὶ*

A Nobilitatem igitur, et illustres divitias ejus Atheniensium iste senatus declarat. Quemadmodum enim divus Lucas historiæ mandat in Actibus [18], is etiam unus erat areopagitarum. Cum igitur senatus apostolus Paulus Athenas profectus esset, et cum quibusdam Epicureis ac Stoicis congressus, verbum veritatis prædicaret; nonnulli isthic philosophi eum comprehendentes ad Areopagum abduxerunt, pœnas daturum propter ea quæ concionatus erat. Verum etiam illic concionatur, et divinæ ipsius linguæ præda fiunt, præter alios non paucos, etiam ipse Dionysius, et mulier nomine Damaris, et alii cum eis. Quin et adjunctus est illi titulus dignitatis; ait enim, Areopagita, ob illustrem, ut arbitror, viri sapientiam, et divitias, ac tertio propter B irreprehensibile vivendi institutum. Non enim cujusvis erat inter Areopagitas censeri, sed quem multa sapientia, et proba vita, et in omnibus culpæ vacatio ad tantam evexerat dignitatem: siquidem Athenis ex novem principibus constitutis, oportebat esse Areopagitas, quorum numerus ad unum et quinquaginta extensus fuit.

Erat autem extra arcem in colle Martio tribunal, sic appellatum, quod ibi Mars sententiam accepisset Neptuno sceptrum proprium figendi, ad quod condemnatus fuit, quod filium ejus Halirrhothion occidisset. Judicabant autem areopagitæ de majoribus, atque horum sententia non concedebat condemnato appellationem. Quamobrem philosophi Paulum, divinissimum veritatis prædicatorem, tanC quam novorum dæmoniorum præconem, ad Areopagi concilium trahunt. Verum tunc temporis cum concilio interesset maximus Dionysius, profert sententiam incorruptam, non verbis, sed factis ipsis. Nam valere jubens collem illum, et dignitatem, et quidquid in eo illustre erat, sacris Pauli vocibus concedit, et per ipsum Christo agglutinatur. Ac salutis quidem dogmatis ab ipso initiatur, sed a maximo Hierotheo magistraliter instituitur, quemadmodum ipsemet plurimis locis testatur. Postmodum etiam a Paulo fidelium Atheniensium episcopus constituitur.

Cæterum composita fuerunt ab hoc sancto multa etiam alia scripta, quorum quoque ipsemet mentionem facit in operibus quæ exstant. Quin et testimonio comprobatum est, hæc longo tempore in Romana bibliotheca deposita, fuisse asservata. Scribit autem plurima ad sanctum Timotheum Ephesiorum episcopum, a primariis Ionicæ philosophiæ sectatoribus, Ephesi plurimas, uti verosimile est, molestias sustinentem, et sanctum hunc, tanquam externæ philosophiæ peritum, consulentem, ut validius dimicaret. Colliguntur porro ex prædictis hujus Patris scriptis etiam alia, quæ apud nos minime reperiuntur, videlicet *De angelicis proprietatibus*, *De anima*, *De justo ac divino*

[18] Act. xvii, 34.

*judicio, De divinis hymnis, De intellectilibus et sensilibus, De theologicis informationibus, De symbolica theologia.*

Sciendum quoque, aliquos externos philosophos, præsertim Proclum, contemplationibus beati Dionysii frequenter usos fuisse, atque adeo etiam meris ipsis dictionibus. Unde licet opinari, veteres philosophos Athenienses, ipsius opera sibi vindicantes, occultasse, ut ipsi divinorum ejus librorum patres viderentur. Quod autem familiare ipsis fuerit sibi nostra vindicare, docet etiam D. Basilius in illud : *In principio erat Verbum* [16], super illa dictione hoc modo disserens : *Hæc ego quidem novi, multos etiam ex iis qui, exsortes verbi veritatis, in mundana sapientia gloriantur, et admirari, et scriptis suis inserere audere; diabolus enim fur est, ac nostra suis interpretibus divulgat.* Atque hæc quidem D. Basilius. Cæterum jam nobis etiam inchoanda paraphrasis ad verbum, cujus etiam fusior subinde est danda ratio, arcanum sensum explanantibus, partim quidem ex nobis ipsis, partim vero ex veterum interpretatione.

*θείων ὕμνων, Περὶ νοητῶν καὶ αἰσθητῶν, Περὶ θεολογικῶν ὑποτυπώσεων, Περὶ συμβολικῆς θεολογίας.*

Ἰστέον δὲ, ὡς καί τινες τῶν ἔξω φιλοσόφων, μάλιστα Πρόκλος, θεωρήμασι πολλάκις τοῦ μακαρίου Διονυσίου κέχρηται, καὶ αὐταῖς δὲ ξηραῖς ταῖς λέξεσι. Καὶ ἔστιν ὑπόνοιαν ἐκ τούτου λαβεῖν, ὡς οἱ ἐν Ἀθήναις παλαιότεροι τῶν φιλοσόφων, σφετερισάμενοι τὰς αὐτοῦ πραγματείας, ἀπέκρυψαν, ἵνα πατέρες αὐτοὶ ὀφθῶσι τῶν θείων αὐτοῦ λόγων. Ὅτι δὲ σύνηθες αὐτοῖς τὰ ἡμέτερα σφετερίζεσθαι, διδάσκει καὶ ὁ θεῖος Βασίλιος εἰς τὸ *Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος*, ἐπ' αὐτῆς τῆς λέξεως οὕτωσὶ λέγων· *Ταῦτα οἶδα, πολλοὺς τῶν ἔξω τοῦ λόγου, τῆς ἀληθείας μέγα φρονούντων ἐπὶ σοφίᾳ κοσμικῇ, καὶ θαυμάσαντας, καὶ τοῖς ἑαυτῶν συγγράμμασιν ἐγκαταλέξαι τολμήσαντας· κλέπτης γὰρ ὁ διάβολος, καὶ τὰ ἡμέτερα ἐκφερομυθῶν πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ ὑποφήτας.* Καὶ ταῦτα μὲν ὁ θεῖος Βασίλιος. Ἤδη δὲ ἀρκτέον ἡμῖν καὶ τῆς κατὰ ῥῆμα παραφράσεως, ἔστιν οὗ καὶ διεξοδικώτερον ἐπεξηγουμένοις κατὰ τὸ ἐγχωροῦν, ἡμῖν καὶ τὸ τῶν νοημάτων διασαφοῦσι κρύφιον, ποῦ μὲν ἐξ ἑαυτῶν, ποῦ δὲ καὶ ἐκ τῆς τῶν παλαιῶν ἐξηγήσεως.

*Vide Prologum S. Maximi in Opera S. Dionysii, sequentis Tomi initio.*

[16] Joan. I.

---

# ΕΠΙΓΡΑΜΜΑΤΑ ΔΙΑΦΟΡΑ

ΕΙΣ ΤΑ ΤΩ ΑΓΙΩ ΔΙΟΝΥΣΙΩ ΓΕΓΡΑΜΜΕΝΑ.

# EPIGRAMMATA VARIA IN S. DIONYSII OPERA.

*In Beatum Dionysium de cœlesti Hierarchia versus iambici Christophori Patricii Mitylenæi.*

Ego, Dionysi, ausim sane dicere,
Formatum te haud esse in muliebri utero :
Sed cum maxime angelorum ordini adjunctus fores,
Desuper venisti e cœlo, natura peregrina,
Ut mortalibus nuntiares omnes singillatim
Res immaterialium ordinum, uti se habeant.
Adeo nosti immateriales substantias ;
Adeo contemplaris divinas contemplationes ;
Adeo perspicis angelorum naturas ;
Adeo, quod majus, angelus es natura.

*Εἰς τὸν μακάριον Διονύσιον περὶ τῆς οὐρανίου Ἱεραρχίας στίχοι ἰαμβικοὶ Χριστοφόρου Πατρικίου καὶ Μιτυληναίου.*

Ἐγὼ, Διονύσιε, τολμῶ καὶ λέγειν
Ὡς οὐκ ἐπλάσθης ἐν γυναικὸς κοιλίᾳ,
Ἀλλ' ἀγγέλοις μάλιστα συντεταγμένος
Ἄνωθεν ἦλθες ἐκ πόλου, φύσις ξένη
Βροτοῖς ἀπαγγέλλουσα πάντα πρὸς μέρος
Τὰ τῶν ἀΰλων ταγμάτων ὅπως ἔχει.
Οὕτω γινώσκεις τὰς ἀΰλους οὐσίας·
Οὕτω θεωρεῖς ἐνθέους θεωρίας·
Οὕτω θεωρεῖς τὰς φύσεις τῶν ἀγγέλων·
Οὕτω, τὸ μεῖζον, ἄγγελος σὺ τὴν φύσιν.

*In ipsum de eadem cœlesti Hierarchia.*

Angelicæ sapientiæ splendores multos assecutus,
Hominibus ostendisti, ut viderent intellectuale [Astrum.

*Εἰς τὸν αὐτὸν περὶ αὐτῆς τῆς οὐρανίας Ἱεραρχίας.*

Ἀγγελικῆς σοφίης ἀμαρύγματα πολλὰ κιχήσας
Ἀνθρώποις ἀνέφηνας ἰδεῖν νοοσύνθετον Ἄστρον.

*In librum de ecclesiastica Hierarchia.*

Symbola divinorum sacerdotum [18] uniformi eloquio

*Εἰς τὸ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας.*

Σύμβολα θεσπεσίων [17] ἱερέων ἑνοειδεῖ μύθῳ

[17] Codex Taurinensis rectius habere videtur ἱερῶν. [18] *Sacrorum* juxta codic. Taurin.

Εἰς ἐνιχὴν ἀνέλυσας ἑνὸς φάεος μίαν αἴγλην.

A In unicum resolvisti unius luminis unum fulgorem.

—

*Εἰς τὸ περὶ θείων Ὀνομάτων.*

Εἰς νόον αἰγλήεντα θεόγραφα χείλεα βάψας,
Κάλλεα ποικίλλεις ἱερώνυμα, καὶ μετὰ πότμον
Ζωσόφοις λογίοις κελαδῶν θεοφάντορας ὕμνους.

—

*In librum de divinis Nominibus.*

In mentem fulgidam deiloqua labia tingens
Pulchritudines explicas sacrorum nominum, etiam [post mortem
Vividæ sapientiæ verbis pangens theologicos hymnos.

—

*Εἰς τὸ περὶ τῆς μυστικῆς Θεολογίας.*

Καὶ νόον αἰγλήεντα λίπες, καὶ γνῶσιν ἐόντων
Νύκτα δι' ἀμβροσίην, τὴν οὐ θέμις ἐξονομῆναι.

—

*In librum de mystica Theologia.*

Et fulgidam mentem reliquisti, rerumque (natura- [lium) notionem
Noctem ob immortalem, quam fas haud est nomi- [nare.

—

*Ἄλλο εἰς τὸ περὶ μυστικῆς Θεολογίας.*

Σὸν νόον ἀρδεύσας, Διονύσιε, χεύματι Παύλου,
Καὶ τριφάους Θεότητος ὅλην ἀκτῖνα ποθήσας,
Ἄφθιτον ἀνθρώποισι θεωνυμίης πόρες αἴγλην.

—

*Aliud in librum de mystica Theologia.*

Mentem tuam rigans liquore Pauli,
Et ad totum trifulgidæ Deitatis radium anhelans,
Indeficientem hominibus divinæ nomenclationis præ- [buisti lucem.

Exstant hæc carmina ante S. Maximi Scholia in B. Dionysii libros, edit. Paris. an. 1562; Latine reddidit P. Bonifacius Finetti, ord. Prædicatorum.

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ

# ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΡΕΟΠΑΓΙΤΟΥ

ΠΕΡΙ

# ΤΗΣ ΟΥΡΑΝΙΑΣ [19] ΙΕΡΑΡΧΙΑΣ

—

# SANCTI DIONYSII AREOPAGITÆ

DE

# CŒLESTI HIERARCHIA

Interprete Balthasare Corderio, Societatis Jesu doctore theologo.

## CAPUT I.

### SYMPRESBYTERO TIMOTHEO DIONYSIUS PRESBYTER.

*Divinam omnem illustrationem, secundum bonitatem diversimode ad ea quæ providentia reguntur emanantem, manere simplicem : neque hoc solum, verum etiam unificare ea quæ illustrantur.*

## A ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

### ΤΩ ΣΥΜΠΡΕΣΒΥΤΕΡΩ ΤΙΜΟΘΕΩ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ Ο ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ.

*Ὅτι πᾶσα θεία ἔλλαμψις, κατὰ ἀγαθότητα ποικίλως εἰς τὰ προνοούμενα προϊοῦσα, μένει ἁπλῆ· καὶ οὐ τοῦτο μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑνοποιεῖ τὰ ἐλλαμπόμενα.*

### SYNOPSIS CAPITIS.

I. *Docet, omnem lucem ac gratiam spiritalem a Deo Patre ad nos derivari, et nos cum Deo conjungere.* II. *Invocato Christo, proponit cœlestes hierarchias ex Scripturis interpretari : quæ licet multiplicem sensum figuratum admittant, simplicem tamen semper habent sensum litteralem.* III. *Ostendit, res cœlestes ac spiritales, ad captum nostrum, in Scriptura materialibus figuris describi, et methodum ac rationem suggerit, quomodo ex illis ad cœlestes contemplationes assurgere mens nostra possit.*

§ 1.

**1** *Omne datum bonum, et omne donum perfectum,* B *desursum est, descendens a Patre luminum* [a] : quin et omnis a Patre motæ illustrationis emanatio, in nos benefice exundans, denuo ceu unifica vis, ad supera nos revocando simplificat, et convertit ad congregantis Patris unitatem, et ad deificam sim-

*Πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστι, καταβαῖνον ἀπὸ τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων* · ἀλλὰ καὶ πᾶσα Πατροκινήτου φωτοφανείας πρόοδος, εἰς ἡμᾶς ἀγαθοδότως φοιτῶσα, πάλιν ὡς ἑνοποιὸς δύναμις ἀνατατικῶς ἡμᾶς ἀναπληροῖ [20], καὶ ἐπιστρέφει πρὸς τὴν τοῦ συναγωγοῦ Πατρὸς [21] ἑνό-

[a] Jac. I, 17.

### VARIÆ LECTIONES *.

[19] Ch. οὐρανίου. [20] Ch. D. S. P. et Pachymeres, et mss. Cæsaris, quod magis placet, ἁναπλοῖ. Veteres interpretes, et alii libri ἀναπληροῖ. [21] Impressi libri, Πνεύματος, cui lectioni adversantur veteres omnes libri, interpretes Latini et Græci.

* Litteræ sequentes denotant codices mss. e quibus variæ lectiones desumptæ sunt :
B., ms quo Budæus usus est;
Ch., Carthusianum;
D., Dionysianum;
M., Memmii;
P., Salignaci parvum;
S., Salignaci majorem;
Sar., Joannis Sarraceni versionem;
Sc., Joannis Scoti interpretationem;
V., Viennensem codicem;
Ver., Vercellensem paraphrasim.

τητα, καὶ θεοποιὸν ἁπλότητα. Καὶ γὰρ ἐξ αὐτοῦ πάντα [23] καὶ εἰς αὐτὸν, ὡς ὁ ἱερὸς ἔφη λόγος.

plicitatem. Quoniam *ex ipso et in ipsum sunt omnia* [b], ut sermo sacer ait.

## § II.

Οὐκοῦν Ἰησοῦν ἐπικαλεσάμενοι, τὸ πατρικὸν φῶς, τὸ ὂν τὸ ἀληθινὸν [24], ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, δι' οὗ τὴν πρὸς τὸν ἀρχίφωτον Πατέρα προσαγωγὴν ἐσχήκαμεν, ἐπὶ τὰς τῶν ἱερωτάτων λογίων πατροπαραδότους ἐλλάμψεις ὡς ἐφικτὸν ἀνανεύσωμεν, καὶ τὰς ὑπ' αὐτῶν συμβολικῶς ἡμῖν καὶ ἀναγωγικῶς ἐκφανθείσας τῶν οὐρανίων νοῶν ἱεραρχίας, ὡς οἷόν τέ ἐσμεν, ἐποπτεύσωμεν· καὶ τὴν ἀρχικὴν καὶ ὑπεράρχιον [25] τοῦ θεαρχικοῦ Πατρὸς φωτοδοσίαν (ἣ τὰς τῶν ἀγγέλων ἡμῖν ἐν τυπωτικοῖς συμβόλοις ἐκφαίνει μακαριωτάτας ἱεραρχίας), ἀΰλοις καὶ ἀτρεμέπι νοὸς ὀφθαλμοῖς εἰσδεξάμενοι, πάλιν ἐξ αὐτῆς ἐπὶ τὴν ἁπλῆν αὐτῆς ἀναταθῶμεν ἀκτῖνα. Καὶ γὰρ οὐδὲ αὐτὴ πώποτε τῆς οἰκείας ἑνικῆς ἐνδότητος [26] ἀπολείπεται, πρὸς ἀναγωγικὴν δὲ [27] καὶ ἑνοποιὸν τῶν προνοουμένων σύγκρασιν, ἀγαθοπρεπῶς πληθυνομένη καὶ προϊοῦσα, μένει τε ἔνδον ἑαυτῆς ἀραρότως [28] ἐν ἀκινήτῳ ταυτότητι μονίμως πεπηγυῖα, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτὴν ὡς θεμιτὸν ἀνανεύοντας, ἀναλόγως αὐτοῖς ἀνατείνει, καὶ ἑνοποιεῖ κατὰ τὴν ἁπλωτικὴν αὐτῆς ἕνωσιν [29]. Καὶ γὰρ οὐδὲ δυνατὸν ἑτέρως ἡμῖν ἐπιλάμψαι τὴν θεαρχικὴν ἀκτῖνα, μὴ [30] τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἱερῶν παραπετασμάτων ἀναγωγικῶς περικεκαλυμμένην, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς προνοίᾳ πατρικῇ συμφυῶς, καὶ οἰκείως διεσκευασμένην.

Quamobrem Jesum invocantes, **2** qui paterna *lux* est *vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* [c], per quem ad originem lucis Patrem accessum obtinuimus, ad sacratissimorum a Patribus traditas eloquiorum illustrationes pro viribus suspiciamus; necnon ab ipsis symbolice nobis et anagogice patefactas cœlestium mentium hierarchias, prout possumus, intueamur; atque principialem et superprincipialem Patris, qui principium Divinitatis est, illustrationem (quæ nobis angelorum in figuratis signis beatissimas elucidat hierarchias) immaterialibus et intremulis mentis oculis intromittentes, ex eadem rursus in simplicem ejus radium intendamus: quanquam neque ipsamet unquam intima sua unitate destituitur, sed ad sublimantem et unificantem eorum qui providentia gubernantur contemperationem, dum, uti decet, benigne multiplicatur atque emanat, etiam intus in semetipsa stabiliter manet, immobili identitate unimode firmata, et ad se ut fas est attendentes, pro cujusque capacitate, simplificativa sua unione subrigit, unificatque. Neque enim potest aliter divino-principalis ille radius nobis illucescere, nisi sacrorum varietate operimentorum anagogice obvelatus, nobis quoque paterna providentia connaturaliter ac proprie sit accommodatus.

## § III.

Διὸ καὶ τὴν ὁσιωτάτην ἡμῶν ἱεραρχίαν, ἡ τελετάρχις ἱεροθεσία, τῆς τῶν οὐρανίων ἱεραρχιῶν ὑπερκοσμίου μιμήσεως ἀξιώσασα, καὶ τὰς εἰρημένας ἀΰλους ἱεραρχίας ὑλαίοις σχήμασι καὶ μορφωτικαῖς συνθέσεσι διαποικίλασα, παραδέδωκεν, ὅπως ἀναλόγως ἡμῖν αὐτοῖς, ἀπὸ τῶν ἱερωτάτων πλάσεων, ἐπὶ τὰς ἁπλᾶς καὶ ἀτυπώτους ἀναχθῶμεν ἀναγωγὰς καὶ ἀφομοιώσεις· ἐπεὶ μηδὲ δυνατόν ἐστι τῷ καθ' ἡμᾶς νοΐ [30], πρὸς τὴν ἄΰλον ἐκείνην ἀναταθῆναι τῶν οὐρανίων ἱεραρχιῶν μίμησίν τε καὶ θεωρίαν, εἰ μὴ τῇ κατ' αὐτὸν ὑλαίᾳ χειραγωγίᾳ χρήσαιτο, τὰ μὲν φαινόμενα κάλλη, τῆς ἀφανοῦς εὐπρεπείας ἀπεικονίσματα λογιζόμενος· καὶ τὰς αἰσθητὰς εὐωδίας, ἐκτυπώματα τῆς νοητῆς διαδόσεως· καὶ τῆς ἀΰλου φωτοδοσίας εἰκόνα, τὰ ὑλικὰ φῶτα· καὶ τῆς κατὰ νοῦν θεωρητικῆς ἀποπληρώσεως, τὰς διεξοδικὰς ἱερὰς μαθητείας· καὶ τῆς ἐναρμονίου πρὸς τὰ θεῖα καὶ

Quapropter primitiva illa rituum sacrorum institutio, sanctissimam nostram hierarchiam supermundana cœlestium hierarchiarum imitatione dignam censens, prædictas immateriales hierarchias, materialibus figuris et formativis compositionibus variegando transcripsit, ut pro nostra cum illis proportione, a sacratissimis fictionibus ad simplices figurarum expertes anagogas et similitudines evehamur; quandoquidem fieri non possit, ut mens nostra ad immaterialem illam cœlestium hierarchiarum imitationem ac contemplationem intendatur, nisi e propinquo, materiali usa fuerit manuductione: cogitando scilicet, apparentes has pulchritudines, arcanorum esse decorum effigies; ac sensiles odorum suavitates, expressas esse figuras spiritalis dispensationis, et immaterialis illustrationis speciem præ se ferre lumina materiata:

[b] Rom. xi, 36. [c] Joan. i, 9.

## VARIÆ LECTIONES.

[23] Ch. D. P. τὰ πάντα, itaque in Paulo, cujus hæc verba sunt, scribitur. [24] In Budæi codice erat vitiose, τὸ ὄντα ἀληθινόν, itaque emendavit ὄντως ἀληθινόν. Pachymeres notat legi sine distinctione τὸ ὂν τὸ ἀληθινόν, et cum distinctione, utrumque exponens. [25] ita legendum. [26] Memmii liber ἐνότητος, quam lectionem secutus est Scotus et Sarracenus. [27] Ch. D. P. Sar. πρὸς ἀναγωγὴν δέ. [28] M. Μένει ἔνδον ἑαυτῆς ἀοράτως, sed mendose, opinor, cum nulla auctoritate alia nitatur. [29] Budæus aspiravit, αὐτῆς. [30] B. Εἰ μή. Interpretes *nisi* vertunt. [30] Ch. D. P. νῷ.

uti et contemplativæ secundum mentem saturitatis sacras illas diffusas disciplinas; et divinis consonæ atque ordinatæ affectionis, eorum qui hic sunt ordinum gradus : ac Jesu participationis, divinissimæ eucharistiæ communionem : et quæcunque alia cœlestibus 3 quidem naturis supermundialiter, nobis vero symbolice tradita sunt. Hujus igitur nobis proportionatæ deificationis ergo, benigna initiatio primitiva, cum cœlestes hierarchias nobis exhibendo, tum nostram hierarchiam ad captum nostrum, deiformis illarum sacerdotii assimilatione, coadjutricem earumdem initiando, supercœlestes illas mentes sensilibus imaginibus, in sacroscripturisticis eloquiorum compositionibus descripsit, ut nos per sensibilia ad spiritalia adduceret, nec non ex effictis sancte symbolis ad simplices cœlestium apices hierarchiarum.

A τεταγμένης ξέεως, τὰς τῶν ἐνθάδε διακοσμήσεων τάξεις· καὶ τῆς Ἰησοῦ μετουσίας, τὴν τῆς θειοτάτης εὐχαριστίας μετάληψιν· καὶ ὅσα ἄλλα ταῖς οὐρανίαις μὲν οὐσίαις ὑπερκοσμίως, ἡμῖν δὲ συμβολικῶς παραδέδοται. Ταύτης οὖν ἕνεκα τῆς ἡμῶν ἀναλόγου θεώσεως, ἡ φιλάνθρωπος τελεταρχία, καὶ τὰς οὐρανίας ἱεραρχίας ἡμῖν ἀναφαίνουσα, καὶ συλλειτουργὸν αὐτῶν τελοῦσα τὴν καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίαν τῇ πρὸς δύναμιν ἡμῶν ἀφομοιώσει, τῆς θεοειδοῦς αὐτῶν ἱερώσεως, ταῖς αἰσθηταῖς [31] εἰκόσι τοὺς ὑπερουρανίους ἀνεγράψατο νόας, ἐν ταῖς ἱερογραφικαῖς τῶν λογίων συνθέσεσιν, ὅπως ἂν ἡμᾶς ἀναγάγοι [32] διὰ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητά, κἀκ τῶν ἱεροπλάστων συμβόλων ἐπὶ τὰς ἁπλᾶς τῶν οὐρανίων ἱεραρχιῶν ἀκρότητας.

## ADNOTATIONES CORDERII.

Sensus tituli est : Divinam Scripturam, licet, ad nos erudiendos, diversis figuris variegetur, variosque sensus habeat, ut litteralem, allegoricum, moralem, anagogicum ; simplicis tamen esse veritatis : qua illustrati, per fidem et dilectionem cum Deo conjungimur.

Per *illustrationem* hic Scripturam intelligi, patet ex contextu, ubi ait : *Ad sacratissimorum a Patribus traditas Eloquiorum illustrationes pro viribus suspiciamus*, etc. Cum enim hoc libro sanctorum angelorum ordines et functiones describere proposuerit, et, ut ex sequenti capite patet, simul explicare quam variis formis et figuris in Scripturis delineentur ; apte hic præmittit, cur Scriptura tot figuris et symbolis variegetur.

§ I. Ex Epistola canonica Jacobi docet omne bonum, tam naturæ quam gratiæ, a Deo Patre proficisci. Huic enim, tanquam origini Divinitatis, rerum omnium origo attribuitur, atque adeo etiam luminis et illustrationis. Licet autem Filius quoque et Spiritus sanctus lumen sint, non sunt tamen originale lumen quod solus est Pater, sed lumen de lumine ; licet sint idem lumen, quia substantiæ ejusdem. De quo sic pulchre D. Damascenus in Carminibus : *Lumen*, inquit, *immutabile, verbum luminis Patris ingeniti, in lumine tuo hodie viso in Thabor, lumen vidimus Patrem, lumen et Spiritum illuminantem omnem creaturam.* Et Gregorius Theologus : *In lumine*, inquit, *Domini vide lumen* [d] : *in Spiritu Dei Filium amplectere, lumen trinum et impartibile.* Ab hoc ergo lumine in nos omne lumen, atque adeo etiam Scriptura sacra derivatur : quoniam et hæc lumen est, juxta illud : *Lucerna pedibus meis verbum tuum, et lumen semitis meis* [e] ; et II Petri I, v. 19 : *Cui bene facitis attendentes, quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco, donec dies illucescat, et lucifer* (id est, clara illa Evangelii doctrina) *oriatur in cordibus vestris.* Hujus autem luminis sive, ut hic Sanctus ait, Πατροκινήτου φωτοφανείας, id est, *a Patre motæ illustrationis emanatio in nos* ἀγαθοδότως (quod aliqui quidem non male, *bono munere*, vel *benigna largitione :* malui tamen uno verbo Latinis æquivalenti) *benefice exundans* (licet enim hoc beneficium a Filio quoque et Spiritu sancto nobis concedatur, originaliter tamen soli Patri acceptum refertur, a quo una cum essentia sua benefaciendi propensionem acceperunt), *denuo ceu unifica vis* (hanc enim vim habet omnis divina illustratio, ut mentem variis et inferioris ordinis phantasiis distractam colligat) *ad supera nos revocando simplificat.* Græce ἀναπλοῖ. Ita tres codices Cæsarei Viennenses, præter quatuor alios, quos Morellius consuluit, quod sensum reddit pleniorem quam verbum ἀναπληροῖ, quod plerique interpretes legerunt et verterunt. Hoc vero contingit cum non sunt in nobis schismata, *sumus autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia*, sicut Apostolus præcipit [f] : quod quidem per participationem divini luminis fit, impleturque illud in Evangelio Joannis : *Ut et ipsi in nobis unum sint* [g].

*Quin et omnis a Patre motæ illustrationis.* Sanctus Thomas in I parte, q. 9, art. 1 ad 2, hunc sancti Dionysii locum citans ait, divinam Sapientiam dici mobilem esse similitudinarie secundum quod suam similitudinem diffundit usque ad ultima rerum [h]. Nihil enim esse potest quod non procedat a divina Sapientia per quamdam imitationem, sicut a primo principio effectivo et formali, prout etiam artificiata procedunt a sapientia artificis. Sic igitur, in quantum similitudo divinæ Sapientiæ gradatim procedit, a supremis, quæ magis participant de ejus similitudine, usque 4 ad infima rerum, quæ minus participant, dicitur esse quidam processus et motus divinæ Sapientiæ in res. Sicut si dicamus solem procedere usque ad terram, in quantum radius luminis ejus usque ad terram pertingit. Et hoc modo dicit exponendum esse hunc locum Dionysii.

§ II. Fonte lucis indicato, ad lucem impetrandam adhibet precationem, juxta præceptum Domini, in nomine Jesu [i] : *Qui paterna lux est vera.* Primo, quia ut Verbum Patris, *splendor gloriæ et figura substantiæ ejus* [k], naturaliter et per essentiam est lux, cætera vero per participationem (sic accipitur

[d] Psal. xxxv, 10. [e] Psal. cxviii, 105. [f] I Cor. i, 10. [g] Joan. xvii, 21. [h] Sap. vii. [i] Joan. xv, 16. [k] Hebr. i, 3.

## VARIÆ LECTIONES.

[31] articulum non habent Ch. D. P. [32] D. ἀνάγοι.

*rerum* primæ Joannis v, 20), secundo, quia vera, et opposita falsis doctrinis gentilium et philosophorum. Tertio, quia verius et perfectius nos illuminat, quam omnis lux corporea, ut sit metaphora : sic Christus dicitur vera vitis [l] ; sic Eucharistia dicitur verus panis [m].

*Qui illuminat omnem hominem.* Quia, inquit Cyrillus, omnibus actu dat lumen rationis. Verum hæc melius accipe de lumine spirituali. Verbum enim Patris illuminat omnem hominem [n], supple quantum in ipso est. Unde qui non illuminantur, sibi imputent ; quia lumen fidei, et gratiæ Christi oblatæ, recipere nolunt : ita idem Cyrillus, cum Chrysostomo et Theophylacto.

*Per quem ad* ἀρχίφωτον, id est, *originem lucis Patrem, accessum obtinuimus* (*unus* enim *mediator Dei et hominum, homo Christus Jesus* [o]) *ad sacratissimorum a Patribus traditas Eloquiorum illustrationes*, id est sacras Scripturas, *pro viribus suspiciamus ; nec non ab ipsis symbolice nobis et anagogice patefactas cœlestium mentium hierarchias, prout possumus, intueamur.* Nam, ut Chrysostomus, homil. 26 *in Joannem* ait [32*] : Omne illud quod sub sensum cadit, substantiam angelorum declarare non potest, sed corpus quod habet crassitudinem et triplicem dimensionem. Unde fit ut, dum Scriptura, ad captum nostrum, spiritibus incorporeis corporeas figuras affingit, iis quidem qui digni sunt, et ad anagogicum sensum transcendunt, innotescat, reliquis vero omnibus in arcano et occulto relinquatur : quod illis visis alte significatur. *Atque principialem et supra quam principialem Patris, qui principium Divinitatis est, illustrationem*, id est Scripturam (vide supra, Generales observationes) *quæ nobis angelorum in figuratis signis beatissimas elucidat hierarchias*, id est sub symbolis et figuris materialis angelos describit, *immaterialibus et intremulis mentis oculis intromittentes*, abstracte a materia intellectu concipientes, ex *eadem*, scilicet Scriptura, quatenus symbolica est, et figuris variegata, *rursus ad simplicem ejus radium intendamus*, id est simplicem ejus sensum litteralem, sive veritatem sub figuris illis latentem consideremus : *quanquam neque ipsamet* Scriptura, qua parte symbolica est, *unquam intima sua unitate destituitur ;* id est nunquam est sine intimo suo sensu litterali, qui omni sensui, etiam figurato et mystico, semper subest : *sed ad sublimantem et unificantem eorum qui providentia reguntur contemperationem ;* id est ut homines a terrenis et divisis cogitationibus, ad cœlestia animo collecto meditanda inducantur : *dum, uti decet, benigne multiplicatur atque emanat ;* id est dum decenti modo Scriptura, Deo se benigne ad captum nostrum accommodante, figuratos ac diversos sensus, cum allegoricos tum morales et anagogicos continet, *etiam intus in semetipsa stabiliter manet* ; id est, semper intrinsecum suum sensum litteralem habet, *immobili identitate unimode firmata*, id est qui nunquam variatur ; sensus enim litteralis a Spiritu sancto primario intentus semper idem est, quantumvis multiplicentur sensus accommodativi vel tropis ac figuris vestiantur : *et ad se, ut fas est, attendentes, pro cujusque capacitate, simplificativa sua unione*, scilicet simplici sua veritate, quam continet, *subrigit unificatque*, nempe a terrenis ad cœlestia, et a dividuis cogitationibus ad animi collectionem et Dei conjunctionem traducendo. *Neque enim potest aliter Dei ille radius principalis*, id est intimus ille Scripturæ sensus, cum de divinis et mere spiritalibus rebus agit, *nobis illucescere, nisi sacrorum varietate operimentorum anagogice obvelatus.* Nam, ut hoc loco ait divus Maximus, sine typis et symbolis non possumus, dum in corpore sumus, aspicere incorporea et materiæ expertia. Quoniam in hoc vitæ statu anima quidem corpore vestita est, ratio vero imaginatione, mens denique ratione. Hinc imaginatio, qua utimur vivimusque quamplurimum, intelligentiæ notiones assidue sensibilium imaginibus induit ; quocirca cognitioni nostræ, non tam nuda, quam vestita quædam accommodata videntur. Induunt igitur sapientes merito, sicut diximus, sensibilibus quidem intelligibilia ; his vero divina. Sic etiam Plato provide jubet, hominem sub tenebroso specu nutritum, ad intuendam meridianam lucem non subito compellendum, sed monstrandum huic solem, primo quidem ad lucernæ lumen in aqua : deinde in luna, sub nocte serena, demum in ipsa aeris serenitate diurna. Similibus quoque gradibus rude vult ingenium ad contemplandam Divinitatem perduci.

*Symbolice nobis et anagogice patefactas.* **5** Hinc sanctus Thomas 1 parte, quæst. 1, art. 9, in corpore, concludit, in sacra doctrina, cum ea cunctis hominibus communiter proponatur, metaphoris et corporalibus similitudinibus divina exponi maxime conveniens esse. Deus enim, inquit, omnibus providet secundum quod competit eorum naturæ. Est autem naturale homini, ut per sensibilia ad intelligibilia veniat ; quia omnis nostra cognitio a sensu initium habet. Unde convenienter in sacra Scriptura traduntur nobis spiritualia sub metaphoris corporalium. Et hoc est quod infra paulo post dicit Dionysius, non posse aliter divino-principalem illum radium nobis illucescere, nisi sacrorum varietate operimentorum anagogice obvelatum. Radium autem divino-principalem vocat ipsam rerum divinarum veritatem.

Porro convenientissime nobis divina similitudinibus corporalibus designari, ex Dionysio quatuor rationibus probat D. Thomas in lib. 1 *Sentent.*, dist. 34, q. 3, articulo 1. Prima et principalis est propter materiæ sublimitatem, quæ nostri intellectus capacitatem excedit. Unde non possumus rerum divinarum veritatem secundum modum suum capere, atque ideo oportet illas nobis secundum modum nostrum proponi. Est autem nobis connaturale, a sensibilibus in intelligibilium, et a posterioribus in priorum notitiam devenire ; et ideirco sub figura sensibilium, intelligibilia nobis proponuntur, ut ex his quæ novimus, ad incognita mens nostra surgat.

Secunda ratio est, quia, cum in nobis sit duplex pars cognoscitiva, scilicet intellectiva et sensitiva, providit divina Sapientia, ut utraque pars, quoad fieri poterat, in divina reduceretur. Et propterea figuras corporalium adhibuit, quæ sensitiva parte capi possunt, quia ipsa intellectualia rerum divinarum attingere non poterat.

Tertia ratio est, quia in Deo verius cognoscimus quid non est, quam quid est. Unde S. Dionysius sequenti cap., § 3 [p], dicit negationes in divinis esse veras, affirmationes vero incongruas. Et ideo cum de omnibus quæ de Deo enuntiamus, intelligendum sit, illa non eo modo convenire Deo, prout inveniuntur in creaturis, sed per aliquem modum imitationis et similitudinis, hujusmodi eminentia Dei expressius ostendebatur per ea quæ magis manifesta sunt ab ipso removeri. Hæc autem sunt corporalia, et ideo convenientius fuit speciebus corporalibus divina significari, ut his assuefactus disceret humanus ani-

[l] Joan. xv, 1. [m] Joan. vi, 56. [n] Joan. i. [o] 1 Tim. ii, 5. [p] *Cœl. hier.* cap. 2, § 3.

## VARIÆ LECTIONES.

[32*] Hoc non exstat in libris vulgatis, sed citatur a Cyparissiota in Theologia materiata.

mus nihil eorum quæ de Deo prædicat, illi attribuere, nisi per quamdam similitudinem secundum quod creatura imitatur Creatorem.

Quarta ratio est propter occultationem divinæ veritatis; quia profunda fidei occultanda sunt, cum infidelibus, ne irrideant, tum simplicibus, ne errandi occasionem sumant. Et has causas Dionysius cap. 2 *Cœlestis hierarchiæ*, et in *Epistola ad Titum* assignat.

Nota item ex D. Thoma citato, in cognitione intellectualium duo esse consideranda, scilicet principium speculationis et terminum. Principium quidem est ex sensilibus, sed terminus est in intelligibilibus, secundum quod in cognitione naturali ex speciebus a sensu acceptis, intentiones universales accipimus per lumen intellectus agentis. Et ideo dicendum est quod ad terminum speculationis, principium debeat ex aliquibus sensibilibus speciebus in divina consurgere, juxta normam a S. Dionysio hic § 3 præscriptam. Ex his tamen, uti bene probat S. Thomas 1 parte, q. 88, art. 2, nunquam intellectus noster in perfectam et quidditativam rerum immaterialium cognitionem deveniet, cum quidditas rei materialis, quam abstrahit intellectus noster a materia, sit omnino alterius rationis a substantiis immaterialibus, uti fusius ibidem probat, et S. Dionysius *De divinis nominibus* c. 1, § 1.

§ III. *Quapropter primitiva illa rituum sacrorum institutio*, etc., id est divina ordinatio, ut cœlestem angelorum hierarchiam imitaremur, materialis illam symbolis et figuris ad captum nostrum accommodate tanquam in speculo et ænigmate [q] descripsit, ut sensilibus istis figuris adjuti, quasi per gradus quosdam spirituales ascensiones in corde nostro disponamus [r]. *Quandoquidem fieri non possit, ut mens nostra ad immaterialem contemplationem intendatur, nisi e propinquo materiali usa fuerit manuductione.* Nam ut Gregorius Theologus in secundo libro de Theologia ait, impossibile est ei, etiam qui valde festinat, umbram suam transire (tantum enim semper umbram anticipat, quantum antevertitur) : aut sicut fieri non potest, ut extra aquam piscis natet; sic non potest fieri, ut qui in corpore sunt absque corporeis, cum iis quæ intelligentia complectuntur, omnino sint. Semper enim aliquid de nostris rebus intercidet, quamvis se mens ab iis quæ cernuntur maxime avocet, et sola secum collecta, cognata et inaspectabilia intelligentia assequi nitatur. *Cogitando scilicet apparentes hasce pulchritudines*, etc. Exemplar proponit quomodo a rebus sensilibus ad spiritales mente transcendere debeamus; hac enim de causa Deus in Scripturis angelos nobis sensilibus formis depinxit, **6** ut ex fictis symbolis ad simplices cœlestium hierarchiarum vertices contemplando ascenderemus.

*Nisi e propinquo materiali usa fuerit manuductione.* Status enim hujus vitæ istiusmodi opus habet adminiculis, ut ad cœlestium contemplationem mens nostra erigatur. Nam et ideo *Verbum caro factum est* [s], ut per assumptam humanitatem visibilem, aptius nos de invisibilibus erudiret atque accenderet, ut in Præfatione, quæ in sacro missæ officio recitatur, pulchre docet sanctus Gregorius : Per incarnati, inquiens, Verbi mysterium, nova mentis nostræ oculis lux tuæ claritatis infulsit : ut dum visibiliter Deum cognoscimus, per hunc in invisibilium amorem rapiamur : *cogitando* scilicet *apparentes has pulchritudines arcanorum esse decorum effigies*, etc., id est ut intellectus noster cogitet, sensibiles decores, et ornatus istos exteriores esse duntaxat imagines, imo obscuras repræsentationes interioris atque intellectualis formositatis, ita ratiocinando : Si corpus corruptibile, quod mistum est, et intus tam fœdum, adeo pulchrum forinsecus videatur, quam sine comparatione pulchrior debet esse anima rationalis atque immortalis, supersplendidissimæ et superpulcherrimæ Trinitatis imago? Si item sol iste sensibilis tam lucidus, speciosus et delectabilis sit oculis ad videndum, quam infinite pulchrior, splendidior et amœnior ad videndum esse debet Sol ipse sapientiæ, superexcellentissimus Deus? Atque similiter in cæteris argumentandum.

---

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (7).

Cum titulus sit *Hierarchia*, sciendum est hierarchiam esse constitutionis ipsius sacrorum principium et quasi curam; atque hierarcham esse sacrorum moderatorem et curatorem ac provisorem, non tamen sacerdotum, sed qui tam sacra, quam eorumdem et Ecclesiæ mysteriorumque ordinem distribuit, neque tamen princeps est sacerdotum. Hanc explicationem etiam magnus ipse Dionysius in libro *De ecclesiastica hierarchia* ponit. Neque secus etiam hoc modo dicere liceat : Hierarchiam esse sacrum quoddam regimen, quo sancte quis regit ac regitur : ita ut neque in regimine tyrannis sit neque in subjectione violentia. Porro ut hanc definitionem absolvamus, dicimus, eum non ab iisdem quos regit, regi, sed ab aliis quidem regi, alios vero regere, uti decimo quinto capite præ- **B** sentis libri accipit. Cœlestem vero vocat, ad distinctionem nostræ hierarchiæ, de qua seorsim alium quemdam librum componit.

**A** Ἐπειδὴ *Ἱεραρχίαν* ἡ ἐπιγραφὴ ἔχει, ἰστέον, ὅτι ἱεραρχία ἐστὶν ἡ τῆς διατάξεως αὐτῆς τῶν ἱερῶν ἀρχή, καὶ οἱονεὶ φροντίς· καὶ ἱεράρχης ὁ τῶν ἱερῶν ἄρχων καὶ φροντίζων, καὶ προνοῶν, οὐ μὴν τῶν ἱερέων, ἀλλ' ὁ καὶ τὰ ἱερὰ καὶ τὴν κατάστασιν αὐτῶν τε καὶ τῆς Ἐκκλησίας, καὶ τῶν μυστηρίων διατάσσων, οὐ μὴν δὲ ὁ ἀρχιερεύς. Ταύτην δὲ τὴν ἐξήγησιν καὶ αὐτὸς ὁ μέγας Διονύσιος, ἐν τῷ *Περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱεραρχίας* τίθησιν. Οὐ χεῖρον δὲ καὶ οὕτως εἰπεῖν· Ἱεραρχία ἐστὶ, καθ' ἣν ἱερῶς τις ἄρχει καὶ ἱερῶς ἄρχεται, μήτε τὸ ἄρχειν τυραννικὸν ἔχων, μήτε τὸ ἄρχεσθαι βίαιον. Προσεπεξεργαζόμενοι δὲ τὰ τοῦ ὁρισμοῦ, λέγομεν, ὅτι οὐ παρ' ὧν ἄρχεται, τούτων ἄρχει, ἀλλὰ παρ' ἄλλων μὲν ἄρχεται, ἄλλων δὲ ἄρχει, καθὼς ἐν τῷ πεντεκαιδεκάτῳ κεφαλαίῳ διαλαμβάνει τοῦ παρόντος συντάγματος. Οὐρανίαν δὲ λέγει πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας, περὶ ἧς ἰδίᾳ συντάττει βιβλίον ἕτερον.

[q] I Cor. XIII, 12. [r] Psal. LXXXIII, 6. [s] Joan. I, 14.

(7) Vide scholia S. Maximi l. II, cap. 1.

§ I. Φησὶν ὁ μέγας Διονύσιος πρὸς τὸν τῶν Ἐφεσίων ἐπίσκοπον Τιμόθεον, ὃν καὶ συμπρεσβύτερον καλεῖ, οἱονεὶ συνεπίσκοπον, ὡς καὶ ἑαυτὸν πρεσβύτερον, οἷον ἐπίσκοπον (οὕτω γὰρ καὶ ὁ Παῦλος ταῖς τῆς Ἀσίας συντασσόμενος Ἐκκλησίαις, φησὶν, ὡς ἐν ταῖς Πράξεσι φέρεται), φησὶ τοίνυν, δανεισάμενος ἐκ τοῦ Ἰακώβου τὸ προοίμιον, ὅτι πᾶσα παροχὴ ἀγαθοῦ, καὶ πᾶν χάρισμα τέλειον, καὶ ἀνελλιπὲς πάντως καθ' αὑτὸ, ἐπεὶ παρὰ τὴν τῶν ὑποδεχομένων ἕξιν πολλάκις ἐλλείπει καὶ οὐ τοῦ χαρίσματος τοῦτο, ἀλλὰ τῆς ἡμετέρας δυνάμεως χωρούσης καθ' ὅσον οἷά τέ ἐστιν. Ὡς γὰρ ὁ αὐτὸς ἥλιος, διαφόροις ὑποκειμένοις ἐπιπολάζων, ἕτερον ἑτέρου πλέον θερμαίνει, καὶ οὐ τοῦ ἡλίου τοῦτο, ἀλλὰ τῶν ὑποδεχομένων τὸν ἥλιον· οὕτω καὶ τὸ θεῖον δώρημα τέλειον ὄν, κατὰ τοὺς ὑποδεχομένους ὑφίσταί τε καὶ ἐπιτείνεται. *Πᾶν τοίνυν τέλειον δώρημα οὐρανόθεν ἐστὶ, κατερχόμενον ἀπὸ τοῦ τῶν φώτων Πατρός.* Πατέρα δὲ τῶν φώτων λέγει τὸν Θεὸν ὁ μέγας Ἰάκωβος, ὡς Πατέρα οἰκτιρμῶν, τὸν αὐτοφῶς ὄντα, καὶ δημιουργὸν καὶ συντηρητικὸν τῶν φώτων· πατὴρ γάρ ἐστιν ὁ παράγων καὶ τηρῶν τὰ ἐξ αὐτοῦ· οὕτω καὶ ὁ Θεὸς Πατὴρ τῶν φώτων, ὡς καὶ πάσης κτίσεώς ἐστι δημιουργός. Οὐκ εἶπε δὲ, Πατὴρ οὐρανοῦ, οὔτε γῆς, ἀλλὰ φώτων, διὰ τὸ προκείμενον, ὅτι καὶ τὰ δωρήματα ἐκφωτισμοῦ θείου τοῖς ἀνθρώποις ἐγγίνονται. Τοῦτον τὸν Πατέρα τῶν φώτων, παρακατιὼν καὶ ἀπολύτως καλεῖ Πατέρα μόνον, *πρὸς τὴν τοῦ συναγωγοῦ Πατρὸς ἑνότητα* λέγων, ὡς δημιουργὸν καὶ συνοχέα ἡμῶν τε καὶ πάσης κτίσεως· ἢ καὶ ἄλλως Πατέρα φώτων, Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος δηλονότι. Ἀλλὰ καὶ πᾶσα θεοκινήτου φωτοχυσίας προέλευσις, εἰς ἡμᾶς ἐξ ἀγαθότητος παραγινομένη, πάλιν ὡς ἑνοποιὸς αὕτη δύναμις ἀνάγει ἡμᾶς, καὶ ἁναπλοῖ, καὶ ἑνοποιεῖ, καὶ τὸ ἑνοφρονεῖν παρασκευάζει, καὶ ἀπὸ τῶν γηΐων ἐπιστρέφει πρὸς τὴν τοῦ συναγωγοῦ Θεοῦ Πατρὸς ἑνότητα, καὶ θεοποιὸν ἁπλότητα. Μέχρι γὰρ τούτου κεχωρισμένοι ταῖς γνώμαις ἐσμὲν, ἕως οὗ κατὰ κόσμον περιπατῶμεν· ὅταν δὲ πρὸς Θεὸν ἀνυψωθῶμεν, τότε ἓν γινόμεθα ἐν Θεῷ, καὶ χάριτι κατὰ τὴν ἁπλότητα θεοποιούμεθα, καθὼς καὶ ὁ Κύριος πρὸς τὸν ἑαυτοῦ Πατέρα φησὶν, *Ἵνα ὦσιν ἕν, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἕν ἐσμεν.* Τὸ γοῦν, *Πᾶν δώρημα* ἐκ Θεοῦ, ἐκ τοῦ Ἰακώβου εἴληφε· τὸ δὲ, Ὅτι καὶ πᾶν ἀγαθὸν εἰς αὐτὸν τείνει, καὶ ἡμᾶς ἀνάγει, ἐξ ἑαυτοῦ τίθησιν. Ἀμφότερα δὲ κατασκευάζει ἐκ τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος *Ὅτι ἐξ αὐτοῦ τὰ πάντα, καὶ εἰς αὐτόν.*

§ I. Magnus Dionysius ad Ephesiorum episcopum Timotheum, quem et compresbyterum, id est coepiscopum, vocat, sicut ipse se presbyterum seu episcopum (nam et eodem modo Paulus Asiæ componens Ecclesias loquitur, ut in Actis refertur [t]), ex Jacobo proœmium mutuando ait: *Omne datum bonum, et omne donum perfectum* [u], et indeficiens in semetipso, tametsi pro suscipientium habitudine, sæpenumero deficiat: quod utique non ex dono provenit, sed ex viribus nostris, quæ capiunt quantum possunt. Quemadmodum enim ipse 7 sol, diversis rebus subditis apparens, alterum altero plus calefacit, idque non ob solis, sed eorum quæ solem excipiunt diversitatem: sic utique divinum donum cum sit perfectum, pro suscipientium capacitate vel remittitur vel intenditur. *Omne* igitur *donum perfectum desursum est, descendens a Patre luminum* [v]. Patrem autem luminum magnus hic Jacobus Deum vocat, utpote Patrem misericordiarum, qui et ipsemet lux est, et creator ac conservator luminum: pater enim est qui producit et conservat quæ ex ipso sunt; sic et Deus Pater luminum, ut qui omnis creaturæ conditor exsistat. Non dixit autem, Pater cœli, neque terræ, sed luminum, propter propositum; quoniam etiam dona ex illustratione divina hominibus obtingunt. Hunc Patrem luminum in decursu etiam absolute solum Patrem nominat, dicens: *Ad unitatem Patris congregantis*, ut qui creator sit ac conservator noster omnisque creaturæ: quanquam etiam alias Pater luminum sit, scilicet Filii ac Spiritus sancti. Sed et omnis a Deo proficiscentis illustrationis proventus, ad nos ex bonitate dimanans, denuo, ceu ipsamet vis unifica, sursum nos elevat, simplificatque, et quid unum facit, atque ad unum sapiendum informat; nec non a terrenis convertit ad congregantis Dei Patris unitatem, ac deificam simplicitatem. Eo enim usque sententiis dissidemus, quandiu secundum mundum ambulamus: quando vero ad Deum assumpti fuerimus, tunc unum sumus in Deo, atque ejus gratia per simplicitatem deificamur, sicut etiam Dominus ad Patrem suum ait: *Ut sint unum, sicut et nos unum sumus* [x]. Illud itaque, *Omne donum* ex Deo, ex Jacobo sumpsit; istud autem, Quoniam omne bonum in ipsum tendit, et nos sursum levat, ex semet ipse ponit. Utrumque porro confirmat ex Apostolo dicente: *Quoniam ex ipso omnia, et in ipsum.*

§ II. Ἐπεὶ τοίνυν ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι, καὶ εἰς Θεὸν τείνει πᾶν ἀγαθὸν, φέρε ἐπικαλεσάμενοι τὸν Σωτῆρα Κύριον, τὸ τοῦ Πατρὸς φῶς καὶ ἀπαύγασμα, τὸ ὄν, τὸ ἀληθινόν. Ἢ ἅμα, ὅτι καὶ τὰ ἡμέτερα ὄντα λέγονται, ἀλλὰ κατὰ μετοχὴν, καὶ οὐ κυρίως. Ἢ κατὰ στιγμὴν, τὸ φῶς. Ποῖον φῶς; Τὸ ὄν, οὐ γὰρ ἀνύπαρκτόν ἐστιν, ὡς τοῦτο τὸ φῶς. Ποῖον φῶς; Τὸ ἀληθινὸν, κατὰ τὴν τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου φω-

§ II. Cum itaque ex Deo sit, et in Deum tendat omne bonum, agedum invocantes Salvatorem Dominum, qui Patris lux est ac splendor, qui est, qui verus est. Vel conjunctim; quia etiam res nostræ dicuntur esse, sed per participationem, et non proprie. Vel cum interpunctione, Lux. Qualis lux? Quæ est; neque enim subsistentia caret, uti lumen hoc nostrum. Qualis lux? Vera, juxta evangelistæ

[t] Act. xx, 18. [u] Jac. i, 17. [v] Ibid. [x] Joan. xvii, 22.

Joannis vocem, *Erat lux vera*; nam subjungit : *Quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum* [y], per quam etiam ad principium lucis **8** Patrem accessum obtinuimus : principium, inquam, lucis; vel quia principium et causa luminum est, Filii scilicet ac Spiritus sancti; vel quod ab initio lux exsistat; nihil autem principio superius est. Agedum ergo, invocantes Dominum, ad illuminationes Scripturarum a Patribus traditarum pro viribus aspiremus, et quæ ab illis symbolice et anagogice (neque enim naturaliter, sed per signa quædam res cœlestes demonstrarunt) traditas divinarum virtutum hierarchias : quas etiam *mentes* appellat, ad nostri differentiam, qui sensu vivimus; nam et sic Isaiæ, mens magna Assyrius; et item mens magna, princeps Babylonis, id est diabolus. Divinarum, inquam, mentium hierarchiam, quoad possumus intueamur, atque illustrationem quæ ex Deo est, sine qua neque ipsas cœlestes virtutes, neque Deum nosse valemus, quantum fas est, inspiciamus; principialem, inquam, illam, utpote ab initio exsistentem, et superprincipialem : quia nihil de Deo satis significanter effari potest, quinimo hic omnis oratio omnisque cogitatio deficit, sic et essentia et superessentialis, nec non Deus et supra Deum. Hanc itaque illustrationem, quæ ex Deo est, suscipientes, quæ angelorum hierarchias in figuratis symbolis et imaginibus exprimit, immaterialibus et intremulis oculis, id est fixis seu tranquillis (amat enim Deus tranquillitatem, sicut virtus contraria turbationem), rursum ex ipsamet illustratione ad divinum radium intueamur, juxta primam propositionem quam fecimus : Quoniam ex ipso bonum et in ipsum; atque ita in divina simplicitate unificemur. Neque enim ipse, dum in suscipientibus multiplicatur, a propria illa sua unica simplicique intimitate atque occultatione deficit (siquidem omnibus extraneis incognitus exsistit), dum vero pro eorum qui providentia reguntur captu per bonitatem multiplicatur ac variegatur, denuo intra semetipsum firmiter in immobili identitate manet, atque in ipsum intuentes unificat, idem in se permanens; non secus ac lumen, dum luculenter illuminat, idem etiam in se remanet secundum simplificam suam et unificam unionem identitatemque, et se excipientes, pro cujusque captu, in quantum accedunt, illustres reddit. Ubi observa, ut suspicere quidem nostrum, sed illustratio et elevatio sit a Deo. Nisi enim e rebus sæcularibus emerserimus suspexerimusque, quomodo **9** elevatio et illustratio nobis obtingat? juxta illud, *Levavi oculos meos in montes, unde veniet auxilium mihi* [z]. Neque enim, inquit, fieri potest ut divinus ille radius nobis illuceat, nisi quibusdam rerum nobis familiarium velamentis fuerit obvelatus (nam intolerabile lumen ejus ac virtutem quis sustinebit?), et ex rebus nostratibus, Dei prudentia, connaturaliter ac proprie

A νην, Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν· ἐπιφέρει γάρ· Ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, δι' οὗ καὶ τὴν πρὸς τὸν ἀρχίφωτον Πατέρα προσέλευσιν ἐλάβομεν· ἀρχίφωτον δὲ, ἢ ὡς ἀρχὴν καὶ αἰτίαν τῶν φώτων, τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος· ἢ τὸν ἐξ ἀρχῆς φῶς ὄντα· οὐδὲν δὲ τῆς ἀρχῆς ἀνώτερον. Φέρε γοῦν ἐπικαλεσάμενοι τὸν Κύριον, ἐπὶ τὰς ἐλλάμψεις τῶν πατροπαραδότων Γραφῶν, ὡς δυνατὸν, ἀνανεύσωμεν, καὶ τὰς ὑπ' αὐτῶν συμβολικῶς καὶ ἀναγωγικῶς (οὐ γὰρ φυσικῶς, ἀλλὰ διά τινων σημείων τὰ οὐράνια ἔδειξαν) παραδοθείσας ἱεραρχίας τῶν θείων δυνάμεων, ἃς καὶ νόας λέγει, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν αἰσθήσει ζώντων ἡμῶν· οὕτω γὰρ καὶ Ἡσαΐας τὸν νοῦν τὸν μέγαν τὸν Ἀσσύριον· καὶ πάλιν, νοῦς μέγας, ἄρχων Βαβυλῶνος, τουτέστιν ὁ διάβολος.

B Τὴν γοῦν θείων νοῶν ἱεραρχίαν, καθ' ὅσον ἰσχύομεν, κατίδωμεν, καὶ τὴν φωτοδοσίαν τὴν ἐκ Θεοῦ, ἧς δίχα οὐδ' αὐτὰς τὰς οὐρανίους δυνάμεις, μὴ ὅτιγε Θεὸν γνωρίσαι ἐστὶν, ὡς ἐφικτὸν, κατοπτεύσωμεν· τὴν ἀρχικὴν, ὡς ἀπαρχῆς οὖσαν καὶ ὑπεράρχιον· ὅτι οὐδὲν ἐπὶ Θεοῦ ἱκανῶς ἔχει τῆς σημασίας, ἀλλὰ καὶ πᾶς λόγος, καὶ πᾶσα ἔννοια ἡττῶνται, οὕτω καὶ οὐσία καὶ ὑπερούσιος, καὶ Θεὸς καὶ ὑπέρθεος. Ταύτην οὖν τὴν ἐκ Θεοῦ φωτοχυσίαν δεξάμενοι, ἢ τὰς ἱεραρχίας τῶν ἀγγέλων ἐν τυπωτικοῖς συμβόλοις καὶ εἰκονίσμασιν ἐκφαίνει, ἀΰλοις καὶ ἀτρεμέσιν ὀφθαλμοῖς, ἢ οἱονεὶ στερρόις ἢ καὶ ἡσύχοις (χαίρει γὰρ τὸ Θεῖον τῇ ἡσυχίᾳ, ὡς τῷ ὄχλῳ ἡ ἐναντία δύναμις) πάλιν ἐξ αὐτῆς τῆς φωτοδοσίας, ἐπὶ τὴν θείαν ἀνυψωθῶμεν ἀκτῖνα, κατὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ὑπόθεσιν, ἣν ἐλέγομεν, ὅτι ἐξ

C αὐτοῦ τὸ ἀγαθὸν, καὶ εἰς αὐτὸν, καὶ ἐνοποιηθῶμεν ἐν τῇ θείᾳ ἁπλότητι. Ὅτι οὐδ' αὐτὴ ποικιλλομένη πρὸς τὰ ὑποδεχόμενα ἐξίσταται τῆς ἰδίας ἑνικῆς καὶ ἁπλῆς ἐνδότητος καὶ κρυφιότητος (πᾶσι γὰρ τοῖς ἔξωθεν αὐτῆς ἄγνωστός ἐστι), πληθυνομένη δὲ καὶ ποικιλλομένη πρὸς τὴν τῶν προνοουμένων συνάφειαν δι' ἀγαθότητα, μένει πάλιν ἔνδον ἑαυτῆς παγίως ἐν ἀκινήτῳ ταυτότητι, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτὴν ἀνανεύοντας ἑνοποιεῖ, ταυτὴ· μένουσα· ὥσπερ τὸ φῶς, φωτίζον ἀθρόως, φῶς τὸ αὐτὸ μένει, κατὰ τὴν ἁπλωτικὴν αὐτῆς καὶ ἑνοποιὸν ἕνωσιν καὶ ταυτότητα, καὶ ἀνάγει τοὺς ὑποδεχομένους ἀναλόγως αὐτοῖς, καθ' ὅσον σπεύδουσι, τοσοῦτον καὶ φωτιζομένους. Τέως δὲ σκέπει, ὅτι ἡ μὲν ἀνάνευσις ἡμετέρα· ἡ δ' ἀνάτασις καὶ

D ἀνύψωσις ἐκ Θεοῦ. Εἰ μὴ γὰρ ἡμεῖς τῶν κοσμικῶν ἀνανεύσωμεν, πῶς ἡ ἀνύψωσις καὶ ὁ φωτισμὸς ἐπιγενήσεται; κατὰ τό· Ἦρα τοὺς ὀφθαλμούς μου εἰς τὰ ὄρη, ὅθεν ἥξει ἡ βοήθειά μου. Καὶ γάρ, φησὶν, οὐδὲ δυνατὸν ἄλλως ἐπιλάμψαι τὴν θείαν ἀκτῖνα, εἰ μὴ ἐξ ὧν συνειθίσμεθα, καὶ μὴ διά τινων παραπετασμάτων περικεκαλυμμένην (τὸ γὰρ ἄστεκτον αὐτῆς τοῦ φωτὸς καὶ τῆς δυνάμεως, τίς ὑποστήσεται;) καὶ ἐκ τῶν ἡμετέρων, προνοίᾳ Θεοῦ συμφυῶς καὶ οἰκείως ταῖς ἡμετέραις αἰσθήσεσι διεσκευασμένην· ὅτε δηλονότι σωματικῶς τὰ ἀσώματα λέγομεν, οἷον μέλη ἀνθρώπινα ἐπὶ Θεοῦ, καὶ θυμοὺς, καὶ ὕπνους, καὶ τὰ παραπλήσια· ταῦτα γάρ ἐστι τὰ παραπετάσματα. Ἐπεὶ οὖν τοῖς αἰσθητοῖς τὰ ὑπὲρ αἴσθησιν ἐντυποῦ-

[y] Joan. I, 9. [z] Psal. CXX, 1.

μεν, ὁμοίως ἔχει καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχία πρὸς τὴν A οὐρανίαν ἐκείνην καὶ ἀφανῆ· οὕτω γὰρ εὐδόκησεν ἡ τελετάρχις ἱεροθεσία, ἡ τῆς τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἡμῶν διακοσμήσεως τάξις τε καὶ παράδοσις· τελετὴ γὰρ λέγεται ἡ τῶν μυστηρίων μετάδοσις, ἅτε τὸν μυούμενον τελειοῦσα· καὶ τοὺς μεμυημένους τελείους καλεῖ ὁ Ἀπόστολος, λέγων· *Ὅσοι οὖν τέλειοι, τοῦτο φρονῶμεν.*

nostris sensibus sit accommodatus : quando nimirum corporaliter ea quæ incorporea sunt efferimus, ut cum de Deo membra humana, furoresque, ac somnos aliaque similia enuntiamus; siquidem hæc velamenta sunt. Quando igitur ea quæ sensum superant per res sensiles explicamus, tum nostra hæc hierarchia similis est cœlesti et occultæ : sic enim placuit mysteriorum sacrorum principi constitutioni, quæ sacrorum rituum nostrorum ordo et traditio est : siquidem initiatio seu perfectio, sacrorum mysteriorum communicatio nuncupatur, ut quæ initiatos perficiat; atque ita consecratos, perfectos vocat Apostolus, dicens : *Quicunque ergo perfecti sumus, hoc sentiamus* [a].

§ III. Εὐδόκησεν οὖν ἡ τελετάρχις ἱεροθεσία, ἵνα τὰς ἀΰλους καὶ οὐρανίους ἱεραρχίας ὑλικοῖς σχήμασι καὶ μορφαῖς παραδώσῃ, ὅπως ἀναλόγως ἀπὸ τούτων τῶν ἱερῶν τυπώσεων ἐπὶ τὰς ἀτυπώτους καὶ ἀσχηματίστους ἀναχθῶμεν ἀναγωγάς. Ὅρα γάρ, *ποιήσεις*, φησὶ, *κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι*· ἐπεὶ μὴ δυνατόν ἐστι τῷ ἡμετέρῳ νοῒ πρὸς τὴν ἄϋλον ἐκείνην ἀνυψωθῆναι κατάστασιν ἀμέσως, μὴ διά τινων μορφῶν καὶ σχημάτων χειραγωγουμένῳ, καὶ λογιζομένῳ ἐκ τούτων ἐκεῖνα· τὰ μὲν φαινόμενα κάλλη, τὴν τοῦ ναοῦ, λέγω, καλλονὴν καὶ εὐπρέπειαν, ἀπεικονίσματα τῆς ἀφανοῦς εὐμορφίας ἔχοντι· τὰς δὲ διὰ τῶν θυμιαμάτων εὐωδίας, τῆς νοητῆς διαδόσεως ἐκτυπώματα· διαδίδοται γὰρ ὁ φωτισμὸς ἐκεῖσε, ὡς ἐνταῦθα ἡ εὐωδία· τὰ δὲ τῶν κηρῶν καὶ τοῦ ἐλαίου φῶτα, τῆς φωτοχυσίας ἐκείνης εἰκόνα, καὶ τῆς κατὰ νοῦν πάλιν θεωρητικῆς πλησμονῆς· τὸ γὰρ ἐκ μέρους ἔστιν ὅτε καὶ ἡμῖν καταργηθήσεται, κατὰ τὸν Ἀπόστολον· τὰς διεξοδικὰς μαθητείας, τὰς διὰ τῶν ὁρωμένων πραγμάτων καὶ λόγων πλατυτέρας ἀποδείξεις. Τίς δέ ἐστιν ἡ θεωρητικὴ τοῦ νοὸς πλησμονή; ὅτι δῆλον, ζητῶν ὁ νοῦς περὶ τῶν θείων, καὶ θεωρῶν οὗτινος ὁπωσοῦν ἐπιδράξεται, πληροῦται ἐν ἐκείνῳ καὶ κορέννυται. Τί γάρ ἐστι τῶν θείων, ὅπερ οὐχ ὑπεραίρει τὸν νοῦν, καὶ τὴν ἔφεσιν αὐτοῦ, λίχνην οὖσαν, ἵστησι καὶ κορέννυσι; καθάπερ εἴρηται· *Ἐμνήσθην τοῦ Θεοῦ, καὶ εὐφράνθην*· καὶ πάλιν· *Ἐδίψησέ σε ἡ ψυχή μου, ποσαπλῶς δὲ ἡ σάρξ μου.* Διψᾷ ἡ ψυχὴ, καὶ ἐμπιπλᾶται, ὡς ἔχουσα ἐπιτήδεια δοχεῖα τῶν θείων ἐννοιῶν· διψᾷ ἡ σὰρξ, ἀλλὰ ποσαπλῶς πρὸς τὴν ψυχήν· οὐδὲ γὰρ ἔχει ὑποδοχῆς ἐπιτηδειότητα, ξένη παντάπασιν οὖσα πρὸς τὰς θείας καὶ νοητὰς ἐμφάσεις· ὅθεν καὶ, ὡς ὑστεροῦσα, ἀεὶ ἐπιτεταμένην τὴν ἔφεσιν ἔχει, ὁ δὲ νοῦς πλήρης γίνεται, οὗτινος ἂν καὶ ἅψηται. Ταύτης οὖν τῆς πλησμονῆς εἰκόνες εἰσὶν αἱ διὰ τῶν λόγων ἀποδείξεις, τοῖς ἐπιχειρήμασι πλατυνόμεναι. Τῆς δὲ ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἐχούσης καὶ τεταγμένης πρὸς τὰ θεῖα ἕξεως, (οὐ γὰρ ἀταξία τις ἐκεῖσε, ἀλλ' ἐναρμόνιος ἕξις, ὡς ἀεὶ περὶ αὐτὰ τῶν θείων μενόντων, τῶν ἡμετέρων ἐν διηνεκεῖ ῥοῇ φαινομένων·) τούτων οὖν τῶν τεταγμένων ἕξεων εἰκόνας τὰς ἐνθάδε ἔχομεν τάξεις, τοὺς ἱερατικοὺς βαθμοὺς, τὰς στάσεις, τὰς καθέδρας, τὰς στολὰς, καὶ εἴ τι τοιουτότροπον, αἵπερ τὴν τάξιν ἀπαράλλακτον ἔχουσι, καὶ τέλος τῆς Ἰησοῦ μετουσίας τὴν θείαν μετάληψιν, ἣν καὶ εὐχαριστίαν λέγει, ὡς τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ἡνίκα παρεδίδου

§ III. Complacuit itaque mysteriorum sacrorum principi constitutioni, immateriales cœlestesque hierarchias materialibus figuris ac formis exponere, ut pro captu nostro ab hisce sacris efformationibus, ad formarum figurarumque expertes anagogas traducamur. Ecce, enim, inquit, *facies secundum exemplar quod tibi monstratum est* [b] : quandoquidem fieri non possit ut mens nostra ad immateriatam istam constitutionem immediate subrigatur, nisi formis quibusdam ac figuris quasi manu ducta fuerit, et ex his illa conjecerit. Atque apparentes quidem pulchritudines, templi, dico, venustatem ac decorem, occultæ illius venustatis imagines præ se ferre; suaves vero thymiamatum odores, spiritalis esse traditionis effigiationes : traditur enim illic illustratio, quemadmodum hic odoris fragrantia. Cereorum autem oleique luminaria sunt illius illuminationis imagines, uti etiam illius contemplativæ, quæ secundum mentem est, saturitatis : quoniam id quod ex parte est, aliquando et nobis, secundum Apostolum, evacuabitur [c]. Diffusæ porro disciplinæ sunt fusiores visarum rerum ac sermonum demonstrationes. Quænam autem est contemplativa mentis satietas? quando nimirum res divinas mens investigat, et per contemplationem quidpiam comprehendit, repletur utique **10** ac saturatur. Quid enim est rerum divinarum, quod non mentem elevet, atque affectum ejus, qui quædam fames est, sistat et exsatiet? quemadmodum scriptum est : *Memor fui Dei, et delectatus sum* [d]; et iterum : *Sitivit in te anima mea, quam multipliciter tibi caro mea* [e]. Sitit anima ac repletur, utpote habens apta receptacula divinarum cogitationum : sitit caro, sed quam multipliciter respectu animæ; neque enim habet aptitudinem recipiendi, cum sit omnino extranea divinis et spiritalibus insinuationibus : quapropter tanquam egena, intentum semper habet appetitum, mens autem semper plena est ejus quod apprehendit. Hujus ergo satietatis imagines sunt, sermonum demonstrationes rationibus dilatatæ. Porro ejus quæ semper et eodem modo se habet recte ad divinas res ordinatæ habitudinis (nulla enim ibi inordinatio, sed omnino concinna constitutio, quippe circa idem semper divinis rebus manentibus, nobisque perenni fluxu apparentibus), harum, inquam, ordinatarum habitudinum imagines

[a] Phil. III. 15. [b] Exod. XXV. 40. [c] I Cor. XIII. 10. [d] Psal. LXXVI. 4. [e] Psal. LXII. 2.

sunt illi, quos hic habemus, ordines, sacri gradus, stationes, cathedræ, stolæ, et si quæ sunt ejusce-modi, quæ ordinem habent immutabilem, ac denique Jesu participationis divinam communionem, quam et eucharistiam vocat : eo quod Dominus noster, quando divinum illud mysterium tradidit, gratias egerit; nobisque sint agendæ gratiæ, quod tantis bonis potiti simus, et quæcunque alia aliis quidem supermundialiter supraque hominem, nobis autem symbolice tradita sunt, et per signa; neque enim aliter est ista nos e, dum crassam hanc carnem circumferimus.

A τὸ τοιοῦτον θεῖον μυστήριον, εὐχαριστήσαντος, καὶ ἡμῶν ὀφειλόντων εὐχαριστεῖν, ὅτι τοιούτων ἀγαθῶν τετυχήκαμεν· καὶ ὅσα ἄλλα, ἐκείνοις μὲν ὑπερκοσμίως καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον, ἡμῖν δὲ συμβολικῶς παραδέδοται, καὶ διὰ σημείων· οὐδὲ γὰρ ἄλλως ἐστὶν ἐκεῖνα μαθεῖν, τὸ παχὺ τοῦτο σαρκίον περιφέροντας.

Propter hanc itaque nostram pro cujusque captu deificationem (eo enim quo possumus modo initiamur; sensibiliter quidem, in quantum sensu vivimus, ratione nobis convenienti per symbola; spiritaliter vero, in quantum mente gubernamur, modo nobis accommodato per apparentem mystagogiam et illustrationem : siquidem illam illustrationem B deificationem vocat, quod utique est perfectissimum : per inferiora namque superiora discimus; per illa vero unitive deificamur); propter hæc igitur, inquam, benignus ille sacerdotalis ordo, hierarchias istas figurate manifestans, nostramque hanc hierarchiam illi in sacris associans, secundum eam quæ dari poterat similitudinem, sensibilibus imaginibus res invisibiles quibusdam sacræ ac **11** divinæ prorsus Scripturæ locis descripsit; quo nos per sensibilia ad spiritalia traduceret, nec non per signa hæc ad cœlestes illas simplices compositionisque expertes altitudines ac summitates : nam summitates solemus appellare, quod in quavis essentia præstantissimum est, sicut, verbi gratia, mens, animæ summitas appellatur; et amoris summi- C tas, fervens desiderium, adeoque nostræ hierarchiæ summitas, illa cœlestis non immerito nuncupatur.

Ἕνεκα γοῦν ταύτης τῆς ἡμῶν ἐξ ἀναλογίας θεώσεως, (ὃν γὰρ τρόπον δυνάμεθα, τοῦτον καὶ τελούμεθα· αἰσθητῶς μὲν, καθ' ὃ αἰσθήσει ζῶντες, ἀναλόγως διὰ συμβόλων· νοητῶς δὲ, καθ' ὃ νοῒ διοικούμενοι ἀναλόγως διὰ τῆς ἐμφαινομένης μυσταγωγίας τε καὶ ἐλλάμψεως· τὴν γὰρ ἔλλαμψιν θέωσιν λέγει, τοῦτο δέ ἐστι τὸ τελειότατον· διὰ γὰρ τῶν κάτω τὰ ἄνω μανθάνομεν, δι' ἐκείνων δὲ ἀνατατικῶς θεούμεθα·) τούτων ἕνεκα τοίνυν ἡ φιλάνθρωπος ἱερατικὴ τάξις, ἐμφαίνουσα τυπικῶς τὰς ἱεραρχίας ἐκείνας, καὶ ταύτην τὴν καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίαν συλλειτουργὸν ἐκείνης ποιοῦσα κατὰ τὴν πρὸς δύναμιν ἀφομοίωσιν, ἐν αἰσθηταῖς εἰκόσι τὰ ἀθέατα ἀνεγράψατο, ποῦ δὲ ἐν ταῖς ἱεραῖς καὶ θείαις πάντως Γραφαῖς ὅπως ἂν ἡμᾶς ἀναγάγοι διὰ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ, καὶ διὰ τῶν σημείων τούτων ἐπὶ τὰς τῶν οὐρανίων ἁπλᾶς καὶ ἀσυνθέτους ὑψώσεις τε καὶ ἀκρότητας· ἀκρότητας γὰρ εἰώθαμεν καλεῖν τὸ κράτιστον ἁπάσης οὐσίας· ὡς, φέρε εἰπεῖν, ἀκρότης ψυχῆς ὁ νοῦς· καὶ ἔρωτος ἀκρότης ὁ διάπυρος πόθος· καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἡ οὐρανία οὐκ ἀπεικότως ἀκρότης ἐστί.

---

# CAPUT II.

*Quod apte res divinæ atque cœlestes dissimilibus etiam signis explicentur.*

# ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β.

*Ὅτι πρεπόντως τὰ θεῖα καὶ οὐράνια καὶ διὰ τῶν ἀνομοίων συμβόλων ἐκφαίνεται.*

## SYNOPSIS CAPITIS.

*I. Facit operis hujus distributionem. II. monet, figuras illas, quibus res cœlestes ac spiritales describuntur, rebus ipsis esse dissimiles; et simul objectioni occurrit, ac rationem reddit, cur magis expediebat res istas cœlestes rerum ignobiliorum formis delineari, quam nobiliorum. III. Ostendit duplicem esse sacræ descriptionis modum . unum scilicet, per similes; alterum, per dissimiles figuras : uti etiam de Deo quædam per affirmationes, et quædam per negationes prædicari : et negationes ait affirmationibus præstare, et absonas similitudines ad mentem nostram erigendam esse aptiores. IV. Tradit, ex rebus omnibus aliquid boni colligi posse, et simul explicat, quomodo passiones iræ, concupiscentiæ, et res similes intelligendæ sint, quando angelis attribuuntur. V. Ostendit quomodo etiam ipsemet Deus in Scripturis aliquando a summis, aliquando a mediis, aliquando etiam a rebus infimis denominetur.*

## § I.

Mea utique sententia, primum quidem exponendum, quem omnis hierarchiæ scopum esse censeamus, quidque suis quælibet divinis contemplatoribus prosit : deinde vero cœlestes hierarchiæ celebrandæ, secundum earumdem mysticam in Oraculis explanationem : postea denique dicendum,

D Χρὴ τοιγαροῦν, ὡς οἶμαι, πρῶτον ἐκτέσθαι, τίνα μὲν εἶναι σκοπὸν ἁπάσης ἱεραρχίας ὑιόμεθα, καὶ τί τοὺς αὐτῆς ἑκάστη θιασώτας ὀνίνησιν· ἑξῆς δὲ, τὰς οὐρανίας ἱεραρχίας [33] ὑμνῆσαι, κατὰ τὴν αὐτῶν ἐν τοῖς λογίοις ἐκφαντείαν· ἑπομένως δὲ [34] τούτοις εἰπεῖν, ὁποίαις ἱεραῖς μορφώσεσι τὰς οὐρανίας σχη-

## VARIÆ LECTIONES.

[33] D. οὐρανίους. In hoc nomine variant fere exemplaria quod semel admonuisse sit satis.
[34] P. Ἑπομένος τε, quod Sc. sequitur.

ματίζουσι διακοσμήσεις αἱ τῶν λογίων ἱερογραφίαι, καὶ πρὸς ποίαν ἀναχθῆναι χρὴ διὰ τῶν πλασμάτων ἁπλότητα [35], ὅπως μὴ καὶ ἡμεῖς ὡσαύτως τοῖς πολλοῖς ἀνιέρως οἰώμεθα, τοὺς οὐρανίους καὶ θεοειδεῖς [36] νόας πολύποδας εἶναί τινας καὶ πολυπροσώπους, καὶ πρὸς βοῶν κτηνωδείαν, ἢ πρὸς λεόντων θηρομορφίαν [37] τετυπωμένους, καὶ πρὸς ἀετῶν ἀγκυλόχειλον [38] εἶδος, ἢ πρὸς πτηνῶν τριχώδη πτεροφυΐαν διαπεπλασμένους, καὶ τροχούς τινας πυρώδεις ὑπὲρ τὸν οὐρανὸν φανταζώμεθα, καὶ θρόνους ὑλαίους τῇ θεαρχίᾳ πρὸς ἀνάκλησιν ἐπιτηδείους, καὶ ἵππους τινὰς πολυχρωμάτους, καὶ δορυφόρους ἀρχιστρατήγους, καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς τῶν λογίων ἡμῖν ἱεροπλάστως ἐν ποικιλίᾳ τῶν ἐκφαντορικῶν συμβόλων παραδέδοται. Καὶ γὰρ ἀτεχνῶς ἡ θεολογία ταῖς ποιητικαῖς ἱεροπλαστίαις ἐπὶ τῶν ἀσχηματίστων νοῶν [39] ἐχρήσατο, τὸν καθ' ἡμᾶς, ὡς εἴρηται, νοῦν ἀνασκεψαμένη, καὶ τῆς οἰκείας αὐτῷ καὶ συμφυοῦς ἀναγωγῆς προνοήσασα, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀναπλάσασα τὰς ἀναγωγικὰς ἱερογραφίας.

A quibus formis sacris cœlestes istos ordines eloquiorum sacræ delineent descriptiones, nec non ad qualem adduci deceat per formas istas simplicitatem, ne et nos, more vulgi, sacrilege opinemur, cœlestes illas ac deiformes intelligentias, multipedes quasdam esse ac multiformes, nec non ad boum pecuinam [f], ferinamve leonum naturam efformatas, et ad aquilarum curvi rostri speciem, vel ad volucrum hirsutam plumescentiam effictas, rotasque aliquas ignitas supra cœlum imaginemur [g], ac sedes materiatas, Deo deorum ad discumbendum accommodatas, et quosdam equos multicolores [h], hastatosque duces exercitus [i], et quæcunque alia nobis ab eloquiis fictione quadam sacra, explanatoriorum varietate signorum sunt transcripta. B Enimvero palam theologia poeticis **12** sancte fictionibus, in carentibus figura mentibus usa est, ad nostrum, uti dictum est, intellectum attendendo, nec non propriam ipsi et connaturalem ad superna transitum providendo, et ad eumdem accommodate sacras Scripturas anagogicas effigiando.

## § II.

Εἰ δέ τῳ δοκεῖ τὰς μὲν ἱερὰς ἀποδέχεσθαι συνθέσεις, ὡς τῶν ἁπλῶν ἐφ' ἑαυτῶν ἀγνώστων τε καὶ ἀθεωρήτων ἡμῖν ὑπαρχόντων· ἀπεμφαινούσας δὲ οἴεται τὰς τῶν ἁγίων νόων ἐν τοῖς λογίοις εἰκονογραφίας [40], καὶ πᾶσαν, ὡς εἰπεῖν, τὴν ἀπότομον ταύτην τῶν ἀγγελικῶν ὀνομάτων σκηνήν· καὶ χρῆναί φησι τοὺς θεολόγους ἐπὶ σωματοποιΐαν ὅλως τῶν ἀσωμάτων ἐληλυθότας, οἰκείοις αὐτὸ [41] καὶ ὡς δυνατὸν συγγενέσιν ἀναπλάττειν τε καὶ ἐκφαίνειν σχηματισμοῖς, ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν τιμιωτάτων καὶ ἀΰλων ποσῶς [42] καὶ ὑπερκειμένων οὐσιῶν, καὶ μὴ ταῖς οὐρανίαις καὶ θεοειδέσιν ἁπλότησι τὰς ἐπὶ γῆς ἐσχάτας περιτεθέντας [43] πολυμορφίας. Τὸ μὲν γὰρ ἡμῶν τε ἀναγωγικώτερον ἔμελλεν εἶναι, καὶ τὰς ὑπερκοσμίους ἐκφαντορίας οὐ κατῆγεν εἰς τὰς ἀπεμφαινούσας ἀνομοιότητας· τὸ δὲ, καὶ εἰς τὰς θείας ἀθέσμως ἐξυβρίζειν [44] δυνάμεις, καὶ τὸν ἡμέτερον ἴσως ἀποπλανᾷν νοῦν, εἰς τὰς ἀνιέρους αὐτῶν ἐνιζάνον συνθέσεις· καὶ τάχα καὶ οἰήσεται, τὰ ὑπερουράνια λεοντείων τινῶν καὶ ἱππείων ἐσμῶν ἀποπεπληρῶσθαι, καὶ μυκητικῆς ὑμνολογίας, καὶ ὀρνιθείας ἀγελαρχίας [45], καὶ ζώων ἄλλων καὶ ὑλῶν ἀτιμοτέρων, ὅσα πρὸς τὸ ἄτοπον καὶ νόθον καὶ ἐμπαθὲς ἀποκλιθεῖσαι [46] διαγράφουσιν αἱ κατὰ πᾶν ἀνόμοιοι τῶν δῆθεν ἐκφαντορικῶν λογίων

Quod si cui videantur sacræ quidem approbandæ compositiones, quod res simplices seipsis ignotæ, nobis et invisibiles exsistant; dissimiles profecto esse sciat sanctarum mentium in eloquiis delineationes, nec non omnem hanc rudem quamdam esse, C ut ita dicam, nominum angelicorum inumbrationem. Sunt et qui dicunt, theologos oportere, dum ad omnino incorporearum rerum corporationem veniunt, propriis illas, et quoad fieri potest, cognatis efformare atque explicare speciebus earum quæ apud nos sunt præstantissimarum, et ex parte immaterialium ac transcendentium substantiarum; et nequaquam cœlestibus ac deiformibus simplicitatibus, terrenas illas infimas circumdare multiformitates. Siquidem id nostræ magis etiam conduxisset sublimationi, neque supermundiales explanationes ad incongruas dissimilitudines coegisset: hoc autem et divinas nefande virtutes elevat, atque nostrum pariter errare facit intellectum, dum immundis istis inhæret compositionibus· et fortassis etiam putabit, supercœlestia leoninis quibusdam et equinis examinibus referta esse, nec non mugitu reboantibus laudum canticis, et avicularium gregum præfecturis, aliisque animalibus ac D

[f] Ezech. I, 7. [g] Dan. VII, 9. [h] Zach. I, 8. [i] II Mach. III, 26; Josue V, 15.

### VARIÆ LECTIONES.

[35] M. ἁπλαστότητα. Scotus vertit Veritatem. [36] conjunctionem καί non habet Ch. nec veteres interpretes. Duo reddunt καὶ θεοειδεῖς. [37] D. P. θηριομορφίαν. [38] in vetustissimo Memmii corrigebatur ἀγκυλοχείλων. [39] variant libri in accentu νοῶν, quidam enim, ut Ch. et D., νόων scriptum habent. Bud. sua manu scripsit νοῶν. Semel hoc monuisse sufficiat; nam frequens hoc verbum occurrit. [40] M. ἱερογραφίας, cui lectioni Scotus astipulatur. [41] αὐτούς, D. ut ad θεολόγους referatur. [42] M. πῶς. [43] Ch. et D. περιτιθέναι. [44] D. ἐξυβρίζει. M. οὐκ ἐξυβρίζειν, et οὐκ ἀποπλανᾷν. Budæi codex οὐκ ἐξυβρίζειν, quod ille correxit οὐκ ἐξύβριζε, et οὐκ ἀπεπλάνα. Ita habet et S. P. in priori parte non habet negationem. Scotus negationes vertit, Sarracenus omittit. [45] M. ὀρνιθητικῆς. C. ὀρνιθίας. [46] γρ. ἀποκλιθῆναι.

vilioribus materiis, quas ad absurditatem et spurcitiam, ac passionem provocando, per omnia dissimiles ejuscemodi elucidantium eloquiorum similitudines describunt. Veritatis tamen, uti reor, indagatio demonstrat sacratissimam eloquiorum sapientiam, in cœlestium effictionibus intelligentiarum, utrumque luculenter providisse, ut neque virtutes divinæ (ut ita quis dixerit) contumeliosius extenuarentur; neque nos humi repentibus imaginum vilitatibus tenacius affigeremur. Cæterum, cur merito figura carentibus figuræ, et effigies ineffigiatis rebus obductæ fuerint, non solum causam dixerit quis esse nostram imbecillitatem, quæ nequit immediate spiritalibus intendere contemplationibus, indigetque propriis ac connaturalibus, quibus erigatur, adminiculis seu anagogiis, quæ perceptas a nobis effigies ineffigiatis ac supernaturalibus spectaculis prætendant; sed quod hoc mysticis etiam oraculis vel maxime conveniat, ut **13** ineffabilibus et sacris ænigmatibus recondant, et inaccessam vulgo constituant sacram illam et arcanam supermundanarum mentium veritatem. Quilibet enim non est sanctus, neque omnium, ut Oracula testantur, scientia est [k]. Porro si quis absonas effigiationes improbarit, pudendum asserens, tam turpia deiformibus sanctissimisque adornationibus affingere simulacra, satis sit illi reposuisse, duplicem esse sacræ illius mysticæ manifestationis modum.

A ὁμοιότητες. Ἀλλ' ἡ [47] τῆς ἀληθείας ὡς οἶμαι, ζήτησις ἀποδείκνυσι τὴν τῶν λογίων ἱερωτάτην σοφίαν, ἐν ταῖς τῶν οὐρανίων νόων μορφώσεσιν, ἑκατέρου κομιδῇ προνοήσασαν, ὡς μήτε εἰς τὰς θείας, ὡς ἂν φαίη τις, ἐξυβρίσαι δυνάμεις, μήτε μὴν ἡμᾶς εἰς τὰς χαμαιζήλους ἐμπαθῶς ἐμπαγῆναι τῶν εἰκόνων ταπεινότητας. Ὅτι μὲν γὰρ εἰκότως προβέβληνται τῶν ἀτυπώτων οἱ τύποι, καὶ τὰ σχήματα τῶν ἀσχηματίστων, οὐ μόνην αἰτίαν φαίη τις ἂν εἶναι τὴν καθ' ἡμᾶς ἀναλογίαν ἀδυνατοῦσαν ἀμέσως ἐπὶ τὰς νοητὰς ἀνατείνεσθαι θεωρίας, καὶ δεομένην οἰκείων καὶ συμφυῶν ἀναγωγιῶν [48], αἳ τὰς ἐφικτὰς ἡμῖν μορφώσεις προτείνουσι τῶν ἀμορφώτων καὶ ὑπερφυῶν θεαμάτων [49]· ἀλλ' ὅτι καὶ τοῦτο τοῖς μυστικοῖς λογίοις ἐστὶ πρεπωδέστατον, τὸ δι' ἀπορρήτων καὶ ἱερῶν αἰνιγμάτων ἀποκρύπτεσθαι, καὶ ἄβατον τοῖς πολλοῖς τιθέναι τὴν ἱερὰν καὶ κρυφίαν τῶν ὑπερκοσμίων νόων ἀλήθειαν. Ἔστι γὰρ οὐ πᾶς ἱερὸς, οὐδὲ πάντων, ὡς τὰ λόγιά φησιν, ἡ γνῶσις. Εἰ δὲ τὰς ἀπεμφαινούσας εἰκονογραφίας αἰτιάσοιτό τις, αἰδεῖσθαι λέγων ἀνατιθέναι τὰ οὕτως αἰσχρὰ μορφώματα ταῖς θεοειδέσι καὶ ἁγιωτάταις διακοσμήσεσιν· ἀπόχρη πρὸς αὐτὸν εἰπεῖν, ὡς διττός ἐστι τῆς ἱερᾶς ἐκφαντορίας ὁ τρόπος.

## § III.

Unum quidem, qui, ut par est, per similes sacrarum figurarum imagines procedit; alterum vero, qui per dissimiles efformationes ad omnimodam dissimilitudinem et discrepantiam effingitur. Denique venerandam superessentialis Deitatis beatitudinem, elucidantium eloquiorum mysticæ traditiones aliquando quidem ut Verbum et mentem, et substantiam laudant, convenientem Deo rationalitatem atque sapientiam ejus declarantes; nec non essentialiter essentem exsistentiam, et rerum exsistentiæ causam veram, atque instar lucis ipsam effingunt, et vitam appellant: cujusmodi figmenta sacra; cum quidem magis congrua sint, materialibusque figuris antecellere quodammodo videantur, attamen velut sic etiam a divinæ similitudinis veritate deficiunt; siquidem excedit omnem essentiam et vitam, neque ipsam ulla lux exprimit, omnisque ratio ac vita ab ejus similitudine incomparabiliter desciscit. Nonnunquam vero dissimilibus elucidationibus ab iisdem eloquiis supermundialiter celebratur, dum illam invisibilem [l], et infinitam [m] et incomprehensibilem [n] appellant, et ex quibus non quid est, sed quid non est significatur. Atque

C Ὁ μὲν, ὡς εἰκὼς, διὰ τῶν ὁμοίων προῒὼν ἱεροτύπων εἰκόνων· ὁ δὲ διὰ τῶν ἀνομοίων μορφοποιῶν εἰς τὸ παντελῶς [50] ἀπεικὸς καὶ ἀπεμφαῖνον πλαττόμενος. Ἀμέλει καὶ τὴν σεβασμίαν τῆς ὑπερουσίου θεαρχίας μακαριότητα τῶν ἐκφαντορικῶν λογίων αἱ μυστικαὶ παραδόσεις ποτὲ μὲν ὡς Λόγον καὶ νοῦν καὶ οὐσίαν ὑμνοῦσι, τὴν θεοπρεπῆ λογιότητα καὶ σοφίαν αὐτῆς δηλοῦσαι, καὶ ὄντως οὖσαν ὕπαρξιν, καὶ τῆς τῶν ὄντων ὑπάρξεως αἰτίαν ἀληθινὴν, καὶ [50] ὡς φῶς αὐτὴν ἀναπλάττουσι, καὶ ζωὴν ἀποκαλοῦσι· τῶν τοιούτων ἱερῶν ἀναπλασμάτων σεμνοτέρων μὲν ὄντων, καὶ τῶν προσύλων μορφώσεων ὑπερκεῖσθαί πως δοκούντων, ἀποδεόντων δὲ καὶ οὕτω τῆς θεαρχικῆς πρὸς ἀλήθειαν ἐμφερείας· ἔστι γὰρ ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν καὶ ζωὴν, οὐδενὸς μὲν αὐτὴν φωτὸς χαρακτηρίζοντος, παντὸς δὲ λόγου καὶ νοῦ τῆς ὁμοιότητος αὐτῆς ἀσυγκρίτως ἀπολειπομένων. Ποτὲ δὲ ταῖς ἀνομοίοις [51] ἐκφαντορίαις ὑπὸ τῶν αὐτῶν λογίων ὑπερκοσμίως ὑμνεῖται, ἀόρατον αὐτὴν, καὶ ἄπειρον, καὶ ἀχώρητον ἀποκαλούντων, καὶ τὰ ἐξ ὧν, οὐ τί ἐστιν, ἀλλὰ τί οὐκ ἔστι, σημαίνεται. Τοῦτο γὰρ, ὡς οἶμαι, καὶ κυριώτερόν ἐστιν ἐπ' αὐτῆς· ἐπείπερ, ὡς ἡ κρυφία καὶ ἡ ἱερατικὴ παράδοσις ὑφηγήσατο, τὸ μὲν οὐκ

[k] I Cor. VIII, 7. [l] I Tim. VI, 16. [m] Psal. CXLIV, 15. [n] Rom. XI, 33.

## VARIÆ LECTIONES.

[47] lege in nominandi casu, consensu exemplarium ἡ. [48] Ch. et D. ἀναγωγῶν. [49] τῶν εἰκόνων. [50] D. παντελές. [50'] Præponit Budæus ποτὲ δέ, quod nulli codices aut alii interpretes habent. [51] D. et Ch. addunt καί, sic, ποτὲ δὲ καὶ ταῖς ἀν.

εἶναι κατά τι τῶν ὄντων αὐτὴν ἀληθεύομεν, ἀγνοοῦμεν δὲ τὴν ὑπερούσιον αὐτῆς καὶ ἀνόητον καὶ ἄῤῥητον ἀοριστίαν. Εἰ τοίνυν αἱ μὲν ἀποφάσεις ἐπὶ τῶν θείων ἀληθεῖς, αἱ δὲ καταφάσεις ἀνάρμοστοι, τῇ κρυφιότητι τῶν ἀπορῥήτων οἰκειοτέρα μᾶλλόν ἐστιν ἐπὶ τῶν ἀοράτων ἡ διὰ τῶν ἀνομοίων ἀναπλάσεων ἐκφαντορία· τιμῶσι τοιγαροῦν [51], οὐκ αἴσχους ἀποπληροῦσι, τὰς οὐρανίους διακοσμήσεις καὶ αἱ τῶν λογίων ἱερογραφίαι, ταῖς ἀνομοίοις αὐτὰς μορφοποιΐαις ἐκφαίνουσαι, διὰ τούτων ἀποδεικνῦσαι τῶν ὑλικῶν ἁπάντων ὑπερκοσμίως ἐκβεβηκυίας [53]. Ὅτι δὲ καὶ τὸν ἡμέτερον [54] νοῦν ἀνάγουσι μᾶλλον αἱ ἀπεμφαίνουσαι τῶν ὁμοιοτήτων, οὐκ οἶμαί τινα τῶν εὐφρονούντων ἀντερεῖν· εἰς μὲν [53] γὰρ τὰς τιμιωτέρας ἱεροπλαστίας εἰκός ἐστι καὶ πλανηθῆναι [56], χρυσοειδεῖς [57] τινας οἰομένους εἶναι τὰς οὐρανίας οὐσίας, καὶ φωτοειδεῖς τινας ἄνδρας, καὶ ἐξαστράπτοντας, εὐπρεπεῖς, ἠμφιεσμένους ἐσθῆτα φανὴν [58], καὶ τὸ πυρῶδες ἀβλαβῶς ἀποστίλβοντας, καὶ ὅσοις ἄλλοις ὁμοιοτυπώτοις μορφαῖς [59] ἡ θεολογία τοὺς οὐρανίους ἐσχημάτισε νόας. Ὅπερ ἵνα μὴ πάθοιεν οἱ μηδὲν τῶν φαινομένων καλῶν ὑψηλότερον ἐννενοηκότες, ἡ τῶν ὁσίων θεολόγων ἀνατατικὴ σοφία καὶ πρὸς τὰς ἀπεμφαινούσας ἀνομοιότητας ἱερῶς κατάγεται, μὴ συγχωροῦσα τὸ πρόσυλον ἡμῶν, εἰς τὰς αἰσχρὰς εἰκόνας ἀπομένον ἐπαναπαύεσθαι· διανιστῶσα δὲ τὸ ἀνωφερὲς τῆς ψυχῆς, καὶ ὑπονύττουσα τῇ δυσμορφίᾳ τῶν συνθημάτων, ὡς μὴ θεμιτοῦ μηδὲ ἀληθοῦς [60] δοκοῦντος εἶναι, μηδὲ τοῖς ἄγαν προσύλοις, ὅτι τοῖς οὕτως αἰσχροῖς ἐμφερῆ πρὸς ἀλήθειάν ἐστι τὰ ὑπερουράνια καὶ θεῖα θεάματα. Ἄλλως τε καὶ τοῦτο ἐννοῆσαι χρὴ, τὸ μηδὲ ἓν τῶν ὄντων εἶναι καθόλου τῆς τοῦ καλοῦ μετουσίας ἐστερημένον, εἴπερ, ὡς ἡ τῶν λογίων ἀλήθειά φησι, *πάντα καλὰ λίαν*.

Quin et hoc sciendum, nihil eorum quæ exsistunt ut ait veritas, loquiorum *omnia bona valde* [o].

A hoc, ut arbitror, magis ipsi proprium est; nam, uti arcana illa sacerdotalisque traditio insinuavit, vere dicimus, eam non esse secundum quidquam eorum quæ sunt, licet ejus supercessentialem et invisibilem et ineffabilem infinitatem ignoremus. Cum ergo negationes in divinis veræ, affirmationes vero incongruæ sunt, arcanorum obscuritati magis propria est rerum invisibilium per dissimiles effictiones explanatio : siquidem condecorant, non dedecorant, cœlestes adornationes sacræ hujuscemodi eloquiorum descriptiones, dum dissimilibus eas formarum fictionibus explanant; his ipsis declarantes, ut rebus omnibus materialibus supermundialiter antecellant. Quod vero absonæ similitudines magis mentem nostram erigant, nemo, ut opinor, cordatus

B contradicet; **14** in nobilioribus enim formis effingendis credibile est errare aliquos, qui existiment esse naturas cœlestes specie quadam aurea, viros quosdam micantes, fulgore decoros, vestitu splendido amictos, igneum quiddam innoxie vibrantes, et quæcunque aliæ ejusmodi formæ sunt, quibus theologia cœlestes mentes figuravit. Quod quidem ne iis eveniat, qui nihil altius, quam illa pulchra et speciosa quæ apparent, mente complexi sunt, sanctorum theologorum sapientia, quæ sursum ducendi vim habet, ad dissimilitudines absonas sancte se dejicit, non permittens id, quod in nobis materiale est, illis indecoris imaginibus inhærendo

C tans et stimulans superiorem animæ portionem, tanquam nefas sit, et ne iis quidem, qui rebus terrenis valde affixi sunt, verisimile videatur, tam absurdis formis similia revera esse illa supracœlestia et divina, quæ in symbolis cum admiratione spectantur. penitus esse boni participatione privatum; cum, acquiescere; sed ipsa deformitate figurarum excita-

## § IV.

Ἔστιν οὖν ἐκ πάντων [61] ἐπινοῆσαι [62] καλὰς θεωρίας, καὶ τοῖς νοητοῖς τε καὶ νοεροῖς ἐκ τῶν ὑλαίων ἀναπλάσαι τὰς λεγομένας ἀνομοίους ὁμοιότητας, ἑτέρῳ τρόπῳ τῶν νοερῶν ἐχόντων, ἃ τοῖς αἰσθητοῖς ἑτεροίως ἀπονενέμηται. Καὶ γὰρ ὁ θυμὸς τοῖς μὲν ἀλόγοις ἐξ ἐμπαθοῦς ὁρμῆς ἐγγίνεται, καὶ πάσης ἀλογίας ἐστὶν ἀνάπλεως ἡ θυμοειδὴς αὐτῶν κίνησις· ἀλλ' ἐπὶ τῶν νοερῶν ἑτέρῳ τρόπῳ χρὴ τὸ θυμικὸν ἐννοῆσαι, δηλοῦν, ὡς οἶμαι, τὴν ἀῤῥενωπὸν αὐτῶν λογιότητα, καὶ τὴν ἀμείλικτον ἕξιν ἐν ταῖς θεοειδέσι καὶ ἀμεταβόλοις ἱδρύσεσιν. Ὡσαύτως ἐπιθυμίαν μὲν εἶναί φαμεν, ἐπὶ τῶν ἀλόγων ἀπερίσκεπτόν τινα καὶ πρόσυ-

Est igitur ex omnibus capere bonas contemplationes; quia et viris intelligentibus ac spiritalibus licet jam dictas dissimilitudines ex rebus materialibus efformare; cum res spiritales alio ipsas modo habeant, quam rebus sensibilibus attributæ sint.

D Siquidem affectus iræ creaturis irrationalibus ex impetu passionis ingeneratur, atque omni irrationalitate plenus est irascibilis eorum motus : sed in rebus spiritalibus aliter oportet vim irascibilem considerare, ut videlicet significet masculam earum rationem, immutabilemque statum in deiformibus istis immobilibusque sedibus firmatum. Similiter

[o] Gen. I, 31.

### VARIÆ LECTIONES.

[51] M. antiquissimus liber, et Sc. καὶ νῦν τοιγαροῦν. [53] γρ. ἀναβεβηκυίας. [54] B. ἔτι δὲ καὶ ὡς τὸν ἡμέτερον. Cum pro ὅτι hic liber haberet ἔτι, ea depravatio fecit, ut ὡς addiderit Budæus, ut orationis καταλληλότης constaret. [55] μέν D. non habet, nec certe aliquid sequitur quod respondeat. [56] ἀποπλανηθῆναι, Ch. [57] Hæc verba desunt in Ch. ut quod sequitur. C. sive καὶ φωτοειδεῖς, nec posteriora vertit Scotus. [58] φαεινὴν, D. P. ἐσθῆτ' ἀφανῆ, M. [59] Ch. καὶ ὅσαις ἄλλαις, καὶ ὅσοις ἄλλοις ὁμοιοτυπωτοις κάλλεσιν ἡ D. P. et in margine M. [60] D. μήτε θεμιτοῦ, μήτε ἀληθοῦς. P. μήτε θεμιτοῦ, μηδὲ ἀληθοῦς. [61] addit Ch. et P. τούτων. [62] γρ. ἐννοῆσαι.

concupiscentiam in brutis esse dicimus inconsideratam, et ad aliquid materiale rerum mutabilium, ex insita propensione, vel consuetudine impotenter ingenitam affectionem, et irrationalem corporis appetitus prædominationem, qui totum animal impellit ad id quod sensu concupiscibile exsistit. Quando itaque dissimiles similitudines rebus spiritalibus attribuentes, concupiscentiam ipsis affingemus, divinus amor intelligendus, qui intellectu rationeque superiorem amet immaterialitatem, stabileque sit ac constans desiderium superessentialiter puræ ac impassibilis contemplationis et communionis veræ sempiternæ ac spiritalis, sublimissimæ purissimæque claritatis, et infallibilis pulchrificæque **15** venustatis. Et impotentiam accipiamus infractam animi contentionem, quæ a nemine valeat conquassari, propter impermistum et immutabilem divinæ pulchritudinis amorem, atque totalem in id quod vere appetendum est, propensionem. Quin et ipsammet irrationalitatem et insensibilitatem in brutis quidem animantibus, vel materiis inanimatis, rationis ac sensus proprie privationem nuncupamus; in immaterialibus vero ac spiritalibus naturis, eminentiam ipsarum (utpote supermundialium) sermonem nostrum transeuntem, ac corporalem, et materialem, ab incorporearum istarum mentium sensu alienum, sacro prorsus modo transcendere profitemur. Licet itaque non incongruas rebus cœlestibus, etiam ex vilissimis materiæ partibus formas effingere; cum et ipsa, etiam ab eo qui vere pulcher est exsistens, per omnem sui materialem dispositionem vestigia quædam intellectualis habeat venustatis; fierique possit, ut per ea ad immateriales formas primitivas adducamur, dissimiliter, ut dictum est, similitudines accipiendo, et easdem non eodem modo sed congrue ac proprie spiritales ac sensibiles proprietates distinguendo.

A λον, ἐξ ἐμφύτου κινήσεως, ἢ συνηθείας ἐν τοῖς ἀλλοιωτοῖς ἀκρατῶς ἐγγινομένην προσπάθειαν, καὶ τὴν ἄλογον τῆς σωματικῆς ὀρέξεως ἐπικράτειαν, ἅπαν τὸ ζῶον ὠθούσης ἐπὶ τὸ κατ' αἴσθησιν ἐπιθυμητόν. Ὅταν δὲ, τὰς ἀνομοίους ὁμοιότητας τοῖς νοεροῖς περιτιθέντες, ἐπιθυμίαν αὐτοῖς περιπλάσωμεν, ἔρωτα θεῖον αὐτὴν ἐννοῆσαι [63] χρὴ τῆς ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν ἀϋλίας, καὶ τὴν ἀκλινῆ καὶ ἀνένδοτον ἕφεσιν τῆς ὑπερουσίως ἁγνῆς καὶ ἀπαθοῦς θεωρίας, καὶ τῆς πρὸς ἐκείνην τὴν καθαρὰν καὶ ἀκροτάτην διαύγειαν, καὶ τὴν ἁπλανῆ [64] καὶ καλλδποιὸν εὐπρέπειαν αἰωνίας ὄντως καὶ νοητῆς κοινωνίας. Καὶ τὸ ἀκρατὲς ἐκλάβοιμεν ἐπὶ τοῦ συντόνου καὶ ἀνεπιστρόφου, καὶ πρὸς μηδενὸς ἐκκόπτεσθαι [65] δυναμένου, διὰ τὸν ἀμιγῆ καὶ ἀναλλοίωτον τῆς θείας καλλονῆς ἔρωτα, καὶ τὴν ὁλικὴν ἀπόκλισιν ἐπὶ τὸ ὄντως ἐφετόν. Ἀλλὰ καὶ αὐτὴν τὴν ἀλογίαν τε καὶ ἀναισθησίαν ἐπὶ μὲν τῶν ἀλόγων ζώων, ἢ τῶν ἀψύχων ὑλῶν, στέρησιν λόγου καὶ αἰσθήσεως οἰκείως ἀποκαλοῦμεν· ἐπὶ δὲ τῶν ἀΰλων καὶ νοερῶν οὐσιῶν, ἁγιοπρεπῶς τὸ ὑπερέχον αὐτῶν, ὡς ὑπερκοσμίων, ὁμολογοῦμεν τοῦ καθ' ἡμᾶς μεταβατικοῦ καὶ σωματικοῦ λόγου, καὶ τῆς ὑλαίας καὶ ἀλλοτρίας τῶν ἀσωμάτων νόων αἰσθήσεως. Ἔστι τοιγαροῦν οὐκ ἀπᾳδούσας ἀναπλάσαι τοῖς οὐρανίοις μορφὰς, κἀκ τῶν ἀτιμοτάτων τῆς ὕλης μερῶν, ἐπεὶ καὶ αὐτὴ, πρὸς τοῦ ὄντως καλοῦ τὴν ὕπαρξιν ἐσχηκυῖα, κατὰ πᾶσαν αὐτῆς τὴν ὑλαίαν διακόσμησιν ἀπηχήματά τινα τῆς νοερᾶς εὐπρεπείας ἔχει· καὶ δυνατόν ἐστι δι' αὐτῶν ἀνάγεσθαι πρὸς τὰς ἀΰλους ἀρχετυπίας, ἀνομοίως, ὡς εἴρηται, τῶν ὁμοιοτήτων ἐκλαμβανομένων, καὶ τῶν αὐτῶν οὐ ταὐτῶς, ἐναρμονίως δὲ καὶ οἰκείως ἐπὶ τῶν νοερῶν τε καὶ αἰσθητῶν ἰδιοτήτων ὁριζομένων.

B

C

## § V.

Hæc mysticos theologos non solis cœlestium dispositionum explanationibus, verum etiam ipsismet Dei-principalibus elucidationibus rite accommodasse reperiemus. Et aliquando quidem Divinitatem ipsam a luminibus speciosis concelebrant, quasi Solem justitiæ [p], quasi stellam matutinam menti sacratius oborientem, quasi lucem aperte et intelligibiliter radiantem [q]; quandoque vero a rebus mediis, quasi ignem innoxie micantem [r], quasi aquam vitalis plenitudinis collatricem, et symbolice loquendo, ventrem subintrantem [s], fluminaque perpetim fluentia scaturientem: nonnunquam etiam ab infimis, quasi fragrans unguentum [t], quasi lapidem angularem [u]. Quin etiam ferina eam forma circumdant, et leonis ac pantheræ proprietatem

Ταῦτα τοὺς μυστικοὺς θεολόγους εὑρήσομεν οὐ μόναις ταῖς τῶν οὐρανίων διακόσμων ἐκφάνσεσιν ἱερῶς περιπλάττοντας, ἀλλὰ καὶ αὐταῖς ἔσθ' ὅτε ταῖς θεαρχικαῖς ἐκφαντορίαις. Καὶ ποτὲ μὲν αὐτὴν ἀπὸ τῶν φαινομένων τιμίων ὑμνοῦσιν, ὡς ἥλιον δικαιοσύνης, ὡς ἀστέρα τὸν ἑῷον εἰς [66] νοῦν ἱερῶς ἀνατέλλοντα, καὶ ὡς φῶς ἀπερικαλύπτως καὶ νοητῶς καταυγάζον· ποτὲ δὲ ἀπὸ τῶν μέσων, ὡς πῦρ ἀβλαβῶς φωτίζον, ὡς ὕδωρ ζωτικῆς ἀποπληρώσεως χορηγὸν, καὶ συμβολικῶς εἰπεῖν, εἰς γαστέρα διαδυόμενον, καὶ ποταμοὺς ἀναβλύζον ἀσχέτως ἀπορρέοντας· ποτὲ δὲ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων, ὡς μύρον εὐῶδες, ὡς λίθον ἀκρογωνιαῖον. Ἀλλὰ καὶ θηριομορφίαν αὐτῇ περιτιθέασι, καὶ λέοντος αὐτῇ καὶ πάνθηρος ἰδιότητα περιάπτουσι, καὶ πάρδαλιν αὐτὴν ἔσεσθαί φασι, καὶ ἄρκτον ἀπορου-

[p] Malach. IV, 2. [q] Apoc. XXII, 16. [r] Exod. III, 2. [s] Joan. VII, 38. [t] Cant. I, 2. [u] Ephes. II, 20

### VARIÆ LECTIONES.

[63] M. non habet αὐτὴν, nec quod sequitur, λόγον καὶ. [64] M. et Sc. ἀφανῆ. at Ch. ἁπλανῆ καὶ θείαν εὐπρεπ. [65] Ch. D. S. P. ἐγκόπτεσθαι. [66] γρ. ὡς.

μένην. Προσθήσω δὲ καὶ τὸ πάντων ἀτιμότερον εἶναι, καὶ μᾶλλον ἀπεμφαίνειν δοκοῦν, ὅτι καὶ σκώληκος εἶδος αὐτὴν ἑαυτῇ περιπλάττουσαν, οἱ τὰ θεῖα δεινοὶ παραδεδώκασιν. Οὕτω πάντες οἱ θεόσοφοι, καὶ τῆς κρυφίας ἐπιπνοίας ὑποφῆται, τῶν ἀτελέστων καὶ ἀνιέρων ἀχράντως [67] ἀποδιαστέλλουσι τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, καὶ τὴν ἀνόμοιον ἱεροπλαστίαν πρεσβεύουσιν, ὡς μήτε τὰ θεῖα τοῖς βεβήλοις εὐχείρωτα εἶναι, μήτε τοὺς τῶν ἱερῶν ἀγαλμάτων φιλοθεάμονας, ὡς ἀληθέσιν ἐναπομεῖναι [68] τοῖς τύποις· καὶ ὥστε τὰ θεῖα τιμᾶσθαι ταῖς ἀληθέσιν ἀποφάσεσι, καὶ ταῖς πρὸς τὰ ἔσχατα τῶν οἰκείων ἀπηχημάτων ἑτερόταις ἀφομοιώσεσιν. Οὐδὲν οὖν ἄτοπον, εἰ καὶ τὰς οὐρανίας οὐσίας ἐκ τῶν ἀπεμφαινουσῶν ἀνομοίων ὁμοιοτήτων ἀναπλάττουσι, κατὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας· οὐ γὰρ [69] ἂν ἴσως οὐδὲ ἡμεῖς, εἰς ζήτησιν μὲν ἐξ ἀπορίας, εἰς ἀναγωγὴν [70] δὲ διὰ τῆς ἀκριβοῦς τῶν ἱερῶν ἐρεύνης ἐληλύθειμεν, εἰ μὴ τὸ δυσειδὲς ἡμᾶς ἐξετάραξε τῆς τῶν ἀγγέλων ἐκφαντικῆς ἀναπλάσεως, οὐκ ἐῶν ἡμῶν τὸν νοῦν ἐναπομεῖναι ταῖς ἀπᾳδούσαις μορφοποιίαις, ἀλλ' ἐρεθίζον ἀπαναίνεσθαι τὰς ὑλικὰς προσπαθείας, καὶ προσεθίζον ἱερῶς ἀνατείνεσθαι διὰ τῶν φαινομένων ἐπὶ τὰς ὑπερκοσμίους ἀναγωγάς. Τοσαῦτα μὲν ἡμῖν εἰρήσθω διὰ τὰς ὑλικὰς καὶ ἀπεμφαινούσας τῶν ἱερῶν λογίων ἀγγελοειδεῖς εἰκονογραφίας· ἑξῆς δὲ ἀφορίσασθαι χρὴ, τί μὲν αὐτὴν εἶναι τὴν ἱεραρχίαν οἰόμεθα· τί δὲ πρὸς αὐτῆς ἱεραρχίας ὀνίνασθαι τοὺς ἱεραρχίαν κεκληρωμένους. Ἡγήσοιτο δὲ τοῦ λόγου Χριστὸς, εἴπερ ἐμοὶ θέμις εἰπεῖν, ὁ ἐμὸς, ἡ πάσης ἱεραρχικῆς ἐκφαντορίας ἐπίπνοια! Σὺ δὲ, ὦ παῖ, κατὰ τὴν ὁσίαν τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχικῆς παραδόσεως θεσμοθεσίαν, αὐτός τε ἱεροπρεπῶς ἄκουε τῶν ἱερῶς λεγομένων ἔνθεος ἐνθέων ἐν μυήσει γινόμενος, καὶ τῇ κατὰ νοῦν κρυφιότητι τὰ ἅγια περιστείλας ἐκ τῆς ἀνιέρου πληθύος, ὡς ἐνοειδῆ διαφύλαξον· οὐ γὰρ θεμιτὸν, ὡς τὰ λόγιά φησιν, εἰς βόας ἀποῤῥῖψαι τὴν τῶν νοητῶν μαργαριτῶν ἀμιγῆ καὶ φωτοειδῆ καὶ καλλοποιὸν εὐκοσμίαν.

accommodant, et pardum fore aiunt ursumque orbum catulis ferocientem [v]. Addam etiam quod abjectissimum omnium absurdissimumque videtur: nam et vermis speciem ipsam sibi affinxisse [x], divinorum periti tradiderunt. Sic omnes divina sapientes, et occultæ inspirationis interpretes, a rebus imperfectis profanisque Sancta sanctorum intemerate secernunt, nec non dissimilem illam sacram deprædicant effictionem, ut nec immundis divina sint obvia, neque studiosi divinarum **16** figurarum contemplatores formis istis tanquam veris immorentur; et ut res divinæ cum verissimis negationibus, tum diversis a rebus infimis propriorum vestigiorum similitudinibus celebrentur. Nequaquam igitur absurdum, si naturas illas cœlestes, ob dictas causas, discrepantium dissimilitudinum similitudinibus efforment: nam neque nos fortassis ad indagandum dubitando, ad anagogem (quæ ad cœlestia nos ducit) per accuratam rerum sacrarum perscrutationem venissemus, nisi nos deformitas explanatoriæ fictionis angelorum perculisset; quæ minime sinebat mentem nostram absonis istis efformationibus immorari, sed eam excitabat ad omnes materiales affectiones deserendas, et assuefaciebat sancte ex iis quæ apparent, ad supermundiales anagogias seu ascensus aspirare. Hæc a nobis dicta sint propter materiales illas ac dissimiles, quæ in sacris eloquiis habentur, angelorum delineationes: deinceps vero definiendum, quid ipsammet hierarchiam esse arbitremur, quidque consortes ejus ex ipsa capiant emolumenti. Sit autem dux verbi Christus (si mihi fas sit dicere) mens, qui universam illam hierarchicam inspiret elucidationem. Tu vero, fili, juxta sanctam hierarchicæ nostræ traditionis sanctionem, prout sancta decet, audi quæ sacrosancte proferuntur, ipsemet divinus divina doctrina factus, atque animi secreto sancta recondens, tanquam uniformia, a profana multitudine conserva; neque enim fas est, ut Eloquia testantur [y], porcis projicere spiritalium margaritarum purum illum, ac lucidum pulchrificumque adornatum.

---

## ADNOTATIONES CORDERII.

Cum primo capite docuerit, nos per signa sensibilia in spiritualium rerum notitiam devenire; apte jam subjungit, res cœlestes ac divinas in Scripturis dissimilibus signis ac figuris explicari, cum per propriam similitudinem ac speciem a nobis in hac vita cognosci nequeant.

§ I. Ac primum quidem facit Operis sui distributionem, et quid in præsenti tractatu spectet, exponit, et caute monet, nos per effictas angelorum formas ad eorumdem simplicem naturam contemplandam adduci oportere, ut, cum Scriptura, verbi gratia, tribuit angelo formam effictam aquilæ, sciamus, per hanc formationem aquilæ, quæ non simplicis naturæ sed compositæ est, nos ad quid simplex in angelo intelligendum revocari; scilicet revocamur ad intelligendum esse in angelis aciem quamdam acutissimam spiritalis et sublimis perspicientiæ: atque id quidem necesse est scire, ne nobis eveniat quod vulgo, ut existimemus forte habere angelos pedes, facies, alas, et similiter in aliis formis effictis, per quas Scriptura nos ad ascensum anagogicum nobis accommodatum invitat.

*Poeticis sancte fictionibus.* Hinc patet omnem theologiam symbolicam habere aliquid effictum, sive illud sit in sermonibus, sive in nominibus, sive etiam in formis sensui subjectis. Maxime vero proprium

[v] Osee XIII, 7. [x] Psal. XXI, 7. [y] Matth. VII, 6.

### VARIÆ LECTIONES.

[67] M. ἀχράντων. [68] M. ἀπομεῖναι. [69] Ch. D. P. οὐδὲ γὰρ. [70] M. ἀγωγήν.

est theologiæ symbolicæ, quæ in iis quæ sensu percipiuntur versatur, formas ex animalibus, quæ cernuntur, aut ex eorum partibus effingere **17** et induere. Neque solum ex talibus, sed ex coloribus omnis generis. Quæ omnia verus ille theologus Dionysius uno verbo *divina visa* appellavit, distinguens ea a profanis et fortuitis visis. Tribus autem modis potissimum in prophetis et aliis beatis theologia symbolica declaratur, scilicet aut formatione rei cadentis sub sensum visus, aut sub sensum auriun, aut translatione verbi significantis aliquid spirituale. Vide hæc fusius apud Cyparissiotam, Decad. I, cap. 6.

§ II. Ne fallamur, monet figuras illas angelis esse dissimiles; et occurrit aliquorum objectioni, putantium nobiliores iis formas affingi debuisse et ostendit, per viles istas figuras non solum nostræ conditioni, sed etiam angelorum honori melius consultum esse, ut dum sacris et arcanis istis ænigmatibus obteguntur, non pateat vulgo aditus ad sacram illam divinarum mentium veritatem. Maxime vero proprium est theologiæ symbolicæ, quæ in iis quæ sensu percipiuntur, versatur, formas ex animalibus quæ cernunt, aut ex eorum partibus effingere, et induere, neque solum ex talibus, sed ex coloribus omnis generis, quæ omnia verus ille theologus Dionysius c. 1 *De divinis nominibus* uno verbo *divina visa* appellavit, distinguens ea a profanis et a fortuitis visis.

*Neque nos humi repentibus imaginum vilitatibus tenacius affigeremur.* Ex his patet, non oportere nos hærere in symbolice effictis formis, quomodocunque effingantur sive in specie sub sensum cadente, sive in vocabulis quæ videntur habere multum absoni et absurdi, sed potius omni studio ad sublimiores cogitationes recurrendum. Qui enim, inquit Basilius, ad celsiores notiones ex verbis non ascendit, sed in ipsis delineationibus corporum, verborum compositione factis, residet, audiet ex Moyse, Deum esse ignem [z] et a Daniele sapiente ad alias opiniones detorquebitur [a]: ita fiet, ut non solum falsas cogitationes, sed inter se pugnantes, ex ipsis rebus colligat.

Ibidem. *Duplicem esse sacræ illius manifestationis modum.* Ex his efficitur, inquit Cyparissiota, Decad. II, cap. 1, duplicem esse theologiam demonstrativam. Unam, quæ affirmanter et ex effectis inducitur; alteram quæ neganter et privative. Et illa quidem ex similibus formis effictis, hæc ex dissimilibus. Hoc tamen in affirmativa theologia cernitur, ipsam etiam per formas factas in Scriptura sacra progredi, honestius tamen quam per ea quæ symbolice dicta sunt in utrôque genere formationum, quas Patres vocarunt προσύλους, nos dicamus *terrenas*, quatenus etsi altera pars theologiæ, scilicet symbolicæ, in verbis translatis et adumbratis pergit, multum tamen absoni et dissentanei in eis apparet.

§ III. Docet duplicem esse sacræ illius mysticæ manifestationis modum. Duobus enim modis, inquit Maximus, laudatur Deus, aut tanquam similis omnibus (omnia enim in ipso consistunt), aut tanquam dissimilis (nihil est enim eorum quæ sunt). Exponit deinde Dionysius, quomodo formentur isti modi nominandi Deum per similia, ut cum dicitur Deus in Scriptura Verbum, et mens, et cætera similia: cum dicit autem τὴν θεοπρεπῆ λογιότητα, id est *convenientem Deo rationalitatem*, significat, Deum non dici rationalem tanquam participem rationis, sed quod sit totus ipsa per se subsistens ratio. Vide dicta Observatione 8 et 9. Dissimilia vero vocat ea quæ per negationem de Deo dicuntur, et non quid sit, sed quid non sit, declarant. Vide ibidem supra Observat. 8. Hæc enim, inquit Nyssenus, est notionis ejus maxime propria nota, naturam ejus esse supra omnem notam notionis designatricem. Quare cum negationes magis proprie Deo conveniant quam affirmationes, recte concludit sanctus Dionysius, descriptiones illas mysticas convenientius fieri per formas dissimiles, quam per similes; utpote anagogicæ adductioni magis aptas, et deceptioni minus obnoxias.

*Cum ergo negationes in divinis veræ, affirmationes vero incongruæ sint.* Nota ex divo Thoma in I *Sent.*, distinct. 22, quæst. 1, artic. 2, quod cum in nomine duo sint, scilicet modus significandi, et res ipsa significata, semper secundum alterum possit removeri a Deo, vel secundum utrumque, sed non possit affirmari de Deo, nisi secundum alterum tantum. Cum itaque ad veritatem et proprietatem affirmationis requiratur, ut totum affirmetur, ad proprietatem autem negationis sufficiat, si alterum tantum desit, ideo dicit Dionysius, quod negationes sint absolute veræ, sed affirmationes nonnisi secundum quid. Quia quantum ad significatum tantum, et non quantum ad modum significandi. Unde bene observat idem divus Thomas in *Quæstionibus disputatis*, quæst. 7, artic. 5, sanctum Dionysium ita dicere negationes in Deo esse veras, ut tamen non asserat affirmationes esse falsas, sed incongruas. Quantum enim ad rem significatam Deo vere tribuuntur, quæ in Deo aliquo modo est, sed quantum ad modum quem significant, de Deo negari possunt. Quodlibet enim istorum nominum, secundum nostrum modum concipiendi, significat aliquam formam definitam, et sic Deo non attribuuntur, **18** et ideo de ipso negari possunt, quia ei non conveniunt per modum qui significatur, sive secundum quod sunt in intellectu nostro. Deo enim conveniunt modo sublimiori. Unde affirmatio incongrua dicitur, quasi non omnino ipsi congruens, propter diversum modum, et ideo secundum doctrinam Dionysii, tripliciter ista de Deo enuntiantur. Primo quidem affirmative, ut dicamus, *Deus est sapiens*, quia nimirum in ipso est prototypon sapientiæ ab ipso fluentis. Quia tamen in ipso non est sapientia, qualem nos concipimus et nominamus, potest vere negari, ut dicatur, *Deus non est sapiens*, scilicet, secundum sapientiam a nobis intellectam. Rursum, quia sapientia non negatur de Deo, quasi ipse deficiat a sapientia, sed quia supereminentius est in ipso, quam dicatur aut intelligatur; ideo dicendum, *Deus est supersapiens*. Et sic per triplicem istum modum loquendi, Dionysius perfecte explicat qualiter ista Deo attribuantur. Vide caput 2 et 3 *De divinis nominibus*, et cap. 1 *Myst. theologiæ* et observationes nostras generales, præsertim V et VIII.

Ibid. *Arcanorum obscuritati magis propria est rerum invisibilium per dissimiles effictiones explanatio*, etc. Hisce conformiter Hugo de Sancto Victore sic ait: Non solum ideo dissimiles figurationes probabiles sunt, quod supermundialium excellentias ostendunt; sed ideo etiam, quod nostrum animum magis quam similes figurationes a materialibus et corporalibus reducunt, neque in se quiescere sinunt. Cujus rei ratio est, quod quælibet res creatæ, quantumcunque perfectæ, infinito quodam intervallo a Deo distent, ut qui illas absque ulla proportione superet: quamobrem magis perfecta est illa de Deo notitia, quæ istiusmodi omnes perfectiones de Deo negando, tradit quid Deus non sit, quam quæ illas affirmando per tam exiles perfectiones, conatur nobis explicare quid sit Deus. Cum igitur ad habendam de Deo cognitionem negativam, dissimiles figurationes aptiores sint similibus (eo quod dissimilitudo neget, similitudo vero affirmet) ex mente sancti Dionysii, ad veram Dei cognitionem, quæ in hac vita obscura est, acquirendam, magis propria et accommodatior est illa per dissimiles effictiones explanatio. Hoc ipsum fusius probans in sequentibus, et *Mysticæ theologiæ* studioso, quasi manum in hac via, ne cespitet, porrigens, ostendit,

[z] Deut. IV. [a] Dan. X.

istiusmodi dissimiles et contrarias loquendi formulas magnam vim habere ad animum nostrum exstimulandum, ne hæreat in rebus materialibus ac sensibilibus, sed quanto illas viderit magis absonas, ac rebus divinis minus proportionatas, tanto promptus sese a formis istis expediat, et totum transferat ad intelligentiam mere spiritalem ac divinam. Neque vero solum aptiores, sed etiam securiores esse significat istiusmodi absonas similitudines; siquidem illæ similitudines dum quodammodo probabiles videntur, non sine periculo aliquo circa se occupant ac detinent intellectum nostrum; neque ad id quod spiritale atque intelligibile est, eum libere transire permittunt, quo directe una cum affectu illico tendendum erat. Unde *in nobilioribus*, inquit sanctus Dionysius, *formis effingendis credibile est errare aliquos qui existiment esse naturas cœlestes specie quadam aurea*, etc., dum nimirum audiunt angelos describi tanquam juvenes aurea, fulgurea, candidaque veste micantes, etc., periculum est ne errent, istiusmodi quid in angelis vere inesse existimantes. *Quod*, inquit, *ne iis eveniat, qui nihil altius quam illa pulchra et speciosa quæ apparent, mente complexi sunt, sanctorum theologorum sapientia, quæ sursum ducendi vim habet, ad dissimilitudines absonas sancte se dejicit, non permittens id quod in nobis materiale est, illis indecoris imaginibus inhærendo acquiescere.* Huic igitur incommodo prudenter occurrit mystica theologia per formas illas imperfectas et improprias, absonasque, quæ continuo exstimulant animum ad spiritalem quæ illis subest intelligentiam indagandam. Dum enim nobis non satisfacimus istiusmodi de Deo angelisve audiendo aut concipiendo, simul intelligimus, nihil rerum sensibilium rei intelligibilis atque invisibilis perfectionem repræsentando assequi ullo modo posse, atque adeo omnes hujuscemodi comparationes ac repræsentationes ad hoc assumi, ut nobis potius significent quid non sit, quam quid sit; mentem illico nostram a rebus materialibus avocare assuescimus; et ad mysticam theologiam optime nos comparamus, quando res invisibiles et intelligibiles non erronee per visionem aut intelligentiam, sed vere per visionis intellectionisque vacuitatem attingere conamur; dum post moderatam, quæ nobis permissa sit, rerum cœlestium scrutationem (ubi præ tanta lucis earum magnitudine, illi directe obtueri minime valentes, caligare cœperimus) intellectum demum nostrum in obsequium Dei ac fidei captivamus, vere hoc intelligentes et sentientes, res istas longe sublimiores ac præstantiores esse, quam ut a nobis concipi aut intelligi ullo modo possint quid sint.

Ad pleniorem primariæ difficultatis, quæ hoc capite mota est, resolutionem, **19** scilicet, utrum spiritualia ac divina verius atque convenientius designentur per negativa et dissimilia, quam per affirmativa et nobiliora, notandum hic breviter, et respondendum cum Dionysio Carthusiano, nimirum, directe quidem, et quantum ex natura rei, atque ex parte objecti et medii, per affirmativa et nobiliora, verius, clarius atque eminentius immaterialia divina cognosci; sed ex parte imbecillitatis et tenuitatis ingenii nostri, atque adeo indirecte, contingere oppositum. Nostra quippe cognitio ab imperfectioribus ad perfectiora paulatim procedit, et ad errandum prochyis est : idcirco in primis facilius capimus quid Deus et mentes illæ deiformes non sint, quam quid sint. Unde lib. III *De anima* dicit Aristoteles, quod simplicium intelligentia seu cognitio fit per negationem ; facilius enim apprehendimus, quod Deus et angeli non sint extensive magni aut parvi, figurati aut circumscripti, colorati aut sensibiliter lucidi, quam quid sit illa ipsorum simplicitas, aut qualiter terminetur essentia angeli in se aut in loco, ita quod cum sit in aliquo spatio loci, non sit in toto spatio universi.

Insuper, cum multi se super sensum et imaginationem et super cuncta materialia elevare non valeant, facile induci possent ad existimandum, quod Deus et substantiæ separatæ sint quædam materialia entia splendidissima et speciosissima, aut corporea lumina; ad quod vitandum, aptius describuntur interdum per viliora, quæ clarum est ipsis substantialiter minime convenire. Cognitio tamen per affirmativa et digniora, per similiora et propinquiora in se perfectior est ac magis distincta, imo vicinior perfectæ notitiæ rei per speciem. Nec obstat quod sanctus Dionysius lib. *De mystica theologia* doceat, perfectissimam Dei contemplationem in præsenti vita esse illam, qua ei unimur tanquam prorsus ignoto, et in qua omnia ab ipso auferuntur. Hoc etenim contingit ex parte nostri, et quia hoc ipsum quod vere Deo convenit, et quod affirmative de ipso concipimus, competit ei in infinitum excellentius atque perfectius, quam intelligere valeamus. Sicque illa ab ipso auferimus et negamus, non simpliciter et absolute, quantum ad id quod in sua natura sunt, sed quo ad modum quo illa capere possumus in hac vita, prout superius diximus, et infra etiam libris sequentibus hæc fusius exponentur.

§ IV. Ex omnibus ait bonas contemplationes eliciendas esse ; et simul explicat, quomodo passiones iræ, concupiscentiæ, et similes, cum de angelis dicuntur, accipiendæ sint.

§ V. Ostendit non solum angelos, sed etiam Deum ipsum in Scripturis partim a rebus nobilissimis, ut solem; partim a mediis, ut ignem; partim a vilissimis, ut vermem, denominari : per hæc autem fere Christum intelligit; et in sole alludit ad Malachiæ cap. IV, 2; Sapientiæ V, 6; Isaiæ LX, 1, ubi dicitur : *Orietur vobis Sol justitiæ :* in stella alludit ad Numerorum cap. XXIV, ubi dicitur : *Orietur stella ex Jacob*, Christus scilicet, ut stella et sol nos illuminans et inflammans, omnique gratia lætificans, et in cœlum deducens. In luce alludit ad Joannis I : *Erat lux vera :* vide dicta præcedenti capite. In igne alludit ad Exodi cap. III, ubi Moyses vidit rubum ardentem innoxio igne, designans, Christum Divinitatis igne Virginem matrem in conceptione et nativitate illustraturum, virginitatis flore minime læso. In aqua alludit ad Joannis cap. VII, 37, ubi Christus ait : *Si quis sitit, veniat ad me, et bibat*, id est, doctrinam et spiritum evangelicum hauriat; *et flumina*, id est, plurima copia aquæ vivæ, id est, gratiæ et donorum Spiritus sancti, *fluent de ventre ejus*, id est, de corde et mente, quæ quasi venter est animæ : fluent, inquam, per actus virtutum, operationes et effectus gratiæ, quibus se non tantum juvet, sed et alios. In unguento alludit ad Canticorum I : *Unguentum effusum nomen tuum.* In lapide, ad Ephes. II, 20, ubi Christus angularis lapis dicitur, ut qui Ecclesiæ structuram totam continet et complectitur. In leone, pardo, ursa, alludit ad Osee c. XIII, 7 : *Et ego ero eis quasi leæna, sicut pardus in via Assyriorum. Occurram eis quasi ursa raptis catulis.* In vermе alludit ad Psal. XXI : *Ego autem sum vermis*, propter carnis humilitatem, et exinanitionem in passione : quæ omnia ad ascensum anagogicum conducunt.

—

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (8).

§ I. Πρέπει τοιγαροῦν, ὡς ὑπολαμβάνω (διστακτικῶς οὐ' ἀσφάλειαν, ἢ καὶ βεβαιωτικῶς, τὸ οἶμαι κατὰ τοὺς

§ I. Expedit utique, meo judicio (dubitanter accipiens propter securitatem, vel etiam affirman-

(8) Vide Scholia S. Maximi, tom. II, cap. 2.

ter, verbum οἶμαι secundum veteres) primum exponere, quem universæ tam terrestris quam cœlestis hierarchiæ scopum arbitremur (*arbitremur* **20** autem dixit, pro sua philosophica vel potius Deo amica modestia); quidve prosit quælibet hierarchiarum (sive cœlestem dixeris, sive nostram) sui initiatoribus initiativve : deinde vero dicendum de cœlestibus hierarchiis, juxta illam, quam de iis in sacris litteris habemus manifestationem atque explanationem. De illis autem loquens, utitur verbo ὑμνῆσαι ; quia de re bona loqui, hymnus sive laus boni est ; sicut de re prava verba facere, vituperium est mali. De angelicis itaque divinisque virtutibus verba facere, idem est atque eas laudare. Ad hæc dicendum , quibus formis sacræ Scripturæ cœlestes ordines figurant ; et ad qualem simplicitatem per eas formas quæ effinguntur, revocemur : verbi gratia, nominamus forte aquilam, compositum aliquod dicimus, mente vero per visus acumen et excellentiam ad simplicitatem adducimur. Quando enim quis loquitur, ut intelligamus, omnino sermones adhibet : cum autem id quod dicitur intellectum fuerit, simplex in mente cognitio exsistit; maxime si simplicia formæque expertia sint, de quibus loquimur. Si enim res sensiles ita per simplicem aliquem conceptum intelligimus, quanto magis res spirituales? Quare porro quærimus, ut ad simplicitatem adducamur? ut non accidat nobis, quod vulgo res sacras profano modo intelligenti ; nec putemus cœlestes illas virtutes multos pedes et multas facies habere, et ad pecudum ferarumve formas efformatas, vel aquilarum speciem præ se ferre, aut volucrum plumescentiam, quemadmodum in Ezechiele reperitur; et ne cogitemus rotas quasdam igneas supra cœlum, et sellas ad sedendum accommodatas, atque equos ac satellites et quæcunque alia a prophetis sacris variis symbolis sunt tradita. Etenim utiliter theologia similes sacras formas rebus figuræ expertibus adhibuit; partim quidem, ut intelligendi virium nostrarum haberet rationem ; partim vero, ut propriam nobis et connaturalem ad superna penetrandi viam præpararet. In quantum enim aquilam, v. g., nominat, duo nobis maxima præstat : siquidem nobis ex assuetis res ipsas declarat, iisque, quod connaturale est, servat : nam et cernendi acumen ac celeritatem, adeoque præcellentiam virtutum cœlestium declaravit, atque in aliis similiter.

§ II. Hinc concludit quomodo oporteat per res dissimiles ac terrenas cœlestes explicare ; aitque : Quod si **21** cui videantur sacræ quidem fictiones compositionesque approbandæ, quasi non alio quam hoc modo, ita quæ in se permanent, et incognita atque inaspectabilia exsistunt, cognosci queant, absurdas autem existimet ejuscemodi compositiones, uti et omnem illam rudem angelicorum nominum adumbrationem sive scenam. Siquidem ut in scena alii sunt qui adsunt, aliorum vero personas referunt, ita et hic alia proposita, sed alio modo quam exsistant, referuntur. Ac decere quidem ille ait theologos, cum ea quæ figura carent exprimere

A παλαιοὺς), πρῶτον ἐκθέσθαι, τίνα μὲν τὸν τῆς ἁπάσης καὶ γηΐνης καὶ οὐρανίου ἱεραρχίας σκοπὸν οἰόμεθα· (*οἰόμεθα* δὲ εἶπε, κατὰ φιλόσοφον ἢ φιλόθεον μᾶλλον μετριασμόν)· καὶ τί ὠφελεῖ ἑκάστη τῶν ἱεραρχιῶν, κἂν τὴν οὐρανίαν εἴπῃς, κἂν τὴν καθ' ἡμᾶς, τοὺς τελεστὰς αὐτῆς· καθεξῆς δὲ εἰπεῖν περὶ τῶν οὐρανίων ἱεραρχιῶν, κατὰ τὴν αὐτῶν ἐκφαντορίαν καὶ δήλωσιν τὴν ἐν ταῖς ἁγίαις Γραφαῖς. Τὸ γοῦν εἰπεῖν περὶ τούτων ὑμνῆσαι λέγει, ὅτι τὸ περὶ καλοῦ εἰπεῖν ὕμνος καλοῦ ἐστιν· ὥσπερ τὸ περὶ κακοῦ λέγειν, ψόγος κακοῦ ἐστι. Ταὐτὸ γοῦν τὸ εἰπεῖν καὶ ὑμνῆσαι περὶ τῶν ἀγγελικῶν καὶ θείων δυνάμεων. Μετέπειτα δὲ χρὴ εἰπεῖν, ὁποίαις εἰκόσιν αἱ ἱεραὶ Γραφαὶ τὰς οὐρανίας διακοσμήσεις σχηματίζουσι, καὶ πρὸς ποίαν ἁπλότητα διὰ τῶν πλασμάτων τούτων δὴ τῶν συνθέ-
B των ἀναγόμεθα· οἷον, λέγομεν τυχὸν ἀετὸν, σύνθετόν τι λέγομεν· νοοῦμεν τὸ ὀξυδερκὲς καὶ ὑπερτρμένον, πρὸς ἁπλότητα ἀναγόμεθα. Ὅτε γὰρ λέγοι τις, ἵνα νοήσωμεν, πάντως λόγους συντίθησιν· ὅτῳ δὲ τὸ ῥηθὲν νοηθείη, ἁπλοϊκὴ κατὰ τὸν νοῦν ἡ ἔννοια γίνεται· καὶ μᾶλλον, ὅτε ἁπλᾶ εἰσι καὶ ἀσχημάτιστα τὰ περὶ ὧν λέγομεν. Εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν οὕτω νοοῦμεν κατὰ ἁπλῆν τινα ἐπιβολὴν, πόσῳ γε μᾶλλον ἐπὶ τῶν νοητῶν ; Διὰ τί δὲ ζητοῦμεν, ὅπως πρὸς ἁπλότητα ἀναχθείημεν ; ἵνα μὴ πάθωμεν καὶ ἡμεῖς ταὐτὸν τοῖς πολλοῖς ἀνιέρως νοοῦσι τὰ ἱερά, ὥστε πολύποδας καὶ πολυπροσώπους ὑπολαμβάνειν, καὶ κατὰ κτήνη καὶ θηρία τετυπωμένας τὰς οὐρανίας δυνάμεις, ἢ καὶ ἀετῶν εἶδος ἐχούσας, ἢ καὶ πτηνῶν πτεροφυΐαν, καθὼς ἐν τῷ Ἰεζεκιὴλ εὕρηται· καὶ τροχοὺς πυρώ-
C δεις ὑπερουρανίους φαντάζεσθαι, καὶ θρόνους πρὸς ἀνάκλισιν ἐπιτηδείους, καὶ ἵππους, καὶ δορυφόρους, καὶ ὅσα ἄλλα παρὰ τῶν ἱερῶν προφητῶν διά τινων ποικίλων παραδέδονται. Καὶ γὰρ ἐπιτηδείως ἡ θεολογία τοῖς τοιούτοις ἱεροῖς σχηματισμοῖς ἐπὶ τῶν ἀσχηματίστων ἐχρήσατο, ἅμα μὲν τὴν δύναμιν τοῦ ἡμετέρου νοὸς σκεψαμένη, ἅμα δὲ καὶ τοῦ οἰκείου καὶ συμφυοῦς τῆς ἀναγωγῆς προνοήσασα. Ἐν ὅσῳ γὰρ λέγει τυχὸν ἀετὸν, δύο κατασκευάζει τὰ μέγιστα, καὶ ἡμῖν τοῖς συνήθεσι γνωρίζει τὰ πράγματα, καὶ τούτοις φυλάττει τὸ συμφυές· τὸ γὰρ ὀξυδερκὲς καὶ ταχύτατον καὶ οἷον ὑπερηρμένον τῶν οὐρανίων δυνάμεων παρεδήλωσε· καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων δὲ ὡσαύτως.

D § II. Ἐντεῦθεν κατασκευάζει, πῶς χρὴ καὶ διὰ τῶν ἀνομοίων καὶ χθαμαλῶν ἐκφαίνεσθαι τὰ οὐράνια· καί φησιν· Εἰ δέ τινι δοκεῖ ἀποδέχεσθαι μὲν τὰς ἱερογραφικὰς συνθέσεις καὶ τὰ πλάσματα, ὡς μὴ ἄλλως ἐνὸν, εἰ μὴ οὕτως τὰ ἁπλᾶ καὶ ἐφ' ἑαυτῶν μένοντα, καὶ ἄγνωστα καὶ ἀθεώρητα ὑπάρχοντα, γινώσκεσθαι· ἀτόπους δὲ οἴεται τὰς τοιαύτας συνθέσεις, καὶ πᾶσαν τὴν ἀπότομον ταύτην τῶν ἀγγελικῶν ὀνομάτων σκηνήν. Ὡς γὰρ ἐν τῇ σκηνῇ ἄλλοι μέν εἰσιν οἱ παρόντες, ἑτέρου δὲ ὑποκρίνονται· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ἄλλα μέν εἰσι τὰ ὑποκείμενα, καὶ ἀλλοτρόπως λέγονται. Καὶ πρέπειν, φησὶν ἐκεῖνος, τοὺς θεολόγους, βουλομένους τὰ ἀνεικόνιστα εἰκονίσαι, οἰκείοις

καὶ συγγενέσιν ἐκφαίνειν σχηματισμοῖς, ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν τιμιωτάτων καὶ ἀΰλων ποσῶς, δηλονότι ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων, καὶ μὴ ἐξ ἀλόγων ἢ καὶ ἀψύχων· καὶ μὴ περιτιθέναι πολυμορφίας ἐνύλους ταῖς ὑπερκειμέναις ἁπλότησιν. Οὕτω γὰρ ἂν εἴπερ ἐποίησαν, δύο ἔμελλον ποιῆσαι τὰ ἀγαθὰ, καὶ ἡμᾶς ἀνάγειν πρὸς κρείττονα καὶ ὑψηλοτέραν ἔννοιαν, καὶ τὰ ὑπερκόσμια μὴ κατάγειν καὶ ἀτιμοῦν· τῷ γὰρ οὕτως εἰκονογραφεῖν διὰ τῶν ἀλλοτρίων παντάπασι, δύο ποιοῦσι τὰ χείριστα, τό τε εἰς τὰ θεῖα ἐξυβρίζειν, καὶ τὴν ἡμετέραν ἀποπλανᾷν διάνοιαν εἰς τὰς ἀνιέρους συμπλάσεις ἐναπομένουσαν. Καὶ τάχα καί τις ὑπολήψαιτο τοιαῦτα τὰ ὑπερουράνια, ὥστε καὶ λέοντας καὶ ἵππους εἶναι, καὶ κατὰ τοὺς βόας μυκᾶσθαι τὴν ὑμνολογίαν, καὶ τὰς ἐκεῖσε ταγματαρχίας, ὀρνιθείας ἀγελαρχίας εἶναι, καὶ ζῶα ἕτερα, καὶ ὕλας ἄλλας ἀτιμοτέρας, καὶ ὅσα ἄλλα, πρὸς τὸ ἄτοπον καὶ ξένον καὶ ἐμπαθὲς ἀποπεσοῦσαι, αἱ τοιαῦται ἀνόμοιοι ὁμοιότητες καὶ ξέναι εἰκόνες ποιοῦσι φαντάζεσθαι. Εἰ ταῦτά τις λέγει καὶ διισχυρίζεται, ἀλλ' ἡ τῆς ἀληθείας ζήτησις, καὶ ἡ ἡμετέρα ἑρμηνεία τε καὶ ἐξήγησις ἐν ταῖς τοιαύταις μορφώσεσι τὴν σοφίαν εὑρίσκει προνοησαμένην καὶ τῶν δύο μερῶν, ἡμῶν τε τῶν ἀκουόντων, κἀκείνων περὶ ὧν τοὺς λόγους ποιοῦνται· ὡς μήτε ἐκείνας ἐνυβρίζεσθαι, μήτε μὴν ἡμᾶς ἐμπαθῶς ἐναπομένειν ταῖς τοιαύταις ταπεινότησι. Τί δέ ἐστιν ἡ ἀτιμοτέρα ὕλη, καὶ τί τὸ ἄτοπον καὶ ξένον καὶ ἐμπαθὲς, φησὶν ὁ Ἰεζεκιὴλ, ὡς ὁμοίωμα ἑωρακέναι θρόνου, καὶ ὡς ὁμοίωμα λέοντος. Ὁ θρόνος ἀτιμοτέρα ὕλη τοῦ λέοντος, ὅτι αὐτὸς μὲν ἄψυχος, ὁ δὲ λέων ἔμψυχος· ξένον δὲ καὶ ἄτοπον καὶ ἐμπαθές ἐστιν, ὅτι τὸ λεοντόμορφον, θυμικόν τι σημαίνει· καὶ τὸ μόσχειον εἶδος, ἐπιθυμητικόν· ἄτινα πάθη καὶ μεγάλα ὑπάρχουσιν. Οὐ δεῖ γοῦν ἐμπαθῶς ταῦτα νοεῖν. Καὶ πρῶτον μὲν δεικνύουσιν, ὅτι καὶ ἀμφοτέρων προύνοήσατο ἡ σοφία τοῦ Θεοῦ οὕτω ποιήσασα, καὶ ἡμῶν καὶ τῶν οὐρανίων ἐκείνων· ἡμῶν μὲν, ὅτι ἄλλως οὐκ ἦν μαθεῖν τὰ τοιαῦτα· ἐκείνων δὲ, ὅτι, ὡς μυστικὰ, οὕτως ἀπορρήτως καὶ οὐκ ἄλλως ἔδει ἐκφαίνεσθαι. Μετὰ ταῦτα δὲ δείξει, πῶς οὐ λυμαίνεται τοῖς πράγμασι τὸ ἀπεμφαῖνον καὶ ἀνόμοιον τῶν εἰκασμάτων. Καὶ δή φησιν, ὅτι εἰκότως προτίθενται οἱ τύποι τῶν ἀτυπώτων, καὶ τῶν ἀσχηματίστων τὰ σχήματα· οὐ μόνον διὰ τὸ ἡμέτερον ἀσθενὲς, μὴ οἷόν τε ὄντων ἀμέσως καὶ δίχα τύπων ἐπὶ τὰς νοητὰς θεωρίας ἀνατείνεσθαι, ἀλλὰ διὰ μέσων μορφώσεων συμφυῶν καὶ ἡμῖν οἰκείων, ἃς δὴ καὶ προτιθέασιν αἱ Γραφαὶ ἐκείνων τῶν ὑπερφυῶν θεαμάτων· ἀλλ' ὅτι καὶ τοῦτο ταῖς μυστικαῖς Γραφαῖς πρεπωδέστατον, δι' ἀπορρήτων αἰνιγμάτων τὰ μυστικὰ ἀποκρύπτεσθαι, καὶ ἄβατον τιθέναι τοῖς πολλοῖς τὴν κρυφίαν ἀλήθειαν. Ἔστι γὰρ οὐ πᾶς ἱερὸς, οὐδὲ πάντων ἡ γνῶσις, καθὼς ὁ Κυριός φησι πρὸς τοὺς ἀποστόλους· *Ὑμῖν δέδοται γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν.*

A volunt, propriis illa cognatisque efformare, ex iis rebus quæ apud nos pretiosissimæ sunt, minusque materiales, verbi gratia, humanis et non irrationalium atque inanimatarum rerum figuris : neque materiales multiformitates supremis illis maximeque simplicibus rebus affingendas. Hoc enim si fecissent, duo bona præstitissent; cum nos ad præstantiorem sublimioremque cogitationem erexissent, tum ista supermundialia non ita dejecissent et inhonorassent. Jam vero illa sic alienis omnino figuris describendo, duas res pessimas committunt; tum quod res divinas contumeliose tractent; tum quod intellectum nostrum in errorem inducant, sacrilegisque compositionibus cogant inhærere. Et fortassis etiam aliquis suspicabitur, res cœlestes ejuscemodi exsistere, ut et leones sint et equi, boumque more laudes mugiant, atque ibidem turmarum præfecturæ, et aviculares principatus exsistant, aliaque animalia, materiæve aliæ viliores, et quæcunque alia, ad absurda, peregrina, passionesque vergentia, dissimiles ejusmodi ac peregrinæ imagines cogitationibus objiciunt. Si quis hæc objecerit, et indignetur; veritatis tamen indagatio, nostræque interpretatio atque explicatio in similibus efformationibus reperit, utrique parti sapientiam providisse, tam nobis, inquam, auditoribus, quam illis de quibus sermo instituitur : ut neque ipsis injuria fiat, neque nos ejuscemodi formis abjectis tenacius adhæreamus. Quænam autem vilior illa sit materia, quidve illud absurdum ac peregrinum, et passionibus implexum, ait Ezechiel, a se visam narrans throni similitudinem, et quasi similitudinem leonis. Thronus utique vilior materia leone, quoniam ille anima caret, leo vero vivit : peregrinum autem illud et absurdum passionibusque implexum est, quoniam leonis forma vim irascendi **22** significat, vitulique species, vim concupiscendi; quæ passiones et quidem vehementes sunt. Non oportet itaque illa patibili modo accipere. Ac primum quidem ostendunt, Dei sapientiam utrisque, tam nobis scilicet quam virtutibus cœlestibus, hac ratione consuluisse : nobis, inquam, quoniam aliter ista discere non poteramus; illis vero, quippe mysticis, conveniebat sic occulte et non aliter explicari. Ad hæc probat, quomodo rebus ipsis dissimilitudo illa et inæqualitas effigierum minime officiat. Inquit enim, jure merito figuræ rebus infiguratis, formæque forma carentibus affinguntur non propter nostram duntaxat imbecillitatem, qua non valemus immediate et sine figuris ad spiritales earum contemplationes assurgere, adeoque opus habemus intermediis iis efformationibus nobis connaturalibus propriisque, quas idcirco sacræ Scripturæ supernaturalibus istis spectaculis prætendunt; sed quoniam etiam id mysteriis Scripturis maxime convenit, arcanorum ænigmata abscondi, et occultam illam veritatem vulgo esse inaccessam. Neque enim quivis sanctus est, neque omnium est cognitio, quemadmodum Dominus ait ad apostolos : *Vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum* [b].

[b] Matth. XIII, 11.

§ III. Quod si vero quis admiserit quidem talem per res sensiles rerum spiritalium comprehensionem, sed improbet duntaxat absurdas istiusmodi formarum fictiones, dicens, pudendum esse tam turpes rebus deiformibus figuras accommodari; illi dictum sufficiat duplicem esse manifestandi modum, alterum quidem ex similibus, alterum vero ex dissimilibus formis effictum. Ubi observa primum, quid de Deo mysticæ Scripturarum traditiones enuntient: quandoque quidem ex similibus, ut verbum ac mentem, juxta illud: *Quis novit sensum* (seu mentem) *Domini*[c]? et essentiam, juxta illud: *Ego sum qui sum*[d]: ipsam sapientiam, et non simpliciter ratiocinationem, sed ipsam ratiocinationem prædicant, vere exsistentem essentiam, causamque exsistentiæ rerum cæterarum, et lucem, et vitam, ut in sacris Evangeliis habetur; quæ nomina omnia cum honestiora quidem sint, rerumque sublimiorum, vel sic tamen etiam a vera similitudine procul absunt; siquidem est super hæc omnia, cum utique ista sine comparatione a natura illa beata deficiant. Quandoque vero dissimilibus declarationibus divinum illud Numen per negationem **23** celebratur, cum inaspectabile vocatur, et infinitum, quodque capi non possit; unde non quid est, sed quid non est significatur. Ex duabus itaque hisce enuntiationibus, magis propriam demonstrat esse illam, quæ est ex rebus dissimilibus. Siquidem vere novimus Deum non esse aliquid rerum exsistentium, sed ignoramus superessentialem ejus termini carentiam, et inintelligibilitatem, sive, ut ita dicam, amentiam; amentiam, inquam, non secundum mentis privationem, sed quod ejus cognitionem mens nulla capiat: quemadmodum etiam alia, ut invisibilitas et infinitas ejus, non privative, sed negative intelligenda sunt. Cum itaque negationes in divinis veræ sint, affirmationes vero absonæ, magis propria est in iis enuntiatio ac demonstratio per dissimilia. Quæ cum ita sese habeant in Deo, consequens est Scripturas sacras honorare potius, et nequaquam aliquo dedecore affirere divinas illas dispositiones, per ejusmodi formarum dissimilium effictiones, ut bovis, aquilæ, cæterasque quibus eas innuit supermundialiter materiatis omnibus hisce rebus inferioribus sublimiores exsistere. Si enim is qui leonis formam, multosque pedes atque alas habere dicitur, etiam ratione prædituſ est, et expers materiæ, quomodo non etiam supermundialiter res hasce materiatas, quæ a nobis intelliguntur, excedat? Observa quam pulchre rationem dederit, cur animalium mentio fiat in cœlestibus, sive imaginum eorum. Quemadmodum enim Deus exsistens in omnibus, nihil in omnibus habet ejusdem secum generis, ideoque nihil rerum omnium, est ipsius declarativum; idcirco etiam alia methodo de Deo loquimur, dicentes, Deum non esse hoc et illud, quod *per dissimilia* vocat: sic

A § III. Εἰ δέ τις δέχοιτο μὲν τὴν τοιαύτην διὰ τῶν αἰσθητῶν εἰκόνων τῶν νοητῶν κατάληψιν, αἰτιάσαιτο δὲ μόνον τὰς ἀτόπους εἰκονογραφίας, λέγων εἰς αἰσχύνην εἶναι τὰ οὕτως αἰσχρὰ εἰκονίσματα τοῖς θεοειδέσιν ἀνατιθέναι· ἀρκεῖ εἰπεῖν πρὸς αὐτὸν, ὡς διττός ἐστι τῆς ἐκφαντορίας ὁ τρόπος· ὁ μὲν ἐκ τῶν ὁμοίων, ὁ δὲ διὰ τῶν ἀνομοίων μορφωμάτων πλαττόμενος. Καὶ ἴδε πρῶτον ἐπὶ Θεοῦ, τί λέγουσιν αἱ μυστικαὶ τῶν Γραφῶν παραδόσεις· ποτὲ μὲν ἐκ τῶν ὁμοίων, λόγον καὶ νοῦν κατὰ τὸ, *Τίς ἔγνω νοῦν Κυρίου;* καὶ οὐσίαν, κατὰ τὸ, *Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν*· τὴν αὐτοσοφίαν, καὶ οὐχ ἁπλῶς λογιότητα ἀλλ' αὐτολογιότητα ὑμνοῦσαι, τὴν ὄντως ὕπαρξιν οὖσαν καὶ αἰτίαν τῆς τῶν ἄλλων πάντων ὑπάρξεως, καὶ φῶς καὶ ζωὴν, ὡς τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις· τῶν τοιούτων ἁπάντων ὀνομάτων σεμνοτέρων ὄντων καὶ ὑπερκειμένων τῶν ὑλικῶν, B εἰ καὶ οὕτω πάλιν πρὸς τὴν ἀληθινὴν ἐμφέρειαν ἀποδέουσιν· ἔστι γὰρ ὑπὲρ ταῦτα πάντα, ἃ δὴ ἀσυγκρίτως τῆς μακαρίας ἀπολείπονται φύσεως. Ποτὲ δὲ ἐκ τῶν ἀνομοίων ὑμνεῖται τὸ Θεῖον κατὰ ἀπόφασιν, ἀόρατον λεγόμενον, καὶ ἄπειρον, καὶ ἀχώρητον· ἐξ ὧν οὐ τί ἐστιν, ἀλλὰ τί οὐκ ἔστι σημαίνεται. Ἀπὸ γοῦν τούτων τῶν δύο ἐκφάνσεων κυριωτέραν τὴν ἐξ ἀνομοίων δείκνυσι. Τὸ μὲν οὖν οὐκ εἶναι ταύτην τι τῶν ὄντων, γινώσκομεν· ἀγνοοῦμεν δὲ τὴν ὑπερούσιον αὐτῆς ἀοριστίαν καὶ ἀνόητον· ἀνόητον δὲ, οὐ κατὰ στέρησιν νοήσεως, ἀλλ' ὅτι νόησιν ταύτης οὐκ ἔστι λαβεῖν· ὥσπερ καὶ τἄλλα, τὸ ἀόρατον καὶ ἄπειρον, οὐ κατὰ στέρησιν, ἀλλὰ κατὰ ἀπόφασιν. Τοίνυν ἐπεὶ αἱ μὲν ἀποφάσεις ἐπὶ τῶν θείων, ἀληθεῖς, αἱ δὲ κα- C ταφάσεις, ἀνάρμοστοι· οἰκειοτέρα μᾶλλόν ἐστιν ἐπὶ τούτων ἡ διὰ τῶν ἀνομοίων ἐκφαντορία καὶ δήλωσις. Καὶ εἰ ταῦτα οὕτως ἐπὶ Θεοῦ, συναγόμενόν ἐστι καὶ ἐπὶ τούτοις, ὅτι τιμῶσιν ἄρα, οὐκ αἴσχους πληροῦσι τὰς θείας διακοσμήσεις αἱ ἱεραὶ Γραφαὶ, αἱ διὰ τῶν ἀνομοίων μορφοποιαὶ, τοῦ βοὸς, τοῦ ἀετοῦ, καὶ τῶν λοιπῶν αὐτὰς ὑποδεικνῦσαι, ὡς ὑπεράνω δηλονότι οὔσας τῶν ὑλικῶν ἁπάντων ὑπερκοσμίως. Εἰ γὰρ ὁ λεοντόμορφος λεγόμενος, καὶ πολύπους, καὶ πολύπτερος, καὶ λογικός ἐστι, καὶ ἄϋλος, πῶς οὐ δηλονότι ὑπερκοσμίως ἐκβέβηκε τὰ ὑλικὰ καὶ παρ' ἡμῖν νοούμενα; Ὅρα δὲ πῶς καλῶς ἀπελογήσατο, διά τί ζώων μνήμην ἔχει τὰ οὐράνια, ἤτοι εἰκόνας. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἐπὶ πάντων Θεὸς οὐδὲν ἐν τοῖς πᾶσιν ἔχει ὁμογενὲς, καὶ διὰ τοῦτο εἰκότως οὐδὲν τῶν D ἁπάντων ἐστὶ δηλωτικὸν αὐτοῦ, ἀλλὰ λοιπὸν ἄλλῃ μεθόδῳ θεολογοῦμεν, λέγοντες ὅτι οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς τὸ καὶ τὸ, ὅπερ καλεῖ *διὰ τῶν ἀνομοίων*· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν οὐρανίων δυνάμεων καλῶς οἱ θεολόγοι ἐποίησαν, τεχνικῶς οὐδενὶ τῶν αὐτῶν αὐτὰς ὁμοιώσαντες, ἀλλ' ἐκ τῶν αἰσθητῶν, ἅπερ καλεῖ ἄτιμα, τὴν τελείαν λαβόντες ἐμφέρειαν, τοῦτο πρὸς τιμὴν αὐτῶν πεποιηκότες, ἵνα πλασματώδης καὶ οὐκ ἀληθὴς γένηται τούτων ἡ μίμησις. Ἐντεῦθεν βούλεται δεῖξαι κατὰ τὸ βιαιον, ὅτι καὶ μᾶλλον τῶν ὁμοίων αἱ ἀνόμοιοι εὐαρμοστότεραι. Εἰς μὲν γὰρ τὰς τιμιωτέρας καὶ ὁμοίας, εἰκός ἐστι καὶ ἀποπλανηθῆναί τι-

[c] Rom. xi, 34. [d] Exod. iii, 14.

ναι, ὅπου γε καὶ εἰς τὰς ἀνομοίους τινὲς ἐξώλισθον, καθὼς ἐλέγομεν ἔμπροσθεν. Οἰηθήσονται γὰρ, χρυσοειδεῖς καὶ στίλβοντας ἄνδρας εἶναι, καὶ λαμπρὰν φοροῦντας ἐσθῆτα, καὶ πυρώδεις δίχα καύσεως καὶ ἀβλαβῶς εἶναι· αἱ γὰρ λεγόμεναι πυρὸς φλόγες οὐ καυστικαὶ, ἀλλὰ ζωτικαί εἰσι, καὶ τἄλλα ὅσα φασὶν αἱ Γραφαί. Ὅπερ ἵνα μὴ πάθοιεν οἱ μηδὲν τῶν φαινομένων ὑψηλότερον φαντασθῆναι δυνάμενοι, ἡ ὑψηλὴ σοφία τῶν θεολόγων εἰς ἀνομοίους καὶ ἀπεμφαινούσας εἰκόνας κατάγεται, μὴ συγχωροῦσα μὲν τὴν διάνοιαν ἡμῶν ἀναπαύεσθαι εἰς αἰσχρὰς καὶ ἀπρεπεῖς ἀναπλάσεις, διεγείρουσα δὲ τὸ ἀνωφερὲς τῆς ψυχῆς τῇ δυσμορφίᾳ τῶν πλάσεων, ὡς δήλου δηλαδὴ ὄντος καὶ τοῖς ἄγαν ὑλικοῖς τὴν διάνοιαν, ὅτι οὐκ εἰσὶ τὰ θεῖα τοιαῦτα. Ἀκριβῶς οὖν εἰδότες ὅτι οὐκ εἰσὶ τοιαῦτα, ζητήσομεν τὴν ἀλήθειαν, τὴν ὅτι ἄλλο τι παρὰ ταῦτά εἰσιν. Ἄλλως τε καὶ τοῦτο ἐννοῆσαι χρὴ, ὅτι οὐδὲν τῶν ὄντων καθόλου, τῆς τοῦ καλοῦ μετουσίας ἐστέρηται· ἐπεὶ καλά λίαν παρὰ τῆς Γραφῆς μεμαρτύρηνται.

A etiam in cœlestibus virtutibus omnino recte theologi fecerunt, dum erudite nulli ordinis ejusdem illas assimilarunt; sed ex sensibilibus, quæ vocat vilia, perfectam sumunt similitudinem, id ad earum honorem fecerunt, ut fictitia, et non vera, esset earumdem imitatio. Hinc vult probare a fortiori, dissimilia similibus esse aptiora: in nobilioribus enim ac similibus, proclive est nonnullos decipi cum etiam in dissimilibus aliqui errarint, ut supra diximus. Existimabunt enim, esse naturas illas specie quadam aurea viros quosdam micantes, et vestitu splendido indutos, atque igneum quid vibrantes, non adurendo nec lædendo: nam flammæ istius ignis non habent vim urendi, sed vivificandi; et quæcunque alia **24** Scripturæ tradunt. B Quod ne iis eveniat, qui nihil altius, quam illa pulchra et speciosa quæ apparent, mente complecti possunt; sublimis illa theologorum sapientia ad dissimilitudines et absonas imagines se dejicit, non permittens cogitationem nostram illis indecoris fictionibus acquiescere, sed eam animæ partem quæ ad alta tendit, ipsa deformitate figurarum excitat et stimulat, tanquam videlicet clarum sit etiam iis qui sunt terrenis rebus valde affixi, res divinas non esse tales: ut cum clare cognoverimus eas non esse tales, veritatem inquiramus, quoniam quid aliud ab illis sunt. Quin et hoc sciendum, nihil eorum quæ sunt omni prorsus boni participatione privatum esse; quoniam bona valde, testimonio Scripturæ, cuncta comprobantur.

§ IV. Ἔστι τοιγαροῦν ἐκ πάντων αὐτῶν καλὰς θεωρίας καὶ προσηκούσας τοῖς νοητοῖς ἐπινοῆσαι, ἃς δὴ καὶ ἀνομοίους ὁμοιότητας φαῖμεν ἄν, ὅτι ἑτέρῳ τρόπῳ τὰ νοητὰ ἔχουσιν, ἃ τοῖς αἰσθητοῖς ἑτεροτρόπως ἀπονενέμηνται. Αὐτίκα γὰρ ὁ θυμὸς, ἐπὶ τῶν κάτω μὲν, ἐξ ἐμπαθοῦς ὁρμῆς ἐγγίνεται, καὶ πάσης ἀλογίας ἐστὶν ἔμπλεως ἡ τοιαύτη τοῦ θυμοῦ κίνησις· ἀλλ' ἐπὶ τῶν νοητῶν ἑτεροτρόπως νοοῦμεν τὸν θυμὸν, τὴν ἀνένδοτον λέγοντες ἔλλογον κίνησιν, καὶ τὴν ἀχαύνωτον ἕξιν καὶ ἀμετάβλητον ἐν ταῖς εἰς τὸ καλὸν ἱδρύσεσιν. Ὡσαύτως ἔχει καὶ ἡ ἐπιθυμία, ἐπὶ μὲν τοῖς ἀλόγοις, ἀπερίσκεπτόν τινα ἐμπάθειαν, ἐξ ἐμφύτου κινήσεως πολλάκις· ὅτε δηλαδὴ ἀπὸ συμπτωμάτων φυσικῶν τὴν κίνησιν ἔχομεν, ἢ συνηθείας πολλάκις· ὅτε δηλονότι ἀπό τινων ἐθισμῶν κατὰ τὴν τοῖς ἀλλοιωτοῖς ἐγγινομένην ἄλογον ἐπικράτειαν, τῆς σωματικῆς ὀρέξεως ὠθούσης τὸ ζῶον ἐπὶ τὸ κατ' αἴσθησιν, καὶ οὕτω κατὰ νόησιν ἐπιθυμητόν. Ὅτε δὲ τὴν ἐπιθυμίαν τοῖς νοητοῖς ἐπιθήσομεν, ἔρωτα θεῖον αὐτὴν ἐννοεῖν χρὴ τῆς ὑπὲρ λόγον καὶ νοῦν ἀϋλίας, καὶ τὴν ἀνένδοτον ἔφεσιν τῆς ἀπαθοῦς θεωρίας, καὶ τῆς αἰωνίας ὄντως καὶ νοητῆς κοινωνίας πρὸς ἐκείνην τὴν καθαρὰν διαύγειαν, καὶ τὴν ἀφανῆ καὶ θείαν εὐπρέπειαν. Πάλιν τὸ ἀκρατὲς, ἐφ' ἡμῶν μὲν, τὸ ἐφ' ὅπερ δὴ καὶ ὁρμήσομεν ἀνεπίστροφον· ἐπ' ἐκείνων δὲ, τὸ σύντονον, καὶ τὸ παρὰ μηδενὸς ἐγκόπτεσθαι, διὰ τὸν ἀμιγῆ καὶ καθαρὸν, καὶ εἰς οὐδὲν ἕτερον ἐσχολακότα, καὶ ἀναλλοίωτον τῆς θείας καλλονῆς ἔρωτα, καὶ τὴν ὁλικὴν ὀργὴν ἐπὶ τὸ ὄντως ἐράσμιον. Πάλιν τὴν ἀλογίαν, καὶ ἀναισθησίαν, καὶ ἀνοησίαν, ἐπὶ μὲν τῶν ἀλόγων τε καὶ ἀψύχων, καθὼς ἐπὶ τοῦ λίθου τὴν ἀναισθησίαν, κατὰ στέρησιν λέγομεν· ἐπὶ δὲ τῶν νοητῶν καὶ ἀΰλων, κατὰ ἀπόφασιν. Καὶ διὰ μὲν τὸ ὑπερέχειν αὐτὰ, ὡς ὑπερκείμενα τοῦ καθ' ἡμᾶς προφο-

§ IV. Liceat itaque ex omnibus iis pulchras contemplationes, ac rebus spiritalibus congruentes elicere, quas et dissimiles similitudines possumus appellare; quoniam diverso modo illas habent res spiritales, quæ alia ratione rebus sensilibus attributæ sunt. In præsenti enim, iracundia in inferioribus quidem ex impetu passionis exsistit, et irrationalitate plenus est ejuscemodi iracundiæ motus: verum in rebus spiritalibus alio modo iracundiam accipimus, dicentes, illam severam quamdam esse motionem rationalem, ac minime mollem mutabilemve habitum in boni constitutionibus. Similiter concupiscentia, in irrationalibus quidem inconsideratam quamdam passionem habet ex insito plerumque motu; quando nimirum ex convulsionibus naturalibus movemur; vel non raro etiam ex consuetudine: cum videlicet ex assuetis irrationali potentiæ rebus mutabilibus insitis, corporalis appetitus animal impellit ad aliquid sensibile, atque adeo etiam secundum intelligentiam appetibile. Quando autem concupiscentiam rebus spiritalibus attribuimus, divinus amor cogitandus rei supra rationem ac mentem immaterialis, atque indeficiens desiderium contemplationis quæ passionis expers sit, nec non æternæ omnino ac spiritalis communionis, illius puræ claritatis; et occulti atque divini decoris. Rursum, incontinentia in nobis quidem est quidam impetus, quo in aliquid tumultuario modo ferimur; in illis vero constantia est, quæ a nemine infringi possit, propter suum simplicem ac purum, et in nullo exorbitantem, atque immutabilem divinæ pulchritudinis amorem, **25** et totalem impetum in id quod vere amabile exsistit. Denuo, irrationalitatem, et insensibilitatem, et amentiam,

in rebus irrationalibus et inanimatis, verbi gratia, in lapide insensibilitatem, privative dicimus, de spiritalibus vero ac rebus immateriatis, affirmative seu positive. Atque illa quidem, quod eminentiori modo se habeant, ita ut nostram superent eloquentiam, sermonemque transcendant (transitorium quidem, ut qui a loquente ad auditorem transit; corporeum vero, ut qui corporeis instrumentis profertur), dicimus ἄλογα seu ineffabilia : illic enim non sic, sed corporis expertes, et ad se invicem accedendo ac recedendo, omni sermone perspicacius cogitationes mutuas intuentes, velut inter se colloquuntur per silentium, sermonem sibi velut invicem communicantes. Secundum hoc itaque, ordines cœlestes sermonis expertes dicimus : in quantum vero materialem ac peregrinum rebus incorporeis sensum superant, insensibiles nominamus, quippe sensum excedentes, ac spiritales. Concludens ait : Liceat itaque non immerito etiam ex dissimilibus vilissimisque materiæ partibus imagines efformare ; quandoquidem etiam hæc materia a vere pulchro Deo exsistat, omnemque ornatum suum specificum obtineat, nonnullaque spiritalis decoris vestigia referat : quemadmodum luminis est, illuminare; atque ignis consumere, ac penetrare, si similia solum dissimiliter et difformiter quotupliciter sumantur : sol enim sensibiles oculos illuminat, et facultatem præbet colores discernendi; Deus vero vim dat, ipsam animam, et quæ in ea pulchra sunt, penetrandi. Nam quæ eadem sunt, non eodem modo accipiuntur, sed secundum naturalem subjecti proprietatem et definiuntur et intelliguntur : idcirco enim etiam hæc illorum vestigia seu indicia dicuntur; unde etiam de dissimilibus quotupliciter participantibus vel participare apparentibus, proverbio dicitur, echus vox reparabilis. Quod enim est in visione imago, similitudinem quamdam primi exemplaris referens; hoc est in auditu resonantia similitudinem quamdam vocis habens; quod nimirum illud est, quod a sono ultimum reflectitur. Considera igitur spiritalem Dei pulchritudinem ac decorem referre quodammodo rationem quamdam echus prorsus singularis et occulti; a cujus sono, et a cujus pulchritudine resonantiæ quædam, et quasi similitudines ipsius soni, licet dissimiliter accipiantur, ad ipsas creaturas deferuntur.

ρικοῦ λόγου, (τοῦ μεταβατικοῦ μὲν, ὡς μεταβαίνοντος ἐκ τοῦ λέγοντος εἰς τὸν ἀκούοντα· σωματικοῦ δὲ, ὡς διὰ σωματικῶν ὀργάνων γινομένου,) λέγομεν ἄλογα· ἐκεῖ γὰρ οὐχ οὕτως, ἀλλ' ἐν ἀσωματίᾳ τυγχάνοντες, καὶ εἰς ἀλλήλους χωροῦντες καὶ ἀποχωροῦντες, παντὸς λόγου τρανότερον τὰς ἀλλήλων νοήσεις κατοπτεύοντες, ἀλλήλοις ὥσπερ διαλέγονται διὰ σιγῆς, τοῦ λόγου ὥσπερ μεταδιδόντες ἀλλήλοις. Κατὰ τοῦτο τοίνυν ἄλογα λέγομεν τὰ οὐράνια τάγματα· διὰ δὲ τὸ ὑπερκεῖσθαι τῆς ὑλικῆς, ὡς καὶ ἀλλοτρίας τῶν ἀσωμάτων αἰσθήσεως, φαμὲν ἀναίσθητα, ὡς ὑψηλότερα τῆς αἰσθήσεως, καὶ νοητά. Συμπεραίνων λέγει· Ἔστι τοιγαροῦν οὐκ ἀπεικὸς καὶ ἐκ τῶν ἀνομοίων καὶ ἀτιμοτάτων τῆς ὕλης μερῶν ἀναπλάττειν εἰκόνας, ἐπεὶ καὶ αὕτη ἡ ὕλη περὶ τοῦ ὄντως καλοῦ τοῦ Θεοῦ ὑποστᾶσα, κατὰ πᾶσαν αὐτῆς διακόσμησιν τὴν κατ' εἶδος, ἀπηχήματά τινα τῆς νοερᾶς εὐπρεπείας ἔχει, ὡς ἔστι τοῦ φωτὸς, τὸ φωτίζειν, καὶ τοῦ πυρὸς, τὸ δαπανητικὸν καὶ δραστήριον, εἰ μόνον ἀνομοίως καὶ ἑτεροτρόπως τὰ ὅμοια ποσῶς ἐκλαμβάνονται· ἥλιος γὰρ αἰσθητοὺς ὀφθαλμοὺς φωτίζει, καὶ τῶν χρωμάτων ἀντιλαμβάνεσθαι δίδωσι· Θεὸς δὲ ψυχὴν καὶ τοῖς ἐκεῖσε καλοῖς ἐπεντρανίζειν παρέχει. Τὰ αὐτὰ γὰρ οὐ ταὐτῶς λαμβάνονται, πρὸς τὴν φυσικὴν δὲ ἰδιότητα τοῦ ὑποκειμένου καὶ ὁρίζονται καὶ νοοῦνται. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἀπηχήματα λέγονται ἐκείνων ταῦτα· ἐξ οὗ καὶ παροιμία ἐπὶ τῶν ἀνομοίων ποσῶς μετεχόντων, ἢ καὶ δοκούντων μετέχειν, λέγεται, ὅτι καὶ τὸ τῆς ἠχοῦς ὑστερόφωνον. Ὁ γὰρ ἐπὶ τῆς ὁράσεως εἰκὼν, ὁμοίωμά τι πρὸς τὸ πρωτότυπον ἔχουσα· τοῦτο ἐπὶ τῆς ἀκοῆς ἀπήχημα, ὁμοίωμά τι πρὸς τὴν φωνὴν ἔχον· τὸ γὰρ ἀπὸ τοῦ ἤχου εἰς ἐλάχιστον καταντῆσαν, τοῦτό ἐστιν. Ἐννόησον οὖν τὴν νοερὰν τοῦ Θεοῦ εὐπρέπειαν, ἤχου τινὰ λόγον ἔχουσαν ἐξαισίου πάντη καὶ ἀπορρήτου· ἐξ οὗ τινος ἤχου, καὶ ἐξ ἧς εὐπρεπείας, ἀπηχήματά τινα, καὶ οἱονεὶ ὁμοιώματα τοῦ ἤχου, ἢ καὶ ἀνομοίως ἐκλαμβάνονται, πρὸς τὰ κτίσματα φθάνουσι.

**26** § V. Hanc ob causam divinos illos prophetas reperimus, non cœlestes tantum virtutes per similes fictiones declarare, sed ipsammet etiam quandoque divinam essentiam. Et aliquando quidem ipsam a rebus quæ apparent, magnæ æstimationis, laudant, tanquam solem : neque id simpliciter, sed tanquam Solem justitiæ, juxta prophetam Malachiam [a] : tanquam stellam matutinam, sed in anima orientem, juxta magnum Petrum in catholica Epistola sua dicentem : *Donec lucifer oriatur in cordibus vestris* [b] : et ut lumen, sed sine tegumento splendens, juxta illud : *Ego sum lux mundi* [c]; atque illud : *Erat lux vera* [d]. Aliquando vero a rebus mediocribus, verbi gratia, ut ignem, sed inoxie

§ V. Διὰ τοῦτο τοὺς θείους προφήτας εὑρήσομεν οὐ μόνον τὰς οὐρανίας δυνάμεις, οὕτω καὶ διὰ τοιούτων δηλοῦντας πλάσεων, ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἔστιν ὅτε τὴν θεαρχικὴν οὐσίαν. Καὶ ποτὲ μὲν αὐτὴν ἀπὸ τῶν φαινομένων τιμίων ὑμνοῦσιν, ὡς ἥλιον· οὐχ ἁπλῶς ἥλιον, ἀλλὰ δικαιοσύνης κατὰ τὸν προφήτην Μαλαχίαν· ὡς ἑῷον ἀστέρα, ἀλλ' εἰς ψυχὴν ἀνατέλλοντα, κατὰ τὸν μέγαν Πέτρον ἐν τῇ καθολικῇ Ἐπιστολῇ αὐτοῦ λέγοντα, *Ἕως οὗ φωσφόρος ἀνατείλῃ ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν*· καὶ ὡς φῶς, ἀλλ' ἀπερικαλύπτως καταυγάζον, ὡς τὸ, *Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου*· καὶ τὸ, *Ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν*. Ποτὲ δὲ ἀπὸ τῶν μέσων, ὡς πῦρ, ἀλλ' ἀβλαβῶς καὶ ἀκαύστως φωτίζον, ὡς ἐν τῇ βάτῳ τεθεώρηται· ὡς ὕδωρ, ἀλλὰ ζω-

[a] Malach. IV, 2. [b] II Petr. I, 19. [c] Joan. VIII, 12. [d] Joan. I, 9.

[1] Leg. παρά vel πρός. Edit. Patrol.

τικῆς ἀποπληρώσεως καὶ χορτασμοῦ χορηγὸν, καὶ συμβολικῶς εἰπεῖν, εἰς γαστέρα, τὴν ψυχὴν δηλονότι, διαδυόμενον, καὶ ποταμοὺς ἀναβλύζον, ἀσχέτως καὶ ἀκρατήτως ἀπορρέοντας, κατὰ τὸ, *Ποταμοὶ ῥεύσουσιν ἐκ τῆς κοιλίας αὐτοῦ ὕδατος ζῶντος*. Ποτὲ δὲ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων καὶ χθαμαλῶν, ὡς μύρον εὐῶδες, ὡς παρὰ τῷ Σολομῶντι, *Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου*· ὡς λίθον ἀκρογωνιαῖον, ὡς παρὰ τῷ Δανιὴλ. Καὶ μορφὰς αὐτῇ περιτιθέασι λεόντων, πάνθηρος, παρδάλεως, καὶ ἀπορουμένης ἄρκτου, ὡς ἐν τοῖς προφήταις εὑρίσκονται. Προσθήσω δὲ, ὅτι καὶ σκώληκος εἶδος καὶ ὀνομασίαν, κατὰ τὸ, *Ἐγώ εἰμι σκώληξ, καὶ οὐκ ἄνθρωπος*· καὶ εἶδος μᾶλλον τοῦ σκώληκος οἱ τὰ θεῖα σοφοὶ ἀποδεδώκασι, διὰ τὴν ἄσπορον ἐκ Παρθένου σύλληψιν, καὶ τὸ τέλειον εἶδος τοῦ ἀνθρώπου, καὶ τὴν τελείαν φύσιν ἣν προσελάβετο.

Οὕτω πάντες οἱ θεόσοφοι τῆς θείας ἐπιπνοίας ὑποφῆται τῶν ἀτελέστων καὶ ἀνιέρων τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ἀποδιαστέλλουσι, καὶ τὴν ἀνόμοιον ἱερομόρφωσιν τιμῶσιν, ὡς μήτε τὰ θεῖα ἐκ προχείρου εἶναι τοῖς βεβήλοις νοεῖσθαι, μήτε τοὺς τῶν ἱερῶν ἀγαλμάτων φιλοθεάμονας, ὡς ἀληθέσιν ἐναπομένειν τοῖς τύποις. Τοῦτο δὲ ἐξ Ἑλλήνων εἴληπται· ἐκεῖνοι γὰρ ἐποίουν οἷά τινας ἀνδριάντας, μήτε χεῖρας, μήτε πόδας ἔχοντας· τούτους δὲ Ἑρμᾶς ἐκάλουν, ὡς κρυφίως ἐντὸς κρύπτοντας τὸ ἄγαλμα· τὰ γὰρ κρύφια τῷ Ἑρμῇ ἀνετίθουν. Ἐποίουν γὰρ ἐν αὐτοῖς καὶ θύρας καὶ τόπους διακένους, καὶ ἔσωθεν ἐτίθεσαν ἀγάλματα ὧν ἔσεβον θεῶν. Ἐφαίνοντο οὖν οἱ Ἑρμαῖ εὐτελεῖς, ἔσωθεν δὲ τοὺς τῶν θεῶν καλλωπισμοὺς εἶχον· οἱ γοῦν φιλοθεάμονες τούτων, τοῖς Ἑρμαῖς οὐ προσεῖχον, ἀλλὰ τοῖς ἔσωθεν ἀγάλμασι. Διὰ ταῦτα τοίνυν, καὶ ὥστε τὰ θεῖα πάλιν τιμᾶσθαι ταῖς ἀληθέσιν ἀποφάσεσιν· ὅτι κἂν ὅ, τι εἴποις, οὐ τοῦτό ἐστι τὸ Θεῖον, κατὰ τὴν ἀποφατικὴν θεολογίαν. Καὶ πάλιν τοῦτο λέγεται κατὰ τὴν καταφατικὴν, ἀλλ' οὐχ ἁπλῶς καὶ κυρίως, ἀλλὰ ταῖς πρὸς τὰ χθαμαλὰ ἑτεροίαις καὶ ἑτεροτρόποις ἀφομοιώσεσι τῶν ἀπηχημάτων, οἱονεὶ τῶν δημιουργημάτων. Ὡς γὰρ ἀπήχημά ἐστι τὸ μετὰ τὸν ἦχον ἐναπομεῖναν τῇ ἀκοῇ ἀμυδρόν τι τῆς φωνῆς λείψανον· οὕτω καὶ τὰ δημιουργήματα, τῆς θείας ὑπερουσιότητος ἀμυδρά τίς ἐστι δήλωσις· οὐκ ἐκ τῶν καθ' αὑτὴν* γὰρ, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτὴν τὸ τοιοῦτον συνάγεται ἴνδαλμα. Ἔσχατα δὲ ἀπηχήματα τὰ ἡμέτερα, πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν ἀγγελικῶν· ὅτι καὶ ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ὕλῃ εὑρίσκονται ἀναλόγως θεῖαι ἐμφέρειαι, ὅπου καὶ ἐν βοτάναις καὶ μετάλλοις τὸ ὠφελοῦν καὶ ζωογόνον εὑρίσκεται, καὶ ἐν ἄλλοις ἕτερα θεῖα καὶ παράδοξα. Οὐδὲν οὖν ἄτοπον, ἐπεὶ καὶ ἐπὶ Θεοῦ τὸ τοιοῦτον πράττεται, εἰ καὶ τὰς οὐρανίους δυνάμεις ἐκ τῶν ἐσχάτων καὶ ἀνομοίων ὁμοιοτήτων ἀναπλάττουσι· τοῦτο γὰρ ἴσως καὶ ἡμᾶς παράξαν διὰ τὸ δυσειδὲς τῆς δηλωτικῆς καὶ φανεροποιοῦ ἀναπλάσεως, κεκίνηκεν εἰς τὴν τοιαύτην

illuminantem et sine combustione, sicut in rubo visum : ut aquam, sed quæ vitalem expletionem satietatemque præbet, et quæ, ut symbolice loquar, in ventrem, id est animam, diffluit, et fluvios suscitat eruptione libera effluentes, juxta illud : *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ* [e]. Nonnunquam quoque laudant ab infimis terrenisque rebus, ut unguentum odoratum, sicut apud Salomonem, *Unguentum effusum nomen tuum* [f] : ut lapidem angularem, apud Danielem. Quin et formis feræ illam induunt, leonum, pantheræ, pardi, atque ursi indigentis, quemadmodum in prophetis reperitur [g]. Addam præterea vermis speciem et appellationem, juxta illud : *Ego sum vermis, et non homo* [h]; magisque vermis speciem hi, qui divina sapiunt, approbarunt, propter ejus ex Virgine sine semine conceptionem, et perfectam hominis speciem, perfectamque naturam quam assumpsit.

Sic omnes qui, divina præstantes sapientia, divinas inspirationes interpretantur, a rebus imperfectis ac profanis Sancta sanctorum secernunt, et dissimilem figurarum sacrarum fictionem probant : ut nec a profanis res divinæ facile cognoscantur, neque studiosi sacrorum contemplatores simulacrorum, talibus figuris, tanquam veris, immorentur. Hoc autem ab ethnicis acceptum : siquidem ipsi faciebant quasi quædam simulacra manibus pedibusque destituta, quæ Mercuriales statuas vocabant, quippe quod occulte intus simulacrum aliquod absconderent : nam quæ occulta erant, Mercurio ascribebant. Faciebant autem in iis cum ostia, tum concavitates, quibus deorum quos colebant, simulacra imponebant. Apparebant itaque viles ejuscemodi statuæ Mercuriales, sed intra se deorum ornamenta continebant ; studiosi itaque illarum **27** contemplatores, non tam statuis istis quadratis attendebant, quam interioribus simulacris. Per hæc itaque etiam divina veris negationibus celebranda sunt : etsi enim quid ejuscemodi dixeris, tamen juxta negantem theologiam, illud non est numen. Et rursus hoc dicitur secundum affirmantem theologiam, sed non simpliciter ac vere, sed per affinitatem cum rebus terrenis ac diversimodis similitudinibus resonantiarum quodammodo rerum creatarum. Sicut enim resonantia est id quod post sonum, seu exilis quidam vocis sibilus, auditui inhæret ; sic etiam res creatæ sunt obscura quædam manifestatio divinæ superessentialitatis : siquidem non ex iis rebus quæ in ipsa, sed ex iis quæ ab ipsa sunt, species ejuscemodi imprimitur. Ultimæ autem resonantiæ seu species sunt nostræ, comparatione angelicarum : quoniam in rebus quoque nostratibus, proportione quadam, divinæ similitudines reperiuntur ; cum etiam in herbis ac metallis id quod prosit et vivificet inveniatur, atque in aliis alia divina mirabiliaque. Nihil itaque absurdi sit, cum etiam

[e] Joan. VII, 38. [f] Cant. I, 2. [g] Osee XIII, 7. [h] Psal. XXI, 7.

* *F.* κατ' αὐτήν. Sic legit interpres. Ed. Patrol.

in Deo id fiat, si cœlestes quoque virtutes per ultimas et dissimiles similitudines exprimantur : nam et hoc forte dum nos perculit propter difformitatem fictionis, qua manifestabantur ac declarabantur, simul movit ad ejuscemodi inquisitionem, non sinendo mentem nostram iis, quibus describebantur, figuris immorari, sed excitabat ad illas rennendas, incitabatque ut ab his, quæ apparebant, ad anagogas, sive sensus a terrenis abducentes, intenderemus.

A ζήτησιν, οὐκ ἐῶν ἡμῶν τὸν νοῦν ἐναπομεῖναι τοῖς ἱστορουμένοις ὡς ἔχουσιν, ἀλλ' ἐρεθίζον ἀπαναίνεσθαι ταύτας, καὶ προσεθίζον ἀπὸ τούτων δὴ τῶν φαινομένων εἰς ἀναγωγὰς ἀνατείνεσθαι.

Hæc de istiusmodi similitudinibus sint dicta. Recte autem illas angeliformes, non angelicas appellavit: non enim angelorum, sicut in se sunt, imagines depictæ sunt, sed efformationis rerum incorporearum quamdam speciem præ se ferunt. Cæterum jam definiendum et declarandum, quid porro ipsammet hierarchiam esse arbitremur; quidve ab ea lucri capiant hierarchæ ex sacris cæremoniis mysteriisque. Utinam autem viam sternat Christus, si mihi fas sit dicere, mens, appropriando mihi quod commune est, qui universæ sacerdotalis institutionis est inspiratio traditioque! Tu vero, fili (loquitur ad Timotheum), secundum legis nostræ traditionem (sancta enim sanctis), ipsemet, ut sancta decet, et non terrena ratione audi, in explicatione rerum divinarum divinus factus; atque arcana mente quæ sancta sunt, a profanis viris abscondens, tanquam uniformia simpliciaque, **28** ut quæ verborum compositione atque involucris minime indigent, mere. Observa autem, ut multitudini uniformitatem subjunxerit: res enim sanctæ unificant, profanæ vero distrahunt. Non enim æquum est, juxta sacra Evangelia, projicere porcis spiritalium margaritarum purum ab omni terrena commistione illustremque splendorem. Filium vero vocat apostolum Timotheum, vel quod annis esset provectior, vel quod ab eodem rogatus esset hæc edocere: siquidem illi magnas turbas facessebant Ionii philosophi. Vel etiam innocentiæ studiosos pueros vocabant, sicut quidam veteres historia tradiderunt, ipsum innocentiæ laude celebrem exstitisse.

Τοσαῦτα μὲν εἰρήσθω περὶ τῶν τοιούτων ὁμοιωμάτων. Καλῶς δὲ ἀγγελοειδεῖς, οὐκ ἀγγελικὰς εἶπεν· οὐ γὰρ αὐτῶν τῶν ἀγγέλων ὥς εἰσιν αἱ εἰκόνες ἀπεγράφησαν, ἀλλ' ἔμφασίν τινα εἰδοποιίας τῶν ἀσωμάτων ἀπεμφαίνουσιν. Ἐξῆς δὲ πρέπει ἀφορίσασθαι καὶ διασαφῆσαι, τί μὲν αὐτὴν τὴν ἱεραρχίαν εἶναι οἰόμεθα, τί δὲ παρ' αὐτῆς οἱ ἱεράρχαι ὠφελοῦνται διὰ τῶν ἱερῶν τελετῶν καὶ μυστηρίων. Εἴθε δὲ προοδοποιήσοι Χριστὸς ὁ ἐμὸς, (εἴ μοι τοῦτο θέμις εἰπεῖν, ἰδιοποιουμένῳ τὸ κοινὸν,) ἡ πάσης ἱερατικῆς καταστάσεως ἐπίπνοια καὶ διάδοσις! B Σὺ δὲ, ὦ παῖ, (φησὶ πρὸς Τιμόθεον,) κατὰ τὴν τοῦ ἡμετέρου νόμου παράδοσιν (τὰ ἅγια γὰρ τοῖς ἁγίοις) αὐτός τε ἱεροπρεπῶς καὶ μὴ χθαμαλῶς ἄκουε, ἐν μυήσει τῶν ἐνθέων γινόμενος ἔνθεος, καὶ κρυφίως περικαλύψας τὰ ἅγια κατὰ νοῦν ἐκ τῶν ἀνιέρων ἀνδρῶν, ὡς ἐνοειδῆ καὶ ἁπλᾶ καὶ μὴ δεόμενα λόγων συνθέσεως διαφύλαξον. Ὅρα δὲ, πρὸς τὸ *πλῆθος* τὸ *ἑνοειδῆ* ἐπήγαγε· τὰ μὲν γὰρ ἅγια ἑνοποιεῖ· τὰ δὲ βέβηλα διασκεδάννυσιν. Οὐ γὰρ δίκαιον, ὡς τὰ ἱερά φασιν Εὐαγγέλια, εἰς χοίρους ἀποῤῥίψαι τὴν τῶν νοητῶν μαργαριτῶν ἀμιγῆ τῆς κάτω συγχύσεως καὶ λαμπρὰν φαιδρότητα. Παῖδα δὲ λέγει τὸν ἀπόστολον Τιμόθεον, ἢ ὡς προβεβηκὼς τοῖς ἔτεσιν οὗτος, ἢ διὰ τὸ ἐρωτᾶσθαι παρ' αὐτοῦ, κἀκεῖνον διδάσκεσθαι· C εἶχε γὰρ μεγάλας τὰς ἐνοχλήσεις παρὰ τῶν ἐν Ἰωνίᾳ φιλοσόφων. Ἢ τοὺς τὴν ἀκακίαν ἀσκοῦντας παῖδας ἐκάλουν, καθώς τινες παλαιοὶ ἱστοροῦσι περὶ τούτου. ὅτι τῇ ἀκακίᾳ ἐσεμνύνετο.

# CAPUT III.

*Quid sit hierarchia, et quænam ejus utilitas.*

# ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

*Τί ἐστιν ἱεραρχία, καὶ τίς ἡ κατὰ ἱεραρχίαν ὄρησις.*

## SYNOPSIS CAPITIS.

I. *Definit hierarchiam, eamque trifariam dividit.* II. *Exponit quis sit finis sive scopus hierarchiæ, et qualis in ea sit subordinatio: et simul ostendit, perfectionem ejus consistere in Dei imitatione; ejusque functiones esse, expiare, illuminare, perficere.* III. *Explicat, quid incumbat tam iis qui expiantur, illuminantur, perficiuntur, quam illis qui expiant, illuminant atque perficiunt.*

## § I.

Est hierarchia, meo quidem judicio, sacer ordo, et scientia, et actio quæ ad deiformitatem, quantum fas est, accedit, atque insitis sibi divinitus illustrationibus proportione quadam ad Dei subvehitur imitationem. Porro ea quæ Deum decet, pulchritudo, ut simplex, ut bona, ut origo perfectionis, nulli omnino est admista dissimilitudini, sed pro cujusque merito cuilibet lumen suum impertitur, et in sacramento divinissimo, ad immutabilitatis suæ speciem transformando consummat.

D Ἔστι μὲν ἱεραρχία, κατ' ἐμὲ, τάξις ἱερὰ, καὶ ἐπιστήμη, καὶ ἐνέργεια πρὸς τὸ θεοειδὲς ὡς ἐφικτὸν ἀφομοιουμένη, καὶ πρὸς τὰς ἐνδιδομένας αὐτῇ θεόθεν ἐλλάμψεις ἀναλόγως ἐπὶ τὸ θεομίμητον ἀναγομένη. Τὸ δὲ θεοπρεπὲς κάλλος, ὡς ἁπλοῦν, ὡς ἀγαθὸν, ὡς τελεταρχικὸν, ἀμιγὲς μέν ἐστι καθόλου πάσης ἀνομοιότητος, μεταδοτικὸν δὲ κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ τοῦ οἰκείου φωτὸς, καὶ τελειωτικὸν ἐν τελετῇ θειοτάτῃ κατὰ τὴν πρὸς ἑαυτὸ τῶν τελουμένων ἐναρμονίως ἀπαράλλακτον μόρφωσιν.

## § II.

Σκοπὸς οὖν ἱεραρχίας ἐστὶν, ἡ πρὸς Θεὸν, ὡς A ἐφικτὸν, ἀφομοίωσίς τε καὶ ἕνωσις, αὐτὸν ἔχουσα πάσης ἱερᾶς ἐπιστήμης τε καὶ ἐνεργείας καθηγεμόνα, καὶ πρὸς τὴν αὐτοῦ θειοτάτην εὐπρέπειαν ἀκλινῶς μὲν ὁρῶν, ὡς δυνατὸν δὲ ἀποτυπούμενος, καὶ τοὺς ἑαυτοῦ θιασώτας, ἀγάλματα θεῖα τελῶν, ἔσοπτρα [71] διειδέστατα καὶ ἀκηλίδωτα, δεκτικὰ τῆς ἀρχιφώτου καὶ θεαρχικῆς ἀκτῖνος· καὶ τῆς μὲν ἐνδιδομένης αἴγλης ἱερῶς ἀποπληρούμενα, ταύτην δὲ αὖθις ἀφθόνως εἰς τὰ ἑξῆς ἀναλάμποντα, κατὰ τοὺς θεαρχικοὺς θεσμούς. Οὐ γὰρ θεμιτόν ἐστι τοῖς τῶν ἱερῶν τελεταῖς [72], ἢ τοῖς ἱερῶς τελουμένοις, ἐνεργῆσαί τι καθόλου, παρὰ τὰς τῆς οἰκείας τελεταρχίας ἱερὰς διατάξεις· ἀλλ' οὐδὲ ὑπάρχειν ἑτέρως, εἰ τῆς θεωτικῆς αὐτῆς ἀγλαΐας ἐφίενται, καὶ πρὸς αὐτὴν ἱεροπρεπῶς [73] ἀποσκοποῦσι, καὶ ἀποτυποῦνται κατὰ τὴν B ἑκάστου τῶν ἱερῶν νόων ἀναλογίαν. Οὐκοῦν ὁ λέγων ἱεραρχίαν, ἱεράν τινα καθόλου διακόσμησιν δηλοῖ, εἰκόνα τῆς θεαρχικῆς ὡραιότητος, ἐν τάξεσι καὶ ἐπιστήμαις ἱεραρχικαῖς, τὰ τῆς οἰκείας ἐλλάμψεως ἱερουργοῦσαν μυστήρια, καὶ πρὸς τὴν οἰκείαν ἀρχὴν ὡς θεμιτὸν ἀφομοιουμένην. Ἔστι γὰρ ἑκάστῳ τῶν ἱεραρχίαν κεκληρωμένων ἡ τελείωσις, τὸ κατ' οἰκείαν ἀναλογίαν ἐπὶ τὸ θεομίμητον ἀναχθῆναι. Καὶ τὸ δὴ πάντων θειότερον, ὡς τὰ Λόγιά φησι, Θεοῦ συνεργὸν γενέσθαι, καὶ δεῖξαι τὴν θείαν ἐνέργειαν ἐν ἑαυτῷ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀναφαινομένην· οἷον, ἐπειδὴ τάξις ἱεραρχίας ἐστὶ τὸ τοὺς μὲν καθαίρεσθαι, τοὺς δὲ καθαίρειν· καὶ τοὺς μὲν φωτίζεσθαι, τοὺς δὲ φωτίζειν· καὶ τοὺς μὲν τελεῖσθαι [74], τοὺς δὲ τελεσι- C ουργεῖν, ἑκάστῳ τὸ θεομίμητον ἁρμόσει κατὰ τόνδε τὸν τρόπον. Ἡ θεία [75] μακαριότης, ὡς ἐν ἀνθρώποις εἰπεῖν, ἀμιγὴς μέν ἐστιν ἁπάσης ἀνομειότητος, πλήρης δὲ φωτὸς ἀϊδίου, τελεία καὶ ἀνενδεὴς ἁπάσης τελειότητος, καθαίρουσα, καὶ φωτίζουσα, καὶ τελεσιουργοῦσα· μᾶλλον δὲ κάθαρσις ἱερὰ, καὶ φωτισμὸς, καὶ τελείωσις, ὑπὲρ κάθαρσιν, ὑπὲρ φῶς, προτέλειος αὐτοτελεταρχία [76], καὶ πάσης μὲν ἱεραρχίας αἰτία, παντὸς δὲ ἱεροῦ κατὰ τὸ ὑπερέχον ἐξῃρημένη.

Scopus igitur hierarchiæ est, Dei, quanta fieri potest, assimilatio conjunctioque : quem cum habeat omnis sacræ et scientiæ et operationis ducem, ad divinissimum ejus decorem constanter intuendo, eumdem quoad potest exprimit, nec non divinos sui consortes sacra quædam perficit simulacra, speculaque clarissima et immaculata quæ primitivæ lucis summæque deitatis radium excipiant : cujus indito splendore sacro plena, denuo eumdem ex divinis legibus, in ea quæ sequuntur, sine invidia transfundant. Neque enim fas est sacris professoribus, vel **29** initiatis, quidquam prorsus operari, quod sacri sui ordinis sacrosanctis constitutionibus repugnet; imo nec iisdem dissentire, si divinam ejus appetant claritatem, et ad illam sancte, uti decet, aspiciant, ac pro cujusque sacrarum mentium capacitate transformentur. Itaque qui hierarchiam nominat, quamdam omnino sacram designat dispositionem, Dei principalis pulchritudinis imaginem, ordinibus scientiisque sacroprincipalibus, illustrationis suæ mysteria celebrantem, atque proprio, quantum fas est, principio conformem. Etenim cujuslibet eorum qui sacrum ordinem sortiti sunt, in hoc sita perfectio est, ut ad divinam, pro capta quisque suo, promoveatur imitationem, quodque divinius est omnium, ipsius etiam Dei, ut Eloquia loquuntur, cooperator exsistat, divinamque in semetipso demonstret operationem, quoad potest, elucentem : quippe cum in hoc sit sacræ gubernationis ordo, ut aliqui purgentur, alii purgent ; aliqui illuminentur, alii illuminent ; quidam perficiantur, nonnulli vero perficiant; modo cuique suo divina congruet imitatio. Divina siquidem beatitudo, ut more hominum loquar, expers est omnis dissimilitudinis, ac plena lucis sempiternæ, perfecta, nullius indiga perfectionis, mundans, illuminans, consummans ; quinimo potius ipsamet sacra mundatio, et illuminatio, et consummatio, supra mundationem, supra lucem, præperfecta, per se origo perfectionis, atque omnis quidem sacri ordinis causa, verumtamen ab omni re sacra per excellentiam excepta.

## § III.

Χρὴ τοιγαροῦν, ὡς οἶμαι, τοὺς μὲν καθαιρομέ- D νους ἀμιγεῖς ἀποτελεῖσθαι καθόλου, καὶ πάσης ἠλευθερῶσθαι τῆς ἀνομοίου συμφύρσεως· τοὺς δὲ φωτιζομένους ἀποπληροῦσθαι τοῦ θείου φωτὸς, πρὸς θεωρητικὴν ἕξιν καὶ δύναμιν ἐν πανάγνοις νοὸς ὀφθαλμοῖς ἀναγομένους· τοὺς δὲ τελουμένους [77], ἐκ τοῦ ἀτελοῦς μετατατταμένους, μετόχους γίνεσθαι τῆς τῶν ἐποπτευθέντων ἱερῶν τελειωτικῆς ἐπιστήμης.

Oportet igitur, ut arbitror, eos qui purgantur, puros effici omnino, atque omni dissimilitudinis commistione liberari; eos vero qui illuminantur divino lumine repleri, ad contemplativum statum atque virtutem castissimis mentis oculis evehendos; denique eos qui perficiantur, ab imperfectione translatos, illorum quæ contuiti sunt, sacrorum perfectivæ scientiæ participes exsistere. Expiato-

### VARIÆ LECTIONES.

[71] Bud. ἔσοπτρά τε. [72] Ch. D. P. S. τελεσταῖς, cui lectioni veteres astipulantur interpretes. [73] Ch. ἱερῶς. [74] Ch. D. τελειοῦσθαι. [75] Ch. aliter legit et distinguit, ἁρμόσει διὰ τόνδε τὸν τρόπον ἡ θεία. [76] Ch. ὑπέμψωτος. S. et M. adjungunt post προτέλειος, verbum αὐτοτέλειος, quod Scotus etiam reddit. [77] S. P. D. τελειουμένους.

res porro decet præstantia mundationis alios participes reddere propriæ puritatis ; illuminatores autem, ut qui sunt mentes perspicaciores eum ad percipiendum tum ad transfundendum rite lumen idoneos, nec non luculenter sacro fulgore plenos, exundantem undique lucem in ea dignos derivare ; denique perfectores, ceu perficientis disciplinæ peritissimos, perficere illos qui perficiendi sunt, sacratissima doctrina scientiæ **30** rerum sacrarum quas inspexerunt. Quilibet igitur hierarchiæ distinctionis ordo, pro modulo quisque suo ad divinam adducitur cooperationem, ea per Dei gratiam virtutemque perficiens, quæ summæ Deitati naturaliter, supraque naturam insunt, et ab eadem superessentialiter acta, nec non ad possibilem Dei amicarum mentium imitationem hierarchiæ sunt declarata.

A Τοὺς δὲ καθαρτικοὺς, περιουσίᾳ καθάρσεως ἑτέροις μεταδιδόναι τῆς οἰκείας ἀγνότητος· τοὺς δὲ φωτιστικοὺς, ὡς διειδεστέρους νόας, καὶ πρὸς μετοχὴν φωτὸς καὶ μετάδοσιν οἰκείως ἔχοντας, καὶ πανολβίως τῆς ἱερᾶς ἀποπληρουμένους αἴγλης, τὸ κατὰ πᾶν αὐτῶν ὑπερχεόμενον φῶς, εἰς τοὺς ἀξίους φωτὸς ἐποχετεύειν· τοὺς δὲ τελεσιουργοὺς, ὡς ἐπιστημονικοὺς τῆς τελεστικῆς μεταδόσεως, τελεῖν τοὺς τελουμένους [18] τῇ πανιέρῳ μυήσει τῆς τῶν ἐποπτευθέντων ἱερῶν ἐπιστήμης. Οὐκοῦν ἑκάστη τῆς ἱεραρχικῆς διακοσμήσεως τάξις, κατὰ τὴν οἰκείαν ἀναλογίαν ἀνάγεται πρὸς τὴν θείαν συνέργειαν, ἐκείνα τελοῦσα χάριτι καὶ θεοσδότῳ δυνάμει, τὰ τῇ θεαρχίᾳ φυσικῶς καὶ ὑπερφυῶς ἐνόντα [19], καὶ πρὸς αὐτῆς ὑπερουσίως δρώμενα, καὶ πρὸς τὴν ἐφικτὴν τῶν φιλοB θέων νόων μίμησιν ἱεραρχικῶς ἐκφαινόμενα.

## ADNOTATIONES CORDERII.

Ubi generatim ostendit rationem, qua nobis in cœlestium spiritualiumque rerum cognitionem deveniendum sit, ad hierarchiæ transit explicationem.

§ 1. Ac primum quidem, quid ipsa sit definit, dicens : Ἔστι μὲν ἱεραρχία, *est quidem hierarchia*, etc., eamque distribuit in ordinem, scientiam et actionem ; in ordine officium, in scientia discretionem, in actione ministerium designans ; quibus tribus quasi partibus, omnis tam angelica quam nostra hierarchia seu gubernandi ratio continetur. Nam, ut recte Hugo ad hunc locum, sine ordine, præsumptio est actio ; sine actione negligentia est ordo ; sine scientia vero, et actio reprehensibilis, et ordo inutilis. Τάξις autem, seu ordo, hic idem est quod ἐξουσία seu potestas, de qua Paulus ad Rom. XIII, 1 : *Πᾶσα ψυχὴ ἐξουσίαις ὑπερεχούσαις ὑποτασσέσθω· οὐ γάρ ἐστιν ἐξουσία, εἰ μὴ ἀπὸ Θεοῦ· αἱ δὲ οὖσαι ἐξουσίαι ὑπὸ Θεοῦ τεταγμέναι εἰσίν. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit ; non est enim potestas, nisi a Deo ; quæ autem potestates sunt, a Deo ordinatæ sunt.* Ubi duo dicit Apostolus : primo, potestates esse a Deo ; secundo, eas carere ἀταξίᾳ, id est confusione, et esse apto ordine distributas et subordinatas a Deo vel sub Deo. Prima itaque hierarchia est potestas Divinitatis, quæ dicitur ταξαρχία ; secunda et media est angelica, et dicitur διακόσμησις, id est, *adornatio*, ad similitudinem primæ potestatis facta, et sub prima potestate constituta ; tertia et ultima est humana, ad similitudinem angelicæ facta, et sub ea constituta, et per eam sub prima et suprema. Hisce hierarchiis totus mundus gubernatur. Prima igitur secundam et tertiam hierarchiam post se constituit in angelis et hominibus, ut ei conformes essent participatione virtutis, et cooperatrices consortio potestatis : et divisit dona virtutum, et secundum divisiones donorum, distribuit officia potestatum ; et dedit dona plurima, et multas potestates constituit, et omnia dona de uno, et omnia ad unum, et in uno juxta illud : *Divisiones gratiarum sunt, idem autem Spiritus : et divisiones ministrationum sunt, idem autem Dominus : et divisiones operationum sunt, idem vero Deus, qui operatur omnia in omnibus* [j]. Nam *ex ipso, et per ipsum, et in ipso*, et ad ipsum *sunt omnia* [k].

*Est hierarchia sacer ordo*, etc. Quærit sanctus Thomas in II *Sent.*, dist. 9, a. 1, utrum hæc definitio, data a Dionysio, sit conveniens. Respondet : Cum hierarchia significet sacrum quemdam principatum, in omni autem principatu requiratur gradus potestatis et finis, in sacro principatu oportere hujusmodi sacra esse et divina. Et ideo sicut in sæculari principatu finis est, ut subjecta multitudo pacifice disponatur ad bonum a principe intentum (sicut patet in exercitu, qui, secundum Philosophum, ordinatur ad bonum ducis, sicut ad ultimum finem [l]) : ita oportet in sacro principatu finem esse assimilationem ad Deum. Hunc autem finem non possunt angeli consequi, nisi per ordinatam actionem, ad quam exigitur ordinata potestas, et scientia dirigens ; et ideo in definitione hierarchiæ ponitur *ordo*, in quo exprimitur gradus potestatis ; *et scientia*, sicut dirigens, *et actio*, sicut ad finem inducens, *et Dei similitudo*, sicut finis intentus. Cum autem finis sit causa causarum, ideo definitio quæ sumitur ex fine, formalior est inter omnes definitiones, et medium demonstrans eas ; et ideo illa descriptio, *hierarchia est ad Deum unitas et similitudo*, est quasi definitio, quæ est medium demonstrationis : hæc autem, *hierarchia est ordo, et scientia, et actio*, si nihil addatur, est quasi demonstrationis conclusio, quia includit essentialia principia hierarchiæ : unde Dionysius eam ex prædicta concludit : sed illa, quæ posita est hic initio capitis, perfecta est, quia comprehendit utramque, unde est quasi demonstratio positione differens.

**31** Notandum autem, quod *ordo* dupliciter sumi possit, videlicet, vel secundum quod nominat unum gradum tantum, sicut v. g., qui sunt unius gradus, dicuntur unius ordinis ; et sic ordo est pars hierarchiæ : vel secundum quod dicit relationem quæ est inter diversos gradus, ut idem sit quod ipsa ordinatio ; et sic sumitur quasi abstracte : atque hoc modo ponitur in definitione hierarchiæ ; primo autem modo sumitur concretive, ut sit ordo idem quod unus gradus ordinatus.

[j] I Cor. XII, 4. [k] Rom. XI 36 [l] 12 *Metaphys.* text. 2.

## VARIÆ LECTIONES.

[18] D. τελειουμένοις. [19] M. ἔντα.

§ II. Assignat scopum hierarchiæ, qui est Dei, quoad fieri potest, assimilatio, non solum in virtute, verum etiam in gubernandi potestate. Siquidem dignum erat, inquit Hugo, ut illa creatura divinæ particeps exsistat potestatis in dispositione sua, quæ in sua conditione similitudinis participationem acceperat, ut quæ sola ad similitudinem Conditoris sui facta fuerat, sola in sua ordinatione imaginem referret illius. Neque tamen particeps potestatis esse potuisset, nisi prius per gratiam consors fieret virtutis : neque cum illo posset quod ipse potest, nisi prius ex illo esse mereretur quod ipse est. Omnipotens ergo Conditor non extranea usurpatione neque perfunctoria appellatione gubernator a se factorum ; sed insita sibi virtute, et bonitate inolita cuncta fovens ac nutriens, regens et disponens universa, sub se dominantibus bonitatem et virtutem, secundum mensuram participationis, et ministerii rationem, per ordines et gradus multifariam dispensavit. Quare bene monet Dionysius maximam in hierarchia subordinationem servandam esse, cavendumque, ne quis supra gradum et ordinem suum quidquam attentet ; sed cuilibet in gradu ordineque suo conandum, ut in se et aliis divinam promoveat imitationem, Deique cum expiando, tum illuminando, tum perficiendo, cooperator exsistat. Atque istæ sunt distributiones luminum, descendentes in omnia, quibus ipsa participare datum est a Patre luminum (quem hic τελεταρχίαν et αὐτοτελεταρχίαν, id est originem perfectionis, et per se originem perfectionis, vocat) ut luceant et illuminent ; subjecta quidem in eo quod lucent, et in eo quod illuminant, prælata.

§ II. *Ut aliqui purgentur, alii purgent*, etc. Occasione hujus loci disputat sanctus Thomas in II *Sentent.*, distinct. 9, quæst. 1, art. 2, utrum unus angelus alium purget. Ubi sciendum quod purgatio, quæ est in angelis, non sit ab immunditia, sed (ut § 3 dicitur) a dissimilitudinis commistione seu confusione, vel a nescientia, quod in idem recidit. Confusio enim intellectus est ex eo quod sit in potentia respectu plurium, in quo dissimilis est a primo intellectu, scilicet divino, cui nulla possibilitas admiscetur. Per lumen ergo receptum a Deo mediante superiore angelo, liberatur intellectus angeli inferioris ab hac dissimilitudinis confusione, in quantum terminatur ad unum, cui tanto fortius inhæret, quanto magis efficax est in medium cognitionis. Sicut patet in eo, qui nescit quam partem contradictionis eligat, sed invento medio probabili, magis ad unam trahitur : sed addito medio demonstrativo, firmatur in illo. Dicendum ergo cum divo Thoma supra citato, quod actio non possit esse nisi secundum exigentiam rei cujus est actio : cum autem hierarchia perficiatur in scientia, ut ex definitione patet, oportet ut actio hierarchica in transfusione scientiæ consistat. Unde divus Dionysius, cap. 7, dicit quod purgatio, illuminatio et perfectio, sit divinæ scientiæ assumptio. Ad scientiæ autem acquisitionem concurrunt duo, scilicet expulsio contrarii seu privationis, et consummatio ejus, sicut fit etiam in acquisitione cujuslibet formæ. Quantum ergo ad remotionem privationis, est purgatio ; quantum ad influentiam luminis, est illuminatio ; et quantum ad cognitionem consequentem, in quam dirigit lumen, sicut in ultimum terminum est perfectio. Vide plura apud S. Thomam supra citatum, et in prima parte, qu. 108, ubi de angelicis illuminationibus fuse disputat. Item in *Quæstionibus disputatis*, quæst. 9, *De cognitione angelorum*, artic. 1, 2, 3, quæ habentur tomo VIII Operum ipsius.

§ III. Exponit, quid sit muneris tam eorum, qui expiantur, illuminantur, perficiuntur, quam eorum qui expiant, illuminant, perficiunt : quæ omnia per lumen fiunt. Atque hæc est hierarchia, quam summus Hierarcha secundum se formavit, et sub se constituit dominari et præesse in operibus suis, secundum ordines consignatos sub uno principio et potestate una : a qua omnis potestas, et omnis virtus, et omnis lux spiritualiter lucens, et illuminans omnia spiritaliter lucentia. Atque hæc est, inquit Hugo, creaturæ rationalis celsitudo et sublimitas et dignitas admiranda, quod dominari meruit in operibus factoris sui, accepta virtute ab ipso, et tenens potestatem cum ipso. Quæ virtus, quoniam secundum mensuram largitionis et participationis varie multipliciterque, ad decorem et pulchritudinem eorum quæ Sapientia ornavit operum, ab una virtute et potestate una distribuitur, multæ virtutes et potestates multæ efficiuntur. Sed ne rursum multitudo schisma generet ac divisionem, et adversum se pugnet orbis dominatione contraria, unum principium est, et moderator unus omnium, a quo habent quod sunt, et sub quo moderantur quod possunt, et referunt ad ipsum omne quod efficiunt ; ut unitas maneat in omnibus, et pax perseveret in regno cuncta creantis et regentis omnia Dei.

—

## 32 PARAPHRASIS PACHYMERÆ (8*).

§ I. Ἐν τούτῳ τῷ κεφαλαίῳ τήν τε ἱεραρχίαν ὁρίζεται, καὶ τίς ἡ ταύτης ὠφέλεια δείκνυσι. Φησὶ τοίνυν, ὅτι ἔστιν ἱεραρχία, ὡς ἐγὼ λέγω, τάξις ἱερά, καὶ ἐπιστήμη, καὶ ἐνέργεια. Ἔστι γὰρ τάξις καὶ φυσικὴ ἡ τοῦ ἀριθμοῦ, ὡς τὸ πρῶτον καὶ δεύτερον. Ἔστι τάξις καὶ ἡ θέσει, ἧς τὸ μὲν σωματικὸν, ὡς αἱ βασιλικαὶ ἀξίαι· τὸ δὲ ἱερὸν, ὡς ἱερατικαὶ καταστάσεις· ἣν δὴ καὶ ἐπιστήμην λέγει, καὶ ἐνέργειαν. Εἰ μὴ γὰρ καθ' ἕξιν ὁ σίδηρος ἐκπυρωθείη, οὐκ ἂν ἐπ' ἄλλου τὴν καῦσιν πλησιάζοντος δράσειε· καὶ εἰ μὴ φωτισθείη καθ' ἕξιν ὁ ἱεράρχης ἄνωθεν, οὐκ ἂν ἐνεργήσοι ἑτέροις τὸν φωτισμόν. Ἐπεὶ γὰρ ὁ φωτίζων πρὸς τὸν φωτιζόμενον λέγεται, καὶ ὁ τελῶν πρὸς τὸν τελούμενον, ὡς ὁ διδάσκων πρὸς τὸν διδασκόμενον· διὰ τοῦτο οὐ λέγεται μόνον ἐπιστήμη ἡ ἱεραρχία, ἀλλὰ

A § I. In hoc capite hierarchiam definit, et quæ hujus utilitas sit ostendit. Est igitur, inquit, hierarchia mea sententia sacer ordo, atque scientia, et operatio. Est etenim ordo etiam naturalis numeri, ut primum et secundum. Est etiam ordo ex instituto, qui partim quidem corporale quid spectat, ut regiæ dignitates ; partim vero quid sacrum, ut sacerdotales constitutiones : quem ordinem quoque scientiam nominat et operationem. Nisi enim ferrum jam habitudine ignitum sit, nequaquam sane id, cui applicatur, aduret : sic etiam sacerdos sive hierarcha, nisi habitu superno fuerit illuminatus, nequaquam lumen aliis afflabit. Cum enim illuminans ad illuminatum referatur, et initians ad initiatum, et docens ad eum qui docetur ; idcirco hierar-

(8*) Vide Scholia S. Maximi, tom. II, cap. 3.

chia non solum scientia, sed et operatio appellatur, ut secundum habitum suum operetur in aliis illuminationem. Quapropter etiam ad deiformitatem refertur : nam secundum inditas sibi illustrationes, pro captu suo ad Dei imitationem adducitur, dum extraneos divinæ lucis participes reddit. Quoniam ergo hierarchia quamdam Dei formam exprimit, quomodo id fiat pandit. Illa quæ Deum decet pulchritudo ac venustas, ab omni terrena dissimilitudine remota est ; nullam enim cum rebus genitis participationem habet : tum quoniam simplex est, hæc vero omnia composita ex elementis, vel materia et figura constant; tum quia bona est, imo ipsum bonum : bonum autem omnia appetunt, sed bonum non appetit aliud a se : Numen itaque divinum indeficiens est, sed creaturæ sunt egenæ ; tum etiam, quia pulchritudo illa principium est perfectionis, quippe auctrix et origo ejus : omne autem mysterium perfectio est, in quantum animam perficit ; at creaturæ non tantum non dant initium talis perfectionis, sed illæ ipsæ sunt quæ perficiuntur. Idcirco divina pulchritudo nequaquam iis est permista ; quoniam est ipsamet uniformitas, et æqualitas, et identitas, quinimo una est et unifica, utpote simplex et impermista atque incomposita . quod vero difforme est et inæquale, atque alterum, et parvum, et mutabile, id etiam materiatum est. Quod itaque unum est, impermistum est multitudini ; non tamen ita, ut non pro dignitate cuique lumen suum communicet; idcirco enim etiam dicitur Deus appropinquans, ut qui natura sua procul absit a nobis. Quin et in divinissimo cum baptismatis **33** tum sacerdotii sacramento perfectionem tribuit, qua eorum qui initiantur anima, immanenti stabilique sanctitate informetur atque exornetur. Si enim id quod alicujus particeps exsistit, differat varietve ab eo quod participat, nunquam illi concordabit. Quapropter insurgentes omnes motus corporis animique inæqualitates abradendæ, atque in unica simplicitate, seu æqualitate animi persistendum est ei qui ad Dei consortium est admittendus. Atque hæc est illa Dei imitatio ad quam hierarchia pro viribus nititur, quoniam et ipsa sui studiosos lucis suæ participes reddit.

A καὶ ἐνέργεια, ἵνα κατὰ τὴν ἑαυτῆς ἕξιν ἐνεργήσειεν ἐπ' ἄλλοις τὸν φωτισμόν. Διὰ τοῦτο καὶ πρὸς τὸ θεοειδὲς ἀφωμοίωται· κατὰ γὰρ τὰς ἐνδιδομένας ἐλλάμψεις ἀναλόγως εἰς θεομιμησίαν ἀνάγεται, ἐν τῷ ἐνεργεῖν τὸν φωτισμὸν τοῖς ἔξωθεν. Ἐπεὶ ἡ ἱεραρχία πρὸς τὸ θεοειδὲς ἀφωμοίωται, φησὶ πῶς τοῦτο γίνεται. Τὸ γοῦν θεοπρεπὲς καὶ Θεῷ πρέπον κάλλος πάσης ἀφίσταται γηΐνης ἀνομοιότητος· οὐ μετέχει γὰρ πρὸς τὰ ἐν γενέσει· ὅτι ἐκεῖνο μὲν ἁπλοῦν, ταῦτα δὲ ἅπαντα σύνθετα ἐκ στοιχείων, ἢ ἐξ ὕλης, καὶ εἴδους συγκείμενα, καὶ ὅτι ἐκεῖνο μὲν ἀγαθὸν, καὶ αὐτάγαθον· τοῦ δὲ ἀγαθοῦ πάντ' ἐφίεται, καὶ οὐ τοῦτο ἑτέρου· ἀνελλιπὲς γοῦν τὸ Θεῖον, τὰ δὲ κτίσματα ἐνδεᾶ· καὶ ὅτι ἐκεῖνο τελεταρχικὸν, οἱονεὶ ἐξάρχον πάσης τελετῆς· τελετὴ δέ ἐστι πᾶν μυστήριον, ὡς τελειωτικὸν τῆς B ψυχῆς· ταῦτα δὲ μὴ μόνον οὐκ ἐξάρχουσι τῆς τοιαύτης τελετῆς, ἀλλὰ καὶ τελούμενά εἰσι. Διὰ τοῦτο τὸ θεῖον κάλλος ἐστὶ μὲν ἀμιγὲς πρὸς ταῦτα· ὁμοιότης γὰρ καὶ ἰσότης καὶ ταὐτότης, τὸ ἓν καὶ ἑνοποιὸν, ἅτε ἁπλοῦν καὶ ἀμιγὲς καὶ ἀσύνθετον. ἀνόμοιον δὲ καὶ ἄνισον, καὶ ἑτερότης, καὶ μικρὸν, καὶ ἐν μεταβολῇ, τὸ πρόσυλον. Τὸ γοῦν ἓν ἀμιγές ἐστι πρὸς τὰ πλήθη, οὐ μὴν δὲ οὕτως, ὡς μὴ δι' ἀγαθότητα μεταδοτικὸν εἶναι κατ' ἀξίαν ἑκάστῳ τοῦ οἰκείου φωτός· διὰ τοῦτο γὰρ λέγεται καὶ Θεὸς ἐγγίζων ὁ κατὰ φύσιν πορρωτάτω ἡμῶν ὤν. Ἔτι δὲ καὶ τελειωτικὸν ἐν τελετῇ θειοτάτῃ τῇ τοῦ βαπτίσματος, τῇ τῆς ἱερωσύνης, κατὰ τὴν μόρφωσιν τῶν τελουμένων, καὶ ἁρμογὴν τῆς ψυχῆς αὐτῶν ἀπ' ἐμμόνου καὶ διηνεκοῦς C ἁγιότητος. Εἰ γὰρ παραλλάττει τὸ μετέχον τοῦ μετεχομένου, οὐκ ἂν ἁρμόσειε πώποτε. Ὅθεν ἀποξεστέον ἐστὶ τὰς σωματικὰς ἐπαναστάσεις, καὶ τὰς τῆς γνώμης ἀνωμαλίας, καὶ εἰς μίαν καταστατέον ἁπλότητα, εἴτουν ἰσότητα, τῷ μέλλοντι προσκαλεῖσθαι Θεῷ. Καὶ τοῦτό ἐστιν ὡς ἐφικτὸν τῆς ἱεραρχίας τὸ θεομίμητον, ὅτι καὶ αὕτη μεταδίδωσι τοῦ οἰκείου φωτισμοῦ τοῖς θιασώταις αὐτῆς.

§ II. Hinc hierarchiæ utilitatem finemque cognosces assimilationem esse unionemque cum Deo, D quem et scientiæ et functionis suæ ducem habet; ut nimirum particeps fiat illuminationum, dum scopus ejus ad divinissimum decorem, tanquam ad primigenium exemplar, spectat, et secundum ipsum similitudinum divinarum simulacra format, nec non divinas exprimit imagines, juxta illud : *Ego dixi, dii estis, et filii Excelsi omnes* [m]. Atque immaculata specula reddit eos, qui ad divina convertuntur : hos autem θιασώτας, id est *sodales* vocat; θίασος enim idem quod *chorus*. Idcirco etiam dixit, eam Deum scientiæ ac functionis suæ ducem obtinere : quoniam ab ipso totum est, et non ex nostris meritis. Etenim hoc in nostris artibus ac scientiis nequaquam locum habet:

§ II. Ἐντεῦθεν τὴν τῆς ἱεραρχίας γνωρίζεις ὠφέλειαν καὶ τὸν σκοπὸν, ὅτι ἀφομοίωσίς ἐστι καὶ ἕνωσις πρὸς Θεὸν, αὐτὸν ἔχουσα καθηγεμόνα τῆς ἐπιστήμης καὶ τῆς ἐνεργείας· ἵνα μεταδιδοίη δηλονότι τῶν φωτισμῶν, ὁρῶν δηλονότι ὁ σκοπὸς ὡς εἰς ἀρχέτυπον τὴν θειοτάτην εὐπρέπειαν, καὶ ἀποτυπούμενος πρὸς αὐτὴν, ἀγάλματα θείων ἐμφάσεων ἀπεργαζόμενος καὶ θείας εἰκόνας, κατὰ τὸ, *Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες.* Καὶ ἀκηλίδωτα ἔσοπτρα ἐκτελῶν τοὺς περὶ τὰ θεῖα ἀναστρεφομένους· τούτους γὰρ λέγει θιασώτας, θίασος γὰρ ὁ χορός. Διὰ τοῦτο γὰρ εἶπεν, ὅτι καὶ τῆς ἐπιστήμης καὶ τῆς ἐνεργείας ἔχει τὸν Θεὸν καθηγεμόνα, ὅτι τὸ πᾶν ἐκεῖθεν, καὶ οὐ τῆς ἡμετέρας ἐστὶν ἀξίας. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς τεχνῶν καὶ ἐπιστημῶν οὐκ ἔστι τοῦτο· ἀλλὰ τῶν

[m] Psal. LXXXI, 6.

μὲν ἐπιστημῶν ἔχομεν καθηγεμόνας, τῶν δὲ ἐνεργειῶν οὐδαμῶς, ἀλλ' αὐτὴν τὴν τῆς φύσεως κίνησιν· ἐπὶ δὲ τῆς θείας ἱεραρχίας καὶ ἡ ἐπιστήμη, καὶ ἡ ἐνέργεια, ἐκεῖθέν ἐστι. Τὰ γοῦν ἔσοπτρα δέχονται μὲν τοὺς φωτισμούς, κατ' ἀνάκλασιν δὲ πρὸς τοὺς ἔξωθεν ἀποπέμπουσιν· οὕτω καὶ ἐπὶ τοῖς θείοις ἔστιν ἰδειν θεσμοῖς· ὁ ἀρχιερεὺς, παρ' αὐτῆς τῆς ἱεραρχίας τὸν φωτισμὸν δεχόμενος, τοῖς πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις μεταδίδωσιν· οὗτοι δὲ, πληρωθέντες τῆς λαμπηδόνος, πρὸς τοὺς ἑτέρους αὐτὴν ἀποπάλλουσι· τὸ γὰρ χεῖρον ὑπὸ τοῦ κρείττονος εὐλογεῖται. Οὐ μὴν δὲ θεμιτόν ἐστι παρὰ τὰς ἱερὰς διατάξεις ἐνεργεῖν τοὺς ἱερῶς τελουμένους· οἷον, φέρ' εἰπεῖν, διάκονον προσφέρειν, ἢ πρεσβύτερον χειροτονεῖν. Ἴδε γὰρ ἐν ταῖς Πράξεσι, πῶς ὁ Φίλιππος οὐ δίδωσι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἀλλ' οὐδὲ ὑπάρχειν ἑτέρως αὐτοῖς τοὺς ἁγιασμούς φησιν, εἰ μὴ κατὰ τὴν ἀρχῆθεν τῶν ἁγίων ἀποστόλων διάταξιν, εἴπερ τῆς ἱεροπρεποῦς ἀγλαΐας ἐφίενται, εἰς τὸ ἀποτυποῦσθαι κατὰ τὴν τάξιν τῶν οὐρανίων δυνάμεων· κἀκεῖσε γὰρ τὸ πρῶτόν ἐστι καὶ τὸ δεύτερον, καὶ τὸ προσεχὲς πρὸς Θεὸν, καὶ τὸ πόρρω, ὡς τῆς τάξεως συνεχούσης τά τε οὐράνια καὶ τὰ ἐπίγεια. Οὐκοῦν ὁ λέγων ἱεραρχίαν οὐκ ἄλλο τι λέγει, ἢ τὰ ἄνω ῥηθέντα, δηλονότι τόν τε ὁρισμὸν αὐτῆς καὶ τὸν σκοπὸν, ἤγουν τὸ τέλος τὸ τελικώτατον, ὅ δὴ καὶ αὐτὸ, μέρος τοῦ ὁρισμοῦ ἐστιν· ὡς τὸ, τί ἐστι τρυβλίον, τυχὸν σκεῦος τοιόνδε πρὸς ὑπηρεσίαν τροφῆς ἐπιτήδειον, τοῦτο τὸ τέλος. Συνάγει τοίνυν εἰς ταὐτὸν τὸ, τίς ἡ ἱεραρχία, καὶ τίς ἡ ταύτης ὠφέλεια· καὶ, φησὶν, ὁ λέγων ταύτην οὐδὲν ἕτερον λέγει ἢ ἱερὰν διακόσμησιν. Καθόλου δὲ εἶπε, συνάγων τήν τε οὐρανίαν καὶ τὴν καθ' ἡμᾶς εἰκόνα τῆς θείας ὡραιότητος καὶ ἁγιωσύνης· μεταδοτικὴ γὰρ καὶ αὕτη τοῦ φωτισμοῦ ἐν τάξεσι· κατὰ γὰρ διάφορον καὶ ὑπερβεβηκὸς τῶν τάξεων, καὶ τὸ ἐπιστημονικὸν εἶναι δεῖ· ἄλλη γὰρ τάξις πρεσβυτέρου, καὶ ἄλλη ἀρχιερέως, καὶ ἄλλη διακόνου· καὶ ἐπιστήμαις ἱεραρχικαῖς, ἤγουν ἐξορκισμοῖς, προτελεσμοῖς, τελεταῖς, τὰ τῆς ἐλλάμψεως ἱερῶς ἐνεργοῦσαν* μυστήρια. Καὶ ἕχεις ἕως ὧδε τὸ, τί ἐστι τάξις, ἐπιστήμη, καὶ ἐνέργεια· λοιπὸν ὁ σκοπὸς, ἀφομοιούμενος πρὸς Θεὸν, ἐξ οὗ πᾶν ἀγαθὸν, καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἱεραρχία. Ἔστι γὰρ ἑκάστῳ τῶν ἱερωμένων ἡ τελείωσις, τὸ ἀναλόγως ἐπὶ τὴν θεομιμησίαν ἀναχθῆναι, καὶ τὸ μέγιστον, Θεοῦ συνεργὸν γενέσθαι, κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον· ἐπεὶ ὁ τελούμενος, διὰ τῶν φωτιστικῶν εὐχῶν, τὸν ἐκ Θεοῦ φωτισμὸν δέχεται· καὶ δεῖξαι ἐν ἑαυτῷ τὴν θείαν μεταδοτικὴν ἐνέργειαν, τουτέστι τὰ ἔργα τὰ θεῖα, ἐν τῷ σοφίζειν, ἐν τῷ τελειοῦν, καὶ τὰ ὅμοια ποιεῖν τοὺς παιδαγωγουμένους πρὸς δύναμιν· ταῦτα γάρ εἰσι τὰ ἔργα τοῦ Θεοῦ. Ἐφεξῆς δὲ ἐκτίθησι καὶ καθ' ἓν τὴν τάξιν τῶν τε τελούντων καὶ τῶν τελουμένων. Οἱ μὲν καθαίρουσιν, οἱ δὲ καθαίρονται (πάντως οἱ ἔτι ἐμπαθεῖς) διὰ τῆς διὰσκαλίας τῶν διακόνων ἴσως. Καὶ οἱ μὲν φωτίζουσιν, οἱ δὲ φωτίζονται (πάντως οἱ μετριοπαθεῖς) διὰ τῶν εὐχῶν τῶν πρεσβυτέρων δηλαδή. Καὶ οἱ μὲν τελεσιουργοῦσιν, οἱ δὲ τελειοῦνται, οἱονεὶ θεοποιοῦνται

A nam scientiarum quidem præceptores habemus, sed non operationum, quarum ipsemet naturæ motus quasi dux exsistit, et auctor: in divina vero hierarchia, et scientia et operatio a Deo est. Specula siquidem illuminationes recipiunt, sed per reflexionem ad exteriora remittunt : idem in divinis sanctionibus videre licet, dum summus sacerdos ab ipsamet hierarchia illustrationem acceptam in presbyteros ac diaconos trajicit; qui, luce pleni, in cæteros eamdem transfundunt; nam id quod minus est a majori benedicitur. Neque enim fas est iis qui sacris initiati sunt, quidquam contra sacras ordinationes agere, verbi gratia, diacono sacrificare, vel presbytero confirmare. Observa enim in Actis apostolorum, quomodo Philippus non det Spiritum B sanctum. Sed neque aliter iis asserit suppetere sanctificationes, quam juxta primitus traditam sanctorum apostolorum ordinationem; si modo sacri splendoris ambiant participationem, qua juxta cœlestium virtutum ordinem transformentur : nam et ibi est primum ac **34** secundum, et Deo proximum, et remotum, ita ut ille ordo complectatur tam cœlestia quam terrestria. Itaque qui hierarchiam nominat, nihil dicit aliud quam quæ dicta sunt superius, scilicet ejus definitionem ac finem, id est finem ultimum, qui et ipse, ceu pars, ad definitionem spectat; sicut, verbi gratia, si definias patellam esse vas aliquod ad cibos ministrandos accommodatum ; qui finis ejus est. Instar unius itaque conjungit, quæ sit hierarchia, et quænam ejus C utilitas; aitque illum qui hoc dicit, nihil aliud dicere quam sacrum ordinem. Demum concludendo dixit, tam cœlestem quam nostram hanc divinæ pulchritudinis ac sanctitatis imaginem referre. nam et hæc secundum ordines lucem suam distribuit; siquidem pro differentia præstantiaque ordinum etiam sciendi facultas accommodari debet: nam alius est ordo sacerdotis, alius episcopi, alius diaconi; et hierarchicis scientiis, videlicet exorcismis, expiationibus, initiationibus illustrationis mysteria sacrosancte peragunt. Atque hactenus habes quid sit ordo, scientia et operatio; reliquus est scopus, quo Deo, a quo bonum omne dimanat, assimilatur, et hic est hierarchia. Siquidem est cuiD libet eorum qui consecrantur ista perfectio, ut pro captu suo ad divinam imitationem adducatur, et quod est maximum, ut Dei cooperator exsistat, juxta magnum Apostolum; quoniam is qui initiatur, per preces illuminatorias illam, quæ ex Deo est, accipit illustrationem, et in semetipso divinæ participationis vim, id est opera divina, demonstrare debet; partim docendo, partim initiando, et similia pro virili exercendo erga illos qui instituendi sunt; illa enim sunt opera Dei. Deinde exponit etiam sigillatim ordinem initiantium et initiatorum. Siquidem illi expiant, hi vero expiantur, per institutionem videlicet diaconorum, utpote adhuc obnoxii passionibus.

* *Ἴσως* ἐνεργοῦσι.

Atque alii quidem illuminant, alii vero illuminantur, per preces scilicet presbyterorum, utpote passionibus suis jam superiores. Atque alii item consecrant, et alii consecrantur, seu quodammodo deificantur per antistitum unctionem cæterasque sacras consecrationes, utpote jam passionum vacuitatem assecuti. Cuilibet itaque illorum qui nimirum sacris operantur, divina competet imitatio; quoniam et ipsemet Deus noster docendi munus obit : id quod patet ex Veteri Testamento, cum ait : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est* [n]; **35** et ex Novo seu Evangelio, ubi illuminat, juxta illud : *Ego lux in mundum veni* [o]; et deificat, juxta illud : *Ego dixi, dii estis* [p]. Hic nempe modus est quo isti divinam imitantur beatitudinem, quæ non solum purgat, et illuminat, atque consummat (quæ ipsa operationes sunt; atque etiam operationes pontificum per participationem) sed etiam ipsamet est expiatio, et illustratio, et consecratio; atque insuper quoque causa omnis hierarchiæ, et ab omni re sacra incomparabiliter exempta est.

A (οἱ τῇ ἀπαθείᾳ προσβάντες ἤδη) διὰ τῆς τῶν ἀρχιερέων χρίσεως, καὶ ἑτέρας ἱεροτελεστείας. Ἑκάστῳ γοῦν τούτων δηλονότι τῶν ἐνεργούντων τὸ θεομίμητον ἁρμόσει· καὶ γὰρ ὁ Θεὸς ἡμῶν διδάσκει· καὶ δῆλον ἔκ τε τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης, ὡς τὸ, *Ἄκουε Ἰσραήλ, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος εἷς ἐστιν*· ἔκ τε τῆς Νέας καὶ τοῦ Εὐαγγελίου φωτίζει, ὡς τὸ, *Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα*· θεοποιεῖ, ὡς τὸ, *Ἐγὼ εἶπα, Θεοί ἐστε*. Οὗτος γάρ ἐστιν ὁ τρόπος τοῦ μιμεῖσθαι τοὺς τὴν θείαν μακαριότητα, ἣ μὴ μόνον καθαίρει, καὶ φωτίζει, καὶ τελεσιουργεῖ (ἃ δὴ καὶ ἐνέργειαί εἰσι, καὶ εἰσι καὶ τῶν ἱεραρχῶν κατὰ μέθεξιν), ἀλλὰ καὶ κάθαρσις, καὶ φωτισμὸς, καὶ τελείωσίς ἐστι· μᾶλλον δὲ καὶ ὑπὲρ ταῦτα, καὶ πάσης ἱεραρχίας αἰτία, καὶ παντὸς ἱεροῦ ἀσυγκρίτως ἐξῃρημένη.

§ III. Deinde tradit, quænam competant his qui sacra suscipiunt, atque item quæ conveniant iis qui sacra tradunt. Ac primum quidem, quoad initiandos attinet, oportet eos, qui expiantur per emundationem, ab omni inæqualitatis macula liberari; ad hoc enim est expiatio, juxta illud : *Lavabis me, et super nivem dealbabor* [q]; eos autem qui illuminantur, non ex parte illuminari, sed impleri lumine, et in puris mentis oculis ad præstantiorem adduci contemplationem; ejuscemodi enim est illuminatio, juxta illud : *Illumina oculos* [r], et : *Revela oculos meos, et considerabo mirabilia tua* [s]; eos autem qui consecrantur, ex imperfectis perfectos evadere, atque perficientis sacræque scientiæ participes ac spectatores exsistere : siquidem id in omni scientia perfectionis est, ad eorum quæ cernuntur participationem inspectionemque pervenire et in nullo deficere, juxta illud : *Estote perfecti, sicut et Pater vester cælestis* [t]. Tradit deinde quæ concernunt eos qui sacra conferunt. Utique oportet eos, quibus expiandi munus incumbit, non tam exigua tenuique puritate instructos esse, ut propter penuriam puritatis, ex immundorum accessu inquinentur, et immunditiam potius contrahant quam expellant : sed affluentia quadam puritatis abundare, ita ut et aliis eamdem communicare valeant. Eos autem, qui illuminandi munere funguntur, oportet cum ad divini luminis exceptionem, tum ad ejusdem similiter transfusionem comparatos esse, et vitrorum naturam penitus æmulari, ut, illustri splendore pleni, lumen in eos qui illo digni fuerint transfundant. Eos vero, qui consecrandi munus obeunt, nequaquam decet imperite, sed prudenter illos, qui consecrandi sunt, tanti boni communicatione initiare in institutione et cognitione mysteriorum quæ conspexerunt : siquidem inspectio eorum neque expiantibus neque illuminantibus competit, sed con-

B § III. Ἐφεξῆς λέγει, τίνα τὰ προσήκοντα τοῖς ταῦτα πάσχουσι, καὶ τίνα τὰ πρέποντα τοῖς ταῦτα ποιοῦσι. Καὶ πρῶτον τίνα τοῖς πάσχουσι. Δεῖ γοῦν τοὺς καθαιρομένους παντὸς ἀνομοίου τῇ καθάρσει μολυσμοῦ ἠλευθερῶσθαι· τοιαύτη γὰρ ἡ κάθαρσις, κατὰ τὸ, *Πλυνεῖς με, καὶ ὑπὲρ χιόνα λευκανθήσομαι*· τοὺς δὲ φωτιζομένους, οὐκ ἐκ μέρους φωτίζεσθαι, ἀλλ' ἀπλῆροῦσθαι τοῦ φωτὸς, καὶ ἀνάγεσθαι πρὸς θεωρίαν κρείττονα ἐν ἀθολώτοις ὀφθαλμοῖς τοῦ νοός· τοιοῦτον γὰρ ὁ φωτισμὸς, ὡς τὸ, *Φώτισον τοὺς ὀφθαλμούς*· καὶ *Ἀποκάλυψον τοὺς ὀφθαλμούς μου, καὶ κατανοήσω τὰ θαυμάσιά σου*· τοὺς δὲ τελουμένους, ἐκ τοῦ ἀτελοῦς τελείους γινομένους (*), καὶ τῆς τελειωτικῆς καὶ ἱερᾶς ἐπιστήμης μετόχους τε καὶ ἐποπτας· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ τέλειον ἐν πάσῃ ἐπιστήμῃ, τὸ ἐποπτας καὶ μετόχους τῶν θεωρημάτων γίνεσθαι, καὶ μὴ κατά τι ἐλλείπειν, ὡς τὸ, *Γίνεσθε τέλειοι, καθὼς καὶ ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος*. Ἐξῆς λέγει καὶ τὰ τῶν ἐνεργούντων. Δεῖ γοῦν τοὺς καθαρτικοὺς μὴ τοσοῦτον ἔχειν τὸ καθαρὸν γλισχρόν τε καὶ ὀλίγον, ὥστε βεβηλοῦσθαι τοῖς ἀκαθάρτοις προσεγγίζοντας διὰ τὴν ὀλιγότητα τῆς καθάρσεως, καὶ ἀντὶ τοῦ δρᾷν, πάσχειν τὸ ἐναντίον· ἀλλὰ πλεονάζειν τὴν τῆς καθάρσεως περιουσίαν, ὥστε καὶ ἄλλοις μεταδιδόναι δύνασθαι· τοὺς δὲ φωτιστικοὺς, καὶ πρὸς μετοχὴν τοῦ θείου φωτὸς ἐπιτηδείους εἶναι, καὶ πρὸς μετάδοσιν ὁμοίους, καὶ ἁπλῶς τὸ τῶν ὑέλων πάσχειν, ὥστε πανευκλεῶς ἀποπληρουμένους τῆς αἴγλης, ὑπερχέειν τὸ φῶς εἰς τοὺς τοῦ φωτὸς ἀξίους· τοὺς δὲ τελεσιουργοὺς μὴ ἀμαθῶς, ἀλλ' ἐπιστημονικῶς τελεῖν τοῖς τελουμένοις τὴν τοῦ καλοῦ μετάδοσιν, ἐν τῇ μυήσει καὶ τῇ γνώσει τῆς ἐπιστήμης τῶν ἐποπτευθέντων· ἡ γὰρ ἐποπτεία οὔτε τοῖς καθαίρουσιν, οὔτε τοῖς φωτίζουσιν, ἀλλὰ τοῖς τελοῦσίν ἐστιν. Ἐκεῖνα γάρ ἐστι τὰ προτέλεια, καὶ τὰ ἔξωθεν γινόμενα· ἡ δὲ ἐποπτεία τοῖς τελείοις καὶ τελειοῦσι, καθὼς καὶ ἡ ᾄσματίζουσα πρὸς τὸν νυμφίον φησί· *Δεῖξόν μοι τὴν ὄψιν σου*,

(*) Melius quadraret infinitivus. Nam τῷ *δεῖ* superius posito tota subjicitur periodus. Ed. Patrol.

[n] Deut. vi, 4. [o] Joan. xii, 46. [p] Psal. lxxxi, 6. [q] Psal. l, 9. [r] Psal. xii, 4. [s] Psal. cxviii, 18. [t] Matth. v, 48.

καὶ ἀκούτισόν μοι τῆς φωνῆς σου. Λοιπὸν ἑκάστη τάξις τῆς ἱερωσύνης κατὰ τὴν οἰκείαν ἀναλογίαν (ἄλλη γὰρ τάξις πρεσβυτέρου, καὶ ἄλλη διακόνου) ἀνάγεται πρὸς τὴν θείαν συνέργειαν, ἐκεῖνα πράττουσα ἐν χάριτι καὶ δυνάμει τῇ ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, τὰ ἐνόντα αὐτῇ τῇ μακαρίᾳ φύσει ὑπερφυῶς καὶ ἀκατανοήτως, καὶ παρ' αὐτῆς ἀκαταλήπτως ἐνεργούμενα, τὴν κάθαρσίν φημι, τὸν φωτισμόν, τὸν ἁγιασμόν, τὴν θέωσιν, αὐτὰ ταῦτα τὰ παρ' ἡμῖν ἐκφαινόμενα κατὰ μίμησιν τῆς ἱεραρχίας τῶν φιλοθέων ἀγγέλων καὶ διὰ μέσων τούτων, ἐξ αὐτῆς δὴ τῆς θείας μακαριότητος.

A secrantibus. Nam alia ista sunt primordialia, et foris peraguntur; **36** at inspectio mysteriorum perfectis et perficientibus congruit, juxta illud sponsæ in Canticis ad Sponsum dicentis: *Ostende mihi faciem, sonet vox tua in auribus meis* [u]. Porro quilibet ordo sacer juxta gradum suum (nam alius est presbyteri, et alius diaconi) adducitur ad divinam cooperationem cum divina gratia virtuteque peragendo illa, quæ naturæ suæ sanctæ supernaturaliter et inconceptibiliter insunt, et ab ea incomprehensibili ratione fiunt, expiationem, inquam, illuminationem, sanctificationem, deificationem, quæ ad imitationem hierarchiæ angelorum Deo charissimorum, iisque mediantibus, ab ipsamet divina beatitudine nobis exhibentur.

---

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ.

*Τί σημαίνει ἡ τῶν ἀγγέλων ἐπωνυμία.*

## CAPUT IV.

*Quid angelorum nomen significet.*

### SYNOPSIS CAPITIS.

*I. Docet, Deum sua bonitate se creaturis suis communicasse, et creaturas omnes Dei participes exsistere. II. Angelos tamen cæteris excellentius Deum participare, et simul exponit, unde Angeli nomen acceperint, et quomodo per eos divina nobis revelentur. III. Declarat, Deum, ut in se est, nulli unquam apparuisse, sed tantum sub creata similitudine quæ θεοφάνια dicebatur: et simul docet quomodo inferiores per superiores ad Deum adducantur, et quælibet Hierarchia primos, medios et extremos ordines habeat. IV. Ostendit mysterium Incarnationis ab Angelis primum annuntiatum, et ipsimet Christo in hac vita degenti multa per Angelos revelata fuisse.*

### § I.

Τῆς τοίνυν ἱεραρχίας αὐτῆς, ὅ τι ποτέ ἐστιν, ὡς οἶμαι, καλῶς ἡμῖν [80] ὁρισθείσης, τὴν ἀγγελικὴν ἱεραρχίαν ἐξῆς ὑμνητέον, καὶ τὰς ἱερὰς αὐτῆς ἐν τοῖς λογίοις μορφοποιίας, ὑπερκοσμίοις ὀφθαλμοῖς ἐποπτευτέον, ὅπως ἀναχθῶμεν ἐπὶ τὴν θεοειδεστάτην αὐτῶν ἁπλότητα, διὰ τῶν μυστικῶν ἀναπλάσεων, καὶ τὴν ἁπάσης ἱεραρχικῆς ἐπιστήμης ἀρχὴν ὑμνήσωμεν ἐν θεοπρεπεῖ σεβασμιότητι, καὶ τελεταρχικαῖς εὐχαριστίαις. Πρῶτον ἁπάντων [81] ἐκεῖνο εἰπεῖν ἀληθὲς, ὡς ἀγαθότητι πάσας ἡ ὑπερούσιος θεαρχία τὰς τῶν ὄντων οὐσίας ὑποστήσασα, πρὸς τὸ εἶναι παρήγαγεν. Ἔστι γὰρ [82] τοῦτο τῆς πάντων αἰτίας καὶ ὑπὲρ πάντα ἀγαθότητος ἴδιον, τὸ πρὸς κοινωνίαν ἑαυτῆς [83] τὰ ὄντα καλεῖν, ὡς ἑκάστη [84] τῶν ὄντων ὥρισται πρὸς τῆς οἰκείας ἀναλογίας. Πάντα μὲν οὖν τὰ ὄντα μετέχει προνοίας, ἐκ τῆς ὑπερουσίου καὶ παναιτίου θεότητος ἐκβλυζομένης· οὐ γὰρ ἂν ἦν, εἰ μὴ τῆς τῶν ὄντων οὐσίας καὶ ἀρχῆς μετειλήφει. Τὰ μὲν οὖν ἄζωα πάντα, τῷ εἶναι [85], αὐτῆς μετέχει· τὸ γὰρ εἶναι πάντων ἐστὶν ἡ ὑπὲρ τὸ εἶναι θεότης· τὰ δὲ ζῶντα, τῆς αὐτῆς ὑπὲρ πᾶσαν ζωὴν ζωοποιοῦ δυνάμεως· τὰ δὲ λογικὰ καὶ νοερὰ, τῆς αὐτῆς ὑπὲρ πάντα καὶ λόγον καὶ νοῦν αὐτοτελοῦς καὶ προτελείου σοφίας. Δῆλον δὲ, ὅτι περὶ αὐτὴν ἐκεῖναι τῶν οὐσιῶν εἰσιν, ὅσαι πολλαχῶς αὐτῆς μετειλήφασιν.

Cum ipsamet hierarchia quid sit, a nobis recte, ut opinor, definita sit; jam angelica hierarchia superest celebranda: cujus etiam sacræ in eloquiis efformationes, supermundanis oculis contuendæ, ut ad quam maxime deiformem earum simplicitatem per mysticas effictiones subvehamur; nec non omnis hierarchicæ scientiæ principium, ea qua Deum decet veneratione, ac sacrosanctis gratiarum actionibus celebremus. Primum omnium id dictu verum, superessentialem deitatem per bonitatem cunctas rerum essentias subsistere faciendo, in lucem produxisse; est enim hoc omnium causæ supremæque bonitati proprium, ut ad sui communionem res vocet, prout cujusque captus modusque postulat. Quare res omnes participant providentiam, a Deitate superessentiali omniumque causa promanantem: neque enim essent, nisi rerum essentiæ principiique participes exsisterent. Cuncta igitur inanimata, hoc ipso quod sunt, ipsam participant; nam esse omnium, est ea quæ illud esse superat Divinitas: verum res viventes, ejusdem supra omnem vitam **37** vivificæ virtutis sunt consortes; at quæ ratione spirituque pollent, super ejus omnem rationem et intelligentiam per se perfectæ ac præperfectæ sapientiæ compotes exsistunt. Liquet igitur, naturas istas esse proximas Divinitati, quæ multipliciter illam participarunt.

[u] Cant. II, 14.

### VARIÆ LECTIONES.

[80] C. ἡμῖν non habet. [81] D. P. πρῶτον δ' ἁπάντων. [82] ἔστι δέ. D. [83] γρ. αὐτῆς. [84] ὡς ἑκάστῳ, S. P. D. Ch. [85] τοῦ εἶναι, S. D. Ch Pro ἄζωα, M. ζῶα habet mendose. Hic autem locus ab Origene citatur homilia quadam *in Joannem*, ut vel hinc auctoris antiquitatem agnoscas.

## § II.

Quapropter sanctæ cœlestium essentiarum dispositiones, rebus iis quæ solummodo exsistunt, et sine usu rationis vivunt, humanave utuntur ratione, divini principatus munere ac participatione antecellunt. Cum enim se ad imitandum Deum intellectualiter componant, atque Dei principalem similitudinem supermundialiter contemplantes, ad eamdem speciem suam cupiant efformare ; jure merito uberiore gaudent ejus participatione, quod sint assiduæ, ac semper ad anteriora, quantum fas est, divini nunquam fatiscentis amoris contentione extendantur, et primordiales illustrationes immaterialiter liquidoque suscipiant, atque ad eas componantur, vitamque omnem habeant spiritualem. Hæ igitur sunt, quæ primario et multipliciter Deum participant, et imprimis ac multis modis arcanum Dei manifestant ; quamobrem præ cæteris omnibus per excellentiam angelicum cognomen meruerunt, quia ipsæ primum a Deo illuminantur, et per ipsas nobis nostræ revelationes transmittuntur. Sic igitur lex, ut divinus Sermo testatur, per angelos nobis data est [y] : et illos celebres ante legem, et post legem patres nostros, angeli ad Deum adducebant [z], aut quod agendum erat exponentes, et ab errore et vita profana ad rectam viam veritatis traducentes ; aut manifestantes sacros ordines, aut mysteriorum, quæ supra mundum sunt, abditas visiones, aut divinas quasdam prædictiones, tanquam nuntii et ministri explanantes [a]

Αἱ γοῦν ἅγιαι τῶν οὐρανίων οὐσιῶν διακοσμήσεις, ὑπὲρ τὰ μόνον ὄντα, καὶ ἀλόγως ζῶντα, καὶ τὰ καθ' ἡμᾶς λογικά, τῇ θεαρχικῆς μεταδόσεως ἐν μετουσίᾳ γεγόνασι. Νοητῶς γὰρ ἐπὶ τὸ θεομίμητον ἑαυτὰς ἀποτυποῦσαι, καὶ πρὸς τὴν θεαρχικὴν ἐμφέρειαν ὑπερκοσμίως ὁρῶσαι, καὶ μορφοῦν ἐφιέμεναι τὸ νοερὸν αὐτῶν εἶδος, ἀφθονωτέρας εἰκότως ἔχουσι τὰς πρὸς αὐτὴν κοινωνίας, προσεχεῖς μὲν οὖσαι [86] καὶ ἀεὶ πρὸς τὸ ἄναντες, ὡς θεμιτὸν ἐν συντονίᾳ τοῦ θείου καὶ ἀκλινοῦς ἔρωτος ἀνατεινόμεναι, καὶ τὰς ἀρχικὰς ἐλλάμψεις ἀΰλως καὶ ἀμιγῶς εἰσδεχόμεναι, καὶ πρὸς αὐτὰς ταττόμεναι, καὶ νοερὰν ἔχουσαι τὴν πᾶσαν ζωήν. Αὗται γοῦν εἰσιν αἱ πρώτως καὶ πολλαχῶς ἐν μετουσίᾳ τοῦ Θείου γινόμεναι, καὶ πρώτως καὶ πολλαχῶς ἐκφαντορικαὶ τῆς θεαρχικῆς κρυφιότητος· διὸ καὶ παρὰ πάντα τῆς ἀγγελικῆς ἐπωνυμίας ἐκκρίτως ἠξίωνται, διὰ τὸ πρώτως εἰς αὐτὰς ἐγγίνεσθαι τὴν θεαρχικὴν ἔλλαμψιν, καὶ δι' αὐτῶν εἰς ἡμᾶς διαπορθμεύεσθαι τὰς ὑπὲρ ἡμᾶς ἐκφαντορίας. Οὕτω γοῦν ὁ νόμος, ὡς ἡ θεολογία φησὶ, δι' ἀγγέλων ἡμῖν ἐδωρήθη· καὶ τοὺς κλεινοὺς δὲ πρὸ νόμου καὶ μετὰ νόμον ἡμῶν πατέρας ἄγγελοι πρὸς τὸ Θεῖον ἀνῆγον, ἢ τὸ πρακτέον εἰσηγούμενοι, καὶ πρὸς εὐθεῖαν ἀληθείας ὁδὸν ἐκ πλάνης καὶ ζωῆς ἀνιέρου μετάγοντες· ἢ τάξεις ἱερὰς, ἢ μυστηρίων ὑπερκοσμίων κρυφίους ὁράσεις [87], ἢ θείας τινὰς προαναῤῥήσεις ὑποφητικῶς ἀναφαίνοντες.

## § III.

Si quis vero dicat, quibusdam sanctis immediate Deum ex se apparuisse, discat etiam hoc aperte ex Scripturis sacris, ipsum illud, quod Dei est occultum, neminem vidisse [z], neque visurum esse, sed apparuisse sanctis Deum, ostendentem se, ut eum decebat, per visa quædam sacra, et iis, qui ea videbant, congruentia [a]. Sermo autem divinus, omni plenus sapientia, visum illud quod divinam similitudinem in illo ipso viso figuram, tanquam in figura eorum quæ figurari nequeunt, ostendebat, ab intuentium ad Deum adductione, jure merito Theophaniam seu Dei apparitionem vocat ; **38** utpote quæ divinam illuminationem videntibus immittat, et aliquid de divinis eos sacre doceat. His divinis visis præclari illi patres nostri ministerio angelorum initiabantur. Annon etiam sacram illam legislationem ab ipso Deo fuisse Moysi traditam [b], divina Scripta tradiderunt ? ut vere nos docerent, divinæ eam esse ac legis sacrosanctæ

Εἰ δέ τις φαίη, καὶ αὐτόθεν ἀμέσως ἐγγενέσθαι τισὶ τῶν ἁγίων θεοφανείας, μανθανέτω καὶ τοῦτο σαφῶς ἐκ τῶν ἱερωτάτων λογίων, ὡς αὐτὸ μὲν ὅ τι ποτέ ἐστι τὸ τοῦ Θεοῦ κρύφιον, οὐδεὶς ἑώρακεν, οὐδὲ ὄψεται· θεοφάνειαι δὲ τοῖς ὁσίοις γεγόνασι κατὰ τὰς πρεπούσας Θεῷ, διά δή [88] τινων ἱερῶν καὶ τοῖς ὁρῶσιν ἀναλόγων ὁράσεων, ἐκφαντορίας. Ἡ πάνσοφος δὲ θεολογία τὴν ὅρασιν ἐκείνην, ἥ τις ἐν ἑαυτῇ διαγεγραμμένην ἀνέφαινε τὴν θείαν, ὡς ἐν μορφώσει τῶν ἀμορφώτων [89] ὁμοίωσιν, ἐκ τῆς τῶν ὁρώντων εἰς τὸ θεῖον ἀναγωγῆς, εἰκότως καλεῖ θεοφάνειαν, ὡς δι' αὐτῆς τοῖς ὁρῶσι, θείας ἐγγινομένης ἐλλάμψεως, καί τι τῶν θείων αὐτῶν ἱερῶς μυουμένων. Ταύτας δὲ τὰς θείας ὁράσεις οἱ κλεινοὶ Πατέρες ἡμῶν ἐμυοῦντο διὰ μέσων τῶν οὐρανίων δυνάμεων. Ἢ οὐχὶ καὶ τὴν ἱερὰν τοῦ νόμου θεσμοθεσίαν, ἡ τῶν λογίων παράδοσις ὡς αὐτόθεν μέν φησιν ἐκ Θεοῦ τῷ Μωϋσῇ δεδωρημένην ; ὅπως ἂν ἡμᾶς ἀληθῶς μυήσαιτο [90], θείας αὐτὴν εἶναι καὶ ἱερᾶς ὑποτύπωσιν. Διδάσκει δὲ καὶ

[y] Gal. III, 19. [z] Act. VII, 53. [a] Matth. II, 13 ; Act. XI, 15 ; Dan. VII, 10 ; Isa. X. [z] I Joan. IV, 12. [a] Gen. III, 8 ; XVIII, 1. [b] Num. IX.

### VARIÆ LECTIONES.

[86] Ch. D. P. μένουσαι. [87] D. S. P. κρυφίας. [88] Δή non habet D. [89] M. ἐκ τῶν ἀμορφώτων. [90] Ch. D. P. μυήσῃ τὸ θείας, etc. M. θείας in accusandi casu legit ; sequitur enim καὶ ἱερᾶς ὑποτυπώσεις, quod Scotus vertit : *Divinos eam esse et sacros characteres.*

τοῦτο σοφῶς ἡ Θεολογία, τὸ δι' ἀγγέλων αὐτὴν εἰς ἡμᾶς προελθεῖν, ὡς τῆς θεονομικῆς τάξεως ἐκεῖνο θεσμοθετούσης, τὸ διὰ τῶν πρώτων τὰ δεύτερα πρὸς τὸ Θεῖον ἀνάγεσθαι. Καὶ γὰρ οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ὑπερκειμένων τε καὶ ὑφειμένων νοῶν, ἀλλὰ κἀν τοῖς ὁμοταγέσιν οὗτος ὁ θεσμὸς ὥρισται παρὰ τῆς πάντων ὑπερουσίου ταξιαρχίας, τὸ καθ' ἑκάστην ἱεραρχίαν πρώτας καὶ μέσας καὶ τελευταίας εἶναι τάξεις τε καὶ δυνάμεις, καὶ τῶν ἡττόνων εἶναι τοὺς θειοτέρους μύστας καὶ [91] χειραγωγοὺς ἐπὶ τὴν θείαν προσαγωγὴν καὶ ἔλλαμψιν καὶ κοινωνίαν.

A delineationem [e]. Quinimo sapienter etiam theologia docet, eam per angelos ad nos dimanasse, quasi id ordo divinæ legis sanxerit, ut per superiora, ista quæ inferiora sunt, ad divinum Numen adducantur. Etenim non solum superioribus inferioribusque mentibus, verum etiam æqualibus, seu coordinatis, a supersubstantiali rerum omnium primordiali ordine lex ista constituta est, ut per singulas hierarchias primi essent, ac medii novissimique ordines ac virtutes, inferioribusque diviniores mystæ essent, ac manuductores ad divinum accessum, et illustrationem atque communionem.

## § IV.

Ὁρῶ δὲ, ὅτι καὶ τὸ θεῖον τῆς Ἰησοῦ φιλανθρωπίας μυστήριον ἄγγελοι πρῶτον ἐμυήθησαν, εἶτα δι' αὐτῶν εἰς ἡμᾶς ἡ τῆς γνώσεως χάρις διέβαινεν. Οὕτω γοῦν ὁ θειότατος Γαβριὴλ Ζαχαρίαν μὲν τὸν ἱεράρχην ἐμυσταγώγει, τὸ προφήτην ἔσεσθαι τὸν ἐξ αὐτοῦ παρ' ἐλπίδα χάριτι θείᾳ γεννησόμενον παῖδα, τῆς ἀγαθοπρεπῶς καὶ σωτηρίως τῷ κόσμῳ ἐπιφανησομένης ἀνδρικῆς τοῦ Ἰησοῦ θεουργίας· τὴν δὲ Μαριὰμ, ὅπως ἐν αὐτῇ γεννήσεται τὸ θεαρχικὸν τῆς ἀφθέγκτου θεοπλαστίας μυστήριον. Ἕτερος δὲ τῶν ἀγγέλων τὸν Ἰωσὴφ ἐξεπαίδευσεν [92], ὅπως ἀληθῶς ἐκπεπλήρωται τὰ θειωδῶς ἐπηγγελμένα τῷ προγόνῳ Δαυίδ. Ἄλλος δὲ τοὺς ποιμένας, ὡς τῇ τῶν πολλῶν ἀναχωρήσει καὶ ἡσυχίᾳ κεκαθαρμένους, εὐηγγελίζετο, καὶ σὺν αὐτῷ πλῆθος στρατιᾶς οὐρανίου τὴν πολυύμνητον ἐκείνην παρεδίδου τοῖς ἐπὶ γῆς δοξολογίαν. Ἀνανεύσωμεν δὲ καὶ πρὸς τὰς ὑπερτάτας [93] τῶν λογίων φωτοφανείας· ὁρῶ γὰρ, ὅτι καὶ αὐτὸς Ἰησοῦς [94], καὶ τῶν ὑπερουρανίων οὐσιῶν ὑπερούσιος αἰτία, πρὸς τὸ καθ' ἡμᾶς ἀμεταβόλως ἐληλυθὼς, οὐκ ἀποπηδᾷ τῆς ὑπ' αὐτοῦ ταχθείσης τε καὶ αἱρεθείσης ἀνθρωποπρεποῦς εὐταξίας, ἀλλ' εὐπειθῶς [95] ὑποτάττεται ταῖς τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ δι' ἀγγέλων διατυπώσεσι [96]· καὶ διὰ μέσων αὐτῶν ἀγγέλλεται τῷ Ἰωσὴφ ἡ πρὸς τοῦ Πατρὸς οἰκονομηθεῖσα τοῦ Υἱοῦ πρὸς Αἴγυπτον ἀναχώρησις, καὶ αὖθις ἡ πρὸς τὴν Ἰουδαίαν ἐξ Αἰγύπτου μεταγωγή. Καὶ δι' ἀγγέλων αὐτὸν ὁρῶ μὲν ὑπὸ ταῖς πατρικαῖς θεσμοθεσίαις τασσόμενον· εὖ γὰρ εἰπεῖν, ὡς εἰδότι τὰ ταῖς ἱερατικαῖς ἡμῶν παραδόσεσιν ἐκπεφασμένα, καὶ περὶ τοῦ ἀγγέλου τοῦ τὸν Ἰησοῦν ἐνισχύσαντος· ἢ ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ Ἰησοῦς, κατὰ τὴν ἡμῶν σωστικὴν ἀγαθουργίαν, εἰς ἐκφαντορικὴν ἐληλυθὼς τάξιν, Ἄγγελος *μεγάλης βουλῆς* ἀνηγόρευται· καὶ γὰρ ὡς αὐτὸς ἀγγελοπρεπῶς φησιν, ὅσα ἤκουσε παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἀνήγγειλεν ἡμῖν.

B Divinum etiam humanitatis Jesu mysterium angelis primum patefactum esse video, per quos deinde ad nos quoque cognitionis ejus gratia pervenit. Ita divinissimus ille Gabriel Zachariam quidem pontificem docuit, quod puer ex ipso præter spem divina gratia nasciturus, propheta foret humanæ divinæque Jesu dispensationis benigne simul ac salubriter mundo apparituræ [d] : Mariam vero erudivit, quomodo in ipsa divinum illud ineffabilis Deiformationis mysterium consummaretur. Alius quoque angelus Josephum docuit, vere adimpleta esse, quæ progenitori ejus David divinitus promissa fuerant. Alius item pastoribus, quippe jam solitudinis recessu ac tranquillitate purgatis, evangelizavit ; cumque illo cœlestis exercitus multitudo, C celeberrimum istum collaudationis hymnum terrigenis tradidit [e]. Quinimo ad sublimissimas illas eloquiorum illustrationes mentis obtutum erigamus ; animadverto enim, ipsummet Jesum (qui est naturarum supra cœlestium supra naturam auctor) ubi ad naturam nostram sine sui immutatione descendit, eum quem ordinaverat elegeratque humanitatis ordinem nequaquam [illegible] fugere, quin potius obedienter se submittere formas a Deo Patre per angelos effectis ; quorum ministerio, a Patre disposita filii in Ægyptum recessio ; necnon ejusdem ex Ægypto in Judæam reductio, Joseph nuntiabatur [f]. Quin et per angelos ipsum cernimus paternis legibus **39** subjectum : omitto enim dicere, utpote scienti, quæ sacrosanctis nostris traditionibus D expressa sunt de angelo quoque Jesum confirmante [g] ; et ut ipsemet Jesus, pro salutari nostra emendatione, in spirituum manifestatoriorum ordinem redactus, *magni consilii Angelus* fuerit appellatus [h] : etenim, ut ipse pro nuntii munere dicit, quæcunque audivit a Patre, nota fecit nobis.

[e] Act. 7 ; Galat. III. [d] Luc. I, 13. [e] Ibid. [f] Matth. II. [g] Luc. XXII, 43. [h] Isa. IX, 6 in Septuag.

### VARIÆ LECTIONES.

[91] Ch. μύστας τε. [92] Ch. D. ἐξεπαίδευεν. [93] D. ὑπὲρ ταύτας. [94] ὁ Ἰησ. [95] Ch. ἀλλὰ καὶ εὐπειθῶς [96] D. ὑποτυπώσεσι.

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. Definita hierarchia in communi, transit ad angelicam celebrandam, secundum figuras in Scripturis expressas. Ac primum quidem angelos cæteris creaturis antecellere, ex eo probat, quod magis Deum participant. Cum enim Deus vocet omnia ad sui communionem, illa fiunt eidem vocanti propinquiora, quæcunque pluribus modis participant, non solum simpliciter substantiam ejus et vitam, sed etiam rationem et sapientiam, et alia ejus charismata spiritalia secundum proportionem supremarum etiam mentium : illæ enim quæ magis cognitionem et sapientiam participarunt, magis Deo appropinquant ; tales autem sunt ordines angelici ; quia, ut ait sanctus Maximus, eorum substantiæ sunt νοῦς ζῶν, id est, *mens vivens*. Angelus enim, secundum Damascenum [b], est substantia intellectualis, semper mobilis, arbitrio libera, incorporea, Deo ministrans, immortalis. *Substantia* ponitur in hac definitione pro genere, et ponitur ad differentiam accidentis. Intelligitur etiam hic substantia qualitercunque composita, scilicet ex eo quod est, et eo quo est. *Intellectualis* dicitur potius quam rationalis ; quia ratio est virtus collativa causæ et causati, et ideo composita : intellectus vero ex sua ratione non habet compositionem et collationem, sed est sine inquisitione et compositione, et ideo competit naturæ magis simplici pro differentia, ut est angelus ; ratio autem est differentia naturæ minus simplicis, scilicet hominis. *Semper mobilis*, non dico de loco ad locum ; sed mobilitas dicit hic triplicem vertibilitatem in angelo, scilicet naturæ, intelligentiæ et voluntatis. Mobilitatem enim habet naturæ ; quia omne creatum vertibile est in nihilum, nisi manu omnipotentiæ divinæ contineatur. Similiter angelus habet mobilitatem intelligentiæ ; quia, licet in angelo non sit vicissitudo intelligentiæ quoad scita in Verbo, cum deiformem habeat intellectum, secundum Dionysium [c] : potest tamen in eo, quoad cognitionem rerum, in propria natura esse vicissitudo intelligentiæ quoad discenda. Et hoc est quod dicit sanctus Augustinus quod omne creatum habens intellectum, intelligit unum post aliud. Item in voluntate mobilis est angelus, quia non simul vult hoc et illud. Item potest dici semper mobilis ; motu dilectionis. *Arbitrio libera*. Hoc non dicitur propter deflexionem ad bonum indifferenter et ad malum, sed propter liberam electionem eorum quæ voluerit. Unde angelus bonus semper eligit libere bonum, et angelus malus libere et sine coactione eligit malum. *Incorporea*. Quia spiritus est naturæ corporeæ expers. *Deo ministrans*. Ministerium ponitur hic pro quocunque obsequio : et secundum hunc modum, tam assistentes, quam ministrantes, quam etiam dæmones ministrant. *Immortalis*. Quia caret materia et forma, e quarum resolutione mors sequitur. Angeli, secundum Isidorum, sunt spiritus, natura quidem mutabiles conditi, sed contemplatione immutabiles facti, animo impassibiles, mente rationales, felicitate securi : jussi mundum regunt, missi corpora aerea sumunt, in cœlestibus commorantur. De iisdem S. Bernardus ait : Investigemus investigabilia, et primo spiritus esse potentes, gloriosos, beatos, distinctos in personas, dispositos in dignitates, ab initio stantes in ordine suo, immortalitate perpetuos, mente puros, affectu benignos, religione pios, unanimitate individuos, pace securos, divinis laudibus et obsequiis deditos. Item in angelis est dignitas creationis, gratia confirmationis, amor Creatoris, visio Divinitatis. Est etiam in angelis ut superius dictum est, essentiæ subtilitas, intelligentiæ perspicacitas, liberi arbitrii facultas, agilitatis velocitas. Prompte omnes obediunt. Majores sine elatione præsunt, minores sine vitio subsunt ; qui ad exteriora exeunt, ab interiori contemplatione non recedunt : omnem 40 virtutem inferiorum superiores participant, non econtra. Qui excellunt in natura, præcellunt in gratia et in gloria. In eodem ordine creduntur etiam alii aliis esse digniores. Duplicem habent visionem, scilicet matutinam et vespertinam. Illuminationes quas a superioribus recipiunt, aliis tribuunt.

§ II. Dicit eos angelos vocari, quia nimirum annuntiant, et quoad fieri potest, *occultum Dei* manifestant : et ostendit visiones ac Dei apparitiones, semper mediantibus angelis, repræsentari solere. Per ipsos enim data lex, Galat. III : *Lex ordinata per angelos in manu mediatoris ;* et Actorum VII : *Qui accepistis legem in dispositione angelorum*. Et ante legem Abraham, et Manoe, et reliquos ; et post legem Joseph, et Petrum, et alios deinceps ad voluntatem Dei faciendam adduxerunt angeli, Matthæi II et Actorum XI, et quid agendum erat nuntiarunt, ut Jesu Nave, Gedeoni, et aliis : et ab errore abduxerunt Cornelium, Actorum XI, et alios. Et *sacros ordines* manifestant, ut Daniel c. VII ; decies centena millia ante conspectum Dei astantia vidit Ezechiel cherubinos, c. I ; Isaias Seraphinos, c. VI. Item *mysteriorum visiones*, ut Exodi III, in Moyse et rubo ; et in Paulo rapto, II Cor. XII, et in Apocalypsi Joannis. Aut *divinas prædictiones*, ut in Manoe, et aliis.

*Multis modis arcanum Dei manifestant*. Pulchram ratione hujus loci quæstionem movet D. Thomas in *Quæst. disput.*, quæst. 11, artic. 5, utrum homo ab angelo doceri possit. Et resolvit quod angelus circa hominem dupliciter operetur, scilicet uno modo, nostro, ut quando homini sensibiliter apparet, vel corpus assumendo, vel quocunque alio modo, et eum per locutionem sensibilem instruit, et sic non aliter angelus quam homo docet. Alio modo sibi proprio, scilicet invisibiliter, et sic cum angelus sit medius inter Deum et hominem, medius quoque docendi modus illi competit, inferior quidem Deo, sed superior homine. Ad cujus evidentiam sciendum est inter intellectum et corporalem visum hanc esse differentiam, quod visui corporali omnia ejus objecta æque cognita sunt obvia, intellectui autem non ; sed quædam statim conspicere potest, quædam vero non, nisi ex aliis principiis inspectis. Sic igitur homo ignotorum cognitionem accipit per lumen intellectuale, et per primas conceptiones per se notas, quæ ad lumen intellectus agentis comparantur, sicut instrumenta ad artificem.

Quantum ad utrumque, Deus hominis scientiæ causa est modo excellentissimo, quia et ipsam animam intellectuali lumine insignivit, et primorum principiorum notitiam illi impressit, quæ sunt quasi quædam seminaria scientiarum, sicut et aliis rebus naturalibus, producendorum omnium effectuum seminales indidit rationes. Homo autem cum natura sua alteri homini par sit in specie luminis intellectualis, nequit alteri esse causa scientiæ, lumen illi instillando vel augendo, sed tantum quatenus scientia ignotorum per principia per se nota causatur, alteri quodammodo sciendi causa existit, non quasi notitiam principiorum tradens, sed sicut id quod in principiis implicite et quodammodo in potentia continebatur, per signa quædam sensilia exteriori sensui ostensa, in actum reducens. Angelus vero cum a natura habeat lumen intellectuale perfectius homine, ex utraque parte potest illi esse causa sciendi, modo tamen inferiori quam Deus, et superiori quam homo. Siquidem ex parte luminis, licet illud non possit infundere ut Deus, potest tamen illud jam infusum confortare, ad perfectius cognoscendum. Ex parte etiam

[b] Lib. II, c. 3. [c] *Quæst. hierarch.* cap. 15.

principiorum potest hominem docere, non quidem ipsorum principiorum notitiam tradendo uti Deus facit, neque ex principiis deductionem conclusionum, sub signis sensibilibus proponendo, sed in imaginatione species aliquas formando, quæ ex corporalis organi commotione formari possunt, prout patet in dormientibus et mente captis, qui pro diversitate phantasmatum ad caput ascendentium, diversa phantasmata patiuntur. Et hoc modo alterius speciei commistione fieri potest, ut ea quæ ipse angelus scit, per imagines hujusmodi, ei cui admiscetur, ostendat, uti divus Augustinus ait cap. XII *super Genesim ad litteram*. Unde dicendum, quod angelus doceat quidem interius si cum homine comparetur, qui tantum sensibus exterioribus doctrinam proponit, sed si cum Deo conferatur, qui menti lumen infundit, ejus doctrina exterior reputatur.

§ III. Dicit Deum nunquam immediate per se apparuisse, et *occultum illud Dei* neminem vidisse. Ubi nota cum sancto Maximo, quomodo sanctus Dionysius interpretetur quod ait sanctus Joannes I Epist. cap. IV, 9 : *Deum nemo vidit unquam*. Quia enim sciebat visum esse hominem in Scriptura, ut Adæ in paradiso [k], Abrahæ ad quercum Mambre [l] et proficiscenti Sodomam, et Moysi, et aliis, dicit nunc, occultum Dei neminem vidisse, neque visurum esse, id est, id quod est substantia ejus. Vel altius : quid sit Deus, nemo comprehendere intelligentia, nec exprimere **41** unquam potuit, neque poterit. Cum autem dicitur in Scriptura apparuisse, sive visus esse, sic intelligendum est, quod unusquisque illorum proportione fidei habebatur dignus visione quadam, quæ illi Deum repræsentabat; per quam visionem, illuminationem capiebat cognitionum divinarum, quæ ipsi adveniebant. Talem autem visionem θεοφάνειαν vocat, seu Dei apparitionem; quia nimirum in ea angelus personam Dei sustinebat. Induunt enim, inquit Athanasius in *Quæstionibus ad Antiochum principem*, figuras angeli ad quemcunque usum Dominus Deus velit, atque ad eum modum iis, qui digni sunt, apparent, et divina illis mysteria aperiunt. Ex his perspici potest, visionem similitudinem, et θεοφάνειαν idem repræsentare. Hoc etiam accedit, quod per intermedios angelos, indutis figuris ad Dei nutum, hujusmodi similitudines formantur.

*Si quis vero dicat quibusdam sanctis immediate Deum apparuisse*, etc. Hinc divus Thomas in II *Sententiarum*, distinctione decima septima, articulo quarto, movet quæstionem, utrum species missionis visibilis sint formatæ ministerio angelorum. Ubi duæ sunt opiniones. Quidam enim dicunt, in hoc differre missiones Novi Testamenti ab apparitionibus Veteris Testamenti, quod apparitiones Veteris Testamenti factæ sint per angelos, ut sancti communiter volunt; missiones autem Novi Testamenti factæ sint immediate per divinas Personas : quapropter in illis speciebus, divinæ Personæ mitti dicuntur, et non angeli. Alii vero econtra dicunt, utrumque angelorum ministerio perfectum esse.

Videntur autem utrique quoad aliquid verum dicere : siquidem tam in apparitione Veteris Testamenti, quam in missione visibili Novi Testamenti, duo consideranda sunt, scilicet id quod exterius apparet, et aliud quod interius efficitur, vel factum signatur, sed tamen diversimode; quia in apparitione Veteris Testamenti illud quod exterius apparet, non refertur ut signum ad id quod interius est, sed ad aliquid aliud, sicut ad signandam Trinitatem, vel aliquid hujusmodi : unde illud quod interius est, nil est aliud quam ipsa cognitio vel illuminatio animæ de rebus, quæ per signa exteriora significantur. Et quia illuminationes divinæ, secundum Dionysium, in nos per angelos descendunt, ideo in illis apparitionibus factum est utrumque ministerio angelorum, scilicet et illud quod exterius est, et id quod interius : et ideo nullo modo est ibi missio Personæ divinæ, quæ tantum attenditur secundum effectum immediatum Personæ ipsius. In missione autem visibili, illud quod exterius apparet, signum est ejus quod interius vel tunc vel prius factum est : unde interius non tantum ponitur aliqua cognitio, sed aliquis effectus gratiæ gratum facientis, qui est immediate a Persona divina, ratione cujus hæc mitti dicitur. Unde in missione visibili illud quod interius est, immediate sine ministerio angelorum effectum est, ratione cujus Persona divina mitti dicitur. Quoad id tamen quod exterius est, angeli ministerium habent. Ita sanctus Gregorius libro tertio *Moralium*.

§ IV. Ait, Dominum nostrum Jesum Christum etiam per angelos annuntiatum; et circa ipsum, atque ipsimet multa, mediantibus angelis, fuisse revelata. Ubi nota quasdam sublimes loquendi formulas Dionysii. Cum dicit, per angelum Zachariæ manifestatum, puerum ex ipso nasciturum prophetam fore τῆς ἀγαθοπρεπῶς καὶ σωτηρίως τῷ κόσμῳ ἐπιφανησομένης ἀνδρικῆς τοῦ Ἰησοῦ θεουργίας· (ita codex mss. Cæsaris, melius quam impressus Morelli ἱερουργίας) id est, *humanæ divinaque Jesu dispensationis, benigne simul ac salubriter mundo apparituræ*, incarnationem Verbi significat; quia Deus in carne humana opera divina patrabat, quæ alibi θεανδρικά, id est, Dei virilia, nuncupat. Itaque dicendo virilem, perfectum hominem fuisse docet : dicendo divinam, simul perfectum Deum. Mariæ autem significatum, *ὅπως ἐν αὐτῇ γενήσεται τὸ ὑπαρχικὸν τῆς ἀφθέγκτου θεοπλαστίας μυστήριον, quomodo in ipsa divinum illud ineffabilis Deiformationis mysterium consummaretur*, dicitur formatum esse Deum in utero Virginis ac matris, eo sensu quo dicitur Verbum caro factum esse. Et paulo post ait, Christum ipsum hunc ordinem non refugere, id est, nequaquam indignum reputare, si, cum esset Dominus angelorum, obediret tamen illis. Sic itaque dixit hic Dionysius, *non refugit*, sicut dixit Paulus in Epist. ad Philipp. cap. II : *Qui cum in forma Dei esset*, id est, verus Deus, *non rapinam arbitratus est*, hoc est, non reputavit indignum, si, cum esset alioquin æqualis Deo natura, et non falso sibi vindicans divinitatem, sicut qui alienum rapit, fieret tamen homo; *ἀλλ' εὐπειθῶς ὑποτάττεται ταῖς τοῦ Πατρὸς καὶ Θεοῦ δι' ἀγγέλων διατυπώσεσιν, quin potius obedienter se submittit formis a Deo Patre per angelos effectis* : quin et per angelos ipsum cernimus paternis legibus subjectum. Quia **42** factus est Christus sub lege, sicut ait Apostolus ad Galatas IV, et lex data est per angelos, ad Gal. III, idcirco dicitur Christus factus sub lege per angelos. *Ἐῶ γὰρ εἰπεῖν, ὡς εἰδότι τὰ ταῖς ἱερατικαῖς ἡμῶν παραδόσεσιν ἐκπεφασμένα περὶ τοῦ ἀγγέλου τοῦ τὸν Ἰησοῦν ἐνισχύσαντος. Omitto enim dicere, utpote scienti, quæ sacris nostris traditionibus expressa sunt de angelo illo Jesum confirmante.* Sanctus Maximus ait, Dionysium significare, sibi et Timotheo ἀγράφως, id est, sine scripto, traditum fuisse hoc mysterium de angelo confortante; quod quidem postea a Luca scriptum est in Evangelio quod Paulus prædicabat, et ex Paulo didicerat.

[k] Gen. III, 8. [l] Gen. XVIII, 1.

PARAPHRASIS PACHYMERÆ (9).

§ I. Hierarchia ipsa omni et universa, sive cœlestem dixeris, sive nostram, recte quidem, ut existimo, quid sit, pro philosophandi modulo definita, age nunc angelicam, eamque solam, ut sese habet, hierarchiam indagemus et discamus, quod utique in auctoris eorum Dei laudem cedit. Nam si etiam ex hominibus cognitio Dei mirificatur, juxta illud : *Mirabilis facta est scientia tua ex me*[a]; quanto magis, quæ supra principium est, divinitas magnificabitur et celebrabitur in eo quod de angelis contemplamur? Verum non sensibilibus, sed supermundialibus et intellectilibus oculis, ut per mysticas imagines in Scripturis expressas, ad eorum simplicitatem adducamur. Siquidem audimus in Scripturis boves et leones, aliasque quasdam compositiones, quas dum mente pervolvimus, secundum proprium habitum easdem considerabimus : atque ita quod sensu compositum est, fit mente simplex, atque hierarchicæ disciplinæ auctor, scilicet Deus, gratiarum actionibus, cæremoniarum Conditori competentibus, mirabilis prædicatur. Quemadmodum enim rex verbis regiis, quæ nimirum regiæ dignitati competunt, magnificatur; ita quoque naturæ illi, quæ ritus sacros instituit, verbis ritualibus ipsi congruentibus, gratiæ referuntur.

A § I. Τῆς ἱεραρχίας αὐτῆς ἁπάσης καὶ καθολικῆς, κἂν τὴν οὐρανίαν εἴποις, κἂν τὴν καθ' ἡμᾶς, ὁρισθείσης, καλῶς ὡς ὑπολαμβάνω κατὰ μετριασμὸν φιλόσοφον, τί ἐστι, φέρε τὴν ἀγγελικὴν, τόγε νῦν ἔχον, ἱεραρχίαν καὶ μόνην ζητήσωμεν καὶ μάθωμεν, ὃ δὴ ὕμνος ἐστὶ πρὸς τὸν ποιήσαντα ταύτας Θεόν. Εἰ γὰρ καὶ ἐκ τῶν ἀνθρώπων θαυμαστοῦται ἡ τοῦ Θεοῦ γνῶσις, κατὰ τό· *Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ*· πόσῳ γε μᾶλλον μεγαλυνθήσεται καὶ ὑμνηθήσεται ἡ ὑπεράρχιος θεότης, ἐν ᾧ περὶ τῶν ἀγγέλων θεωροῦμεν; Ἀλλ' οὐκ αἰσθητοῖς, ὑπερκοσμίοις δὲ καὶ νοητοῖς ὀφθαλμοῖς· ὅπως διὰ τῶν ἐν ταῖς Γραφαῖς μυστικῶν εἰκονισμάτων ἀναχθῶμεν εἰς τὴν τούτων ἁπλότητα. Ἀκούομεν γὰρ ἐν ταῖς Γραφαῖς βοῦς καὶ λέοντας, καὶ ἑτέρας συνθέσεις τινὰς, ἃς δὴ τῷ νοῖ B παραπέμποντες, κατὰ τὴν οἰκείαν ἕξιν ἀξιοῦμεν αὐτὰς ἐννοεῖν· καὶ οὕτως τὸ σύνθετον τῇ αἰσθήσει, ἁπλοῦν τῷ νοῖ γίνεται· καὶ θαυμάζεται ἡ αἰτία τῆς ἱεραρχικῆς ἐπιστήμης, ἤγουν ὁ Θεὸς, ἐν τελεταρχικαῖς καὶ προσηκούσαις εὐχαριστίαις. Ὡς γὰρ ὁ βασιλεὺς βασιλικοῖς λόγοις, οἱονεὶ τῇ βασιλείᾳ προσήκουσι, μεγαλύνεται· οὕτω καὶ ἡ τελετάρχις οὐσία, λόγοις τελεταρχικοῖς εὐχαριστεῖται.

Primum autem omnium secundum veritatem dicimus, ne quis virtutum audiens magnitudinem, supra creaturas eas reputet. Dicimus, inquam, has omnes Deum bonitate, non necessitate, condidisse : siquidem hoc auctoris omnium et super omnia Dei bonitatis proprium est, ad sui communionem ea quæ exsistunt invitare, juxta capacitatis cujusque definitionem. Nam ea ratione qua quid est, divinum quoque Numen participat; ut si inanimatum sit, entitatem solam habet; sin animal, etiam ipsam vitam; sin vero etiam particeps rationis, ratiocinandi et intelligendi facultatem; uti in decursu astruit. Quæcunque igitur exsistunt, divinam participant providentiam ex superessentiali Deitate promanantem. **43** Hinc enim, inquit Gregorius Theologus, bonum diffundi oportebat : quoniam malum neque subsistentiam habet, neque exsistentiam; quandoquidem Dei non sit particeps, secundum habitus privationem apparens, sed nec exemplariter in essentia exsistens. Quomodo enim quidquam erat, si rerum essentiam nequaquam participabat? Exsistentem autem vocat hic sanctissimam Trinitatem; quæ cum rerum creatarum sit creatrix, et principium, et causa, ab iis ipsis quæ per ipsam in lucem prodierunt, participari dicitur.

Πρῶτον δ' ἁπάντων ἐκεῖνο λέγομεν, κατ' ἀλήθειαν, ἵνα μὴ, ἀκούσας τις τὸ τῶν δυνάμεων μεγαλεῖον, ὑπὲρ τὰ κτίσματα λογίσαιτο ταύτας. Λέγομεν τοίνυν, ὅτι πάσας αὐτὰς ἀγαθότητι, καὶ οὐχρείᾳ, ὁ Θεὸς ὑπέστησεν· ἔστι γὰρ τοῦτο τῆς ἀγαθότητος ἴδιον, τοῦ Θεοῦ τῆς πάντων αἰτίας καὶ ὑπὲρ πάντα, τὸ πρὸς μετοχὴν C ἑαυτῆς τὰ ὑποστάντα καλεῖν, κατὰ τὸν τῆς ἀναλογίας ἑκάστου διορισμόν. Ἀναλόγως γὰρ καθὼς ἐστι τὸ ὄν, κατὰ τοῦτο καὶ τοῦ Θείου μετέχει· εἰ μὲν ἄψυχόν ἐστι, τὴν ὀντότητα μόνην ἔχει· εἰ δὲ ζῶον, καὶ αὐτὴν τὴν ζωήν· εἰ δὲ καὶ λογικὸν, καὶ αὐτὸ τὸ λογικόν τε καὶ νοερὸν, καθὼς παρακατιὼν τίθησι. Πάντα τὰ ὄντα τοίνυν μετέχει τῆς θείας προνοίας, ἐκ τῆς ὑπερουσίου θεότητος ἐκχεομένης. Ἐκ τούτου γὰρ, λέγει καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος, ἀλλ' ἔδει χεθῆναι τὸ ἀγαθόν· ὥστε ἀνυπόστατον τὸ κακὸν καὶ μὴ ὄν· ἐπειδὴ μὴ μετέχει τοῦ Θεοῦ, κατὰ στέρησιν ἕξεως φαινόμενον, ἀλλ' οὐ κἂν τὸ πρωτοτύπως, μὴ ὂν ἐν οὐσίᾳ. Πῶς γὰρ ἂν ἦν τι ὄν, εἰ μὴ μετεῖχε τῆς τῶν D ὄντων οὐσίας; Ὄντα δὲ ἐνταῦθα λέγει τὴν ἁγίαν Τριάδα, ἥτις τῶν κτιστῶν οὖσα δημιουργὸς, καὶ ἀρχὴ, καὶ αἰτία, ἐξ αὐτῶν τῶν παρ' αὐτῆς εἰς οὐσίαν ἐλθόντων μετέχεσθαι λέγεται.

Quæ itaque inanimata sunt omnia, cum solum sint, participant divinum Numen secundum esse, quamquam supra illud esse sit Numen Dei; quæ vero vivunt, præterquam quod participent entitatem, vim quoque vivificam ac divinam partici-

Τὰ μὲν οὖν ἄψυχα πάντα, ἐπεὶ μόνον ὄντα εἰσὶ, μετέχει τοῦ Θείου κατὰ τὸ εἶναι καὶ καθό εἰσι, κἂν καὶ ὑπὲρ τὸ εἶναί ἐστι τὸ Θεῖον· τὰ δὲ ζῶντα, πρὸς τῷ μετέχειν τοῦ εἶναι, μετέχουσι καὶ τῆς ζωοποιοῦ καὶ θείας δυνάμεως, εἰ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ζωὴν ἐστι·

[a] Psal. CXXXVIII, 6.

(9) Vide Sch. S. Max. t. II, c. 4.

τὰ δὲ λογικὰ, ἅπερ ἐσμὲν ἡμεῖς, καὶ νοερὰ, ἅπερ οἱ ἄγγελοι, μετέχουσι τῆς αὐτοτελοῦς σοφίας· τοῦτο γάρ ἐστι λόγος καὶ νόησις τοῦ Θεοῦ, κἂν καὶ ὑπὲρ τὸν λόγον καὶ νοῦν ἐστι ταῦτα. Ποριζόμεθα τοίνυν ἐκ τούτων, ὅτι τὰ νοερὰ πάντως τῷ Θεῷ πλησιάζουσι· μετέχουσι γὰρ αὐτοῦ πολλαχῶς καὶ κατὰ τὸ εἶναι, καὶ κατὰ τὸ ζῆν, καὶ κατὰ τὸ λογικὰ εἶναι, καὶ ἔτι καὶ νοερά.

pant, tametsi hæc quoque supra omnem vitam exsistat; quæ vero rationalia sunt, uti nos, et spiritalia, sicut angeli, compotes sunt ipsius per se perfectæ sapientiæ, siquidem hæc ratio est et intellectio Dei, licet simul sit supra rationem et intelligentiam. Ex his itaque præstantiores evadimus, quoniam spiritalia Deo prorsus appropinquant; siquidem ipsum multipliciter participant, tum quod sint tum quod vivant, tum quod rationalia sint atque insuper spiritalia.

§ II. Αἱ γοῦν ἅγιαι καὶ οὐράνιαι διακοσμήσεις, καὶ ὑπὲρ τὰ μόνως ὄντα τὰ ἄψυχα, καὶ ὑπὲρ τὰ ἀλόγως ζῶντα, καὶ ὑπὲρ τὰ καθ' ἡμᾶς λογικὰ τοὺς ἀνθρώπους· τὰ μὲν γὰρ μόνως, τὰ δὲ διττῶς, τὰ δὲ τριττῶς τῆς θείας μετέχουσι διαδόσεως· αἱ γοῦν νοεραὶ καὶ οὐράνιαι τετραχῶς τε καὶ πολλαχῶς ταύτης μετέχουσι. Τέως γε μὴ, ὥσπερ ἐφ' ἡμῶν ἔστιν ἰδεῖν, ὅτι ἐκ τῶν κρειττόνων λεγόμεθα, καὶ κυριωτέρως λεγόμεθα λογικοὶ παρ' ὃ ζῶα, ἢ καὶ ὄντα, οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν θείων δυνάμεων· καὶ ὄντα γάρ εἰσιν ἐκεῖναι, καὶ ζῶσι, καὶ λογικαί εἰσιν, ἀλλ' ὅμως νοεραὶ λέγονται. Καὶ ὥσπερ ἡμᾶς σεμνύνει τὸ κατὰ λόγον κινεῖσθαι, οὕτω κἀκείναις τὴν θεομιμησίαν παρέχει, νοερῶς κινουμέναις, καὶ πρὸς τὴν θεαρχικὴν ὁρώσαις ὁμοίωσιν, κἀκεῖθεν ἐφιεμέναις μορφοῦν τὸ νοερὸν αὐτῶν εἶδος· καὶ διὰ τοῦτο καὶ πλείονας εἰκότως ἔχουσι τὰς πρὸς αὐτὴν κοινωνίας, ὡς οὖσαι, ὡς ζῶσαι, ὡς λογικαὶ, καὶ ἔτι ὡς νοεραὶ καὶ προσεχεῖς μένουσαι, καὶ οὐ διεστκεδασμέναι κατὰ τὴν διάφορον γνώμην, ὅπερ ἐστὶν ἐν ἡμῖν (οἱ γὰρ ἐν Θεῷ ὄντες, συνημμένοι εἰσὶ, καθὼς καὶ παρὰ τῶν θείων Γραφῶν μανθάνομεν· ὅτε γὰρ κατὰ κόσμον ἔμελλε κινεῖσθαι ὁ πρῶτος τῶν μαθητῶν, ἔλεγε· *Ὑπάγω ἁλιεύειν*, δηλονότι, χωρίζομαι ἐξ ὑμῶν· ὅτε δὲ ἐπίστευον οἱ πιστεύοντες, καὶ κατὰ Θεὸν ἦσαν· *Ἦσαν*, φησὶν, *ἐπὶ τὸ αὐτὸ συνηγμένοι*), καὶ ἀεὶ ἀνατεινόμεναι πρὸς τὸ ἄναντες ἐν συντονίᾳ τοῦ θείου καὶ ἀκλινοῦς ἔρωτος. Τίς γὰρ ἐξ ἡμῶν ἐζήτησε πώποτε, καὶ ἔφεσιν ἔσχε, βοείαν δέξασθαι κίνησιν, ἢ λίθου τινὰ ἰδιότητα; ἀλλὰ πάντως ἡ ἔφεσις ἐπὶ τὸ ἄναντές ἐστι. Τοῦτό ἐστι καὶ ἐπὶ ταῖς ἀγγελικαῖς καὶ θείαις δυνάμεσιν, ἀεὶ καὶ ἐφίενται, καὶ εἰσδέχονται τὰς ἀρχικὰς καὶ θείας ἐλλάμψεις, καὶ πρὸς τὰς ἐλλάμψεις τάττονται, καὶ τὴν ζωὴν ἅπασαν ἑαυτῶν νοερὰν ἔχουσιν· αἱ γὰρ αὐτῶν οὐσίαι νοῦς ζῶν ἐστι· διὰ τοῦτο καὶ, ὡς μὲν προσεχεῖς, πρώτως ἐν μετουσίᾳ γίνονται· ὡς δὲ πολλὰς ἔχουσαι τὰς τῆς μετουσίας φυσικὰς ἐπιτηδειότητας, πολλαχῶς ἐν μετουσίᾳ τοῦ Θείου γίνονται, καὶ πρώτως πάλιν πολλαχῶς ἐξαγγέλλουσι τὴν θεαρχικὴν κρυφιότητα, διὸ καὶ ἄγγελοι λέγονται, ἤτοι διὰ τὸ τὴν θείαν τοῦ Θεοῦ κρυφιότητα ἐκφαίνεσθαι δι' αὐτῶν, ὅτι ὢν, ὅτι ζῶν, ὅτι νοῦς, εἰ καὶ ὑπὲρ ταῦτα ἀσυγκρίτως ἐστὶν, ἢ καὶ διὰ τὸ δι' αὐτῶν ἡμῖν διαπορθμεύεσθαι τὴν θείαν βούλησιν· οὕτω γὰρ καὶ ὁ νόμος δι' ἀγγέλων ἐλαλήθη κατὰ τὸν μέγαν Ἀπόστολον, καὶ τοὺς ἐνδόξους πρὸ νόμου, ὡς τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸν Μανωὲ, καὶ τοὺς λοιποὺς· καὶ μετὰ νόμον, ὡς τὸν Ἰωτὴφ, τὸν Πέτρον, τοὺς καθ-

§ II. Sanctæ igitur cœlestesque dispositiones superant ea quæ solum sunt inanimata, atque ea quæ sine ratione vivunt nec non ea quæ nobiscum hominibus ratione reguntur: illa siquidem simpliciter, ista dupliciter, atque hæc tripliciter divinum munus participant; sed spiritales istæ cœlestesque naturæ quadrupliciter ac multipliciter ejus compotes exsistunt. Interim minime, quemadmodum nobis usu venit ut ex partibus nobilioribus appellemur, et magis proprie rationis compotes dicamur quam vel animalia, vel entia, ita etiam circa cœlestes illas virtutes agitur; sunt namque entia, et vivunt, et ratione pollent, et nihilominus simul spiritales nuncupantur. Et sicut nobis laudi est, secundum rationem moveri; ita quoque illis spiritaliter motis, et ad divinam spectantibus similitudinem, indeque spiritalem suam speciem efformare cupientibus, divinam tribuit imitationem; quapropter etiam merito in pluribus cum eadem communicant, tanquam exsistentes, tanquam viventes, tanquam rationales atque insuper tanquam spiritales atque assiduæ manentes, et nequaquam distractæ per diversam sententiam uti nobis accidit (qui enim in Deo sunt, collecti sunt, sicut ex divinis Scriptis intelligimus; quando enim primus ille **44** discipulorum secundum mundum commovendus erat dicebat: *Vado piscari*[n], id est, discedo a vobis: quando autem credebant fideles, et apud Deum erant, *Erant*, inquit, *in unum collecti*), et ad anteriora semper summo divini et indeficientis amoris studio intentæ. Quis enim e nobis quæsivit unquam vel desideravit bovinum motum accipere, vel aliquam lapidis proprietatem? sed omne omnino desiderium ad superiora tendit. Hoc in angelicis quoque virtutibus locum habet, quæ semper etiam superiora appetunt, et primordiales atque divinas suscipiunt illustrationes, et secundum illas ordinantur, omnemque vitam suam habent spiritalem: siquidem eorum naturæ sunt viva quædam mens; idcirco etiam, tanquam assiduæ quidem, primam habent participationem: in quantum vero multas habent naturales communicandi facultates, multipliciter divini numinis consortes fiunt; ideoque iterum, primum ac multipliciter divinum illud arcanum enuntiant, propter quod et angeli dicuntur: quoniam per illos divinum illud Dei secretum manifestatur, ut, quod sit, quod vivat, quod mens sit,

[n] Joan. XXI, 3.

tametsi supra illa sine comparatione sit: vel etiam, quod per illos ad nos divina voluntas deferatur; sic enim et lex per angelos promulgata est, ut magnus Apostolus testatur: et inclytos ante legem, ut Abraham et Manue cæterosque; et post legem, Josephum, et Petrum, reliquosque Patres nostros, angeli ad divinam voluntatem deduxerunt, partim quid agendum esset edocentes, et ab errore removentes, uti Cornelium; partim ad sacros ordines adducentes, uti Danielem, Ezechielem, et Isaiam; quorum alter quidem mille myriades angelorum quæ Cherubim habebant, alter vero sedentem in visiones mysteriorum, ut Moysi in rubo; partim Danieli.

Α ἐξῆς πατέρας ἡμῶν, ἄγγελοι πρὸς τὸ Θεῖον ἀνῆγον βούλημα, ἢ τὸ ποιητέον εἰσηγούμενοι, καὶ ἐκ πλάνης μετάγοντες, ὡς ἐπὶ τοῦ Κορνηλίου· ἢ τάξεις ἱερὰς, ὡς ἐπὶ τοῦ Δανιὴλ, καὶ τοῦ Ἰεζεκιὴλ, καὶ τοῦ Ἡσαΐου· ὧν ὁ μὲν ἀγγέλων μυρίας μυριάδας παρεστηκυίας ἐθεάσατο, ὁ δὲ θρόνον εἶδε καὶ ἐχόμενα τὰ Χερουβὶμ, ὁ δὲ τὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου, καὶ κύκλῳ τὰ Σεραφὶμ ἐθεάσατο· ἢ μυστηρίων ὁράσεις, ὡς ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως ἐπὶ τῆς βάτου· ἢ καὶ θείας προῤῥήσεις ἀναφαίνοντες, ὡς ἐπὶ τοῦ Μανωὲ καὶ τοῦ Δανιήλ.

astantes conspexit, alter vero thronum vidit, et throno, et in circuitu Seraphim aspexit: partim etiam divinas prædictiones revelantes, ut Manoe ac

§ III. Solvit hic objectionem, dicens: Si autem quis dixerit quod etiam sine angelis aliquibus divinæ factæ sint apparitiones, juxta illud: *Apparuit Dominus Abrahæ*[o], et: *Dixit Deus ad Jacob*[p]; discat et hoc evidenter, non ex nobis, sed ex ipsis Scripturis, quomodo hoc quidem, quod est Dei occultum, nemo vidit, neque videbit, secundum Evangelistam Joannem[q], et quod ad Moysen dictum est[r]. Divinæ vero apparitiones sanctis factæ sunt, non quod ipsemet Deus, ut in se est, appareret (hoc enim impossibile est), **45** sed quod divina illustratione digni habiti illi qui cernebant, per sacras quasdam visiones, ipsis proportionatas, viderint ea quæ viderunt.

Β § III. Λύει ἐνταῦθα ἀντιπίπτον, λέγων· Εἰ δέ τις λέγει, ὅτι καὶ δίχα τῶν ἀγγέλων ἐγένοντό τισι θεοφάνειαι, ὡς τὸ· *Ὤφθη Κύριος τῷ Ἀβραὰμ*, καὶ, *Εἶπεν ὁ Θεὸς πρὸς τὸν Ἰακώβ*· μανθανέτω καὶ τοῦτο σαφῶς οὐκ ἐξ ἡμῶν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν Γραφῶν, ὡς αὐτὸ μὲν τὸ τοῦ Θεοῦ κρύφιον οὐδεὶς ἑώρακεν ἢ ὄψεται, κατὰ τὸν εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, καὶ τὸ πρὸς τὸν Μωϋσῆν εἰρημένον. Θεοφάνειαι δὲ τοῖς ὁσίοις ἐγένοντο, οὐ διὰ τὸ φαίνειν τὸν Θεὸν ἑαυτὸν, ὅ τι ποτέ ἐστι (τοῦτο γὰρ ἀμήχανον), ἀλλ' ὅτι θείας ἐλλάμψεως ἀξιούμενοι οἱ βλέποντες, διά τινων ὁράσεων ἱερῶν, καὶ αὐτοῖς ἀναλόγων, ἔβλεπον ἅπερ ἔβλεπον.

Illam itaque visionem, quæ divinam similitudinem referebat, ex intuentium ad divinum Numen adductione atque illustratione, sapientissima theologia Dei apparitionem vocat, utpote per quam divinæ illustrationis insitæ visionem, intuentes divina quoque alia edocebantur. Has autem visiones patres nostri mediantibus cœlestibus virtutibus didicerunt. Nunquid enim etiam sacram legislationem ab ipsomet Deo Moysi datam, ex sacris Litteris addiscimus, ut nos doceat Moyses secundum veritatem, hanc nimirum legislationem alterius divinæ sacræque legislationis effigurationem esse, nempe ejus quæ per Christum est, et divini Verbi incarnationem?

C Τὴν γοῦν ὅρασιν ἐκείνην, ἥτις ἐνέφαινε τὴν θείαν ὁμοίωσιν ἐκ τῆς τῶν ὁρώντων ἐπὶ τὸ Θεῖον ἀναγωγῆς καὶ ἐλλάμψεως, ἡ πάνσοφος θεολογία καλεῖ θεοφάνειαν, ὡς δι' αὐτῆς δὴ τῆς ὁράσεως τῆς θείας ἐγγινομένης ἐλλάμψεως, καί τι ἀπὸ τῶν θείων ἱερῶς μυουμένων τῶν ὁρώντων. Ταύτας δὲ τὰς ὁράσεις οἱ πατέρες ἡμῶν διὰ μέσων τῶν οὐρανίων ἐμυοῦντο δυνάμεων. Ἢ γὰρ οὐχὶ καὶ τὴν ἱερὰν νομοθεσίαν αὐτόθεν ἐκ Θεοῦ τῷ Μωϋσῇ δεδιαρημένην, ἐκ τῆς ἱερᾶς Γραφῆς μανθάνομεν, ὅπως ἂν ἡμᾶς μυήσῃ ὁ Μωϋσῆς κατ' ἀλήθειαν τὸ εἶναι τὴν θεσμοθεσίαν ταύτην θείας ἑτέρας καὶ ἱερᾶς νομοθεσίας ὑποτύπωσιν, τουτέστι τῆς κατὰ Χριστὸν καὶ τὴν τοῦ Λόγου θείαν ἐνανθρώπησιν;

Quin et magnus ille Paulus hanc per angelos promulgatam tradit, et sanctus Stephanus declarat, dicens: *Qui accepistis legem in dispositione angelorum, et non custodistis*[s]; siquidem hoc ipsa lex et ordo legis exigit: nam lex propter ordinem facta est. Exigit itaque tam lex quam ordo ejus, ut posteriora per priora ad divinum Numen adducantur, quemadmodum legum dispositiones ferunt, quibus sacerdotes populi coercentur. Quod etiam locum habet in virtutibus cœlestibus.

D Ἀλλὰ καὶ ὁ μέγας Παῦλος δι' ἀγγέλων λαληθῆναι λέγει ταύτην, καὶ ὁ ἅγιος Στέφανος δηλοῖ, λέγων· *Οἵτινες ἐλάβετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, καὶ οὐκ ἐφυλάξατε*· τοῦτο γὰρ ἀπαιτεῖ καὶ ἡ ἐκ νόμου τάξις· ὁ γὰρ νόμος διὰ τάξιν γέγονεν. Ἀπαιτεῖ γοῦν αὐτὸς ὁ νόμος καὶ ἡ τάξις αὐτοῦ τὸ διά τινων πρώτων ἀνάγεσθαι πρὸς τὸ Θεῖον τὰ δεύτερα, ὡς ἔχουσιν αἱ τῶν νόμων διατάξεις, καθ' ἃς οἱ ἱερεῖς τοῦ λαοῦ διαστέλλονται. Οὕτως ἐστὶ καὶ ἐπὶ τῶν οὐρανίων δυνάμεων.

Etenim non solum in sublimioribus inferioribusque virtutibus, trium scilicet supremorum ordinum, seraphim, cherubim, et thronorum, et trium hosce subsequentium, ac trium insuper inferiorum, ejuscemodi ordinis sanctionem videre liceat;

Καὶ γὰρ οὐ μόνον ἐπὶ τῶν ὑψηλοτέρων τε καὶ ὑφειμένων δυνάμεων, δηλονότι τῶν τε ὑπεράνω τριῶν τάξεων, τῶν σεραφὶμ, τῶν χερουβὶμ, καὶ τῶν θρόνων, καὶ τῶν ὑποκάτω τούτων τριῶν, καὶ ἔτι τῶν ὑποκάτω τριῶν, ἔστιν ἰδεῖν τὸν τοιοῦτον θεσμὸν τῆς

[o] Gen. xii, 7. [p] Gen. xxxv, 1. [q] Joan. i, 18. [r] Exod. xxxiii. [s] Act. vii, 53.

τάξεως· ἀλλὰ καὶ ἐπ' αὐτῶν μόνων τῶν ὁμοταγῶν, δηλονότι τῶν τριῶν μόνων, ὥστε εἶναι τὰς τάξεις πρώτας, καὶ μέσας, καὶ τελευταίας· ἐπὶ μὲν γὰρ πάσαις τρεῖς, καὶ τρεῖς, καὶ τρεῖς εἰσὶν αἱ δυνάμεις· ἐπὶ δὲ μιᾷ ἑκάστῃ ὁμοταγεῖ τάξει, αἱ πᾶσαι τρεῖς εἰσιν, ὥστε κἀκεῖσε καὶ ἐνταῦθα τὸ πρῶτον, καὶ τὸ μέσον, καὶ τὸ τελευταῖον γνωρίζεται. Προσῆκον τοίνυν καὶ ἐπὶ τῶν κάτω ἐλλάμψεων, τὸ δι' ἄλλων ἤτοι τῶν ἀγγελικῶν τάξεων ἀπὸ Θεοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους διαβιβάζεσθαι τὰ μυστήρια· ὅτι καὶ ἐκεῖσε οἱ θειότεροι μύσται, τῶν ἡττόνων χειραγωγοί εἰσιν ἐπὶ τὴν θείαν κοινωνίαν καὶ ἔλλαμψιν.

A verum etiam in ipsismet solis æqualibus, scilicet tribus solis, ita ut sint ordines primi, medii ac postremi; siquidem in omnibus tres, et tres, et tres sunt virtutes, in unoquoque autem ordine æquali, omnes tres sunt; ut tam ibi quam hic primum, et medium, et postremum dignoscatur. Conveniebat itaque in inferioribus quoque illustrationibus, ut per alios, scilicet per ordines angelicos, a Deo ad homines mysteria derivarentur: quoniam etiam hic diviniores mystæ inferiorum manuductores exsistunt, ad divinam communionem et illustrationem.

§ IV. Βλέπω δὲ ὅτι καὶ τὸ περὶ τῆς ἐνσάρκου καὶ φιλανθρώπου τοῦ Ἰησοῦ οἰκονομίας μυστήριον, ἄγγελοι πρῶτον ἐμυήθησαν, εἶτα διὰ τούτων εἰς ἀνθρώπους διέβη ἡ τῆς γνώσεως χάρις· οὕτω γὰρ καὶ Γαβριὴλ τὸν Ζαχαρίαν ἐμυσταγώγει, ὅτι προφήτης ἔσται ὁ ἐξ αὐτοῦ παρ' ἐλπίδα γεννησόμενος παῖς. Προφήτης δὲ ποίας ὑποθέσεως; τῆς κατὰ σάρκα ἐπιφανείας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ. Ἀνδρικὴν γὰρ θεουργίαν, τὴν τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ ἐνανθρώπησιν λέγει, καθ' ἣν, Θεὸς ὢν, ἐν σαρκὶ τὰ θεῖα εἰργάζετο. Τὴν δὲ Παρθένον θεοτόκον, ὅπως ἐν αὐτῇ γενήσεται τὸ ἄῤῥητον τῆς θεοπλαστίας μυστήριον. Θεοπλαστίαν δὲ λέγει, ὅτι, Θεὸς ὢν, ἐπλάσθη ἐν τῇ νηδύι τῆς πανάγνου Θεομήτορος, καθὸ γέγονεν ἄνθρωπος. Ἕτερος δὲ πάλιν τῶν ἀγγέλων τὸν Ἰωσὴφ ἐδίδαξε, πῶς ὁ τῷ Δαβὶδ ἐπηγγελμένος ἐκ καρποῦ τῆς κοιλίας αὐτοῦ τεθήσεσθαι ἐπὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ, ἤδη τὴν χρονικὴν ἀρχὴν κατὰ σῶμα δέχεται· καὶ ἄλλος τοὺς ποιμένας, ὡς τῶν πολλῶν ἀναχωρητικοὺς καὶ ἡσυχίᾳ ζῶντας, εὐηγγελίζετο σὺν ᾧ καὶ πλῆθος οὐρανίας στρατιᾶς τὸν γεννηθέντα ἐδοξολόγει. Ταῦτα δὲ πάντα κατασκευαστικά εἰσι τοῦ διά τινων δυνάμεων τὰς θεοφανείας γίνεσθαι, καὶ οὐκ ἀμέσως, καθώς οἰηθείη τις.

§ IV. Video autem etiam angelos de incarnationis et humanitatis Jesu mysterio primum edoctos esse, deinde per hos ad homines cognitionis gratia descendit; sic enim Gabriel Zachariam docuit, prophetam fore puerum illum, qui ex ipso præter spem **46** nasceretur. Sed qualis argumenti propheta! apparitionis Filii Dei secundum carnem. Virilem enim Dei operationem vocat Christi Domini Incarnationem, secundum quam, cum Deus esset in carne, divina gessit. Deiparam vero virginem instruxit, quomodo in ipsa fieret ineffabile Dei formationis mysterium. Porro Dei formationem vocat, quod cum Deus esset, formatus sit in utero castissimæ Dei Matris, in quantum homo factus est. Alius item angelus Josephum docuit, quomodo is, qui Davidi promissus erat de fructu ventris ejus collocandus in throno ipsius, jam principium temporale secundum corpus assumeret; alius etiam pastoribus, tanquam in solitudine ac quiete viventibus, evangelizavit; cum quo etiam multitudo cœlestis exercitus natum glorificavit. Hæc autem omnia probant, per virtutes aliquas divinas apparitiones fieri, et non immediate, sicut quidam posset opinari.

Ἤδη προβαίνων ὁ λόγος μέχρι αὐτοῦ τοῦ Σωτῆρος πρόεισι· καὶ αὐτὸς γὰρ, ἡ ὑπερούσιος αἰτία τῶν οὐρανίων δυνάμεων, πρὸς τὸ καθ' ἡμᾶς ἀμεταβλήτως ἐληλυθὼς, οὐκ ἀποπηδᾷ τῆς ἀνθρωποπαθοῦς εὐταξίας, τὸ δι' ἀγγέλων δηλονότι τὰ καθ' αὐτὸν παραδηλοῦσθαι, καὶ οἰκονομεῖσθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρός· διὰ μέσον γὰρ αὐτῶν ἀγγέλλεται τῷ Ἰωσὴφ ἡ πρὸς Αἴγυπτον ἀναχώρησις, καὶ ἡ ἀπ' Αἰγύπτου πρὸς τὴν Ἰουδαίαν αὖθις μεταγωγή. Καὶ δι' ἀγγέλων αὐτὸν ὁρῶμεν ὑπὸ τὸν νόμον ταττόμενον· ὁ γὰρ τοιοῦτος νόμος δι' ἀγγέλων ἐδόθη, ὑφ' ὃν καὶ αὐτὸς γενόμενος, δι' ἀγγέλων δηλονότι τὴν θεσμοθεσίαν δέχεται. Παραλείπω λέγειν σοι ὡς εἰδότι, ὦ Τιμόθεε, τὰ τῶν Γραφῶν μυστήρια, καὶ περὶ τοῦ ἀγγέλου τοῦ τὸν Δεσπότην Χριστὸν ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους ἐνισχύσαντος· ὁ γὰρ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ λέγει ὁ μέγας Λουκᾶς, ὡς μυστήριον παρεδόθη ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου Παύλου τούτοις. Ἓν καὶ τὸ ἐπέκεινα τούτων, ὅτι καὶ αὐτὸς Ἄγγελος τῆς μεγάλης βουλῆς λέγεται παρὰ τῷ Ἡσαΐᾳ, ἐλθὼν καὶ αὐτὸς εἰς ἐκφαντορικὴν τάξιν διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, καὶ ἀγγελοπρεπῶς λέγων· *Ὅσα ἤκουσα παρὰ τοῦ Πατρὸς, ταῦτα λελάληκα*, καὶ τό· *Ἐφανέρωσά σου τὸ ὄνομα τοῖς*

Hactenus sermo noster ad ipsum usque Salvatorem progressus, quoniam et ipsemet superessentialis cœlestium virtutum auctor exsistens, postquam naturam nostram immutabiliter assumpsit, nequaquam refugit humanam ordinationem, ut scilicet per angelos, ea quæ ad ipsum spectant, revelentur ac disponantur a Deo ac Patre: siquidem ipsorum opera Josepho annuntiatur recessus in Ægyptum, et ab Ægypto iterum in Judæam reditus. Et per angelos ipsum videmus sub lege constitutum: nam per angelos ejuscemodi lex data est, sub qua etiam ipse factus, per angelos profecto legis sanctionem accipit. Omitto tibi tanquam scienti, o Timothee, recensere mysteria Scripturarum, et de angelo passionis tempore Christum Dominum confortante: quod enim in Evangelio magnus Lucas refert, tanquam mysterium his ab apostolo Paulo traditum est. Unum porro illud etiam hæc superat, quod etiam ipsemet magni consilii Angelus ab Isaia nominatur; quandoquidem etiam ipse propter nostram salutem in ordinem venerit eorum qui manifestandi munus obeunt, et angelorum more dixerit: *Quæcunque*

*audivi a Patre, hæc locutus sum* [t], et illud : *Manifestavi nomen tuum hominibus* [u], ad Patrem dictum : hoc siquidem est manifestatio.

A ἀνθρώποις, πρὸς τὸν Πατέρα λεχθέν· τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ἐκφαντορία.

---

## 47 CAPUT V.

*Quare omnes essentiæ cœlestes communi nomine angeli vocentur.*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε.

*Διὰ τί πᾶσαι αἱ οὐράνιοι οὐσίαι κατὰ κοινοῦ ἄγγελοι λέγονται.*

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Docet, nomen angeli, quamvis proprie ultimo ordini cœlestium spirituum conveniat, superioribus tamen ordinibus non incongrue attribui ; cum et ipsi inferiorum virtutes obtineant, et eorumdem obire possint functiones, atque adeo inde etiam nominari possint : inferioribus vero uti virtutes, sic nec nomina superiorum convenire.*

Hæc quidem est, quantum capimus, angelicæ in eloquiis appellationis causa ; scrutandum modo censeo, cur theologi, omnes pariter essentias cœlestes angelos appellent ; ubi autem ad explanationem ventum fuerit supermundialium ipsarum ordinationum, ordinem angelicum proprie vocent eum, qui divinos cœlestesque ordines explendo claudat : isti vero archangelicas anteponant dispositiones, et principatus, ac potestates, virtutesque, et quascunque hisce celsiores spiritus agnoscunt eloquiorum explanatoriæ traditiones [v]. Asserimus igitur, secundum omnem sacram dispositionem, superiores quoque ordines, inferiorum quoque agminum illuminationibus virtutibusque pollere, postremos vero non item superiorum suorum consortes esse. Itaque sanctissima illa supremorum agmina spirituum, angelos quoque theologi appellant, quod et ipsa divinam manifestent illustrationem. Porro cœlestium intelligentiarum ordinem novissimum, vel principatuum, vel thronorum, vel seraphinorum nomine compellandi ratio nulla suppetebat : neque enim præstantissimarum virtutum illarum particeps exsistit, sed sicut ipse divinos nostros sacerdotum principes adducit ad præstitutas sibi divinitatis collustrationes ; ita etiam illæ, quæ hos spiritus præcedunt sacratissimæ virtutes, ad divinum Numen subrigunt distinctionem illam, quæ angelicas adimplet hierarchias. Nisi forte quis communes esse velit angelicas omnes appellationes, juxta cœlestium virtutum omnium in deiformitate, Deique vel remissiori vel eminentiori lumine communicationem. Verum quo distinctior nobis procedat oratio, sacrosanctas cujusque cœlestis ordinis proprietates, quæ nobis in eloquiis elucidatæ sunt, pura mente contemplemur.

B Αὕτη μὲν οὖν ἐστιν, ὡς ἡ καθ' ἡμᾶς [97], αἰτία τῆς ἀγγελικῆς αὐτοῖς [98] λογίοις ἐπωνυμίας· ἐρευνῆσαι δὲ ὡς οἶμαι χρὴ, δι' ἣν αἰτίαν οἱ θεολόγοι πάσας μὲν ἅμα τὰς οὐρανίους οὐσίας ἀγγέλους καλοῦσι· πρὸς δὲ τὴν ἐκφαντορίαν ἐρχόμενοι τῶν ὑπερκοσμίων [99] αὐτῶν διακοσμήσεων, τάξιν ἀγγελικὴν ἰδίως ὀνομάζουσι, τὴν συμπληρωτικῶς ἀποπερατοῦσαν τὰ θεῖα καὶ οὐράνια τάγματα· πρὸ ταύτης δὲ ὑπερκειμένως τάττουσι τοὺς ἀρχαγγελικοὺς [100] διακόσμους, τάς τε ἀρχὰς, καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ τὰς δυνάμεις, ὅσας τε τούτων ὑπερβεβηκυίας οὐσίας αἱ τῶν λογίων ἴσασιν ἐκφαντορικαὶ παραδόσεις. Φαμὲν δὲ, ὅτι, κατὰ πᾶσαν ἱερὰν διακόσμησιν, αἱ μὲν ὑπερβεβηκυῖαι τάξεις ἔχουσι καὶ τὰς τῶν ὑφειμένων διακοσμήσεων ἐλλάμψεις καὶ δυνάμεις [1], ἀμέθεκτοι δὲ τῶν C αὐτὰς [2] ὑπερκειμένων εἰσὶν αἱ τελευταῖαι. Τὰ μὲν οὖν ἁγιώτατα τῶν ὑπερτάτων οὐσιῶν τάγματα καὶ ἀγγέλους καλοῦσιν οἱ θεολόγοι, καὶ γάρ εἰσιν ἐκφαντορικὰ καὶ αὐτὰ τῆς θεαρχικῆς ἐλλάμψεως. Τὴν τάξιν δὲ τὴν τῶν οὐρανίων νοῶν τελευταίαν οὐκ ἔχει λόγον ἀρχὰς, [3] ἢ θρόνους, ἢ σεραφὶμ ὀνομάζειν· οὐδὲ γάρ ἐστιν ἐν μετουσίᾳ τῶν ὑπερτάτων δυνάμεων, ἀλλ' ὥσπερ αὕτη τοὺς καθ' ἡμᾶς ἐνθέους ἱεράρχας ἀνάγει πρὸς τὰς ἐγνωσμένας αὐτῇ τῆς θεαρχίας [4] αὐγὰς, οὕτω καὶ τῶν πρὸ αὐτῆς οὐσιῶν αἱ πανίεροι δυνάμεις ἀναγωγικαὶ πρὸς τὸ Θεῖόν εἰσι τῆς ἀποπληρούσης τὰς ἀγγελικὰς ἱεραρχίας διακοσμήσεως. Εἰ μὴ ἄρα τις καὶ τοῦτο φαίη, τὸ κοινὰς εἶναι πάσας τὰς ἀγγελικὰς ὀνομασίας, κατὰ τὴν πασῶν τῶν οὐρανίων δυνάμεων εἰς τὸ θεοειδὲς, καὶ τὴν ἐκ D Θεοῦ φωτοδοσίαν ὑφειμένην καὶ προὔχουσαν κοινωνίαν. Ἀλλ' ἵνα μᾶλλον ἡμῖν ὁ λόγος διευκρινηθείη, κατίδωμεν ἱερῶς τὰς ἐν τοῖς λογίοις ἐκπεφασμένας ἁγιοπρεπεῖς ἰδιότητας ἑκάστης οὐρανίας διακοσμήσεως.

---

## 48 ADNOTATIONES CORDERII.

Angelici nominis et officii ratione assignata, quærit hic, cur omnes cœlestes spiritus angelorum nomine vocentur, cum id proprium sit ordinis postremi, utpote qui ex officio ad homines destinantur,

[t] Joan. xv,15. [u] Joan. xvii, 6. [v] Psal. ciii, et Matth. xxv.

### VARIÆ LECTIONES.

[97] D. S. non habent articulum ἡ. [98] lege ἐν τοῖς. [99] D. ὑπερκειμένων. [100] γρ. Ἀγγελικούς. [1] Ch. ἐλλάμψεις τε καί, itaque Sarrac. vertit. [2] Balæus corrigit αὐταῖς. [3] Chart. aud. post ἀρχὰς, ἐξουσίας. [4] γρ. ἱεραρχίας.

ad divinas voluntates ipsis intimandas, superiores autem illi spiritus Deo assistere perhibeantur, juxta illud : *Millia millium ministrabant ei, et decies millies centena millia assistebant ei* [x]. In qua descriptione per *assistentes* quidem hi angeli significati esse videntur, qui ad exteriora non exeunt; per *ministrantes* vero hi, qui ad exteriora exeundo, non semper assistunt. Nam cum novem sint ordines angelorum, duo tantum, id est angeli et archangeli, pro eo quod specialiter ex officii sui distributione mittantur, ex re ipsa cognomen acceperunt : ἄγγελοι videlicet nuntii, ἀρχάγγελοι vero principales nuntii dicti; quoniam et illi minora, hi vero majora ex ministerii dignitate annuntiant. Respondet Dionysius, nomen quidem angelorum inferioribus ex officio competere; sed quia tamen divina mysteria quæ ordines inferiores nobis exterius enuntiant, a superioribus hauserunt, nomen angelorum quoque superioribus illis spiritibus esse communicabile : quia licet ad exteriora nuntianda non exeant, ea tamen, quæ enuntianda sunt, desuper ipsi accipiendo, secundum legem divinæ ordinationis, ad inferiores et se subsequentes ordines nuntianda transportant. Addit, superiores inferiorum facultates ac proprietates omnes, et quidem perfectius, obtinere; inferiores autem non æque superiorum virtutes participare, atque ideo illis inferiorum quoque nomen, secus quam his, superiorum appellationem competere; quanquam et hi aliquando, cum videlicet superiorum proprietatem ex officii qualitate suscipiunt, nomen quoque ipsorum in ejusdem officii exsecutione assumunt, uti docet infra cap. 13. Alii autem putant, omnes cœlestes ordines, tam superiores quam inferiores, pro tempore, et loco, et causa, ad exteriora dirigi, eos tamen qui hoc ex officio proprium habent, specialiter angelos sive archangelos cognominari. Nam quod omnes aliquando mittantur, Apostolus insinuat ad Hebr. I, 14 : *Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capiunt salutis?* Quod autem etiam superiores quidam aliquando non ex officio, sed ex causa aliqua peculiari ad exteriora dirigantur, insinuare videtur Psalmista, cum ait : *Qui facis angelos tuos, spiritus; et ministros tuos, ignem urentem* [y]. Magis tamen probat Dionysius priorem rationem, quod nimirum superiores omnes angeli vocentur; quia et ipsi angelicam proprietatem participant in eo, quod, licet ad exteriora nuntianda non exeant, tamen eis qui post se sequuntur ordinibus, divinam illuminationem, quam desuper accipiunt, translundendo, et quasi nuntiando manifestant; inferiores autem superiorum proprietatibus non ita communicare, ut sufficiat ad denominationem. Et confirmat exemplo nostræ hierarchiæ in qua pontifici omnes inferiorum ordinum potestates et dominationes competunt, inferioribus autem non possunt pontificio titulo insigniri.

—

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (10).

Ἀποτιθέμενος τὰ λεχθέντα, φησίν· Αὕτη μὲν, ὡς καθ' ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν δύναμιν εἰπεῖν, ἡ αἰτία τῆς ἀγγελικῆς ἐπωνυμίας. Ζητῆσαι δὲ χρὴ δι' ἣν αἰτίαν οἱ θεολόγοι τὰς οὐρανίους ἁπάσας δυνάμεις ἅμα ἀγγέλους φασίν· ὅτε δὲ πρὸς τὴν ἐκφαντορίαν καὶ διασάφησιν τῶν ταγμάτων ἔρχονται, ἰδίως φασὶν ἀγγέλους τὴν κατωτάτω τάξιν, τὴν συμπληροῦσαν καὶ ἀποπερατοῦσαν τὰ οὐράνια τάγματα· ὑπεράνω δὲ ταύτης, τὴν τῶν ἀρχαγγέλων· καὶ ἐπέκεινα, τὴν τῶν ἀρχῶν· καὶ ἐπέκεινα, τῶν ἐξουσιῶν, καὶ τῶν δυνάμεων, ὅσας τε πάλιν τούτων ὑπερβεβηκυίας οὐσίας οἴδασιν αἱ τῶν Γραφῶν παραδόσεις.

A Reponens ea quæ dicta sunt, Hæc quidem, inquit, quantum quoad nos, et secundum facultatem nostram dicere licet, causa angelicæ denominationis. Inquirendum porro est, quam ob rationem theologi cœlestes omnes virtutes pariter angelos appellent; quando autem ad eorum ordinum manifestationem declarationemque veniunt, proprie angelos vocent ordinem infimum, qui complet ac terminat ordines cœlestes; qui vero supra hunc est, archangelorum, ac deinde principatuum, supraque illum potestatum ac virtutum, et quascunque rursum hisce superiores essentias agnoscunt Scripturarum traditiones.

Λύει τὴν ἀπορίαν ἐντεῦθεν, λέγων, ὅτι κατὰ πᾶσαν ἱερὰν διακόσμησιν, κατὰ τὰς τρεῖς τριάδας τῶν ταγμάτων, αἱ μὲν ὑπερβεβηκυῖαι ἔχουσι καὶ τὰς τῶν ὑφειμένων ἐλλάμψεις καὶ δυνάμεις, οὐ μὴν δὲ καὶ τὸ ἀνάπαλιν, αἱ κατώτεραι τῶν ἀνωτέρων κατὰ πάντα μετέχουσι, καθώς ἐστι καὶ ἐφ' ἡμῖν. Ὁ μὲν γὰρ λογικὸς ἄνθρωπος ἔχει πάντως καὶ τὰς ἀλόγους καὶ τὰς φυτικὰς δυνάμεις, οὐ μὴν δὲ κατὰ ταύτας, ἰδίως δὲ τὴν λογικὴν ἔχουσι δύναμιν. Τούτου γοῦν ἕνεκα καὶ τὰς μὲν ἀνωτάτας οὐσίας, καὶ τὰς μετ' αὐτὰς, οἱ θεολόγοι ἀγγέλους καλοῦσι τῷ τῶν ὑφειμένων καὶ κατωτάτων ὀνόματι· καὶ γὰρ καὶ αὗται ἐκφαίνουσι καὶ ἐξαγγέλλουσι τὴν ἀπὸ Θεοῦ ἔλλαμψιν· αὐτοὺς δὲ τοὺς ἀγγέλους, τὴν κατωτάτω τάξιν, οὐκ ἔχει λόγον σεραφὶμ ἢ θρόνους καλεῖν· οὐδὲ γάρ εἰσιν οὗτοι κατὰ πάντα ἐν μετουσίᾳ ἐκείνων τῶν ὑπερτάτων ἐλλάμψεων, ἀλλ' ὥσπερ ἡ τῶν ἀγγέλων τάξις,

B Dubium autem solvit, dicens, quod per omnem sacram distributionem, secundum tres ordinum terniones, **49** superiores quidem habeant inferiorum illustrationes ac virtutes; sed non e contra, inferiores cum superioribus secundum omnia communicent : sicut etiam in nobis usu venit. Siquidem homo rationalis habet omnino etiam irrationales vegetantesque virtutes, non tamen hæ proprie ut sic ratiocinandi vim obtinent. Idcirco igitur etiam supremas quidem essentias quæque eas consequuntur, inferiorum atque infimorum nomine angelos theologi appellant; etenim etiam ipsæ manifestant et enuntiant illuminationem Dei, angelos autem ipsos, seu ordinem infimum, nulla subest ratio, vel seraphim vel thronos appellandi : siquidem illi non secundum omnia participant horum sublimissimas illustrationes, sed sicut angelorum ordo eos, qui

[x] Dan. VII, 10. [y] Psal. CIII, 4.

(10) Vide Scholia S. Max. l. II, cap. 5.

apud nos divini sunt, adducit ad illustrationes quas a Deo ipsi acceperunt, sic etiam naturæ istæ hanc distributionem, quæ videlicet angelicam complet, adducunt. Nisi forte quis etiam hoc dicat, secundum aliam solutionem, quod novem etiam ordines communem habeant appellationem, quia communem quoque habent illustrationem, et divinam communicationem, tametsi non æqualem, sed remissiorem præstantioremve; quemadmodum etiam in nostratibus cygno et nivi communiter albis esse contingit, quod albedinem communiter participent, licet secundum magis ac minus. Cœlestes enim ordines divinam annuntiant illustrationem eo modo quo eam accipiunt; suscipiunt autem illam, alii quidem magis, alii, vero minus. Juxta illud itaque, omnes communiter angeli vocari possunt. Verum, ut sermo magis distinctus sit, considerabimus ea quæ in Scripturis sacrosancta sunt, sacras inquam proprietates cujuslibet ordinis cœlestis.

A τοὺς καθ' ἡμᾶς ἐνθέους ἀνάγει πρὸς τὰς ἐλλάμψεις τὰς ἐγνωσμένας αὐτῇ παρὰ τοῦ Θεοῦ, οὕτω καὶ αἱ πρὸ ταύτης οὐσίαι ταύτην ἀνάγουσι· τὴν ἀποπληροῦσαν δηλονότι τὴν ἀγγελικὴν διακόσμησιν. Εἰ μὴ ἄρα τις καὶ τοῦτο λέγει καθ' ἑτέραν λύσιν, ὅτι κοινὴν ἔχουσι τὴν ὀνομασίαν καὶ τὰ ἐννέα τάγματα, διότι κοινὴν καὶ τὴν φωτοδοσίαν ἔχουσι, καὶ τὴν θείαν αὐτὴν κοινωνίαν, εἰ καὶ μὴ ὁμοίως, ἀλλ' ὑφειμένην καὶ προὔχουσαν· ὥσπερ καὶ κοινῶς εἰ τύχοι λευκὰ ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις ὁ κύκνος καὶ ἡ χιών, διότι κοινῶς μετέχουσι τῆς λευκότητος, εἰ καὶ κατὰ τὸ μᾶλλον καὶ τὸ ἧττον· ἀγγέλλουσι γὰρ καὶ τὰ οὐράνια τάγματα τὴν θείαν φωτοδοσίαν, καθὼς ταύτην λαμβάνουσι· λαμβάνουσι δὲ, τὰ μὲν μᾶλλον, τὰ δὲ ἧττον. Κατὰ τοῦτο γοῦν κοινῶς ἅπαντες λέγοιντ' ἂν ἄγγελοι. Ἀλλ' ἵνα μᾶλλον ὁ λόγος εὐκρινὴς γένηται, ἴδωμεν ἱερῶς τὰ ἐν τοῖς λογίοις ἱερὰ, τὰς ἁγιοπρεπεῖς λέγω ἰδιότητας ἑκάστης οὐρανίας τάξεως.

B

---

# CAPUT VI.

*Quænam sit prima cœlestium essentiarum distinctio, quæ media, quæ postrema.*

# ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

*Τίς ἡ πρώτη τῶν οὐρανίων οὐσιῶν διακόσμησις, τίς ἡ μέση, τίς ἡ τελευταία.*

## SYNOPSIS CAPITIS.

I. *Docet, solum Deum exacte nosse quæ ad omnes ordines angelorum spectant.* II. *Tradit, novem ordines angelorum in tres hierarchias esse distributos.*

## § I.

Quantæ quidem sint, et quales supercœlestium essentiarum dispositiones, et quo pacto earumdem sacri ordines initientur, solum exacte nosse censeo divinum illum, a quo **50** consecrantur, principatum; præterquam quod et ipsis virtutes atque illustrationes propriæ sint perspectæ una cum sacra sua supermundialique ordinatione: neque enim intelligere valemus supercœlestium istarum mentium mysteria, et sanctissimas illarum perfectiones, nisi illa forte nos scire quis asserat, quæ illorum, sua scilicet rite callentium, ministerio Divinitas ipsa nos docuit. Itaque nos quidem nihil motu proprio dicemus; sed quæ angelica spectacula sanctis theologis visa fuerint, edocti, pro viribus exponemus.

C Ὅσοι μέν εἰσι, καὶ οἷοι τῶν ὑπερουρανίων [a]οὐσιῶν οἱ διάκοσμοι, καὶ ὅπως αἱ κατ' αὐτοὺς ἱεραρχίαι τελοῦνται, μόνην ἀκριβῶς εἰδέναι φημὶ τὴν θεωτικὴν [b] αὐτῶν τελεταρχίαν· προσέτι καὶ αὐτοὺς ἐγνωκέναι τὰς οἰκείας δυνάμεις τε καὶ ἐλλάμψεις, καὶ τὴν ἱερὰν αὐτῶν [c] καὶ ὑπερκόσμιον εὐταξίαν· ἀδύνατον γὰρ ἡμᾶς εἰδέναι τὰ τῶν ὑπερουρανίων νοῶν μυστήρια, καὶ τὰς ἁγιωτάτας αὐτῶν τελειώσεις, εἰ μή που φαίη τις, ὅσα δι' αὐτῶν ἡμᾶς, ὡς τὰ οἰκεῖα καλῶς εἰδότων, ἡ θεαρχία μεμυσταγώγηκεν. Οὐκοῦν ἡμεῖς μὲν οὐδὲν αὐτοκινήτως ἐροῦμεν· ὅσα δὲ τῶν ἀγγελικῶν θεαμάτων ὑπὸ τῶν ἱερῶν θεολόγων ἐθεωρήθη, ταῦτα μυηθέντες ἡμεῖς, ὡς οἷοί τέ ἐσμεν, ἐκθησόμεθα.

## § II.

Substantias cœlestes omnes theologia novem explanatoriis nominibus appellavit: has divinus noster initiator in tres ternarias distinxit distributiones. Ac primam quidem ait esse illam, quæ circa Deum assiduo versatur, illique jugiter inhærere, ac præ cæteris immediatius uniri traditur: sanctissimos enim thronos[a], et pluribus oculis alis-

D Πάσας ἡ θεολογία τὰς οὐρανίους οὐσίας ἐννέα κέκληκεν ἐκφαντορικαῖς ἐπωνυμίαις· ταύτας ὁ θεῖος ἡμῶν ἱεροτελεστὴς εἰς τρεῖς ἀφορίζει τριαδικὰς διακοσμήσεις. Καὶ πρώτην μὲν εἶναί φησι τὴν περὶ [d] Θεὸν οὖσαν ἀεὶ, καὶ προσεχῶς αὐτῷ καὶ πρὸ τῶν ἄλλων ἀμέσως ἡνῶσθαι παραδεδομένην [e]· τοὺς τε γὰρ ἁγιωτάτους θρόνους, καὶ τὰ πολυόμματα καὶ πολύ-

[a] Ezech. I.

## VARIÆ LECTIONES.

[a] M. S. P. ἐπουρανίων. [b] D. θεωρητικήν, quod verbum Scotus interpretatur. [c] Ch. D. καὶ τὴν ἑαυτῶν ἱεράν, ita etiam Scot. [d] τόν. [e] M. S. παραδεχομένην.

πτέρα τάγματα, Χερουβὶμ Ἑβραίων φωνῇ καὶ Σεραφὶμ ὠνομασμένα, κατὰ τὴν πάντων ὑπερκειμένην ἐγγύτητα περὶ Θεὸν ἀμέσως ἱδρύεσθαι [10], φησὶ παραδιδόναι [11] τὴν τῶν ἱερῶν λογίων ἐκφαντορίαν. Τὸν τριαδικὸν οὖν τοῦτον διάκοσμον, ὡς ἕνα καὶ ὁμοταγῆ καὶ ὄντως πρώτην ἱεραρχίαν, ὁ κλεινὸς [12] ἡμῶν ἔφη καθηγεμών· ἧς οὐκ ἔστιν ἑτέρα θεοειδεστέρα [13], καὶ ταῖς πρωτουργοῖς τῆς θεαρχίας ἐλλάμψεσιν ἀμέσως προσεχεστέρα. Δευτέραν δὲ εἶναί φησι, τὴν ὑπὸ τῶν ἐξουσιῶν, καὶ κυριοτήτων, καὶ δυνάμεων συμπληρουμένην. Καὶ τρίτην ἐπ' ἐσχάτων τῶν οὐρανίων ἱεραρχῶν, τὴν τῶν ἀγγέλων τε καὶ ἀρχαγγέλων καὶ ἀρχῶν διακόσμησιν.

A que prædictos ordines, cherubim Hebraico vocabulo et seraphim appellatos[z*], immediate juxta Deum ante alios eminenti propinquitate locatos esse, sacrorum asserit eloquiorum explanatione comprobari. Hanc igitur ternariam distributionem, ut unam æqualemque ac primam revera hierarchiam, inclytus præceptor noster memoravit, qua non est altera Deiformior, primoribusve Divinitatis illustrationibus immediata conjunctione propinquior. Secundam vero designat illam, quæ potestatibus, dominationibus, virtutibusque completur. Tertiam denique, eamque cœlestium hierarchiarum ultimam esse dicit angelorum et archangelorum atque principatuum distributionem.

—

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. Nota sancti Dionysii insignem humilitatem, dum, antequam angelicos ordines distinctius explicet, se iis intelligendis, nedum explicandis, imparem profitetur; ideoque se nihil motu proprio dicturum, sed eas duntaxat visiones expositurum, quas ex apostolis aliisque Scripturæ sacræ scriptoribus apparuisse acceperat. Quomodo autem angeli a nobis in hac vita exacte cognosci nequeant, vide quæ dicta sunt in adnotationibus ad caput primum *Cœlestis hierarchiæ*, § 2, ubi ostendimus mentem nostram non posse per se angelos contemplari.

§ II. Nota sanctum Dionysium cœlestes spiritus, οὐσίας, id est substantias seu essentias appellare, scilicet per excellentiam, ut qui inter cæteras substantias primatum obtinent, alibi illos δυνάμεις seu virtutes, et ἐνεργείας seu operationes vocat. Vide quæ supra dicta sunt ad caput tertium, § 1, et infra cap. 11. Hos autem ordines angelorum ait sanctum Paulum, quem suum præceptorem vocat, distribuisse in tres hierarchias, quarum singulæ tres ordines complectuntur: prima scilicet thronos, cherubim et seraphim; secunda potestates, dominationes et virtutes; tertia angelos, archangelos et principatus. Ubi adverte sanctum Dionysium in duabus postremis hierarchiis ordinem invertisse.

S. Gregorius, lib. II *Moral.*, cœlestes hierarchias nonnihil alio ordine recenset, **51** scilicet, in prima seraphim, cherubim et thronos: quorum primi considerant Dei bonitatem, secundi veritatem, tertii æquitatem. Ac in primis quidem Deus amat ut charitas, in secundis noscit ut veritas, in tertiis sedet ut æquitas.

In media ponit dominationes, principatus, potestates, quorum primi officia regunt angelorum, sequentes capitibus præsunt populorum, alii dæmonum coercent potestatem. Item in primis Deus dominatur ut majestas, in sequentibus regit ut principatus, in ultimis tuetur ut salus.

In postrema hierarchia collocat virtutes, archangelos, angelos: ad quorum priores pertinet miraculorum operatio, ad secundos magnorum negotiorum denuntiatio, ad tertios humanæ custodiæ sollicitudo. Item in primis Deus operatur ut virtus, in secundis revelat ut lux, in tertiis nuntiat ut inspirans.

Nos autem assimilari debemus seraphim per charitatem, cherubim per cognitionem, thronis per æquitatem: item dominationibus, carnem subjugando; principatibus, reverentiam majoribus nostris exhibendo; potestatibus, tentationibus diabolicis resistendo: item assimilari debemus virtutibus per compassionem, archangelis per instructionem, angelis per obsequii exhibitionem.

—

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (16*).

§ I. Ὅσοι μέν εἰσι κατὰ πλῆθος, καὶ οἷοι κατὰ B τὴν ποιότητα οἱ τῶν οὐρανίων διάκοσμοι, καὶ αἱ θεῖαι τάξεις, καὶ ὅπως τελοῦνται κατ' αὐτὰς τὰ τῆς ἱεραρχίας μυστήρια, μόνην εἰδέναι λέγω τὴν ὑποστήσασαν αὐτοὺς θεϊκὴν τελεταρχίαν, τὴν πάσης τελετῆς καὶ παντὸς μυστηρίου ἄρχουσαν· προσέτι δὲ καὶ αὐτοὺς τούτους γινώσκειν τὰς οἰκείας δυνάμεις, καὶ τὰς ἐλλάμψεις, καὶ τὴν ἱερὰν εὐταξίαν, οὐκ ἄλλον ἄλλου· τὰ γὰρ ὑποβεβηκότα, τὰ τῶν ὑπερβεβηκότων εἰδέναι διόλου οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ἕκαστον αὐτὸν ἑαυτοῦ· διὰ τοῦτο γὰρ εἶπε *τὰς οἰκείας δυνάμεις*· ἀδύνατον γὰρ ἡμᾶς εἰδέναι τὰ ἐκείνων, εἰ μὴ λέγομεν, ὅσα δι' αὐτῶν παρὰ τοῦ Θεοῦ ἐλλαμφθείημεν. Πάντως δὲ τὰ οἰκεῖα ἀκριβῶς ἐκεῖνοι γινώσκοντες, καλῶς καὶ ὑπηρετήσουσιν ἡμῖν εἰς τὴν τοιαύτην μυσταγωγίαν. Οὐκ-

§ I. Quanti quidem sint multitudine, qualesque conditione cœlestium distinctiones atque ordines divini, et quomodo juxta illos mysteria hierarchiæ consummentur, solum nosse dico divinum illum initiandi principatum qui illos condidit, et omni initiationi omnique mysterio principatur; quinimo ad hæc, ipsos nosse proprias virtutes atque illustrationes, nec non sacrum suum ordinem, non tamen alterum alterius: nam inferiores ea quæ superiorum sunt, omnino nosse nequeunt, sed quilibet res suas novit: idcirco enim dixit, proprias virtutes. Impossibile enim est ea nos, quæ illorum sunt nosse, nisi loquamur de iis quæ per ipsos, Deo revelante, accepimus. Omnino autem illi cum res proprias exacte noscunt, rite quoque nobis

[z*] Isa. VI.

VARIÆ LECTIONES.

[10] Ch. D. P. ἱδρῦσθαι. [11] M. S. παραδιδόναι τε. [12] S. κεινός, Scotus astipulatur. [13] D. διειδεστέρα.

(16*) Vide scholia S. Maximi, t. II, cap 6.

subministrant istiusmodi eruditionem. Nos itaque nihil omnino quidem a nobismet ipsi dicimus : sed quæ in angelicis visis ac notionibus sacris theologis conspecta sunt et nota, eadem nos, ab illis edocti, rursum pro virili exponemus.

§ II. Omnes essentias cœlestes, eorumque ordines, novem vocavit theologia cognominibus manifestativis, et divina mysteria denuntiantibus, seu angelicis. Has autem in tres ternarios ordines digerit inclytus initiator noster, sive is sit divinus Hierotheus, sive potius is qui ad tertium cœlum evectus, ibidem raptus in paradisum, Magnus inquam Paulus. Ac primum quidem ac circa Deum existentem, eique proxime et immediate unitum, dicit esse thronos sanctissimos, et multorum oculorum, quippe cognitionis copia pollentium; et multarum alarum, utpote efficacissimorum et **52** incensorum, quos cherubim et seraphim Hebræa lingua vocare solet, cujus causa in sequentibus proferetur. Primam hanc distributionem circa Deum immediate collocari, asserit oraculorum traditio : hanc etiam inclytus Magister noster unam et ejusdem dignitatis esse dicebat, qua non est alia distributio primigeniis ac divinis illustrationibus attentior. Secunda vero est ex potestatibus et dominationibus atque virtutibus; et post hanc tertia, quæ complet angelorum et archangelorum ac principatuum dispositionem. Notandum autem aliquos hac enumeratione provocatos, ita primam distributionem ordinare : primum thronos, deinde cherubim, ac postea seraphim; quocirca etiam inscriptionem septimi capitis, atque insuper trium horum ordinum doctrinam, conferendam, aiunt, cum duobus istis ternariis ordinum sequentium : ibi enim illos sursum deorsum recenset; hic autem non sic, sed deorsum sursum. Atque alii quidem hoc modo, ut primo loco seraphim collocent, deinde cherubim, atque exinde thronos : ad hoc permoti ab Isaia dicente, in circuitu Dei seraphim collocari, vel potius ab inscriptionibus octavi ac noni capitis, dicentes, quod ut sanctus secundum ordinem illorum, sic et titulum septimi capitis inscripserit (11). Si quis autem voluerit thronos esse superlatos, sciat etiam seraphim ignitos esse, et sursum ferri. Aliter etiam hi tres ordines unam habent eminentem propinquitatem. Hic autem ita recenset eos, et a thronis incipit, ut et sic unitati quodammodo consulat : vel etiam secundum nostræ cognitionis et illustrationis rationem (quoties enim ab inferioribus ad superiora transimus?), vel secundum describendi ac definiendi modum ; ascendendo enim multitudinem in unum contrahimus, sicut descendendo unum in multa dividimus. Cum itaque adjuvet tres in unum idcirco istiusmodi facit enu-

A οὖν ἡμεῖς μὲν οὐδὲν ἀφ' ἑαυτῶν λέγομεν, ὅσα δὲ τῶν ἀγγελικῶν θεαμάτων καὶ γνώσεων ὑπὸ τῶν ἱερῶν θεολόγων ἐθεωρήθη καὶ ἐγνώσθη, ταῦτα, μυηθέντες παρ' ἐκείνων, πάλιν ἡμεῖς κατὰ τὸ δυνατὸν ἐκθησόμεθα.

§ II. Πάσας τὰς οὐρανίους οὐσίας, καὶ τὰ τούτων τάγματα, ἐννέα κέκληκεν ἡ θεολογία ἐν ἐπωνυμίαις ἐκφαντορικαῖς καὶ ἀγγελλούσαις τὰ τοῦ Θεοῦ μυστήρια, εἴτ' οὖν ἀγγελικαῖς. Ταύτας δὲ εἰς τρεῖς τριαδικὰς ἀφορίζει τάξεις ὁ κλεινὸς ἱεροτελεστὴς ἡμῶν, ἢ ὁ θεῖος Ἱερόθεος ἦ, ὅ καὶ μᾶλλον, ὁ εἰς τρίτον οὐρανὸν ἀνελθὼν, κἀκεῖθεν ἁρπαγεὶς εἰς παράδεισον, ὁ μέγας δηλαδὴ Παῦλος. Καὶ πρώτην μὲν καὶ περὶ Θεὸν οὖσαν καὶ προσεχῶς αὐτῷ καὶ ἀμέσως ἡνωμένην λέγει τούς τε ἁγιωτάτους θρόνους, καὶ τὰ πο-
B λυόμματα ὡς πλῆθος γνώσεως ἔχοντα, καὶ πολύπτερα ὡς δραστικώτατα ἐμπύρια, ἃ δὴ χερουβὶμ καὶ σεραφὶμ ἡ τῶν Ἑβραίων οἶδε γλῶσσα καλεῖν· δι' ἣν δὲ αἰτίαν ἐν τοῖς ἑπομένοις ῥηθήσεται. Τοῦτον τὸν πρῶτον διάκοσμον περὶ Θεὸν ἀμέσως ἱδρῦσθαί φησιν ἡ τῶν λογίων παράδοσις· τοῦτον ἕνα καὶ ὁμοταγῆ ὁ κλεινὸς ἡμῶν ἔφη καθηγεμών· τούτου οὐκ ἔστιν ἄλλος διάκοσμος προσεχέστερος ταῖς πρωτουργοῖς καὶ θείαις ἐλλάμψεσι. Δεύτερος δέ ἐστιν ὁ τῶν ἐξουσιῶν, τῶν κυριοτήτων, καὶ τῶν δυνάμεων· καὶ μετ' αὐτὸν τρίτος ὁ συμπληρωτικὸς τῆς τῶν ἀγγέλων τε, καὶ ἀρχαγγέλων, καὶ ἀρχῶν διακοσμήσεως. Τοῦτο δὲ σημείωσαι, ὅτι τινὲς, ὁρμώμενοι ἀπὸ ταύ-
C της τῆς ἀπαριθμήσεως, οὕτω τάττουσι τὸν πρῶτον διάκοσμον· θρόνους πρῶτον, εἶτα χερουβὶμ, καὶ μετέπειτα σεραφίμ· διὰ τοῦτο καὶ τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ ζ' κεφαλαίου, ἔτι δὲ καὶ τὴν διδασκαλίαν τῶν τριῶν τούτων ταγμάτων, παρηλλαγμένην λέγουσι πρὸς τὰς ἑτέρας δύο ἑφεξῆς τριαδικὰς ταξιαρχίας· ἐκεῖσε γὰρ ἄνωθεν εἰς κάτω καταλέγει· ἐνταῦθα δὲ οὐχ οὕτως, ἀλλὰ κάτωθεν εἰς ἄνω. Καὶ οἱ μὲν οὕτως· οἱ δὲ τὰ σεραφὶμ τιθέασι πρότερα, εἶτα τὰ χερουβὶμ, ἐφεξῆς δὲ τοὺς θρόνους· τοῦτο μὲν καὶ ἀπὸ τοῦ Ἡσαΐου ὁρμώμενοι, λέγοντος κύκλῳ τοῦ Θεοῦ τὰ σεραφὶμ ἵστασθαι· καὶ ἀπὸ τῶν ἐπιγραφῶν δὲ μᾶλλον τοῦ τε η' κεφαλαίου καὶ τοῦ θ', λέγοντες, ὅτι ὁ ἅγιος κατὰ τὴν τάξιν ἐκείνων, οὕτω καὶ τὴν ἐπιγραφὴν τοῦ ζ' κεφαλαίου ἐπέγραψεν. Εἰ δὲ λέγει τις, ὅτι οἱ θρόνοι ὑπερηρμένοι, ἴστω ὅτι καὶ τὰ σεραφὶμ πύρινα, καὶ ἀνωφερῆ. Ἄλλως τε δὲ καὶ τὰ
D τρία ταῦτα τάγματα μίαν ἔχουσι τὴν ὑπερκειμένην ἐγγύτητα. Λέγει δὲ οὕτως ἐνταῦθα, καὶ ἀπὸ τῶν θρόνων ἄρχεται, ἵνα καὶ τοῦτό τις ὡς ἑνὸν (11*) θεραπεύσῃ· ἢ ὅτι κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἡμετέρας γνώσεως καὶ ἐλλάμψεως (ἀπὸ γὰρ τῶν κάτω ποσῶς ἐπὶ τὰ ἀνώτερα μεταβιβαζόμεθα), ἢ κατὰ τὸν λόγον τῆς περιγραφῆς καὶ τοῦ διορισμοῦ· ἀνερχόμενοι γάρ, τὸ πλῆθος εἰς ἓν συνάγομεν, ὥσπερ κατερχόμενοι, τὸ ἓν εἰς πολλὰ διαιροῦμεν. Ἐπεὶ γοῦν συνενοῖ τὰς τρεῖς εἰς τὸ ἕν, διὰ τοῦτο καὶ τοιαύτην

(11) Tenebrosa interpretatio. Melius, ni fallor, verteretur : *dicentes sanctum* (Dionysium) *eumdem ordinem* (sursum deorsum) *in superscriptione capitis septimi servasse, quem in superscriptione illorum* (capitum 8 et 9) *secutus est.* Edit. Patrol.

(11*) Hic locus varie doctos viros exercuit. Aliis legere placet ὡς ἓν ὄν, ut sic ad versionis Latinæ sensum proxime accedatur ; alii nihil mutant, forsanque verti posse affirmant : *ut cuique liceat hoc* (nempe hanc ordinis contrarietatem), *pro posse suo, corrigere.* Id.

ποιεῖται τὴν ἀπαρίθμησιν· τέως δὲ τάγματα μὲν ἐννέα φησὶν, εἰς τρεῖς δὲ τάξεις διαιρεῖ ταῦτα, πρώτην, ἐσχάτην, καὶ μέσην· ὥστε καὶ τὰ τρία μίαν ἔχουσι τὴν ὑπερκειμένην ἐγγύτητα. A merationem : hactenus autem ordines quidem novem assignat, quas in tres distributiones dividit, in primam scilicet, ultimam, et mediam; ita ut etiam tres unam habeant supereminentem propinquitatem.

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

*Περὶ τῶν σεραφὶμ, καὶ χερουβὶμ, καὶ τῶν θρόνων, καὶ περὶ τῆς πρώτης αὐτῶν ἱεραρχίας.*

## [53] CAPUT VII.

*De seraphim, cherubim, et thronis, deque prima eorum hierarchia.*

### SYNOPSIS CAPITIS.

*I. Docet quid cherubim, seraphim et throni significent. II. Quanta sit primæ hierarchiæ dignitas, contemplandi vis atque perfectio. III. Quomodo inferiores a superioribus, et supremi ab ipsomet Deo initientur, et quanta reverentia suas quisque illustrationes excipiat. IV. Quid supremi illi spiritus agant.*

### § I.

Ταύτην ἡμεῖς ἀποδεχόμενοι τὴν τῶν ἁγίων ἱεραρχιῶν τάξιν, φαμὲν ὅτι πᾶσα τῶν οὐρανίων νοῶν ἐπωνυμία δήλωσιν ἔχει τῆς ἑκάστου θεοειδοῦς ἰδιότητος. Καὶ τὴν μὲν ἁγίαν τῶν σεραφὶμ ὀνομασίαν [14] οἱ τὰ Ἑβραίων εἰδότες, ἢ τὸ ἐμπρηστὰς ἐμφαίνειν, ἢ τὸ θερμαίνοντας· τὴν δὲ χερουβὶμ [15] πλῆθος γνώσεως, ἢ χύσιν σοφίας. Εἰκότως οὖν ἡ πρώτη τῶν οὐρανίων ἱεραρχιῶν πρὸς τῶν ὑπερτάτων οὐσιῶν ἱερουργεῖται, τάξιν ἔχουσα τὴν πασῶν ὑψηλοτέραν [16], καὶ τὰς πρωτουργοὺς θεοφανείας καὶ τελειώσεις εἰς αὐτὴν ὡς ἐγγυτάτην ἀρχικωτέρως διαπορθμεύεσθαι. Θερμαίνοντες γοῦν ὀνομάζονται καὶ θρόνοι, καὶ χύσις σοφίας, ἐκφαντορικῷ τῶν θεοειδῶν αὐτῶν ἕξεων ὀνόματι· τὸ μὲν γὰρ ἀεικίνητον αὐτῶν περὶ τὰ θεῖα καὶ ἀκατάληκτον, καὶ τὸ θερμὸν, καὶ τὸ ὀξὺ, καὶ ὑπερζέον τῆς προσεχοῦς καὶ ἀνενδότου καὶ ἀκλινοῦς C ἀεικινησίας, καὶ τὸ τῶν ὑποβεβηκότων ἀναγωγικῶς καὶ δραστηρίως ἀφομοιωτικὸν, ὡς ἀναζέον ἐκεῖνα καὶ ἀναζωπυροῦν ἐπὶ τὴν ὁμοίαν θερμότητα, καὶ τὸ πρηστηρίως καὶ ὁλοκαύτως καθαρτικὸν, καὶ τὴν ἀπερικάλυπτον καὶ ἄσβεστον, ἔχουσαν ὡσαύτως ἀεὶ, φωτοειδῆ καὶ φωτιστικὴν ἰδιότητα, πάσης ἀλαμποῦς σκοτοποιίας ἐλάτειραν οὖσαν καὶ ἀφανιστικὴν, ἡ τῶν Σεραφὶμ ἐπωνυμία ἐκφαντορικῶς διδάσκει. Ἡ δὲ τῶν χερουβὶμ, τὸ γνωστικὸν αὐτῶν καὶ θεοπτικὸν, καὶ τῆς ὑπερτάτης φωτοδοσίας δεκτικὸν, καὶ θεωρητικὸν ἐν πρωτουργῷ δυνάμει τῆς θεαρχικῆς εὐπρεπείας, καὶ τῆς σοφοποιοῦ μεταδόσεως ἀναπεπλασμένον [17], καὶ κοινωνικὸν ἀφθόνως πρὸς τὰ δεύτερα, τῇ χύσει τῆς δωρηθείσης σοφίας. Ἡ δὲ τῶν ὑψηλοτάτων καὶ ἐπηρμένων θρόνων, τὸ πάσης ἀκριβῶς [18] ἐξῃρῆσθαι D περιπεζίας ὑφέσεως, καὶ τὸ πρὸς ἅνω τοὺς ὅλους κοσμίως ἀνωφερὲς, καὶ πάσης [19] ἐσχατιᾶς ἀῤῥεπῶς ἀνωκισμένον, καὶ περὶ τὸν ὄντως ὕψιστον ὁλικαῖς δυνάμεσιν ἀκατασείστως καὶ εὐσταθῶς ἱδρυμένον, καὶ τῆς θεαρχικῆς ἐπιφοιτήσεως ἐν ἀπαθείᾳ πάσῃ καὶ ἀϋλίᾳ δεκτικὸν, καὶ τὸ θεοφόρον, καὶ θεραπευτικῶς ἐπὶ τὰς θείας ὑποδοχὰς ἀναπεπταμένον.

B Hunc sanctarum hierarchiarum ordinem approbantes, omnem cœlestium intelligentiarum appellationem, deiformis cuilibet earum insitæ, proprietatis declarationem continere profitemur. Ac sanctam quidem seraphim appellationem, Hebraice periti aiunt vel *incensores* interpretari vel *calefacientes;* cherubim vero, *copiam cognitionis*, sive *sapientiæ diffusionem*. Merito igitur prima illa cœlestium hierarchiarum a sublimissimis naturis administratur, cum hoc cæteris ordinem nacta sit sublimiorem, quo in eam, immediate Deo assistentem, primæve Dei apparitiones et initiationes, tanquam in proximam, principalius derivantur. Calefacientes igitur nominantur et throni; diffusioque sapientiæ per explanatoriam deiformium suarum habitudinum denominationem : perennem siquidem atque incessantem eorum circa res divinas motionem; fervoremque et acumen, et effervescentiam intentæ ac nunquam intermissæ, nunquamve declinantis motionis; subditosque ad superna subrigendi, et ad consimilem fervorem reipsa suscitandi inflammandique, nec non coruscanter penitusque conflagranter eos perpurgandi facultatem, et-abscondi nesciam inexstinctamque, semper eodem modo se habentem, luciformem, et illuminandi proprietatem, omnis tenebricosæ obscuritatis expultricem et aboletricem, nomen seraphim luculenter designat. Cherubim vero, eorum vim cognoscendi, Deumque contuendi, et exuberantis capacitatem luminis, atque contemplandi in ipsamet primæva virtute divinam venustatem, nec non sapientificæ traductionis artificium, quoad inferiora donatam sibi sapientiam sine invidia derivant atque transfundunt. Thronorum porro sublimissimorum et excelsorum nomen denotat id quod ab omni terrena humilitate sine admistione secretum est, quodque ad superiora divino studio **54** ferur nec in infimis ullis rebus habitat, sed totis viribus in eo, qui vere summus est, immobiliter firmiterque hæret, divinumque adventum sine ulla motione atque materia recipit, ac Deum portat, officioseque ad ea, quæ divina sunt, capienda propensum est.

### VARIÆ LECTIONES.

[14] subjungunt Ch. D. S. P. Sc. φασὶν. [15] D. P. S. τῶν χερουβὶμ. [16] τὸ περὶ Θεὸν ἀμέσως, ἱδρῦσθαι. [17] Ch. D. P. S. Sc. Sar. ἀναπεπλησμένων. C. ἀναπεπλησμένον. [18] D. ἀμιγῶς. [19] Ch. καὶ τὸ πάσης.

## § II.

Atque hæc quidem est nominum ipsorum, quantum capere possumus, interpretatio; quam autem eorum hierarchiam esse putemus, dicendum est. Omnis enim hierarchiæ scopum ex divina deiformitatis imitatione constanter dependere, omnemque functionem hierarchicam, in sacrosanctam purissimæ mundationis et divini luminis, perfectivæque scientiæ participationem atque collationem dividi, satis superque jam a nobis dictum existimo: nunc autem pro supremarum istarum mentium dignitate dicere desidero, quanam ratione sacer earum ordo a Scripturis explicetur. Primis istis essentiis, quæ post substantificum ipsarum deiprincipatum collocatæ, et quasi in vestibulo ejus sitæ, creatam virtutem omnem, tam invisibilem quam visibilem transcendunt, propriam quamdam et uniformem hierarchiam esse existimandum est. Puræ siquidem censendæ, non quasi a maculis (duntaxat) impuris colluvionibusque sint liberæ, vel quod in eas materialia visa non cadant; sed quod omnino imminutione omni, omnique re sacra sibi subdita celsiores, præ summa puritate, omnibus etiam, vel maxime deiformibus virtutibus, sint antepositæ ordinisque sui motum proprium æquabilemque per amorem Dei constanter teneant, invariatum, neque ullam in deterius agnoscant imminutionem, sed inconcussam semper et immobilem deiformis suæ proprietatis sedem habeant. Contemplatrices item, non quasi symbolorum, quæ vel sensu vel mente percipiantur spectatrices, neque varietate contemplationis sacrarum Scripturarum ad Deum elevatæ, sed tanquam omni cognitione simplici altioris luminis expletæ, et contemplatione illius pulchritudinis, quæ est effectrix et origo pulchritudinis, et quæ supra substantiam est, et in tribus splendet, quatenus fas est, refertæ: communionis vero Jesu similiter participes factæ, non quasi in imaginibus sancte informatis, quæ veluti formæ in eis deificam similitudinem exprimant, sed tanquam vero ad eum appropinquantes in ipsa prima participatione cogitationis luminum ejus deificorum; nec non quod Deum imitandi ratio, **55** sublimissimo ipsis modo sit indulta, et in primæva, quantum iis fas est, potentia divinis ejus humanisque virtutibus communicent. Similiter perfectæ sunt, non quasi varietates istas sacras resolvendi scientia sint illustratæ; sed quod prima et præcellente Dei unione satientur, juxta supremam illam (cujus capaces sunt angeli) divinorum operum disciplinam: siquidem non ab aliis quibusdam sanctis spiritibus, sed ab ipsamet Divinitate sacris initiantur, dum ad

A Αὕτη μὲν ἡ τῶν ὀνομάτων αὐτῶν ὡς καθ' ἡμᾶς ἐκφαντιρία [20]· λεκτέον δὲ, τίνα τὴν ἱεραρχίαν αὐτῶν οἰόμεθα. Τὸν μὲν γὰρ ἁπάσης [21] ἱεραρχίας σκοπὸν τῆς θεομιμήτου θεοειδείας ἐξηρτημένον ἀῤῥεπῶς εἶναι, καὶ τὸ διαιρεῖσθαι πᾶσαν ἱεραρχικὴν πραγματείαν, εἰς μετοχὴν ἱερὰν καὶ μετάδοσιν καθάρσεως ἀμιγοῦς, καὶ θείου φωτὸς, καὶ τελεστικῆς ἐπιστήμης, ἀρκούντως ἤδη πρὸς ἡμῶν εἰρῆσθαι νομίζω· νῦν δὲ εἰπεῖν ἀξίως εὔχομαι τῶν ὑπερτάτων νοῶν, πῶς ἡ κατ' αὐτοὺς ἱεραρχία διὰ τῶν λογίων ἐκφαίνεται. Ταῖς πρώταις οὐσίαις, αἳ μετὰ τὴν οὐσιοποιὸν αὐτῶν θεαρχίαν ἱδρυμέναι, καὶ οἷον ἐν προθύροις αὐτῆς τεταγμέναι, πάσης εἰσὶν ἀοράτου καὶ ὁρατῆς ὑπερβεβηκυῖαι γεγονυίας δυνάμεως, ὡς οἰκείαν [22] οἰητέον εἶναι καὶ κατὰ πᾶν ὁμοειδῆ τὴν ἱεραρχίαν. Καθαρὰς B μὲν οὖν αὐτὰς ἡγητέον, οὐχ ὡς ἀνιέρων κηλίδων καὶ μολυσμῶν ἠλευθερωμένας, οὐδ' ὡς προσύλων ἀνεπιδέκτους φαντασιῶν, ἀλλ' ὡς πάσης ὑφέσεως ἀμιγῶς ὑψηλοτέρας, καὶ παντὸς ὑποβεβηκότος ἱεροῦ· κατὰ τὴν ὑπερτάτην ἀγνότητα, πάσαις ταῖς θεοειδεστάταις δυνάμεσιν ὑπεριδρυμένας, καὶ τῆς οἰκείας αὐτοκινήτου [23] καὶ ταὐτοκινήτου κατὰ τὸ φιλοθέως ἄτρεπτον τάξεως ἀῤῥεπῶς ἀντεχομένας, καὶ τὴν ἐπὶ τὰ χείρω κατά τι μείωσιν οὐδ' ὅλως εἰδυίας, ἀλλ' ἄπτωτον ἀεὶ καὶ ἀμετακίνητον ἐχούσας τὴν τῆς οἰκείας θεοειδοῦς ἰδιότητος ἀμιγεστάτην ἵδρυσιν. Θεωρητικὰς δὲ αὖθις, οὐχ ὡς αἰσθητῶν συμβόλων νοερῶν [24] θεωροὺς, οὐδὲ ὡς τῇ ποικιλίᾳ τῆς ἱερογραφικῆς θεωρίας ἐπὶ τὸ θεῖον ἀναγομένας, ἀλλ' ὡς πάσης ἀΰλου γνώσεως ὑψηλοτέρου φωτὸς ἀποπληρουμένας, καὶ τῆς τοῦ C καλλοποιοῦ καὶ ἀρχικοῦ κάλλους ὑπερουσίου καὶ τριφανοῦς θεωρίας, ὡς θεμιτὸν, ἀναπιμπλαμένας· τῆς δὲ Ἰησοῦ κοινωνίας ὡσαύτως ἠξιωμένας, οὐκ ἐν εἰκόσιν ἱεροπλάστοις μορφιστικῶς ἀποτυποῦσι τὴν θεουργικὴν ὁμοίωσιν, ἀλλ' ὡς ἀληθῶς αὐτῷ πλησιαζούσας ἐν πρώτῃ μετουσίᾳ τῆς γνώσεως τῶν θεουργικῶν αὐτοῦ φώτων· καὶ μὴν ὅτι τὸ θεομίμητον αὐταῖς ὑπερτάτως δεδώρηται, καὶ κοινωνοῦσι, κατὰ τὸ αὐταῖς ἐφικτὸν, ἐν πρωτουργῷ δυνάμει ταῖς θεουργικαῖς αὐτοῦ καὶ φιλανθρώποις ἀρεταῖς. Τετελεσμένας δὲ ὡσαύτως, οὐχ ὡς ποικιλίας ἱερᾶς ἀναλυτικὴν ἐπιστήμην ἐλλαμπομένας, ἀλλ' ὡς πρώτης καὶ ὑπερεχούσης θεώσεως ἀποπληρουμένας, κατὰ τὴν ὑπερτάτην ὡς ἐν ἀγγέλοις τῶν θεουργιῶν ἐπιστήμην· οὐ γὰρ δι' D ἄλλων ἁγίων οὐσιῶν, ἀλλὰ πρὸς αὐτῆς τῆς θεαρχίας ἱεραρχούμεναι, τῷ ἐπ' αὐτὴν ἀμέσῳ [25] ἀνατείνεσθαι, τῇ πάντων ὑπερεχούσῃ δυνάμει καὶ τάξει, καὶ πρὸς τὸ πάναγνον καὶ κατὰ παναῤῥεπὲς [26] ἱδρύονται, καὶ πρὸς τὴν ἄΰλον καὶ νοητὴν εὐπρέπειαν, ὡς θεμιτὸν, εἰς θεωρίαν προσάγονται, καὶ τοὺς τῶν θεουργιῶν ἐπιστημονικοὺς λόγους, ὡς πρῶται καὶ περὶ Θεὸν

## VARIÆ LECTIONES.

[20] γρ. ἐκφαντορία. [21] D. S. P. Ch. τὸ μὲν γὰρ, ἁπάσης. [22] ὡς non habet Ch. S. P. Sc. Sar. ἑοικυῖαν, M. [23] C. D. P. ἀεικινήτου. [24] ἡ νοερῶν, Ch. D. P. Sc. [25] D. P. S. ἀμέσως, quam lectionem Scot. expressit. [26] Ch. D. D. πᾶν ἀῤῥεπές.

οὖσαι, μυοῦνται πρὸς αὐτῆς τελεταρχίας [27] ὑπερτάτως ἱεραρχούμεναι.

A Deum immediate per virtutem ordinemque rebus omnibus superiorem subriguntur, nec non in eo summa puritate summaque constantia stabiliuntur; et pro immateriali ac spiritali decore suo, quantum fas est, ad contemplationem promoventur, atque scientificis divinorum operum rationibus, tanquam primæ Deoque proximæ, eruditiuntur ab ipsomet initiandi principio, eminenti modo consecratæ.

## § III.

Τοῦτο γοῦν οἱ θεολόγοι σαφῶς δηλοῦσι τὸ, τὰς μὲν ὑφειμένας τῶν οὐρανίων οὐσιῶν διακοσμήσεις, πρὸς τῶν ὑπερβεβηκυιῶν εὐκόσμως ἐκδιδάσκεσθαι τὰς θεουργικὰς ἐπιστήμας· τὰς δὲ πασῶν ὑψηλοτέρας, ὑπ' αὐτῆς θεαρχίας, ὡς θεμιτὸν, τὰς μυήσεις ἐλλάμπεσθαι. Τινὰς μὲν γὰρ αὐτῶν εἰσάγουσι πρὸς τῶν προτέρων ἱερῶς μυουμένας, τὸν Κύριον εἶναι [28] τῶν οὐρανίων δυνάμεων, καὶ Βασιλέα τῆς δόξης, τὸν εἰς οὐρανοὺς ἀνθρωποπρεπῶς ἀναληφθέντα· τινὰς δὲ πρὸς αὐτὸν Ἰησοῦν διαπορούσας, καὶ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν αὐτοῦ θεουργίας τὴν ἐπιστήμην μαθητιώσας, καὶ ταύτας αὐτὸν Ἰησοῦν ἀμέσως μυοῦντα, καὶ πρωτοδότως αὐταῖς ἐκφαίνοντα τὴν αὐτοῦ φιλάνθρωπον ἀγαθουργίαν· *Ἐγὼ γὰρ*, φησὶ, *διαλέγομαι δικαιοσύνην καὶ κρίσιν σωτηρίου*. Ἄγαμαι δὲ, ὅτι καὶ τῶν ἐπουρανίων [29] οὐσιῶν αἱ πρῶται, καὶ τόσον ἁπάσας ὑπερκείμεναι, τῶν θεαρχικῶν ἐλλάμψεων ὡς μεσοπετεῖς εὐλαβῶς ἐφίενται· καὶ γὰρ οὐκ αὐτόθεν ἐρωτῶσι, *Διὰ τί σου ἐρυθρὰ τὰ ἱμάτια*; πρὸς ἑαυτὰς δὲ διαποροῦσι πρότερον, ἐνδεικνύμεναι μὲν, ὅτι μαθητιῶσι, καὶ τῆς θεουργικῆς γνώσεως ἐφίενται, μὴ προπηδῶσαι δὲ τῆς κατὰ θείαν πρόοδον ἐνδιδομένης ἐλλάμψεως. Οὐκοῦν ἡ πρώτη τῶν οὐρανίων νοῶν ἱεραρχία, πρὸς αὐτῆς τελεταρχίας ἱεραρχουμένη, τῷ ἐπ' αὐτὴν ἀμέσως ἀνατείνεσθαι, τῆς παναγεστάτης καθάρσεως τοῦ ἁπλέτου φωτὸς τῆς προτελείου τελεσιουργίας ἀναλόγως αὐτῇ πληρουμένη, καθαίρεται, καὶ φωτίζεται, καὶ τελεσιουργεῖται, πάσης μὲν ὑφέσεως ἀμοιρὴς, πρώτου δὲ φωτὸς πλήρης, καὶ πρωτοδότου γνώσεως καὶ ἐπιστήμης μέτοχος ἀποτελουμένη. Συνελὼν δὲ καὶ τοῦτο φαίην ἂν οὐκ ἀπεικότως, ὅτι καὶ κάθαρσίς ἐστι, καὶ φωτισμὸς, καὶ τελείωσις, ἡ τῆς θεαρχικῆς ἐπιστήμης μετάληψις, ἀγνοίας μὲν οἷον ἀποκαθαίρουσα, τῇ κατ' ἀξίαν [30] ἐνδιδομένῃ γνώσει τῶν τελειοτέρων μυήσεων, φωτίζουσα δὲ αὐτῇ τῇ θείᾳ γνώσει, δι' ἧς καὶ καθαίρει τὴν οὐ πρότερον ἐποπτεύσασαν [31] ὅσα νῦν ἐκφαίνεται διὰ τῆς ὑψηλοτέρας ἐλλάμψεως, καὶ τελειοῦσα πάλιν αὐτῷ τῷ φωτὶ, τῇ καθ' ἕξιν ἐπιστήμῃ τῶν φανοτάτων μυήσεων.

B

C

D

Hoc igitur theologi perspicue declarant, ut inferiores quidem cœlestium essentiarum ordines, a superioribus divinorum operum scientiam convenienti modo percipiant; ii vero qui omnibus antecellunt, ab ipsamet Deitate summa, uti fas est, sacris disciplinis illustrantur. Quosdam enim eorum introducunt, a superioribus sacrosancte eruditos, illum esse Dominum cœlestium virtutum Regemque gloriæ, qui humana specie assumptus est in cœlum nonnullos item circa ipsummet Jesum hæsitantes, divinique ejus pro nobis suscepti operis scientiam discentes, ipsumque Jesum eos per se docentem, ac primam ejus summam in homines benignitatem explicantem. *Ego enim*, inquit, *loquor justitiam et judicium salutaris* [a]. Miror autem, primas etiam cœlestium essentiarum, tantumque cæteris præstantes, non secus ac medias, divinarum quoque illustrationum desiderio timide affici; neque enim illæ per se quærunt, *Cur rubra sunt vestimenta tua?* sed prius secum hæsitant attonitæ, declarantes quidem se discendi avidas divinæ operationis appetere cognitionem, verum hanc, ante divinam indultæ sibi illustrationis processionem, minime prævenire. Prima igitur cœlestium intelligentiarum hierarchia ab ipsomet initiandi principatu consecrata, per eam qua in ipsum immediate subrigitur, sanctissimam purgationem, pro captu suo referta copioso lumine perfectissimæ sanctificationis, purgatur, et illuminatur atque perficitur; omnis quidem vilitatis **56** expers, primæ vero lucis plena, primævæ cognitionis atque scientiæ participatione perfecta. Compendio denique non abs re dixerim, divinæ scientiæ participationem esse purgationem et illuminationem, atque perfectionem: dum quidem ignorationem quodammodo expiat per perfectorum mysteriorum scientiam, quæ pro sua cuique dignitate conceditur; per divinam vero cognitionem illuminat, qua etiam purgat mentem illam, quæ antea non viderat ea, quæ modo illi per sublimiorem illustrationem elucidantur, rursumque perficit eodem ipso lumine, per stabilem scientiam clarissimarum eruditionum.

## § IV.

Αὕτη μὲν οὖν ἐστιν, ὡς κατ' ἐμὴν ἐπιστήμην, ἡ πρώτη τῶν οὐρανίων οὐσιῶν διακόσμησις, ἡ κύκλῳ

Atque hic quidem, quantum capio, primus est cœlestium essentiarum ordo, qui in circuitu Dei

[a] Isa. LXIII, 1.

### VARIÆ LECTIONES.

[27] Ch. μυοῦνται καὶ τελοῦνται πρὸς αὐτῆς τῆς τελεταρχίας. Cujus lectionis vestigium est in veteri Sc. translatione. [28] Τὸ, Κύριον εἶναι, Ch. D. S. [29] Ch. D. S. θαυμάζω δέ. Ch. ὅτι τῶν οὐρανίων. D. ὑπερουρανίων. [30] Ch. D. S. P. τῇ κατὰ τάξιν. Veteres translationes consentiunt. [31] D. ἐποπτεύσουσαν.

circaque Deum immediate consistit, simpliciterque et jugiter æternam ejus ambit cognitionem, juxta sublimissimam, quæ in angelis inest semper, mobilem constitutionem; ita ut et multis beatisque perfruatur contemplationibus, simplicibusque et immediatis collustrationibus illuminetur divinoque cibo saturetur; atque illo quidem primæva diffusione copioso, unico tamen et invariato unificoque, propter divinæ refectionis unitatem. Quin et multa quoque Dei consuetudine operumque communicatione dignus est habitus, propter ejus cum illo, quanta potest existere, habitudinum actionumque similitudinem probatissimarum : plurimas quoque res divinas eminenti quadam ratione cognoscit, divinæ scientiæ cognitionisque, quantum fas est, particeps effectus; quamobrem etiam terrigenis laudes ejus theologia tradidit, quibus sublimissimæ illius illustrationis eminentia sacrosancte declaratur. Nonnulli siquidem ex illo ordine, ad sensum accommodate loquendo, quasi vox et fremitus aquarum multarum clamant : *Benedicta gloria Domini de loco suo* [b] : alii vero celeberrimum illud et veneratione plenissimum divinæ laudis canticum exclamant : *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Sabaoth, plena est omnis terra gloria tua* [c]. Has autem sublimissimas cœlestium intelligentiarum hymnologias, sive laudum celebrationes, jampridem in iis, quæ de divinis hymnis conscripsimus, pro facultate nostra explanavimus, ibidemque de illis satis superque pro modulo nostro dictum est; ex quibus id, memoriæ causa impræsentiarum repetere sufficiat, ut primus ille ordo a divina **57** bonitate, quantum par est, theologica illustratus scientia, eamdem deinde, ceu benefica hierarchia, sequentibus transcripserit, illud, ut compendio dicam, docens, quemadmodum veneranda, et superbenedicta, omnique laude digna Divinitas, a deicapacibus intelligentiis, quantum ab iis cognosci ac celebrari potest, jure debeat deprædicari, cum sint quasi deiformes, divini quidam loci, ut eloquia testantur, divinæ requietis : nec non ut monas unitasque, quæ tribus inest Personis, a supercœlestibus naturis ad infima usque terræ per suam benignissimam res omnes penetret providentiam, tanquam quæ omnis sit essentiæ superprincipiale principium et causa, nec non superessentialiter universa incomprehensibili suo complexu comprehendat.

A Θεοῦ καὶ περὶ Θεὸν ἀμέσως ἑστηκυῖα, καὶ ἁπλῶς καὶ ἀκαταλήκτως περιχορεύουσα τὴν αἰώνιον αὐτοῦ γνῶσιν, κατὰ τὴν ὑπερτάτην ὡς ἐν ἀγγέλοις ἀεικίνητον ἕδρυσιν, πολλὰς μὲν καὶ μακαρίας ὁρῶσα καθαρῶς θεωρίας, ἁπλᾶς δὲ καὶ ἀμέσους μαρμαρυγὰς ἐλλαμπομένη, καὶ θείας τροφῆς ἀποπληρουμένη· πολλῆς μὲν, τῇ πρωτοδότῳ χύσει· μιᾶς δὲ, τῇ ἀποικίλτῳ καὶ ἑνοποιῷ τῆς θεαρχικῆς ἑστιάσεως ἑνότητι. Πολλῆς δὲ κοινωνίας Θεοῦ καὶ συνεργίας ἠξιωμένη, τῇ πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐφικτὸν, ἀφομοιώσει τῶν καλῶν ἕξεών τε καὶ ἐνεργειῶν· πολλὰ δὲ τῶν θείων ὑπερκειμένως γινώσκουσα, καὶ θεαρχικῆς ἐπιστήμης καὶ γνώσεως ἐν μετουσίᾳ κατὰ τὸ θεμιτὸν γιγνομένη· διὸ καὶ ὕμνους αὐτῆς ἡ θεολογία τοῖς ἐπὶ γῆς παραδέδωκεν, ἐν οἷς ἱερῶς ἀναφαίνεται τὸ τῆς ὑπερτάτης αὐτῆς ἐλλάμψεως ὑπερέχον. Οἱ μὲν γὰρ αὐτῆς, αἰσθητῶς εἰπεῖν, B ὡς φωνὴ ὑδάτων πολλῶν [33] ἀναβοῶσιν· *Εὐλογημένη ἡ δόξα Κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ*· οἱ δὲ τὴν πολυύμνητον ἐκείνην καὶ σεβασμιωτάτην ἀνακράζουσι θεολογίαν· *Ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος Κύριος Σαβαὼθ, πλήρης πᾶσα ἡ γῆ τῆς δόξης αὐτοῦ.* Ταύτας δὲ τὰς ὑπερτάτας τῶν ὑπερουρανίων [33] ναῶν ὑμνολογίας ἤδη μὲν ἐν τοῖς περὶ τῶν θείων ὕμνων, ὡς ἐφικτὸν, ἀνεπτύξαμεν, καὶ εἴρηται περὶ τούτων ἐν ἐκείνοις ὡς καθ' ἡμᾶς ἱκανῶς· ἀφ' ὧν εἰς ὑπόμνησιν ἀρκεῖ φάναι τοσοῦτον κατὰ τὸν πάρόντα καιρὸν, ὅτι τὴν θεολογικὴν ἐπιστήμην ἡ πρώτη διακόσμησις, ὡς θεμιτὸν, ἐλλαμφθεῖσα πρὸς τῆς θεαρχικῆς ἀγαθότητος ταύτης, ὡς ἀγαθοειδὴς ἱεραρχία, καὶ C τοῖς μετ' αὐτὴν ἐξῆς μεταδέδωκεν, ἐκεῖνο κατ' ἐπιτομὴν εἰπεῖν ὑφηγουμένη, τὸ τὴν σεβασμίαν αὐτὴν καὶ ὑπερεύφημον καὶ πανεύφημον θεαρχίαν θεμιτὸν εὐλόγως εἶναι πρὸς τῶν θεοδόχων, ὡς ἐφικτὸν, γινώσκεσθαι καὶ ὑμνεῖσθαι νοῶν· οὗτοι γάρ εἰσιν ὡς θεοειδεῖς οἱ θεῖοι τόποι τῆς θεαρχικῆς, ὡς τὰ λόγιά φησι, καταπαύσεως· καὶ μὴν ὅτι μονάς ἐστι καὶ ἑνὰς τρισυπόστατος, ἀπὸ τῶν ὑπερουρανίων οὐσιῶν ἄχρι τῶν ἐσχάτων τῆς γῆς διεῖσα τὴν ἀγαθωτάτην αὐτῆς ἐπὶ πάντα τὰ ὄντα πρόνοιαν, ὡς πάσης οὐσίας ὑπεράρχιος ἀρχὴ καὶ αἰτία, καὶ πάντων ὑπερουσίως D ἀσχέτῳ συνοχῇ περιδεδραγμένη.

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. Angelicis ordinibus in tres hierarchias distributis, hoc capite agit de nominibus ac proprietatibus primæ hierarchiæ, scilicet seraphim, cherubim, thronorum, retrogrado illos ordine recensens. Ac primum quidem eorum nomina interpretans ait, seraphim *incensores* seu *calefacientes* interpretari, quod igne et amore divino quasi ardeant, et alios succendant : *seraph* enim Hebraice significat *ardere :* unde et serpentes illi igniti, quos Deus immisit Israelitis, Numer. xxi, 7, vocantur *seraphim ;* cherubim vero *copiam cognitionis* seu *diffusionem sapientiæ :* propter quod apud Ezechielem cap. i, pleni oculis describuntur, ad eorum perspicacitatem insinuandam : quæ et thronis attribuit, quorum nomen sublimem omnino statum insinuat supra res omnes elevatum, ipsimet summæ Deitati, non secus ac sedes sedenti, proximum, immobilitate præterea firmitateque præstantem.

[b] Ezech. III, 12. [c] Isa. VI, 3

## VARIÆ LECTIONES.

[33] non habent πολλῶν M. P. S. Sc. Sar. [33] Οὐρανίων, M. Sc.

§ II. Quanta hujus hierarchiæ dignitas sit, primum ostendit ex ordinis locique sublimitate, secundo ab eximia puritate, tertio ex contemplandi præcellentia, ut quæ ex ipsamet Divinitate suas immediate illustrationes accipiat. Proprium enim est seraphim, in amore Dei ardere, et alios ad incendium divini amoris promovere, et ordinate diligendi formam tribuere : et quia immediate Deo junguntur, idcirco principalius et perfectius in ipsis sunt theophaniæ, et ad aliud extraneum amatum non divertunt. Cherubim quoque primo et principaliter relucent radio divini luminis, eo quod vicinius primæ veritati conjungantur. Horum officium est promovere alios ad divinam cognitionem : idcirco præ cæteris dicuntur lucere, quia plenitudinem, quam suscipiunt, aliis inferioribus communicando transfundunt. Throni vero dicuntur, eo quod in eis quodammodo Deus sedeat, et judicia sua decernat; quare in his præcipue relucet rectitudo judicii divini. Hi quoque virtutem Dei, quam superne accipiunt, ad inferiores transfundunt.

§ III. Docet inferiores spiritus a superioribus, et supremos ab ipsomet Deo initiari; et simul in exemplo, quod Isaias ponit de angelis circa Christi œconomiam illustratis ostendit, quanta cum reverentia supremi illi spiritus illustrationem excipiant; et quomodo per eamdem expientur, illuminentur, perficiantur. Locus autem Isaiæ, quem affert, est ex cap. LXIII, 1 : *Quis est iste, qui venit de Edom?* etc., ubi victoria Christi de peccato, mundo et dæmone, etsi mystica et incruenta fuerit, describitur tamen per modum victoriæ et cædis cruentæ. Hinc admirantibus angelis respondet Christus, stolam, id est vestem suam, non suo sanguine (etsi id multi magis sic, quam litteraliter, accipiant), sed inimicorum cruore esse fœdatam. Dicit etiam se eosdem virtute propria superasse, ac conculcasse quasi in torculari. Estque victoria non absimilis isti II Regum XII, quam sumpsit David de Ammonitis qui legatos violaverant, dum super eos ferrata carpenta transire fecit, quibus dissecarentur et contererentur. Figurate autem dicitur ibi Christus venire de Edom et Bosra civitate Moabitarum, quasi de hostium suorum regione; quia Idumæi, posteri Esau, et Moabitæ, posteri Lot acerrimi erant hostes Judæorum. Pro responsione ergo ait Christus, se esse Messiam, **58** qui justitiam et salutem, quam promisit propugnando et expugnando comparavit.

§ IV. Exponit ex Ezechiele et Isaia, quomodo prima illa hierarchia assiduis Dei laudibus sit intenta. Quantam autem in adorando Deo reverentiam adhibeant, ostendit ex visione Isaiæ, qui c. VI, ait se vidisse Dominum specie scilicet aliqua corporea, quomodo a propheta in illo statu videri poterat, sedentem in throno; et super thronum, sive, ut Septuaginta habent, juxta, vel in circuitu, seraphinos alatos, scilicet sensibili etiam specie : *Sex alæ uni, et sex alæ alteri; duabus velabant faciem ejus, et duabus velabant pedes ejus*, id est, *suos* : nam Hebræi pronomina reciproca a non reciprocis sæpe non distinguunt. Non igitur velare dicuntur faciem vel pedes Dei, quamvis id aliqui velint, sed præ reverentia faciem suam velabant et pedes suos, id est, femora, vel totam inferioris corporis partem; sicut cherubini ab Ezechiele visi velabant corpora sua [d], ne scilicet quid indecorum Dei vel prophetæ videntis oculis objiceretur. Tropologice seraphini ibi typum exhibent humilis et promptæ ac cæcæ obedientiæ, dum tecta facie atque oculis, quasi proprio judicio abnegato, et inferiori corporis parte tecta, per quam affectus designantur, duas alas expeditas retinent ad volandum, id est divina jussa peragenda. Vide plura in Opusculo S. Bonaventuræ de aliis seraphim, ubi singularum mysticam explicationem tradit. *Et clamabant alter ad alterum*, id est, alternis vocibus, seu ἀντιφώνως ab his enim seraphinis didicisse Ecclesiam alternis vocibus psalmos decantare, tradit Damascenus in opere de Τρισαγίῳ, id est *Tersancto* : et hic insinuat Dionysius, dum ait, ab iis hanc Deum celebrandi formulam sequentibus transcriptam esse. Hinc etiam Ecclesia in præfatione missæ dicit, *Et beata seraphim*. Ubi nota genus neutrum quo et Septuaginta utuntur; cum tamen seraphim, uti et cherubim, sint terminationis et generis masculini, imo cum neutro genere Hebræi careant. Cujus rei fundamentum videtur esse, quod quatuor cherubim ab Ezechiele visi, speciem haberent animalium, ideoque ab eo cap. I, vocentur animalia, et consequenter vox ista, hunc masculino nunc neutro usurpatur, subintellecto scilicet vel non subintellecto nomine animalis. Jam vero cum hæc Isaiæ visio illi Ezechielis sit persimilis, ut etiam a quibusdam eadem putetur, hinc Septuaginta interpretes, quos sequitur Ecclesia, nomen cherubim et seraphim genere neutro efferunt. Exclamant autem, *Sanctus, sanctus, sanctus*, ubi quidam putant, Deum vel Christum tali modo Isaiæ apparentem τρισάγιον, id est, *ter sanctum*, a seraphinis appellari : sed alii communius et verius tenent cum S. Dionysio, in hac visione totius SS. Trinitatis imaginem prophetæ objectam fuisse : et ob Personarum quidem Trinitatem, ter sanctum, ob essentiæ vero unitatem, singulariter Dominum Deum vocari. Quod ex ipsomet Isaia probatur : Primo, quia c. VI, VIII, ideo Deus de mittendo propheta quasi deliberans, dicit : *Quem mittam? et quis ibit nobis?* Secundo, quia Filium spectatum hic ab Isaia visum clare dicit sanctus Joannes cap. XII, 41. Sanctus Paulus vero Act. XXVIII, 26, dicit hanc missionem factam esse a Spiritu sancto, ecce clare duas personas. Sanctus Damascenus vero dicit, etiam Patrem hic in solio sedentem apparuisse; et satis id confirmat Epistola ad Hebræos, ubi generatim ait Patrem multifariam olim locutum per prophetas. Adde quod alioquin pauca sint in antiquo Testamento de SS. Trinitate testimonia.

[d] Ezech. I.

---

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (12).

§ I. Τὸ ζ' κεφάλαιον, περὶ τῆς πρώτης καὶ ὑπερκειμένης τῶν τάξεων τριάδος τῶν σεραφὶμ καὶ τῶν χερουβὶμ καὶ θρόνων διαλαμβάνει. Ταύτην οὖν, φησὶ, τιμῶντες, λέγομεν, ὅτι πᾶσα ἐπωνυμία τῶν οὐρανίων τάξεων καθ' ἡμᾶς μὲν λέγεται, ἀναγωγὴν δὲ ἔχει τῆς ἑκάστου ὑποκειμένου ἰδιότητος· οὐ μόνον γὰρ τοπικῶς καὶ αἰσθητῶς μορφοῦνται διὰ τὴν ἡμ.τέραν ἀσθένειαν,

§ I. Septimum caput, quod est de primo ac supremo ordinum ternione, seraphim et cherubim ac thronos complectitur. Hunc igitur, inquit, celebrantes, dicimus, omnem cognominationem ordinum cœlestium secundum nos quidem pronuntiari, sed in se uniuscujusque superlatæ proprietatis anagogen continere : non solum enim localiter et sen-

(12) Vide schol. S. Maximi tom. II, cap. 7.

sibiliter efformantur propter nostram imbecillitatem, verum etiam sensibiliter nominantur, quantum auditus capit. Si quis autem dicat, nominum quoque interpretationem ad captum auditus nostri proferri, atque insuper quid intellectuale esse ac **59** sublimius (siquidem et nomen intelligimus, verbi gratia calefacientes, quinetiam ejus explicationem, quid significet calefacientes, recte scimus) : et si quis dixerit nomen ipsum magis sensibiliter efferri, quam nominis interpretationem; primum quidem sciat facilius nomen capi quam ejus rationes, quoad intelligentiam, verbi gratia, facilius est pronuntiare nomen calefacientes, quam horum explicationem afferre; atque hominem nominare facilius est, quam ejus definitionem tradere : illud enim sensu obvium, ad hoc vero ratione ac interpretatione opus est. Quid igitur novum, si etiam hic, tam nomine rerum cœlestium quam nominis explicatione sub sensum auditus cadente, nihilominus dicimus nos magis sensibiliter demonstrare aliquid per nomen quam per nominis explicationem? Atque hoc quidem primum. Secundum vero, quod denuo non tantum interpretationi immoramur, quasi nihil sublimius, quod cogitemus, habeamus; verum etiam ipsam præterea interpretationem mente recondimus, et dum audimus nominari calefacientes, efficiendi et illuminandi facultatem, quam mente concipimus, interpretamur, ipsamque vim efficiendi atque illuminandi denuo ad sublimiorem contemplationem adducimus. Quapropter recte dicebamus quod non solum sensibiliter efformentur, verum etiam sensibiliter efferantur. Ac sanctum quidem nomen seraphim, ut lingua fert Hebræorum, vel incensores significat, vel calefacientes, quæ utique nomina et eadem sunt et diversa : eadem quidem, quoniam utraque ab igne desumpta, scilicet incendere, et quasi totum comburere (hoc enim declarat verbum ἐμπερῶ, id est *penetro*, *incendo*, quasi totum pervadens) et calefacere. Rursum vero diversa sunt, quoniam aliud est, totum comburere, et aliud tantum calefacere. Nomen autem cherubim significat *multitudinem cognitionis* vel *fusionem sapientiæ;* quod nimirum multa cognoscant, idque sapienter; et constanter, et non solum superficialiter, ac si quis dicat quæ confirmata sunt in semetipsis. Merito igitur prima distinctio ab excellentissimis essentiis sancte efficitur (hoc enim insinuat illud sanctificatur), quoniam ordinem habent omnibus superiorem, ut qui juxta Deum immediate collocatur (nam ante hunc nullus alius ordo est) et immobiliter manet, unde etiam in ipsum tanquam vicinissimum, primitus initiatio seu perfectio derivatur. Primigenias autem apparitiones Dei vocat, quod in eis primum **60** operando vim suam exerant : comprehendunt enim divinam illustrationem, et evadunt sapientes; indeque ipsis illustratio est atque cognitio. Hinc etiam sex alas habere perhibentur, quod valde elevatæ sint : senarius enim numerus perfectus est, quod constet suis

ἀλλὰ καὶ αἰσθητῶς λέγονται, καθ' ὅσον ἡ ἀκοὴ χωρεῖ. Εἰ δέ τις λέγει, ὅτι καὶ ἡ τῶν ὀνομάτων ἑρμηνεία χωρητικῶς τῇ ἀκοῇ ἡμῶν λέγεται, καὶ λοιπὸν τί ἐστι τὸ νοητὸν καὶ ὑψηλότερον (καὶ γὰρ γινώσκομεν τὸ ὄνομα, ὅτι θερμαίνοντες τυχὸν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐξήγησιν γινώσκομεν, τί δηλοῖ τὸ θερμαίνοντες)· καὶ τί ἂν εἴποι τις τὸ ὄνομα αἰσθητῶς λέγεσθαι, πλέον τῆς ἐξηγήσεως τοῦ ὀνόματος· γινωσκέτω, πρῶτον μὲν, ὅτι εὐληπτότερόν ἐστι τὸ ὄνομα, παρ' ὃ οἱ λόγοι ὅσον εἰς καταυόησιν· ἤγουν τὸ εἰπεῖν θερμαίνοντας, ἢ τὸ εἰπεῖν τὴν τούτων ἐξήγησιν καὶ τὸ εἰπεῖν ἄνθρωπον, ἢ τὸ εἰπεῖν τὸν ὁρισμὸν αὐτοῦ· τὸ μὲν γὰρ ἐγγὺς τῆς αἰσθήσεως, τὸ δὲ λόγου καὶ ἑρμηνείας δεῖται. Τί γοῦν ξένον, εἰ καὶ ἐνταῦθα καὶ τοῦ ὀνόματος τῶν οὐρανίων αἰσθήσει τῇ ἀκοῇ ὑποπίπτοντος, ἀλλὰ καὶ τῆς δηλώσεως τοῦ ὀνόματος ὑποπιπτούσης τῇ ἀκοῇ, ὅμως λέγομεν, ὅτι αἰσθητικωτέρως δηλοῦμεν τῷ ὀνόματι, παρ' ὃ τῇ τοῦ ὀνόματος ἐξηγήσει; Καὶ πρῶτον μὲν τοῦτο· δεύτερον δὲ, ὅτι οὐδὲ πάλιν τόσον τῇ ἐξηγήσει ἐμμένομεν, ὡς μὴ ἔχειν νοεῖν τι ὑψηλότερον, ἀλλὰ καὶ ἔτι τῷ νοῖ παραπέμπομεν τὴν ἐξήγησιν, καὶ θερμαίνοντας ἀκούοντες, τὸ δραστικόν τε καὶ φωτεινὸν ἐννοοῦντες ἐξηγούμεθα, αὐτὸ δὲ πάλιν τὸ δραστικόν τε καὶ φωτεινὸν εἰς ὑψηλοτέραν ἀνάγομεν θεωρίαν. Ὅθεν καλῶς ἐλέγομεν, ὅτι μὴ μόνον αἰσθητῶς μορφοῦνται, ἀλλὰ καὶ αἰσθητῶς λέγονται. Καὶ ἡ μὲν ἁγία ὀνομασία τῶν σεραφὶμ, ὡς ἡ γλῶττα τῶν Ἑβραίων βούλεται, ἢ τὸ ἐμπρηστὰς δηλοῖ, ἢ τὸ θερμαίνοντας, ἃ δὴ ταῦτα τὰ ὀνόματα, καὶ ταὐτά εἰσι, καὶ ἕτερα. Ταὐτὰ μὲν, ὅτι ἀμφότερα ἐκ πυρός εἰσι, τό τε ἐμπρῆθειν, οἱονεὶ ὁλοκαύτοῦν (τοῦτο γὰρ δηλοῖ, ἀπὸ τοῦ *ἐμπερῶ*, οἱονεὶ τὸ διόλου διερχόμενον), καὶ τὸ θερμαίνειν. Ἕτερα δὲ πάλιν εἰσὶν, ὅτι ἄλλο δηλοῖ τὸ δι' ὅλου καίειν, καὶ ἄλλο τὸ μόνον θερμαίνειν. Ἡ δὲ ὀνομασία τῶν χερουβὶμ *πλῆθος* δηλοῖ *γνώσεως*, ἢ *χύσιν σοφίας*. τοῦτο δέ ἐστιν, ὅτι καὶ πολλὰ γινώσκουσι, καὶ σοφῶς καὶ ἀραρότως ταῦτα γινώσκουσιν, οὐκ ἐπιπολαίως· καὶ ὡς ἄν τις εἴποι διαπιστοῦντα αὐτὰ ἑαυτοῖς. Εἰκότως οὖν ἡ πρώτη τῶν διακοσμήσεων ἐκ τῶν ὑπερτάτων οὐσιῶν ἱερῶς ἐνεργεῖται, (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἱερουργεῖται·) τάξιν γὰρ ἔχουσι τῶν πασῶν ὑψηλοτέραν, τοῦ περὶ Θεὸν ἀμέσως ἱδρῦσθαι (οὐ γάρ ἐστι πρὸ αὐτῆς ἑτέρα τάξις,) καὶ ἀμετακινήτως εἶναι, κἀκεῖθεν εἰς αὐτὴν ἀρχικωτέρως ὡς ἐγγυτάτω μεταβιβάζεσθαι τὴν τελείωσιν. Πρωτουργοὺς δὲ λέγει θεοφανείας, ὅτι εἰς αὐτοὺς πρώτους ἐργάζονται ἐνεργούμεναι αἱ θεοφάνειαι· ἐπιδράττονται γὰρ τῆς θείας ἐλλάμψεως, καὶ σοφίζονται· ἐκεῖθέν ἐστιν αὐτοῖς καὶ τὸ ἐλλάμπεσθαι, καὶ τὸ γινώσκειν. Ὅθεν κἀκεῖνα μὲν ἐξαπτέρυγα λέγονται, ὡς κατὰ πολὺ ὑπερηρμένα· ἐξ γὰρ τέλειος ἀριθμός ἐστιν, ὅτι σύγκειται ἐκ τῶν μερῶν αὐτοῦ, ἅπερ εἰσὶ τὸ ἥμισυ, ἤγουν τὰ τρία· τὸ τρίτον, ἤγουν τὰ δύο· καὶ τὸ ἕκτον, ἤγουν τὸ ἕν· τρία δὲ καὶ δύο καὶ ἓν πάλιν ἕξ. Τὰ δὲ χερουβὶμ πολυόμματα, ὡς πλῆθος γνώσεως ἔχοντα. Τὰ γοῦν τοιαῦτα ὀνόματα ὀνομάζονται, κατὰ ἐκφαντορίαν καὶ δήλωσιν τῶν ἕξεων αὐτῶν, ὅ ἐστι τῶν ἐμμόνων διαθέσεων. Αἱ γὰρ θεῖαι δυνάμεις καθ' ἕξιν ἔχουσι τὸ θεοειδὲς, ἕξις δέ ἐστι ποιότης ἔμμονος· ἡ δὲ τοιαύτη ἕξις οὐ-

σιωμένη ἐστὶ κατὰ θείαν χάριν, οὐ μὴν ὡς συμβεβηκὸς ἑὑποκειμένῳ, διὰ τὸ ἄϋλον αὐτῶν καὶ ἀσώματον· ἐκεῖθεν γὰρ ἀπελήλαται καὶ πᾶσα σύνθεσις ὑλικὴ, καὶ τὸ τῆς ὕλης πάλιν ἄμορφον ἐκεῖθεν ἐξώρισται. Οὔτε γοῦν δυνάμεθα λέγειν, ὅτι πρώτως οὖσαι ἐν ἑτέρᾳ τινὶ καταστάσει, ὕστερον προσελάβοντο τὰς τοιαύτας ἀρετὰς, (τοῦτο γὰρ τῶν συνθέτων·) οὔτε ἀμόρφωτοι ὕλαι οὖσαι, ὕστερον εἰδοποιήθησαν ἐν ταῖς τοιαύταις ἀρεταῖς· ἀλλ' ἐξ ὑπαρχῆς οὕτω θείᾳ ἐκτίσθησαν χάριτι. Τοῦτο δὲ δῆλον ἔκ τε αὐτοῦ τοῦ ἁγίου Διονυσίου, λέγοντος πρὸς τῷ τέλει τοῦ τετάρτου κεφαλαίου τῆς *Ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας*, οὐσιώδεις εἶναι τὰς τοιαύτας ἕξεις· καὶ ἐκ τοῦ, τὸν πεσόντα, ἀποβαλόντα τὰς ἀρετὰς μεταχθῆναι εἰς ἀλλοίαν, ὡς ἂν τις εἴποι, κατάστασιν φύσεως, σκοτεινήν τε καὶ φθονεράν, καὶ κακίας πλήρη, καὶ ἐναντίαν κατὰ πάντα τῇ θείᾳ καὶ ἀγγελικῇ πολιτείᾳ· τοιαύτη γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων ἕξις οὐσιώδης, οἷα καὶ ἡ τοῦ πυρὸς καθ' ἕξιν καῦσις. Τὸ γοῦν τῶν σεραφὶμ ὄνομα ἐξηγούμεθα, ὅτι τὸ πῦρ ἀεικίνητόν ἐστι, θερμόν ἐστι, ὀξύ ἐστι, (κατὰ αὐτοῦ γὰρ τοῦ λίθου τοὺς τόπους εἰσδύνει·) ἀναγωγικόν ἐστι τῶν ὑποδεεστέρων, καὶ δῆλον ἐκ τῶν ἀναθυμιάσεων, πῶς τῇ θέρμῃ τοῦ ἡλίου ἀνάγονται· δραστήριόν ἐστι πρὸς τὴν τῶν ἐγγιζόντων ὁμοίωσιν, πυρώδη γὰρ ποιεῖ τὰ ἐγγίζοντα, ὁλοκαυτοῖ, καθαίρει· ἀπερικάλυπτόν ἐστιν, ἄσβεστον ἔχει τὸ φωτοειδὲς καὶ φωτιστικὸν, καὶ πόρρω τὸ σκότος ἐλαύνει. Ταύτας ἔχουσι τὰς ἕξεις ὑπερκοσμίως τὰ σεραφίμ· ἀκατάληκτά εἰσι καὶ ὑπερζέοντα, καὶ ἀνένδοτα πρὸς τὴν περὶ Θεὸν ἀεικινησίαν, καὶ τὰς ὑποδεεστέρας τάξεις ἀνάγουσι, καὶ πρακτικῶς ἀναζωπυροῦσι, καὶ ἀφομοιοῦσι πρὸς τὴν ὁμοίαν ζέσιν καὶ τὸν πόθον τὸν ἔνθεον, καὶ δι' ὅλου πρηστηρίως καθαρτικά εἰσι, καὶ τὸ φωτοειδὲς ὅπερ ἔχουσιν ἐκ Θεοῦ, καὶ τὸ φωτιστικὸν καθ' ὃ τὰ ἄλλα φωτίζουσιν, ἀπερικάλυπτον καὶ ἄσβεστον ἔχουσιν· ἔστι γὰρ ὡς ὕλη ὁ θεῖος πόθος αὐτοῖς, καὶ πάσης σκοτοποιίας ἐπέκεινά εἰσιν, ὡς τῇ θείᾳ λαμπρότητι ἀναπτόμενα.

Τὰ δὲ χερουβὶμ εἰσιν ὀνομαζόμενα κατὰ τὸν λόγον τῆς παρ' ἡμῖν γνώσεως· ἡ ἡμετέρα γὰρ γνῶσις, καὶ γνωστικὴ ἀφ' ἑαυτῆς ἐστι, καὶ δεκτικὴ τῆς ἔξωθεν μαθήσεως. Ὥσπερ γὰρ ἡ ἀγνωσία διττή ἐστιν, ἡ μὲν κατὰ ἀπόφασιν, ὅτε τόδε τι οὐ γινώσκομεν, γινώσκομεν δὲ ὅτι οὐ γινώσκομεν, ἣν καὶ ἁπλῆν ἄγνοιαν λέγουσιν· ἡ δὲ κατὰ διάθεσιν, ὅτε οὐ γινώσκοντες ἀπατώμεθα, καὶ οἰόμεθα γινώσκειν, καὶ οὐδὲ αὐτὸ τοῦτο οἴδαμεν, ὅτι οὐ γινώσκομεν, ἣν δὴ καὶ διπλῆν καλοῦσιν ἄγνοιαν, τῷ τε μὴ γινώσκειν, καὶ τῷ μὴ γινώσκειν ὅτι οὐ γινώσκει· οὕτω καὶ ἡ γνῶσις διττὴ, ἡ μὲν ὅτι γινώσκει, καθ' ὃ καὶ γνωστικὴ λέγεται· ἡ δὲ ὅτι μανθάνει καὶ δέχεται γνῶσιν, καὶ γινώσκει ὅτι ὠφέληται, καθ' ὃ λέγεται καὶ

partibus, quæ sunt, dimidium, nempe tria; tertium, nempe duo; et sextum, nempe unum: tria autem, et duo, et unum rursum sex sunt. Cherubim autem multos oculos, tanquam multitudinem cognitionis, habent. Ejuscemodi itaque nominibus appellantur, secundum manifestationem ac declarationem habituum suorum, id est affectuum immanentium. Nam virtutes divinæ secundum habitum habent deiformitatem, habitus autem est qualitas immanens: ejuscemodi autem habitus essentiam suam habet secundum gratiam divinam, non autem est ut accidens in subjecto, propter eorum immaterialitatem et incorporeitatem, inde enim omnis tam compositio materialis, quam informitas materiæ, exsulat. Quamobrem dicere non possumus, quod primum in aliquo alio statu existentes, postea virtutes ejuscemodi acceperint (hoc enim compositorum est); neque quod informes essent materiæ, postea istiusmodi virtutibus adornatæ sint; sed ab initio tales divina gratia creatæ sunt. Quod claro patet cum ex ipso S. Dionysio, dicente sub finem quarti capitis *Hierarchiæ ecclesiasticæ*, istiusmodi habitus esse substantiales; tum etiam ex eo quod is qui cecidit, virtutibus abjectis, ad alium, ut ita quis dixerit, naturæ statum sit translatus, obscurum scilicet, et invidiæ malitiæque plenum, atque divinæ evangelicæ vitæ instituto contrarium: istiusmodi enim angelorum habitus substantialis est, non secus atque ignis secundum habitum adustio est. Nomen itaque seraphim explicamus, quod sit ignis semper mobilis, calidus, subtilis (quoniam etiam ipsius lapidis poros penetrat), qui inferiora sursum elevat, uti perspicuum fit ex exhalationibus, quomodo calore solis attollantur: qui sui similitudinem appropinquantibus ingenerat, propinqua enim omnia ignita reddit, penitus adurit, purgat: qui abscondi nequit, luciformitatem et illuminandi vim inexstinctam obtinet, et procul tenebras propellit. Hisce habitibus supermundialiter præditi sunt seraphim: indefessi sunt et supra quam ferventes, et ad Deum incessabili semper motu cientur inferioresque ordines adducunt, ac reipsa suscitant, et ad consimilem divinumque desiderium excitant et informant, et **61** fervorem omnino igne purgant, atque formam lucis quam ex Deo habent, et illuminandi vim qua cætera illuminant, inabsconsam et inexstinctam possident: divinum enim desiderium illis est vice materiæ; et omni obtenebratione superiores sunt, ut qui divino splendore sunt succensi.

Cherubim autem nominati sunt, secundum rationem nostræ cognitionis: siquidem notitia nostra etiam intelligens est a se, et externam suscipit disciplinam. Sicut enim ignoratio duplex est, una nimirum negativa, ut quando aliquid non cognoscimus, scimus autem nos id non nosse, quam simplicem vocant ignorantiam; alia vero est habitualis, quando ignorantes decipimur, et putamus nos intelligere neque idipsum agnoscimus quod non scianus; quam idcirco duplicem ignorantiam appellant, cum quod ignoret, tum quod idipsum nesciat se ignorare: sic etiam cognitio duplex, una quidem quia cognoscit, secundum quod cognoscens appellatur; alia vero quia discit atque accipit notitiam,

et agnoscit quid prosit, secundum quod etiam gnara dicitur. Est insuper cognitio nostra speculativa, ut quæ superiora se scrutatur : est etiam communicativa, ut quando illarum, quibus plena est, scientiarum disciplinam in alios, qui ea indigent, transfundit. Hæc etiam omnia habent cherubim : intelligunt ac contemplantur divinam claritatem, cognitione moventur ad id quod vere est amabile, nec non illustrationem accipiunt a Deo per virtutes ipsis anteriores, et divinam scrutantur pulchritudinem, in virtute nimirum primigenia, secundum quam præ cæteris primo loco una cum thronis ac seraphim hauriunt apparitionem. Hi enim tres ordines una quædam sunt hierarchia, et primigeniam in omnibus virtutem sortiuntur : omni enim tam invisibili quam visibili virtute majores sunt primi tres isti ordines. Sunt cherubim etiam communicativi, eam, qua repleti sunt, sapientificam distributionem inferioribus instillando profusione sapientiæ suæ.

A γνωριστική. Ἔστιν ἡ ἡμετέρα γνῶσις καὶ θεωρητική, οἱονεὶ ἐρευνητικὴ τῶν ὑπὲρ αὐτήν. Ἔστι καὶ κοινωνική, ἐξ ὧν ἐν τῷ ἀναπίμπλασθαι τῶν νοημάτων χέει πρὸς τοὺς ὑποδεεῖς τὴν μάθησιν. Ταῦτα πάντα ἔχουσι καὶ τὰ χερουβίμ· γνωστικά εἰσι καὶ θεοπτικὰ τῆς θείας λαμπρότητος, κίνησιν ἔχοντα γνώσεως πρὸς τὸ ὄντως ἐράσμιον, καὶ δεκτικὰ φωτοδοσίας ἐκ τοῦ Θεοῦ διὰ τῶν πρὸ αὐτῶν δυνάμεων, καὶ ἐξεταστικὰ τῆς θείας εὐπρεπείας, ἀλλ' ἐν πρωτουργῷ δυνάμει, καθ' ἣν δηλονότι πρώτως τῶν ἄλλων τὰς ἐμφανείας ἔχουσιν, ὡς καὶ οἱ θρόνοι, καὶ ἔτι τὰ σεραφίμ. Ταῦτα γὰρ τὰ τρία τάγματα, μία τις ἱεραρχία ἐστὶ, καὶ πρωτουργὸν ἐπὶ πᾶσι τὴν δύναμιν ἔχουσι· πάσης γὰρ ἀοράτου καὶ ὁρατῆς δυνάμεως μείζους εἰσὶν αἱ πρῶται τρεῖς αὗται τάξεις. Ἔστι τὰ B χερουβίμ καὶ κοινωνικὰ ἐν τῷ ἀναπιμπλάμενα τῆς σοφοποιοῦ μεταδόσεως ἀφθόνως μεταδιδόναι τοῖς δευτέροις κατὰ τὴν χύσιν τῆς σοφίας αὐτῶν.

Agedum, etiam sanctorum et sublimissimorum atque excelsorum thronorum nomen consideremus. Thronus sublimis a terrenis elatus, thronus sursum ferens, et sessores suos constanter ac compacte sursum ferri faciens : thronus est capax illius quem fert, et receptaculum sessoris sui. Idem in sanctis istis thronis considerare **62** liceat : eximuntur enim ab omni humi reptatione, et ad anteriora sursum efferuntur, ita ut nulla illos teneat abjecta propensio vel instinctus, et ad inferiora nutus. Verumenimvero nota quod noster thronus sursum C ferri faciat sessorem suum; sanctissimos autem thronos ab eo quod sursum ferantur denominari, et indeficienter in sublimi habitare, et juxta Altissimum inconcusse collocari, et divinum illapsum excipere. Verum absque passione hæc intellige, et immaterialiter (id est enim *supermundialiter*), ne quis illam ad anteriora viam esse corporalem existimet, ne in iis Deus circumscribi videatur. Et deiferi sunt, non substantia, sed gratia, et ministrorum more prompti ad divinas susceptiones. Illud vero deiferum dixi non substantia, quia et beatus Basilius carnem dixit esse deiferam; sed caro Domini secundum substantiam, et secundum hypostasin unita ipsi erat Verbo Deo, tanquam quæ D ferebat Deum Verbum secundum unionem inseparabilem, proprie ac vere ipsius caro, et dicta et existens; throni vero non secundum substantiam, sed secundum gratiam, ut dictum est, habentes Deum in semetipsis ineffabili ratione, deiferi nuncupantur.

Φέρε καὶ τὴν τῶν ἁγίων καὶ ὑψηλοτάτων καὶ ἐπηρμένων θρόνων ἐπωνυμίαν κατίδωμεν. Ὁ θρόνος ὑψηλὸς τῶν γηΐνων ἐπηρμένος, ὁ θρόνος ἀνωφερὴς, καὶ ποιῶν τοὺς ἐν αὐτῷ ἄνω φέρεσθαι ἱδρυμένως, παγίως· ὁ θρόνος δεκτικός τινος ὃν φέρει, καὶ τοῦ καθημένου ὑποδοχή ἐστιν. Οὕτως ἔστιν ἰδεῖν καὶ ἐπὶ τῶν ἁγίων τουτωνὶ θρόνων· ἐξαίρονται γὰρ πάσης χθαμαλῆς ὑφέσεως, καὶ πρὸς τὸ ἄναντες ἀναφέρονται, ὡς μηδὲν αὐτοὺς ἔχειν περιπεζίας ὑφέσεως ἤτοι ἐνδόσεως, καὶ τῆς πρὸς τὰ κάτω νεύσεως. Πλὴν σημείωσαι, ὅτι καὶ ὁ ἐνταῦθα θρόνος ἄνω ποιεῖ φέρεσθαι τοὺς ἐν αὐτῷ· οἱ δὲ ἁγιώτατοι θρόνοι, ἐν τῷ ἄνω φέρεσθαι, οὕτως ἐπονομάζονται, καὶ ἀνωκισμένοι εἰσὶν ἀκλινῶς, καὶ περὶ τὸν Ὕψιστον ἀκαταστάτως ἱδρυμένοι, καὶ δεκτικοὶ τῆς θείας ἐπιφοιτήσεως. Πλὴν ἀπαθῶς νόει ταῦτα, καὶ ἀΰλως, (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ *ὑπερκοσμίως*·) ἵνα μὴ νομίσῃ τις τὸ ἄναντες ὁδὸν εἶναι σωματικὴν, ἵνα μὴ περιορίζεσθαι δόξῃ Θεὸς ἐν αὐτοῖς. Καὶ θεοφόροι εἰσὶν οὐ κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ χάριν, καὶ θεραπευτικῶς ὑπτιοι πρὸς τὰς θείας ὑποδοχάς. Οὐ κατ' οὐσίαν δὲ εἶπον τὸ θεοφόρον, ὅτι ὁ μακάριος Βασίλειος τὴν θεοφόρον εἶπε σάρκα· ἀλλ' ἡ μὲν σὰρξ τοῦ Κυρίου κατ' οὐσίαν καὶ καθ' ὑπόστασιν ἥνωτο αὐτῷ τῷ Θεῷ Λόγῳ ὡς φέρουσα τὸν Θεὸν Λόγον καθ' ἕνωσιν ἀδιάσπαστον, αὐτοῦ σὰρξ καὶ λεγομένη καὶ ὑπάρχουσα κυρίως καὶ κατὰ ἀλήθειαν· οἱ δὲ θρόνοι οὐ κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ κατὰ χάριν, ὡς εἴρηται, ἔχοντες ἐν ἑαυτοῖς τὸν Θεὸν ἀῤῥήτῳ λόγῳ, θεοφόροι λέγονται.

§ II. Hæc quidem, quantum effari possumus, et pro facultate nostra, nominum ipsorum est explanatio declaratioque : post hæc vero dicendum, quam hierarchiam et mystagogiam eorum existimemus. Illud namque, omnis nimirum hierarchiæ scopum, sive nostram quis dixerit sive cœlestem, ex Deum imitante deiformitate indeclinabiliter dependere, atque omnem sacerdotalem functionem

§ II. Αὕτη μὲν ἡ σῶν ὀνομάτων ἐκφαντορία καὶ δήλωσις, ὡς καθ' ἡμᾶς εἰπεῖν, καὶ τὴν ἡμετέραν δύναμιν· λεκτέον δὲ μετὰ ταῦτα, τίνα τὴν ἱεραρχίαν αὐτῶν καὶ τὴν μυσταγωγίαν οἰόμεθα. Τὸ μὲν γὰρ εἶναι τὸν τῆς ἁπάσης ἱεραρχίας σκοπὸν, κἂν τὴν καθ' ἡμᾶς εἴποι τις, κἂν τὴν οὐρανίαν, ἐξηρτημένον καὶ ἐκκρεμῆ τῆς θεομιμήτου θεοειδείας ἀκλινῶς, καὶ τὸ διαιρεῖσθαι πᾶσαν πραγματείαν ἱερατικὴν εἰς δύο ταῦτα, εἴς τε

μετοχὴν καὶ διάδοσιν. (πρῶτον γὰρ μετέχομεν, καὶ εἶτα μεταδίδομεν καὶ ἡμεῖς καὶ οἱ ἄγγελοι. Τίνος δὲ μετέχομεν, καὶ τίνος μεταδίδομεν; πάντως καθάρσεως ἀμιγοῦς καὶ ἄϋλου, καὶ θείου φωτὸς, καὶ τελεστικῆς καὶ μυστικῆς ἐπιστήμης· πρῶτον γὰρ καθαιρόμεθα, εἶτα φωτιζόμεθα, μετέπειτα δὲ τελειούμεθα μετ' ἐπιστήμης, καὶ θεοποιούμεθα, ὥσπερ δὲ καὶ πρῶτον καθαίρομεν, εἶτα φωτίζομεν, μετέπειτα δὲ τελοῦμεν ἐπιστημονικῶς), ἀρκούντως ἤδη διελάβομεν· νῦν δὲ εὔχομαι ἀξίως τῶν προκειμένων εἰπεῖν, πῶς ἡ κατ' αὐτοὺς ἱεραρχία παρὰ τῆς ἱερᾶς καὶ θείας Γραφῆς δηλοῦται ἡμῖν. Ταῖς πρώταις οὐσίαις, αἵτινες μετὰ τὴν θείαν οὐσιοποιὸν καὶ δημιουργικὴν οὐσίαν ἵδρυνται, καὶ οἷον ἐν προθύροις ταύτης εἰσὶ τεταγμέναι, καὶ ὑπερβεβήκασι πάσης κτιστῆς ὁρατῆς καὶ ἀοράτου φύσεως, ἥγουν τῇ πρώτῃ διακοσμήσει τῶν θείων δυνάμεων, οἰκείαν ὑπολαπτέον εἶναι καὶ κατὰ πᾶν ὁμοφυῆ τὴν ἱεραρχίαν. Καθεξῆς δὲ τίθησι τὰ τῆς ἱεραρχίας ἰδιώματα, πῶς καθαραὶ αὗται, πῶς θεωρητικαὶ, πῶς τετελεσμέναι, ἐξῃρημένως πάντως καὶ οὐ κατ' ἄνθρωπον, ἵνα οἰκεῖα ταῖς οὐσίαις ἡ ἱεραρχία ᾖ. Καθαραὶ τοίνυν εἰσὶν οὐ κατὰ ἄνθρωπον· ἐπὶ γὰρ τῶν ἀνθρώπων καθαροὶ λέγονται ἢ οἱ ἀπὸ κηλίδων καὶ μολυσμῶν καθαρθέντες, ἢ καὶ οἱ μείναντες ἐκ γενέσεως προσύλων φαντασιῶν ἀνεπίδεκτοι. Οὐ τοίνυν αἱ πρῶται δυνάμεις καθαραὶ τοιουτοτρόπως λέγονται, ἀλλ' ὡς ὑψηλότεραι καὶ ἐπέκεινα πάσης μολυντικῆς ὑφέσεως, καὶ παντὸς ὑποβεβηκότος καθαροῦ τε καὶ ἱεροῦ ἁγιώτεραι, κατὰ τὴν ὑπερτάτην καὶ οὐκ ἐκ συγκρίσεως καθαρότητα. Καὶ ὥσπερ τὸ φῶς ἐν φωτιστικαῖς δυνάμεσιν ἵδρυται, καὶ ἄλλη τις οὐκ ἔστιν οἰκειοτέρα δύναμις τοῦ φωτὸς, εἰ μὴ φαίνοι· οὕτω καὶ αὗται ἐν δυνάμεσι θεοειδεστάταις ὑπερίδρυνται, καὶ ἀντέχονται μὲν κατὰ τὸ ἄτρεπτον αὐτῶν, ὅπερ ἔσχον τοῦ Θεοῦ χάριτι. Τοῦτο δὲ νόησον, οὐχ ὅτι κατὰ φύσιν ἄτρεπτοί εἰσι, (μόνον γὰρ τὸ κατὰ φύσιν ἄτρεπτον τοῦ Θεοῦ ἐστιν,) ἀλλ' ὅτι διὰ τῆς ἐπὶ τὸ ἀγαθὸν ἄγαν ἐφέσεως ἐπὶ τὸ Θεῖον ῥέψασαι, ἔμειναν οὕτως, ἕξιν ὥσπερ ἔχουσαι τὸ ἀμετακίνητον· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ φιλοθέως ἄτρεπτον τούτων. Ἐκ γοῦν τοῦ τὸ Θεῖον φιλεῖν ὁλικῶς, τῆς οἰκείας ἀεικινήτου καὶ ταὐτοκινήτου τάξεως ἀντέχονται, τῆς οἱονεὶ ἀπαραλλάκτου καὶ ἀμεταβόλου καὶ ὡσαύτως ἐχούσης· κινήσεις δέ εἰσιν ἐπ' αὐτῶν αἱ ἄπαυστοι περὶ τὰς νοήσεις ἐνέργειαι, νόες γάρ εἰσιν ἀσίγητοι. Τὸ δὲ ἀντεχομένας γράφεται καὶ ἀνεχομένας· ἀνέχονται δὲ, ὅτι οὐκ ἔχουσι κόρον τινὰ, οὐδὲ βάρος, οὐδ' ἴλιγγον, διὰ τὸ ἀεὶ κινεῖσθαι περὶ ταὐτὸν, ὅπερ ἐφ' ἡμῖν συμβαίνει, καθ' ὃ εἴρηται, *Μεταβολὴ πάντων ἡδύ*· ἀλλ' ἐκεῖναι ἀνέχονται μὲν ἀῤῥεπῶς τῆς οἰκείας τάξεως, καὶ τὴν ἐπὶ τὰ χείρω μείωσιν παντελῶς ἠγνοήκασιν· ἄπτωτον γὰρ καὶ ἀμετακίνητον ἔχουσι τὴν τῆς οἰκείας θεοειδοῦς ἰδιότητος ἵδρυσιν, καὶ ἀμιγεστάτην πρὸς τὰ χείρω καὶ τὴν ἐναντίαν ἕξιν τε καὶ ἐνέργειαν. Εἶπε πῶς καθαραὶ, νῦν δὲ λέγει πῶς θεωρητικαὶ, ὅτι καὶ τοῦτο οὐ κατὰ ἄνθρωπον· ἐπὶ γὰρ τοῖς ἀνθρώποις θεωροὶ λέγονται οἱ τῶν μυστηρίων ἐπόπται διὰ τῶν συμβολικῶς λεγομένων, ἢ αἰσθητῶς τελουμένων περὶ Θεοῦ. Ἔσχον δὲ καὶ οἱ ἅγια τινὰς ἐμ-

in hæc duo, scilicet participationem et transfusionem, dividi (siquidem primum participamus, ac deinde transfundimus, tam nos quam angeli. Quid vero participamus, aut quid transfundimus? omnino puram et immaterialem expiationem, sive divinum lumen, sive perfectivam mysticamque scientiam : primum enim expiamur, deinde illuminamur, ac tandem scientia perficimur atque deificamur ; eodem utique modo primum expiamus, deinde illuminamus, tandemque scientifice perficimus), sufficienter est demonstratum : nunc autem opto digne de rebus propositis disserere, quomodo nimirum illorum hierarchia ex sacris divinisque litteris nobis declaretur. Primis essentiis, quæ post divinam illam substantificam atque creantem naturam collocantur, et quasi in vestibulis ejus depositæ sunt, omnemque **63** superant creatam visibilem et invisibilem naturam, primæ, inquam, divinarum virtutum distributioni, propriam et in omnibus æqualem hierarchiam esse putandum est. Deinde ponit hujus hierarchiæ proprietates, quomodo puræ sint, quomodo contemplativæ, quomodo perfectæ, per excellentiam videlicet, et non secundum hominem, ut propria naturis iis hierarchia sit. Puræ itaque sunt, non secundum hominem : apud homines enim puri dicuntur, vel qui a maculis et inquinamentis expiati sunt, vel qui sic manent a nativitate, ut materiales nullas phantasias admittant. Primæ itaque virtutes non hoc modo puræ nominantur, sed ut sublimiores et excelsiores omni dejectione inquinante, atque omni transcendentali sacraque puritate sanctiores, secundum sublimissimam et incomparabilem puritatem. Et, sicuti lux in illuminantibus virtutibus collocatur, et non est alia magis propria virtus lucis, si non apparet ; sic etiam hæ inter maxime deiformes virtutes supercollocantur, ac perseverant secundum immutabilitatem suam, quam Dei gratia obtinuerunt. Quod sic intellige, non quasi a natura sint immutabiles (nam immutabilitas soli Deo a natura competit), sed quod, præ ingenti ad bonum propensione, ad numen divinum conversæ, hoc modo permanserint, immutabilitatem quasi habitum obtinentes : hæc enim illarum est in Deo amando immutabilitas. Ex eo itaque quod Deum totaliter ament, suum semper eodem modo se moventem ordinem tenent, quem quodam modo immutabilem, et constantem, et eodem modo habent : motiones autem illis sunt, indesinentes intellectionum operationes ; mentes enim sunt quæ numquam silent. Vox autem ἀντεχομένας, id est *perseverantes*, scribitur etiam ἀνεχομένας, id est *sustinentes* ; sustinent autem quia neque satietatem, neque gravedinem, neque vertiginem habent ex eo quod semper circa idem moveantur, uti nobis accidit, juxta tritum illud : *Omnium variatio dulcis est* ; verum ipsæ constanter quidem ordinem suum tenent, et in deterius imminutionem omnino non agnoscunt ; sed inconcussam semper et immobilem deiformis suæ proprietatis sedem habent, rebus nullis vilioribus admistam, neque cum con-

trario habitu et operatione. Dixit quomodo puræ sint; nunc quomodo contemplativæ sint pandit; quoniam etiam hoc non secundum hominem : siquidem hominibus contemplantes dicuntur, qui mysteria contuentur per **64** ea quæ symbolice dicta vel sensibiliter perfecta sunt circa Deum. Sancti autem quasdam apparitiones Dei habuerunt, cum per sensilia symbola, sicut Abraham et Jacob; tum per intellectilia, sicut quidam e prophetis, qui dixit : *Et ecce plena gloria domus Domini* [e], quænam enim esset gloria ista, mente percipimus. Non sic utique cœlestes virtutes contemplantur, neque varietate scripturisticarum contemplationum ad divinum numen adducuntur; sed contemplativæ dicuntur, tanquam adimpletæ lumine sublimiori : neque tantum sensibili, verum omni immateriali cognitione plenæ, ejus quod vere ac proprie bonum est, divina, inquam, contemplatione sanctissimæ Trinitatis : ipsius quoque Jesu communione gaudent, participatione, inquam, gloriæ ac splendoris Christi corporis; siquidem una cum carne Patri assidet, ut Filius et Verbum ejus. Cum autem universim hierarchia definita sit sacer ordo, et scientia, et operatio, accedens, quantum fas est, ad deiformitatem, nec non, insitis sibi divinitus illustrationibus, proportione quadam ad Dei adducta imitationem considera hic illam hierarchiæ partem, quæ est scientia sive contemplatio, quomodo ad deiformitatem componatur, et quonam modo ad imitandum Deum adducatur : utique non in imaginibus sacro modo fictis, prophetarum more, divinam exprimentibus similitudinem, ac deiformitatem conformantur (Græce ἀποτυποῦσι, pro ἀποτυπούσαις, masculinum pro feminino posuit, Atticorum more, sicut κλυτὸς Ἱπποδάμεια), sed dicuntur contemplantes, tanquam ipsi vere appropinquantes, sine sacris efformationibus, hoc enim est in primaria participatione cognitionis, quasi immediate et citra symbola similitudinem effigiantia. Quid enim illis conferat sapphirus, et electrum, et quidlibet generis ejusdem, ad divinæ coruscationis contemplationem, cum ejus immediate participent cognitionem? Quomodo autem cognitio atque contemplatio ad deiformitatem assimilat cognoscentem? quia contemplans admiratur, admirans desiderat, desiderans expiatur, expiatus vero pro conditione cœlestium essentiarum cognoscit expiationem, et, sicut supra dictum est, deiformis efficitur, et ad deiformitatem assimilatur. Quomodo vero etiam ad Dei imitationem adducantur, tradit. Hoc ipsum vero etiam iis donatum est, ipsumque participant, non in totum, sed quantum fas est amicis ejus virtutibus, **65** quæ juxta prophetam cœlum obtegunt, contemplantibus, ad quas per contemplationes adducuntur, in primæva scilicet virtute; nam illustrationem aliæ per alias accipiunt a Deo, sed ad ipsum intentionem, et

[e] Ezech. XLIII, 5.

A φανείας Θεοῦ, καὶ δι' αἰσθητῶν συμβόλων, ὡς ὁ Ἀβραὰμ καὶ ὁ Ἰακώβ· καὶ διὰ νοερῶν, ὡς ὁ ἐκ τῶν προφητῶν εἰπών, *Καὶ ἰδοὺ πλήρης δόξης ὁ οἶκος Κυρίου*· τίς γὰρ ἦν ἡ δόξα ἐκείνη, κατανοήσομεν. Οὐχ οὕτω τοίνυν καὶ αἱ οὐράνιαι δυνάμεις θεωροὶ, οὐδὲ τῇ ποικιλίᾳ τῶν ἱερογραφικῶν θεωριῶν ἐπὶ τὸ θεῖον ἀνάγονται· ἀλλὰ θεωρητικαὶ λέγονται, ὡς ἀποπληρούμεναι φωτὸς ὑψηλοτέρου· καὶ μὴ μόνον αἰσθήσεως, ἀλλὰ καὶ πάσης ἀΰλου γνώσεως, καὶ ἐμπιπλάμεναι τῆς τοῦ ὄντως καὶ κυρίως καλοῦ, τῆς θείας λέγω καὶ τριαδικῆς θεωρίας· τῆς δὲ Ἰησοῦ κοινωνίας ἠξιωμέναι, τῆς μετοχῆς λέγω καὶ τῆς δόξης, καὶ τῆς λαμπρότητος τοῦ σώματος τοῦ Χριστοῦ· μετὰ σαρκὸς γὰρ τῷ Πατρὶ συνεδρεύει ὁ Υἱὸς καὶ Λόγος αὐτοῦ. Ἐπεὶ δὲ καθόλου ἡ ἱεραρχία τάξις ἱερὰ ὡρίσθη, καὶ ἐπιστήμη, καὶ ἐνέργεια, ἀφομοιουμένη B ὡς ἐφικτὸν, πρὸς τὸ θεοειδὲς, καὶ ἀναλόγως ταῖς ἐνδιδομέναις ἐλλάμψεσιν ἐπὶ τὸ θεομίμητον ἀναγομένη, ἐνταῦθα σκέψαι τὸ μέρος τῆς ἱεραρχίας, τὴν ἐπιστήμην, ἤγουν θεωρίαν, πῶς πρὸς τὸ θεοειδὲς ἀφωμοίωται, καὶ πῶς ἀνάγεται πρὸς τὸ θεομίμητον· οὐκ ἐν εἰκόσι γοῦν ἱερῶς πλασθείσαις παρὰ τῶν προφητῶν ἀποτυποῦσι τὴν θείαν ὁμοίωσιν, πρὸς τὸ θεοειδὲς ἀφωμοίωνται. (τὸ *ἀποτυποῦσι* δὲ ἀντὶ τοῦ ταῖς *ἀποτυπούσαις*, τὸ ἀρσενικὸν ἀντὶ θηλυκοῦ ἀττικῶς, ὡς τό· *Κλυτὸς Ἱπποδάμεια*·) ἀλλὰ πῶς θεωρητικαὶ, ὡς ἀληθῶς αὐτῷ πλησιάζουσαι, καὶ δίχα τῶν ἱεροπλαστιῶν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐν πρώτῃ μετουσίᾳ τῆς γνώσεως, οἱονεὶ ἀμέσως καὶ δίχα συμβόλων ὑποτυπούντων τὴν ὁμοίωσιν. Τί γὰρ ἐκείναις ὁ σαμ- C φειρος, καὶ ὁ ἤλεκτρος, καὶ πᾶν εἴ τι τοιουτότροπον πρὸς θεωρίαν τῆς θείας μαρμαρυγῆς, ἐν ἀμέσῳ οὔσαις μετουσίᾳ τῆς γνώσεως; Πῶς δὲ ἡ γνῶσις καὶ ἡ θεωρία ἀφομοιοῖ πρὸς τὸ θεοειδὲς τὸν γινώσκοντα; ὅτι ὁ θεωρῶν θαυμάζει, ὁ θαυμάζων ποθεῖ, ὁ ποθῶν καθαίρεται, ὁ καθαιρόμενος (ἀναλόγως δὲ ταῖς οὐρανίαις οὐσίαις νοεῖ τὴν κάθαρσιν, καθὼς ἀνωτέρω ἐλέχθη,) θεοειδὴς γίνεται, καὶ πρὸς τὸ θεοειδὲς ἀφωμοίωται. Πῶς δὲ καὶ πρὸς τὸ θεομίμητον ἀνάγεται, φησί. Δεδώρηται δὲ καὶ αὐτὸ ταύταις, καὶ κοινωνοῦσιν οὐ δι' ὅλου, ἀλλ' ὅσον ἐφικτόν ἐστι ταῖς φιλανθρώποις αὐτοῦ ἀρεταῖς, ταῖς καλυπτούσαις κατὰ τὸν προφήτην τοὺς οὐρανοὺς ταῖς θεωρητικαῖς, εἰς ἃς διὰ τῆς θεωρίας ἀνάγονται, ἐν πρωτουργῷ δηλαδὴ δυνάμει· τὴν γὰρ ἔλλαμψιν ἕτερα δι' ἄλλης λαμβάνει D ἐκ τοῦ Θεοῦ, τὴν δὲ πρὸς αὐτὸν τάσιν, καὶ θεωρίαν, καὶ ἔφεσιν, ὥσπερ εἰ ἦσαν ἅπασαι πρῶται, οὕτως ἐργάζονται, ἢ ἐν πρωτουργῷ, οἱονεὶ πρωτοτάκτῳ· πρῶται γὰρ αὗται ἐτάχθησαν. Ὁμοίως πάλιν καὶ τὴν μετάδοσιν τῆς ἐλλάμψεως πρὸς τὰς ὑπ' αὐτὰς, καὶ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους, οὐ μετὰ φθόνου καί τινος, ποιοῦνται γλισχρότητος, ἀλλ' ἀφθόνως καὶ πληρεστάτως, ὥσπερ ἂν ἦσαν πᾶσαι τὰ τῆς ἐλλάμψεως πρῶται δεχόμεναι· τοῦτο γὰρ καὶ πρώτην ἡ θεομιμησία ἐλέγετο, τὸ πρὸς τοὺς δεομένους καὶ ἀξίους μεταδοτικόν· καὶ νῦν τοῦτο λέγεται, ὅτι κατὰ τοῦτο κοινωνοῦσι ταῖς φιλανθρώποις ἀρεταῖς τοῦ Θεοῦ. Ὥσπερ γὰρ τὸ θεοπρεπὲς κάλλος μεταδοτικόν ἐστι κατ' ἀξίαν

τοῦ οἰκείου φωτὸς, οὕτω καὶ αὗται πρὸς τοὺς ἀξίους μεταδιδόασι τῆς ἐλλάμψεως ἀφθόνως ταύτῃ καὶ πληρεστάτως. Ἤδη φησὶ καὶ πῶς λέγονται τετελεσμέναι αἱ θεῖαι δυνάμεις. Ἐπεὶ τοίνυν ἡμεῖς τελούμεθα διὰ τῆς ἀναλυτικῆς ἐπιστήμης, τῆς ἐξαπλωτικῆς δηλονότι καὶ ἐξηγητικῆς καὶ ἀναγωγικῆς, τῆς ἱερᾶς ποικιλίας τῆς τῶν συμβολικῶν δηλονότι θεαμάτων μυήσεως, αἱ θεῖαι δυνάμεις οὐχ οὕτως τελοῦνται, ἀλλ' ὡς ἀποπληρούμεναι τῆς πρώτης καὶ οὐ τῆς διὰ μέσων συμβόλων ὑπερεχούσης θεώσεως κατὰ τὴν ὑπερτάτην τῶν ἔργων τοῦ Θεοῦ ἐπιστήμην, ὃν δὴ καὶ πᾶσα ἱεραρχία καθηγεμόνα τῆς ἐπιστήμης καὶ τῆς ἐνεργείας ἔχει. Ποῖαι δέ εἰσιν αἱ θεῖαι ἐπιστῆμαι, καὶ αἱ θεουργίαι; τὸ καθαίρειν, τὸ φωτίζειν, τὸ τελεῖν, ὡς ἐν ἀγγέλοις δὲ εἶπεν, ἐπειδὴ αἱ τοιαῦται θεουργίαι καὶ ἐν ἀνθρώποις γίνονται, ἀλλὰ δι' ἑτέρας ἐπιστήμης ὁ φωτισμὸς δίδοται τούτοις καὶ ἡ τελείωσις. Αὗται δὲ αἱ ὑπερβεβηκυῖαι δυνάμεις οὐ δι' ἄλλων ἁγίων οὐσιῶν, ἀλλὰ παρ' αὐτῆς τῆς θεαρχίας μυσταγωγοῦνται ἐν τῷ ἐπ' αὐτὴν ἀμέσως ἀνατείνεσθαι ἐν τῇ δυνάμει τούτων καὶ τάξει· οὐδὲ γὰρ ἐκ τάξεως μόνον ἔχουσι τὸ πρὸς Θεὸν ἀνατείνεσθαι, ἀλλὰ καὶ ἐκ δυνάμεως. Τοῦτο δέ ἐστιν ὅπερ λέγει καὶ ὁ Θεολόγος Γρηγόριος· Οὐκ οἶδα εἴτε ἐκ τῆς λαμπρότητος ἔχουσιν τὴν τάξιν, εἴτε ἐκ τῆς τάξεως τὴν λαμπρότητα· καὶ γὰρ δύναμιν ἔχουσιν ὑπερέχουσαν, καὶ τάξιν ὑπερβεβηκυῖαν καὶ ἀνωτάτην. Καὶ διὰ τοῦτο, ὡς μὲν δύναμιν ἔχουσαι, πρὸς τὸ πάναγνον καὶ ἀῤῥεπὲς ἑδραιοῦνται, καὶ οὐ διασείονται· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀῤῥεπές· ὡς δὲ τάξιν ὑψηλοτάτην πρὸς τὴν νοητὴν εὐπρέπειαν καὶ θεωρίαν προσάγονται. Καθὼς δέ ἐστι θεμιτόν τε καὶ δυνατὸν, καὶ τοὺς ἐπιστημονικοὺς λόγους τῶν θεουργιῶν, ὡς πρῶται καὶ περὶ Θεὸν οὖσαι, παρ' αὐτῆς τῆς τελεταρχίας, δηλονότι τοῦ Θεοῦ, μυσταγωγοῦνται.

B Illud quoque pontificiæ tuæ scientiæ commemorabimus, ut et Pharaoni ab angelo Ægyptiorum præside, et Babyloniorum principi a proprio itidem omnibus prospicientis atque dominantis providentia potestasque per visiones fuerit intimata, utque gentibus istis veri Dei ministri, ductorum instar fuerint præfecti, ad figuratas illas angelicas visiones interpretandas, quæ viris sanctis angelorum similibus, Danieli, inquam, et Josepho, ex parte Dei per angelos ante fuerant revelatæ [l]: unum quippe omnium est principium unaque providentia. Neque ullo modo putandum est, quasi Judæis quidem sortito Deus præfuerit, angeli autem seorsum, vel æqualiter, vel opposite, aut alii etiam dii cæteris gentibus imperitarint: C sed hoc eloquium sano quodam sensu sacro intelligendum est, non quasi Deus cum aliis diis angelisve nostri partitus sit gubernationem; atque Israeliticæ gentis principatum, atque ducatum ipse sortitus sit; sed quod, cum Altissimi unica illa rerum omnium providentia, cunctos homines ad salutem angelorum ductibus tradiderit promovendos, solus ferme Israel, præ omnibus, ad veri Dei notitiam et illustrationem fuerit conversus. Itaque theologia, cum populum Israeliticum se veri Dei cultui mancipasse narrat, ait: *Factus est pars Domini* [m]; cum autem ostendit, eum quoque, pari cum cæteris nationibus jure, sanctorum cuidam angelorum fuisse consignatum, ut ejus opera unicum illud rerum omnium principium D agnosceret, Michaelem Judaico populo præfectum tradit, aperte docens unicam esse omnium providentiam, **88** quæ cunctis simul tam invisibilibus quam visibilibus virtutibus superessentialiter præstet [n]; omnes autem angelos singularum gentium præfectos, ad illud ipsum principium, ut proprium, eos, qui ultro ac sponte sequantur deducere.

[l] Dan. II. [m] Deut. XXXII, 9. [n] Dan. X.

### VARIÆ LECTIONES.

[69] τυπωθεισῶν ὑπὸ τῶν ἀγγέλων, Ch. S. ὑπὸ τῶν non est in D. [70] ἁπάντων non habuit Ch., πάντων, D. [71] Ch. ἁγίων ἀγγέλων. [72] ὡς ἐπ' οἰκείαν, D.

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. Explicat nomina proprietatesque principatuum, archangelorum et angelorum, qui ultimam constituunt hierarchiam. Ac principatus quidem subditis angelis præsunt, et eos ad ministerium divinum explendum disponunt. Ad hos pertinet secundum Dionysium universale regimen, verbi gratia, unius regni, vel gentis, vel regni ad Dei similitudinem manuductio ; secundum Gregorium quoque, eorum ministerium est docere homines, exhibere reverentiam unicuique secundum gradum suum. Horum etiam est promovere homines, ut non propter utilitatem propriam, sed propter solius Dei amorem et honorem, faciant justitiam.

Archangeli vocantur summi nuntii qui summa nuntiant. Horum officium est, secundum Dionysium, prophetias revelari, ipsi quoque illuminationes quas a superioribus accipiunt, inferioribus annuntiant, et per eosdem nobis. Secundum Gregorium vero munus eorum est, de illis quæ pertinent ad promotionem fidei, et præcipuis mysteriis, ut de Nativitate Christi, et similibus, homines reddere certiores, atque dæmones ab hominibus removere.

Angeli sunt in cœlesti dispositione ultimi, et hominibus magis propinqui. Nomen autem angeli est nomen officii, non naturæ. Isti minora nuntiant, et homines ad divinam cognitionem ducunt, et ut juste vivant, instruunt : hi sursum extenduntur per dilectionem Dei, et in semetipsis firmantur per custodiam sui, ac sub se progrediuntur ad auxilium proximi.

§ II. Cum in qualibet hierarchia sint tres ordines, scilicet primus, medius et ultimus, ostendit qua ratione archangeli, qui medii sunt inter angelos et principatus, utrisque communicent ; angelos autem ait res humanas moderari.

Angeli enim nobis ad custodiam deputati tenent nos stantes, ne cadamus ; et cadentes nos sublevant, ut surgamus ; nec unquam nos deserunt etiam peccantes, quin semper sint parati opem ferre, si velimus.

Effectus autem angelicæ custodiæ multiplex est. Primus est, impedimenta boni et occasiones mali removere ; Exod. xxxiii, 2 : *Mittam angelum præcursorem, qui ejiciat Jebusæum.* Secundus est, tentationes mitigare, Dan. iii, 49 : *Angelus autem Domini descendit cum Azaria et sociis ejus in fornacem* ; etc. Tertius est, contra hostes visibiles adjuvare ; IV Reg. xix, 35 : *Angelus Domini percussit in castris Assyriorum*, etc. Quartus est, orationes nostras et eleemosynas Deo præsentare, et pro nobis orare ; Tob. xii, 12 : *Quando orabas cum lacrymis*, etc., *ego obtuli orationem tuam Domino.* Quintus est, viam ostendere ; Tob. v, 20 : *Ego sanum ducam et reducam.* Sextus est, in agendis docere ; Zachariæ ii, de angelo qui instruxit eum. Septimus est, seipsum et alia secreta revelare ; Tob. xii, 15 : *Ego sum Raphael angelus*, etc. Octavus est, a peccatis arcere ; Genes. xix, 15 : *Cumque esset mane, cogebant eum angeli, dicentes : Surge, ne et tu pariter pereas in scelere civitatis.* Nonus ad fervorem excitare ; III Reg. xix, 7 : *Surge : grandis enim tibi restat via.* Decimus est, consolari ; Tob. v, 13 : *Forti animo esto, in proximo est ut a Deo cureris.* Undecimus, potestates contrarias arcere, ne tantum nocere valeant, quantum vellent ; Tob. viii, 3, ubi angelus Asmodæum ligavit. Duodecimus de peccato increpare ; Jud. ii, 2 : *Dixit angelus populo Israel : Cur hoc fecistis ?* etc.

§ III. Reddit rationem, cur, cum angeli hominum præsides sint et titulares, tamen adhuc tam multæ nationes infideles reperiantur, ac pereant : et ostendit id ex hominum malitia provenire, suavem angelorum ductum sequi nolentium, et ex pravo usu libertatis ; Deum enim et angelos ex parte sua nemini deesse, sed omnibus, solis instar, beneficos suos radios expandere, ad quos se ex gentilitatis tenebris Dei gratia emersisse confitetur. Hoc etiam probat exemplo Melchisedechi, qui non solum e gentibus ad lumen veritatis emersit, verum etiam aliis præluxit, atque sacerdos summus effectus, ipsiusmet Christi typus exstitit.

§ IV. Ostendit, quanta Dei in omnes providentia non solum Judæis sed aliis etiam gentibus angeli tutelares dati sint, ut probat in Pharaone et Nabuchodonosore, **89** quibus per angelos visiones contigerunt, quas Joseph atque Daniel ab angelis edocti ipsis explicuerunt. Et simul exponit illud Deut. xxxii, 8 : *Quando dividebat Altissimus gentes, statuit terminos populorum juxta numerum angelorum Dei. Pars autem Domini populus ejus, Jacob funiculus hæreditatis ejus* : quod non ita intelligendum ait, quasi Deus cæteras gentes angelis regendas dederit, solo Israele sibi, id est suæ providentiæ et gubernationi retento, ut videlicet ipse Israelem sine angelis vel angeli reliquas gentes regerent quia et Israeli Michael præfectus legitur et Deus omnes gentes in Scripturis possidere et gubernare memoratur ; sed ita intelligendum est, quod cum Deus omnibus gentibus angelos dederit, ut eorum ductibus ad veritatis lumen pervenirent, solus Israel reipsa ad verum conversus sit.

—

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (14).

§ I. Reliquum est, ut etiam de novissimo trino ordine dicamus, qui constat principatibus, archangelis et angelis, e quibus concinnatur : ac primum non abs re fuerit, pro virili explicare sacrorum eorum nominum significationes. Nomen itaque principatuum, deiformiter et ad Dei similitudinem, principandi ac gubernandi potestatem declarat. Jam vero cum ducatus etiam in ordine appareat, cum ordine, inquam, sacro et istiusmodi principatibus ac virtutibus convenienti, atque alias etiam ad

A § I. Ἐπίλοιπον ἂν εἴη λέγειν καὶ περὶ τῆς ἐσχάτης τριαδικῆς τάξεως, ἀπό τε τῶν ἀρχῶν, τῶν ἀρχαγγέλων, καὶ τῶν ἀγγέλων συμπληρουμένης καὶ διακοσμουμένης · καὶ πρῶτον ἂν εἴη καλὸν κατὰ τὸ δυνατὸν τὰς τῶν ἐπωνυμιῶν ἐκδηλώσεις εἰπεῖν. Τὸ γοῦν τῶν ἀρχῶν ὄνομα τὸ θεοειδῶς καὶ τῷ Θεῷ ὁμοιωμένως ἀρχικὸν αὐτῶν καὶ ἡγεμονικὸν δηλοῖ. Τέως δὲ ἐπεὶ ἡ ἡγεμονία ἐν τάξει φαίνεται, μετὰ τάξεώς φημι ἱερᾶς καὶ προσηκούσης τοιαύταις ἀρχαῖς καὶ δυνάμεσιν, ἄλλως τε καὶ πρὸς τὴν ἀρχὴν

(14) Vide schol. S. Maximi tom. II, cap. 9.

τὴν ὄντως καὶ ὑπεράρχιον ὁλικῶς ἐπεστράφθαι· ὡς γὰρ φωτεινὸς ὁ ἐπεστραμμένος πρὸς ἥλιον, οὕτω καὶ ἀρχαὶ αἱ πρὸς ἀρχὴν τὴν ὑπεράρχιον ἀφορῶσαι. Ἢ καὶ ἄλλως· Διότι ἑτέρων ἡγοῦνται, ἀρχαγγέλων φημὶ καὶ ἀγγέλων, πρὸς τὴν τοιαύτην ἐπιστροφήν, καὶ διὰ τὸ πρὸς αὐτὴν ἐκείνην τὴν ὑπεράρχιον ἀρχήν, τὴν καὶ τὰς ἀρχὰς ποιήσασαν καὶ δημιουργήσασαν, ἀποτυποῦσθαι, καὶ ἐπὶ τὰ ἀόρατα αὐτοῦ τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορῶνται κατὰ τὸν Ἀπόστολον. Οὐκ ἔχομεν δὲ εἰδέναι τὴν ὑπερούσιον ἐκείνην ἀρχὴν τῶν ἁπασῶν τάξεων. Ἐπωνυμοῦνται ἀρχαί, ὡς ἐκείνην τὴν ἀρχὴν ἀναφαίνουσαι, ἐν τῷ δυνατῶς καὶ καθ' ἕξιν ἔχειν αὐτὴν πρὸς τὴν τοιαύτην ἀρχικὴν εὐκοσμίαν τε καὶ κατάστασιν.

A verum ac superprincipalem principatum totaliter convertantur : sicut enim lucidus exsistit qui ad solem conversus est, ita quoque principatus, qui ad principatum superprincipalem intuentur. Vel etiam aliter : Quoniam aliis, archangelis, inquam, et angelis, duces sunt istiusmodi conversionis, adeoque ad superprincipalem illum ipsum principatum ac cæterorum principatuum auctorem et conditorem conformationis, et, secundum Apostolum, ad invisibilia ipsius creaturis intellecta contuentur [o]. Non possumus autem nosse supernaturalem illum omnium ordinum principatum. Appellantur vero principatus, quod principatum illum manifestent, potenter et habitualiter eum ad principalem talem ornatum ac statum obtinendo.

§ II. Ἡ δὲ τῶν ἁγίων ἀρχαγγέλων ἐστὶ μὲν ὁμοταγὴς ταῖς ῥηθείσαις οὐρανίαις ἀρχαῖς, (μία γὰρ ἡ ἱεραρχία, αὐτῶν τε δηλονότι τῶν ἀρχῶν, καὶ τῶν ἀρχαγγέλων, καὶ ἔτι τῶν ἀγγέλων αὐτῶν, καὶ διὰ τοῦτο εἰς μίαν τάξιν περιλαμβάνονται· τί γὰρ ἄλλο εἰσὶν οἱ ἀρχάγγελοι, εἰ μὴ τάγμα ἐξ ἀρχῶν καὶ ἀγγέλων συγκείμενον;) ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἔστιν ἱεραρχία, μὴ πρώτας καὶ μέσας καὶ τελευταίας δυνάμεις ἔχουσα, διὰ τοῦτο ἡ τῶν ἀρχαγγέλων τάξις, ὡς μεσότης, τῶν ἄκρων ἀντιλαμβάνεται κατά τινα καὶ ἀμφοτέρων κοινωνίαν. Ταῖς μὲν ἀρχαῖς κοινωνεῖ, ὅτι καὶ αὐτὴ πρὸς τὴν ὑπερούσιον ἀρχήν, τὸν Θεὸν, ὁλικῶς ἐπέστραπται, καὶ πρὸς ἐκείνην ἀποτυποῦται, καθὼς ἄρα καὶ αἱ ἀρχαί· καὶ ἐπεὶ αἱ ἀρχαὶ ἡγεμονικαί εἰσι καὶ ἑνοποιοί, μὴ ἐῶσαι τὰς τάξεις σκεδάννυσθαι, ἑνοποιοῦσι καὶ τοὺς ἀγγέλους εὐκόσμως καὶ τάττουσι. Τοῖς δὲ ἀγγέλοις πάλιν κοινωνεῖ, ὅτι εἰσὶ καὶ αὗται τῆς ὑποφητικῆς τάξεως, καὶ ὑποδέχονται τὰς ἐλλάμψεις διὰ τῶν πρώτων δυνάμεων. Καὶ ἄλλως τοῖς ἀγγέλοις κοινωνοῦσιν αἱ μέσαι, ὅτι ταύτας τὰς θείας ἐλλάμψεις τοῖς ἀγγέλοις ἀγγέλλουσι, καὶ δι' ἀγγέλων ἡμῖν ἀναφαίνουσι· διὸ γοῦν καὶ κατὰ τοῦτο τοῖς ἀγγέλοις κοινωνοῦσιν, ὅτι τοῖς ἀγγέλοις χρῶνται πρὸς τὰς πρὸς ἡμᾶς δηλοποιήσεις, κατὰ ἀναλογίαν τῶν ἀπὸ Θεοῦ ἐλλαμπομένων. Οἱ γὰρ ἄγγελοι, ἵνα καὶ περὶ αὐτῶν εἴπωμεν, συμπληρωτικοί εἰσι πάσης οὐρανίου διακοσμήσεως, πλὴν κατὰ τὸ τελευταῖον καὶ τὸ ἔσχατον· συμπληροῦσι γὰρ καὶ οἱ θρόνοι, ἀλλὰ κατὰ τὸ πρῶτον, καὶ διὰ τοῦτο ἔχουσι τὴν ἀγγελικὴν ἰδίως ἐπωνυμίαν, καὶ μᾶλλον, ὡς τοῖς ἀνθρώποις πλησιάζοντες, οἳ δὴ καὶ μιμοῦνται διὰ τούτων τὰ θεῖα. Τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἐμφανέστερον τῆς ἱεραρχίας αὐτῶν· οὐ γὰρ δεόμεθα πάλιν ἑτέρων πρὸς τὰς ὑπ' αὐτῶν ἐλλάμψεις καὶ ἀγγελίας· εἰ γὰρ ἦν τοῦτο, τὸ κρύφιον ἂν εἶχον καὶ οὗτοι κατὰ πολὺ, καὶ τὸ ἔσχατόν τε καὶ περικόσμιον οὐκ ἂν ἐν αὐτοῖς ἦν. Νῦν δὲ, μηδεμιᾶς ἑτέρας οὔσης ἀτωτέρας τάξεως, τὴν τάξιν τῶν ἀγγέλων ἀνάγκη εἶναι ἐσχάτην καὶ περικόσμιον. Ἐξηγεῖται ὁ ἅγιος, πῶς εἶπε· Περὶ τὸ ἐμφανέστερόν ἐστιν ἡ ἱεραρχία τοῖς ἀγγέλοις, δηλονότι ἐμφανέστερον πρὸς ἡμᾶς· ἡ γὰρ ὑπερτάτη τάξις, ὡς τῷ κρυφίῳ Θεῷ πλησιάζουσα, κρυφιωτέρως ὅσῳ πρὸς τὴν δευτέραν

§ II. Sanctorum vero archangelorum ordo cœlestibus quidem istis principatibus æqualis est (nam una est hierarchia, ipsorum nempe principatuum, et archangelorum, atque ipsorum etiam angelorum, atque idcirco ad unum ordinem reducuntur. Quid enim aliud sunt archangeli, quam ordo ex principatibus et angelis conflatus?) : verum, cum nulla sit hierarchia, quæ non primas et medias et postremas virtutes habeat, idcirco archangelorum ordo tanquam medietas, extremas quodammodo **90** complectitur utrarumque communicatione. Siquidem communicat principatibus, quoniam ad superessentialem quoque principatum, scilicet Deum, totaliter conversus est, et ad ipsum efformantur, sicut etiam principatus : et quoniam principatus ducendi et unificandi vim habent, non permittentes ordines dissipari, angelos etiam decoro ordine componunt : angelis vero etiam communicant; quia etiam sunt ordinis interpretis, et per primas virtutes illustrationes accipiunt. Etiam alio modo medii angelis communicant; quoniam has divinas illustrationes angelis annuntiant, et per angelos nobis manifestant; quamobrem etiam secundum hoc angelis communicant, quod angelis utantur ad nostras manifestationes, juxta conditionem eorum qui a Deo illustrantur. Ipsi enim angeli, ut etiam de iis dicamus, omnem cœlestem ornatum complendo terminant, tanquam nimirum id quod ultimum est novissimumque : complent enim etiam throni, sed tanquam id quod primum est; et idcirco proprie nomen angelicum obtinent, et præsertim quod hominibus appropinquent, qui et propter illos divina imitantur. Quin et eorum hierarchia manifestior est, quia nobis non opus est iterum aliis ad illustrationes et nuntia ab iis recipienda : alias enim et ipsi perquam occulti essent, nec ultimi ac circummundiales exsisterent. Nunc autem cum nulli spiritus sint inferioris ordinis quam ipsi, angelorum ordinem postremum ac circummundialem exsistere necesse est. Exponit autem sanctus hic, quomodo dixerit angelorum hierarchiam esse manifestiorem, scilicet quoad nos : nam supremus

[o] Rom. I, 20.

ordo, utpote secreto Deo appropinquans, magis occulte secundo ordini res sacras subministrat : secundus vero, qui est mediæ hierarchiæ, ultimam hierarchiam moderatur, manifestius quidem quam primus, occultius vero quam sequens ; porro ultimus ordo humanis hierarchiis præest. Cæterum cum tres ordines sint, illustrationes sibi mutuo manifestant. Verumtamen dicendum, quomodo primus quidem ordinis principatus sequenti simul manifestationem infuderit, et non alius per alium, et similiter secundus ordo ; tertius vero, alius per alium nobis infundat illustrationes. Dicendum itaque, quod in prioribus ordinibus, cum tam dantes quam accipientes angeli sint, in illis secundum naturam non magnam esse diversitatem, **91** ut toties opus sit quodammodo subdividi illustrationem, quo posterioribus captu facilis evadat. Hic autem, cum multum intersit inter nos et angelos, idcirco alius per alium accipit illustrationem ac nuntium, ut facilius ita brevi ad nos perveniat, manifestiusque decretum Dei nobis declaretur. Idcirco ait hic sanctus, ut hoc ordine ad Deum sit ascensus per contemplationem, et conversio per operationem, et communio per illustrationem, nec non per gratiæ deificationem unio. Habemus itaque per gradus ascensum ad Deum ; et ut sit vicissim etiam secundum ordinem a Deo inditus omnibus hierarchiis ad nos processus, per bonitatem communicanter exundans : idcirco etiam divina Scriptura, angelis ea quæ ad nos spectant distribuit ; quandoque enim principem populi Judæorum vocasse reperitur in Daniele Michaelem, uti et alios gentium aliarum ; quandoque vero ait : *Statuit terminos gentium Altissimus juxta numerum angelorum Dei*, ut in secundo cantico Moysis invenitur [p].

§ III. Hinc solvit emergentem aliquam quæstionem. Quæstio autem hæc est : Quomodo, inquit, cum boni angeli gentibus præfecti sint, solus Israel Deum cognovit, alii autem idolis adhæserunt ? Solutio vero est ista, quod nimirum cæterarum gentium ad idola defectio deceptioque rectis angelorum gubernationibus nequaquam imputanda sit (observa vero, quomodo defectioni rectam gubernationem opponit), sed illis ipsis, quod propriis spontaneisque motibus a recta, quæ ad Deum ducebat, via per amorem proprium refractarium deflexerint, et per suam pervicaciam ad id, cui divinum quidpiam inesse arbitrabantur, colendum desciverint. Non solum enim ab ea, quæ ad Deum ducebat, via deviarunt, verum etiam iis qui non erant dii pro placito suo cultum divinum tribuerunt. Quod ipsum etiam Hebræorum populo contigisse memoratur, quando peccavit et vitulum conflavit. Agnitionem enim Dei repulisti (quando nimirum a via Dei descivit) et post cor tuum ambulasti (quando nimirum amore proprio pervicaciaque sua divinum cultum decreverunt iis qui non erant dii [q]). Neque enim vita nobis est, cui vis illata aut

τάξιν ἱεραρχεῖ· ἡ δὲ δευτέρα, ἡ τῆς μέσης ἱεραρχίας, ἡγεῖται τῆς ἐσχάτης ἱεραρχίας, ἐμφανεστέρως μὲν πρὸς τὴν πρώτην, κρυφιωδεστέρως δὲ πρὸς τὴν μετ' αὐτήν· ἡ δὲ ἐσχάτη τάξις ταῖς ἀνθρωπίναις ἱεραρχίαις ἐπιστατεῖ. Πλὴν ἐπεὶ τρία τάγματά εἰσι, δι' ἀλλήλων ἐμφαίνουσι τὰς ἐλλάμψεις. Πλὴν ἀπορητέον, πῶς ἡ μὲν πρώτη ταξιαρχία ἅμα ἐνεδίδου τὴν ἔκφανσιν τῇ μετ' αὐτήν, καὶ οὐκ ἄλλη δι' ἄλλης, καὶ ἡ δευτέρα ὁμοίως· ἡ δέ γε τρίτη ἄλλη δι' ἄλλης τὰς πρὸς ἡμᾶς ἐλλάμψεις ἐνδίδωσιν. Ἔστιν οὖν εἰπεῖν, ὅτι ἐπὶ ταῖς προτέραις τάξεσιν, ἐπεὶ καὶ οἱ μεταδιδόντες καὶ οἱ μετέχοντες ἄγγελοί εἰσιν, οὐκ ἔστι τὸ μέσον αὐτῶν πολὺ κατὰ φύσιν παραλλάττον, ἵνα ποσῶς διὰ τοῦτο οἱονεὶ κατακερματισθείη ἡ ἔλλαμψις, καὶ εὔθετος τοῖς ὑστέροις πρὸς ὑποδοχὴν γένηται. Ἐνταῦθα δὲ, ἐπεὶ τὸ μέσον ἡμῶν τε καὶ τῶν ἀγγέλων πολὺ, διὰ τοῦτο ἄλλη δι' ἄλλης λαμβάνει τὴν λάμψιν ἢ καὶ τὴν ἀγγελίαν, ὡς ἂν ἀπονωτέρα κατ' ὀλίγον ἡμῖν καταστῇ, καὶ ἐμφανέστερον τὸ βούλημα δηλωθήσηται. Διὰ τοῦτο λέγει ὁ ἅγιος, ἵνα ᾖ κατὰ τάξιν ἡ πρὸς Θεὸν ἀναγωγὴ διὰ θεωρίας, καὶ ἐπιστροφὴ διὰ πράξεως, καὶ κοινωνία δι' ἐλλάμψεως, καὶ διὰ τῆς κατὰ χάριν θεώσεως ἕνωσις. Ἔχομεν γοῦν κατὰ βαθμοὺς τὴν πρὸς Θεὸν ἄνοδον· καὶ ἵν' ᾖ πάλιν κατὰ τάξιν, καὶ ἡ ἀπὸ Θεοῦ πρὸς ἡμᾶς ἐνδιδομένη πάσαις ταῖς ἱεραρχίαις, καὶ κοινωνικῶς ἐπιφοιτῶσα δι' ἀγαθότητα πρόοδος, διὰ τοῦτο καὶ ἡ θεία Γραφὴ τοῖς ἀγγέλοις τὰ καθ' ἡμᾶς ἀπονενέμηκε· ποῦ μὲν ἄρχοντα τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ τὸν Μιχαὴλ ὀνομάζουσα ἐν τῷ Δανιὴλ εὕρηται, καὶ ἄλλους ἄλλων ἐθνῶν· ποῦ δὲ λέγουσα· *Ἔστησεν ὅρια ἐθνῶν ὁ Ὕψιστος κατὰ ἀριθμὸν ἀγγέλων Θεοῦ*, ὡς ἐν τῇ δευτέρᾳ ᾠδῇ τοῦ Μωσέως εὕρηται.

§ III. Ἐντεῦθεν λύει ἀνακύπτουσάν τινα ἀπορίαν. Ἡ γοῦν ἀπορία· Καὶ πῶς, φησὶν, ἀγγέλων ἀγαθῶν ἐφεστώτων τοῖς ἔθνεσι, μόνος ὁ Ἰσραὴλ ἐγίνωσκε τὸν Θεὸν, οἱ δὲ ἄλλοι τοῖς εἰδώλοις προσανεῖχον ; Ἡ δὲ λύσις, ὅτι οὐ χρὴ αἰτιᾶσθαι τῆς ἐπὶ τὰ εἴδωλα ἀποπλανήσεως τῶν ἑτέρων ἐθνῶν, τὰς εὐθείας ἐπιστασίας τῶν ἀγγέλων (ὅρα δὲ, ὅτι πρὸς τὴν ἀποπλάνησιν, εὐθεῖαν εἶπεν ἐπιστασίαν), ἀλλ' αἰτιάσασθαι χρὴ αὐτοὺς ἐκείνους, ἀποπεπτωκότας τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἀναγωγῆς οἰκείαις καὶ αὐτεξουσίοις ὁρμαῖς ἐν φιλαυτίᾳ ἀνυποτάκτῳ, καὶ αὐθαδείᾳ πρὸς τὸ δοκοῦν αὐτοῖς ἀποπλανηθέντας σεβάσμιον. Οὐ γὰρ μόνον τῆς πρὸς τὸ Θεῖον ἀναγωγῆς ἀποπεπτώκασιν, ἀλλὰ καὶ τοῖς μὴ οὖσι θεοῖς ἀνάλογον τῇ δοκήσει ἑαυτῶν τὸ σέβας ἀποδεδώκασιν. Ὃ δὴ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν Ἑβραίων λαὸς πεπονθέναι λέγεται, ὅτε ἥμαρτε, καὶ ἐμοσχοποίησεν. Ἐπίγνωσιν γὰρ Θεοῦ ἀπώσω (τοῦτο, ὅτι τῆς πρὸς τὸ Θεῖον ἀναγωγῆς ἀποπέπτωκε) καὶ ὀπίσω τῆς καρδίας σου ἐπορεύθης (τοῦτο, ὅτι ἐν τῇ φιλαυτίᾳ καὶ αὐθαδείᾳ τοῖς μὴ οὖσι θεοῖς τὸ σέβας ἀπένειμαν). Οὔτε γὰρ ἡμεῖς ἠναγκασμένην ἔχομεν ζωὴν, ὡς τὰ ἄλογα, ἀλλὰ διὰ τὸν λόγον τὸ αὐτεξούσιον·

[p] Deut. xxxii, 8 sec. Septuag. [q] Osee iv.

οὔτε πάλιν δι' αὐτὸ τοῦτο τὸ αὐτεξούσιον ἡμῶν, εἴ- A
ποιμεν ἂν ὅτι τὰ θεῖα φῶτα τῆς προνοίας τοῦ Θεοῦ
ἀπαμβλύνονται. Ἀλλ' εἰκόνα τῶν λόγων λάβε ἀπὸ
τοῦ ἡλιακοῦ φωτός· ὡς γὰρ ἐκεῖσε ἔστιν ἰδεῖν, ὅτι
ἐπὶ μὲν τῶν διαφανῶν αἱ τῶν ἀκτίνων διαδόσεις γί-
νονται, καὶ ἐπὶ τούτοις μᾶλλον καὶ ἧττον, καθὼς ἂν
ἔχοι τὸ ὑποκείμενον πρὸς τὴν τοῦ φωτὸς μετάληψιν
ἐπιτηδειότητος· ἐπὶ δὲ τῶν παχυτέρων οὐχ ὁμοίως,
ἀλλ' ἢ πάντη ἀδιαδότως ἢ ἀμυδρῶς· τοῦτο καὶ ἐπὶ
τῆς θείας ἐλλάμψεως ἡ ἀνισότης τῆς αὐτεξουσίου
ῥοπῆς ἐργάζεται. Ὑπόθου γάρ, τὴν ἡμετέραν ζωὴν
ὄψιν εἶναι νοερὰν, ἀλλ' ἀνόμοιον, διὰ τὸ αὐτεξούσιον·
ἡ δὲ τῆς θεϊκῆς ἀγαθότητος φωτοδοσία μία καὶ ἡ
αὐτή ἐστιν, ὑπερπλήρης, καὶ ἀνελλιπὴς, καὶ ἁπλῆ,
καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσα· ἡ γοῦν τῶν ὄψεων αὐτεξ-
ουσιότης ἢ παντελῶς ἀμέθεκτον ποιεῖ τὴν θείαν B
ἀκτῖνα, ἐν ὅσοις δηλαδὴ ἀντιτυπία ἐστὶ, κἀντεῦθεν
οὐδόλως ἡ ἀκτὶς διαδίδοται· ἢ διαφόρους ποιεῖ τὰς
μετοχὰς, μικρὰς ἢ μεγάλας, ἀμυδρὰς ἢ φανάς. Τὸ
γοῦν, μικρὸν καὶ μέγα, ἐπὶ ποσοῦ· καὶ μικρὰ χάρις
τυχὸν ἡ τῆς διδασκαλίας· μεγάλη ἡ τῆς προφητείας·
Τὸ δὲ ἀμυδρὰς ἢ φανὰς, ἐπὶ ποιοῦ· ὅτε τυχὸν ἡ προ-
φητεία δυσί τισιν ὑπάρχει, καὶ τῷ μὲν ἐπὶ πλέον
ἔστι, τῷ δὲ ἐπ' ἔλαττον. Ἐπεὶ ὅτι γε καὶ τῶν ἑτέρων
ἐθνῶν (ἐξ ὧν καὶ ἡμεῖς Ἕλληνες ὄντες ἀνενεύσαμεν)
οὐ ξένοι τινὲς καὶ ἀλλόκοτοι ἐπεστάτουν θεοὶ ἐπὶ τὸ
ἐξηπλωμένον πᾶσι τοῖς θέλουσιν εἰς μετάδοσιν ἑτοί-
μως δι' ἀγαθότητα τοῦ θεαρχικοῦ φωτὸς ἄπειρον πέ-
λαγος, ἀλλ' ἐπειδὴ μία πάντων ἀρχὴ ὁ Θεός· διὰ
τοῦτο πρὸς ταύτην ἀνῆγον οἱ καθ' ἕκαστον ἔθνος C
ἐπιστατοῦντες ἄγγελοι τοὺς ἑπομένους κατὰ τὸ αὐ-
θαίρετον καὶ οὐκ ἠναγκασμένον. Μάρτυς ὁ Μελχι-
σεδὲκ, βασιλεὺς μὲν τῆς Σαλὴμ ὢν ἐπὶ τῶν χρόνων
τοῦ Ἀβραὰμ, ἐξ ἐθνῶν δὲ καὶ ἐν μέσῳ τῶν ἐθνῶν
ἱεράρχης φιλοθεώτατος γνωριζόμενος· οὐ γὰρ ἁπλῶς
φιλόθεον τοῦτον αἱ Γραφαὶ παραδιδοῦσιν, ἀλλὰ καὶ
ἱερέα τοῦ ὄντως ὄντος Θεοῦ, ἵνα πάντως δηλώσωσι
τοῖς ἐχέφροσιν, ὅτι μὴ μόνον οὗτος ἦν φιλόθεος, ἀλλὰ
καὶ ἄλλοις εἰς φιλοθεΐαν ἡγεῖτο· ὅπερ πῶς ἂν ἦν, εἴ-
περ ἁπαξαπλῶς καὶ παντάπασιν ἐκ τῶν ἐθνῶν ἡ θεο-
γνωσία ἀπέλειπε

imposita necessitas, ut brutis, sed per rationem libertate prædita : neque rursus dicamus, propter illam ipsam libertatem nostram divinæ Providentiæ divina lumina obtundi. Sed dictorum **92** horum exemplum accipe a lumine solis : sicut enim ibi videre licet, in transparentibus quidem corporibus radiorum fieri distributionem, eoque magis vel minus, pro subjecti ad lumen excipiendum capacitate ; in crassioribus autem non similiter, sed aut omnino indistribute aut obscure ; idipsum etiam in divina illustratione inæqualitas liberæ propensionis operatur. Suppone enim, vitam nostram visionem esse spiritalem, sed inæqualem, propter arbitrii libertatem ; divinæ autem bonitatis illustrationem, unam esse et eamdem, superplenam, et B indeficientem, et simplicem, et eodem semper modo se habentem : tunc utique visionum libera propensio vel omnino incommunicatum reddit radium divinum, iis nimirum qui reluctantur, propter quod omnino radius non distribuitur ; vel diversas facit participationes, parvas vel magnas, obscuras vel claras. Illud itaque parvum et magnum, ad quantitatem refertur : et parva est gratia, forte eruditionis ; magna, prophetiæ. Illud autem, obscuras vel claras, ad qualitatem refertur, quando forte prophetia duobus aliquibus obtingit ; atque uni quidem plenior, alteri vero tenuior. Quin etiam quia cæteris gentibus (e quibus et nos, qui Græci sumus, emersimus) non alieni quidam et prodigiosi præfuerunt dii ad diffusum omnibus, qui ultro C per bonitatem ejus participationem appetunt, divini luminis infinitum pelagus, sed est unus omnium principatus Deus ; idcirco ad ipsum quoque angeli, qui cuique nationi præfecti erant, eos qui sequebantur, libere et non coacte adduxerunt. Testis est Melchisedec, qui quidem rex Salem temporibus Abrahæ erat ; verumtamen ex gentibus, et in medio gentium, sacerdos Deo gratissimus est agnitus : non enim simplici modo ipsum Deo charum exstitisse Scripturæ tradunt, verum etiam sacerdotem vere exsistentis Dei ; ita ut omnino intellectu præditis significent, ipsum non solum Deo charum exstitisse, verum et alios quoque ad Dei amicitiam adduxisse, quod qui fieri potuisset, si universim et omnino et apud omnes gentes Dei notitia defecisset?

§ IV. Καὶ τοῦτο δὲ ὑπομνήσω τὴν σὴν ἱεραρχικὴν D
σύνεσιν (φησὶ πρὸς τὸν Ἐφέσου Τιμόθεον) ὅτι καὶ
αἱ καθ' ὕπνους ὁράσεις τῷ Φαραὼ καὶ τῷ Ναβουχο-
δονόσορ, διὰ τῶν ἀγγέλων τῶν ἐπιστατούντων ἰδίως
τοῖς ἔθνεσιν ἐγεγένηντο, καθ' ἃς ὁράσεις τὸ τῆς πάν-
των προνοίας καὶ κυριότητος κηδεμονικὸν τοῦ Θεοῦ
διεπορθμεύετο· οὗτος γὰρ Κύριος καὶ προνοητὴς πάν-
των καὶ Θεὸς, ὡς καὶ ὁ Παῦλος πολλαχοῦ ἐδήλωσεν
εἰπών· *Μὴ οὐκ ἔστιν ὁ Θεὸς καὶ ἐθνῶν ; ναὶ καὶ ἐθ-
νῶν, εἴπερ εἷς ὁ Θεός.* Ἀλλ' αἱ ὁράσεις μὲν διὰ
τῶν ἀγγέλων, αἱ δὲ λύσεις ἀλλαχόθεν, καὶ οὐ διὰ τού-
των, ὅσῳ καὶ Θεοῦ θεράποντες ὑπῆρχον οἱ συγκρί-
νοντες τὰ ὀνείρατα, καὶ τῶν ἀγγέλων ἐγγὺς, ὥστε
ἀπὸ Θεοῦ δι' αὐτῶν τὰ τῶν ἐπιλύσεων γίνεσθαι. Ὁ
γὰρ Ἰωσὴφ τὰ τοῦ Φαραὼ ὀνείρατα ἔλυεν ὑπὲρ τῶν

§ IV. Illud quoque pontificiæ tuæ scientiæ commemorabo (alloquitur ad Timotheum Ephesi episcopum) quomodo etiam Pharaoni et Nabuchodonosori per angelos, nationum præsides proprios, in somnis visiones sint exhibitæ, per quas omnium **93** providentiæ ac dominationis Dei cura iis insinuabatur : siquidem hic est Dominus, et provisor, et Deus omnium, sicut etiam Paulus multis locis declaravit, dicens : *Nunquid est Deus etiam gentium? imo et gentium, quoniam unus est Deus* [r]. Verum visiones quidem per angelos, resolutiones autem aliunde, et non per hos, ita ut Dei fuerint, angelisque propinqui, qui somnia dijudicarunt, ita ut a Deo per illos eorum resolutio fieret. Joseph enim solvit somnia Pharaonis super Ægyptios, Da-

[r] Rom. III, 29.

niel vero Nabuchodonosoris contra Babylonios. Idcirco, inquam, unus est omnium principatus, adeoque una Providentia. Neque ullo modo putandum est, quasi Judæis quidem sorlito Deus et proprie præfuerit, aliis autem nationibus præfuerint, aut angeli modo sibi proprio sine subordinatione, vel æquales Deo vel Deo contrarii, vel etiam alii quidam dii. Quin etiam quod in Cantico Scriptura dicit : *Et factus est pars Domini populus ejus Jacob, funiculus hæreditatis ejus Israel* [a], secundum hunc sensum accipiendum est, non quasi Deus mundum hunc nostrum cum cæteris diis angelisve diviserit, eique quasi sors Israel assignatus sit. Sed quomodo? Quod nimirum ipsamet altissima rerum omnium Providentia res omnes hominum, salutaribus quidem quoad ipsos, ad Deum vero sursum erigentibus manuductionibus, angelis suis propriis commiserit, ex omnibus autem illis gentibus solus Israel ad veri Dei illustrationem conversus sit. Unde sacra Scriptura, significans quod seipsum Israel ad veri Dei ministerium destinarit : *Factus est*, inquit, *pars Domini*. Ut autem iterum ostenderet, quomodo etiam Israel, pariter cum cæteris gentibus, peculiari cuidam angelo commissus fuerit, per quem ad Dei notitiam traduceretur, si ipse nimirum etiam vellet, Michaelem ducem populi illius dicit; aperte hinc docens, unicam esse omnium providentiam quæ cunctis tam visibilibus quam invisibilibus præsit, omnesque ac singulas gentes peculiarem angelum habuisse, qui eos, qui ultro ac sponte sequerentur, ad Deum rerum omnium principium dirigeret.

A Αἰγυπτίων, ὁ δὲ Δανιὴλ τὰ τοῦ Ναβουχοδονόσορ κατὰ τῶν Βαβυλωνίων. Διὰ τοῦτό φημι, μία ἐστὶν ἡ πάντων ἀρχὴ, καὶ διὰ τοῦτο μία πρόνοια. Καὶ οὐδαμῶς ὑπολητπτέον, ὅτι ἀποκληρωτικῶς καὶ ἰδίως ὁ Θεὸς ἡγεῖτο τῶν Ἰουδαίων· τοῖς δὲ ἄλλοις ἔθνεσιν ἐπεστάτουν ἢ ἄγγελοι ἰδιοτρόπως ἀνυπότακτοι, ἢ ὁμότιμοι τῷ Θεῷ, ἢ ἀντίθετοι, ἢ καὶ θεοί τινες ἕτεροι. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν τῇ ᾠδῇ λόγιον, τὸ φάσκον· *Καὶ ἐγενήθη μερὶς Κυρίου λαὸς αὐτοῦ Ἰακὼβ, σχοίνισμα κληρονομίας αὐτοῦ Ἰσραὴλ*, κατὰ τήνδε τὴν ἔννοιαν ἐκλητπτέον, οὐχ ὅτι ἐμερίσατο ὁ Θεὸς μεθ' ἑτέρων θεῶν, ἢ καὶ ἀγγέλων, τὸν καθ' ἡμᾶς τοῦτον κόσμον, καὶ τούτῳ ἐπενεμήθη ὡς κλῆρος ὁ Ἰσραήλ. Ἀλλὰ πῶς; Ὅτι αὐτὴ μὲν ἡ μία τῶν ἁπάντων ὕψιστος πρόνοια, πάντα τὰ εἰς ἀνθρώπους, ταῖς σωστικαῖς μὲν πρὸς ἀνθρώ- B πους, ἀνατατικαῖς δὲ πρὸς Θεὸν χειραγωγίαις τῶν οἰκείων ἀγγέλων διενείματο, ἐκ τούτων δὲ πάντων τῶν ἐθνῶν μόνος ὁ Ἰσραὴλ ἐπὶ τὴν τοῦ ὄντως Κυρίου φωτοδοσίαν ἐπεστράφη. Ὅθεν ἡ θεία Γραφὴ, δηλοῦσα μὲν, ὅτι ἐπεκλήρωσεν ἑαυτὸν ὁ Ἰσραὴλ ἐπὶ τὴν τοῦ ὄντως Θεοῦ θεραπείαν· *Ἐγενήθη μερὶς Κυρίου*, φησίν. Ἐνδεικνυμένη δὲ πάλιν τὸ, καὶ αὐτὸν δὴ τὸν Ἰσραὴλ ἐν ἴσῳ τοῖς λοιποῖς ἔθνεσιν ἑνί τινι τῶν ἀγγέλων ἀπονεμηθῆναι εἰς τὸ δι' αὐτοῦ εἰς τὴν θεογνωσίαν ἀναχθῆναι, θέλοντος δηλαδὴ καὶ αὐτοῦ, τὸν Μιχαὴλ ἔφη ἡγεμόνα τοῦ τοιούτου λαοῦ· ἐκδιδάσκουσα ἐντεῦθεν ἡ Γραφὴ τὸ, μίαν εἶναι πρόνοιαν ἐπὶ πᾶσιν, ὑπερκειμένην καὶ ὁρατῶν καὶ ἀοράτων ἁπάντων, καὶ ὅτι πάντα τὰ καθ' ἕκαστον ἔθνη ἴδιον ἐσχήκασιν ἄγ- C γελον, ἀνατείνοντα τοὺς ἑπομένους ἐθελουσίως κατὰ τὸ αὐτεξούσιον εἰς τὴν πάντων ἀρχὴν, τὸν Θεόν.

---

## 94 CAPUT X.

*Repetitio et conclusio angelici ordinis.*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι'.

*Ἐπανάληψις καὶ συναγωγὴ τῆς ἀγγελικῆς εὐταξίας.*

### SYNOPSIS CAPITIS.

I. *Docet, sublimiores angelos sublimiori quoque modo illustrari.* II. *In illustrationibus servari quoque subordinationem.* III. *Omnes sive angelos sive homines triplicem habere potentiam.*

### § I.

Conclusum igitur a nobis, quomodo illa quidem D antiquissima, quæ Deo præsto est, intelligentiarum distributio, ab ipsamet primitus initiante illuminatione consecrata, immediate illi intendendo, secretiori simul et manifestiori divini principatus illustratione purgetur et illuminetur atque perficiatur. Secretiori quidem, quia spiritaliori magisque simplifica unificaque; manifestiori autem, quia primitiva primilucaque et universaliori, ipsique (ut-

Συνῆκται τοίνυν ἡμῖν, ὡς ἡ μὲν πρεσβυτάτη τῶν περὶ Θεὸν νοῶν διακόσμησις, ὑπὸ τῆς τελεταρχικῆς ἐλλάμψεως ἱεραρχουμένη, τῷ ἐπ' αὐτὴν ἀμέσως ἀνατείνεσθαι [73], κρυφιωτέρᾳ καὶ φανοτέρᾳ [74] τῆς θεαρχίας φωτοδοσίᾳ καθαίρεται, καὶ φωτίζεται, καὶ τελεσιουργεῖται. Κρυφιωτέρᾳ μὲν, ὡς νοητοτέρᾳ, καὶ μᾶλλον ἁπλωτικῇ καὶ ἑνοποιῷ· φανοτέρᾳ δὲ, ὡς πρωτοδότῳ καὶ πρωτοφανεῖ καὶ ὁλικωτέρᾳ, καὶ μᾶλλον εἰς αὐτὴν, ὡς διειδῆ, κεχυμένῃ [75]. Πρὸς ταύτης δὲ πάλιν

[a] Deut. xxxii, 9.

### VARIÆ LECTIONES.

[73] ἀνάγεσθαι, M et translatio Scoti. [74] in M. nominandi casu leguntur ista : κρυφιωτέρα καὶ φανοτέρα, et mox item : κρυφωτέρα μὲν, ὡς νοητοτέρα, καὶ μᾶλλον ἁπλωτικὴ καὶ ἑνοποιός· φανοτέρα δέ, etc., cui lectioni translatio Scoti adstipulatur. [75] M. κεχυμένην.

ἀναλόγως ἡ δευτέρα, καὶ πρὸς τῆς δευτέρας ἡ τρίτη, καὶ πρὸς τῆς τρίτης ἡ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχία, κατὰ τὸν αὐτὸν τῆς εὐκόσμου ταξιαρχίας θεσμὸν, ἐν ἁρμονίᾳ θείᾳ καὶ ἀναλογίᾳ, πρὸς τὴν ἁπάσης εὐκοσμίας ὑπερἀρχιον ἀρχὴν καὶ περάτωσιν ἱεραρχικῶς ἀνάγεται.

A pote liquidiori) intimius infusa. Ab hac autem ut iterum secunda pro sua portione, et a secunda tertia, et a tertia noster hic sacer ordo, juxta primævæ illius rectæ constitutionis legem, divina prorsus harmonia congruentiaque ad superoriginalem omnis bonæ ordinationis originem et terminationem sacro quodam ordine promoveatur.

## § II.

Ἑκφαντορικοὶ δὲ πάντες εἰσὶ καὶ ἄγγελοι τῶν πρὸ αὐτῶν· οἱ μὲν πρεσβύτατοι, Θεοῦ τοῦ κινοῦντος, ἀναλόγως δὲ οἱ λοιποὶ, τῶν ἐκ Θεοῦ κεκινημένων· τοσοῦτον γὰρ ἡ πάντων ὑπερούσιος ἁρμονία τῆς ἑκάστου τῶν λογικῶν τε καὶ νοερῶν ἱερᾶς εὐκοσμίας καὶ τεταγμένης ἀγωγῆς [76] προενόησεν, ὅτι καὶ αὐτὴ τῶν ἱεραρχιῶν ἑκάστη [77] τάξεις ἱεροπρεπεῖς ἔθετο, καὶ πᾶσαν ἱεραρχίαν ὁρῶμεν εἰς τὰς πρώτας [78], καὶ μέσας, καὶ τελευταίας δυνάμεις διῃρημένην. Ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ἑκάστην, ἰδικῶς εἰπεῖν, διακόσμησιν ταῖς αὐταῖς ἐνθέοις ἁρμονίαις διέκρινε· διὸ καὶ αὐτοὺς τοὺς θειοτάτους σεραφὶμ οἱ θεολόγοι φασὶν ἕτερον πρὸς τὸν ἕτερον κεκραγέναι, σαφῶς [79] ἐν τούτῳ, καθάπερ οἶμαι, δηλοῦντες, ὅτι τῶν θεολογικῶν γνώσεων οἱ πρῶτοι τοῖς δευτέροις μεταδιδόασι.

Singuli autem ordines sunt eorum qui præcedunt interpretes ac internuntii; primi quidem illi, motoris sui Dei, cæteri autem eadem ratione, motorum a Deo: adeo enim illa superessentialis rerum omnium harmonia cuilibet sacro tam rationalium quam spiritalium creaturarum ordini, ratoque ductui consuluit, ut et ipsa singulis hierarchiis decoros ordines statuerit, atque omnem hierarchiam in virtutes primas, et medias atque postremas distributam esse videamus. Quinimo singulas, ut proprie dicam, spirituum descriptiones iisdem divinis harmoniis discrevit, propter quod ipsos etiam divinissimos seraphim theologi alterum ad alterum clamare aiunt [1]; qua quidem re, mea sententia, manifeste declarant, primos participes facere secundos divinarum rerum atque notionum.

B

## § III.

Προσθεῖην δ' ἂν καὶ τοῦτο οὐκ ἀπεικότως, ὅτι καὶ καθ' αὑτὸν [80] ἕκαστος οὐράνιός τε καὶ ἀνθρώπειος νοῦς ἰδικὰς ἔχει καὶ πρώτας καὶ μέσας καὶ τελευταίας τάξεις τε καὶ δυνάμεις, πρὸς τὰς εἰρημένας τῶν καθ' ἕκαστον ἱεραρχικῶν ἐλλάμψεων οἰκείας ἀναγωγὰς ἀναλόγως ἐκφαινομένας, καθ' ἃς ἕκαστος ἐν μετουσίᾳ γίνεται κατὰ τὸ αὐτῷ θεμιτόν τε καὶ ἐφικτὸν τῆς ὑπεραγνοτάτης καθάρσεως, τοῦ ὑπερπλήρους φωτὸς, τῆς προτελείου τελειώσεως. Ἔστι γὰρ οὐδὲν αὐτοτελὲς, ἢ ἀπροσδεὲς καθόλου τελειότητος, εἰ μὴ τὸ ὄντως αὐτοτελὲς καὶ προτέλειον.

C

Hoc quoque non immerito possum addere, quamlibet cœlestem et humanam mentem seorsum proprios in se continere et primos, et medios, et ultimos ordines atque facultates, **95** quæ eodem modo, quo superiores singularum hierarchiarum illustrationum proprii ductus, eluceant, quibus unaquæque mens pro suo captu quam nitidissimæ purgationis, copiosissimi luminis, absolutæque perfectionis fit particeps. Nihil est enim per se absoluteque perfectum, aut quod omnino perfectionis non indigeat, nisi quod per se revera perfectum est, et præperfectum.

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. Ex præcedentibus capitibus concludit angelos, quanto sublimiores sunt, tanto sublimiori quoque et secretiori ratione illustrari; eo nimirum quod Deo ἀρχιφώτῳ propinquiores sint, atque adeo etiam magis Deum participent, ut infra cap. 5 *De divinis nominibus*, et supra cap. 4 et 8 *Cœlestis hierarchiæ* docet ubi vide nostras adnotationes. Tantum hic observa, quomodo nos ab angelis purgemur, illuminemur, perficiamur.

Purgant itaque nos angeli, amovendo phantasmata quæ impediunt illuminationem, quam angelus intendit facere in nobis; unde tria removent ab anima, scilicet ignorantiam, et nubila phantasiarum, ac falsas opiniones rationum revelationi contrariarum. Illuminant vero animam tripliciter, scilicet ad sensum, ut patet, quando manifestatur aliquid in assumpto corpore (et hanc potestatem etiam diabolus ha-

[1] Isai. VI.

## VARIÆ LECTIONES.

[76] ἀναγωγῆς, Ch. D. P. Sar. [77] Bud. corrigit in dandi casu ἑκάστῃ. Ch. et S. habent αὐτῇ. Sar. astipulatur. [78] articulus deest in Ch. D. S. M. [79] M. σαφῶς conjungit cum κεκραγέναι. [80] D. καθ' ἕκαστον, eodem sensu.

let:) item ad intellectum, et talis illuminatio solum perfecta est. Notandum autem, quod Angelus non illuminet intellectum efficiendo cognitionem in anima; quia non potest in intellectu novam speciem neque habitum novi luminis creare, sed nec intentionem; nam tria requiruntur ut intellectus noster aliquid intelligat, scilicet species qua cognoscatur, et lumen in quo cognoscatur, et intentio qua intellectus convertatur super speciem. Illuminat autem intellectum nostrum angelus excitando ac disponendo, et lumen divinum in nos transfundendo; facit enim (ut dictum est) in phantasia transmutationem specierum, componendo et dividendo eas secundum rei exigentiam quam vult revelare; item irradiat lumen intellectus sui super illas, ut moveant intellectum nostrum, et sic plura et subtiliora videri possunt in lumine duplicato, item excitat intentionem animæ motu aliquo, quo se super illa phantasmata reflectat, ab aliis se abstrahendo. Perficiunt etiam, id est, promovent ad melius.

Utrum autem angelus incendere possit affectum humanum, id tripliciter intelligi potest, scilicet vel efficiendo, vel movendo, vel excitando et adjuvando. Primo modo solus Deus inflammare potest affectum; secundo modo res ipsa desiderata affectum inflammat, scilicet alliciendo et movendo; tertio modo potest angelus affectum nostrum incendere, scilicet excitando et adjuvando motum ejus congrua propositione. De his habemus exemplum in naturis; quia primo modo ignis accendit ligna, secundo modo ligna incendunt ignem, et tertio modo is qui ligna igni apponit, ignem accendit. Differentia autem est inter immittere cogitationem, et incendere et illuminare; quia cogitationem immittere, est intus creare et facere cogitationem; sed incendere, est cogitationem jam factam inflammare; illuminare vero, est dare revelationem de aliquo occulto intelligibili.

Hic tantum pro pleniori intelligentia istiusmodi angelicæ illuminationis, nota ex sancto Thoma, in parte prima, quæst. 106, art. 1, unum angelum alium illuminare, in quantum ei veritatem quam cognoscit, manifestam facit; vel confortando ipsius intellectum, vel ex parte similitudinis rei intellectæ. Cum autem ad intelligendum duo concurrant, scilicet virtus intellectiva, et similitudo rei intellectæ, secundum hæc duo, unus angelus alteri veritatem notam notificare potest. Primo virtutem ejus intellectivam fortificando. Sicut enim virtus imperfectioris corporis confortatur ex situali propinquitate corporis perfectioris, ut verbi gratia, minus calidum crescit in calore ex præsentia magis calidi: ita virtus intellectiva inferioris angeli confortatur ex conversione superioris angeli ad ipsum. Hoc enim facit in spiritualibus ordo conversionis, quod facit in corporalibus ordo localis propinquitatis. Secundo autem unus angelus manifestat alteri veritatem ex parte similitudinis intellectæ. Superior enim angelus notitiam veritatis accipit in universali quadam conceptione, ad quam capiendam inferioris angeli intellectus **96** non esset sufficiens, sed est ei connaturale, ut magis particulariter accipiat veritatem. Superior vero angelus veritatem quam velociter concipit quodammodo distinguit, ut ab inferiori capi possit, et sic eam cognoscendam ei proponit. Sicut etiam apud nos, qui in paucis multa capiunt, multipliciter illa distinguunt, aliorum capacitati providentes. Et hoc est quod sanctus Dionysius infra cap. 13, § 3, ait quamlibet essentiam spiritalem, uniusmodi intelligentiam, quam a diviniore traditam accepit, pro inferioris ductu capiuque provida virtute dividere ac multiplicare. Vide infra nostras adnotationes ad cap. 12, § 2.

§ II. Notat, in divinarum traductione illustrationum servari subordinationem, ita nimirum, ut supremi illi spiritus sint ipsiusmet Dei internuntii, et sic deinceps sequentes præcedentium angelorum, ut supra cap. 8, docuit, et nos ibidem § 2 adnotavimus.

Hujus mutuæ communicationis et illustrationis rationem reddit divus Thomas in prima parte, quæst. 106, art. 4. Quia nimirum omnes creaturæ ex divina bonitate participant, ut bonum quod habent in alia diffundant. Nam de ratione boni est quod se aliis communicet. Hinc etiam agentia corporalia similitudinem suam aliis tradunt quantam possunt. Atque ideo quanto aliqua agentia magis divinam bonitatem participant, tanto etiam magis perfectiones suas, quoad possunt, in alios transfundere conantur. Unde beatus Petrus monet eos qui divinam bonitatem per gratiam participant, dicens: *Unusquisque sicut accepit gratiam, in alterutrum illam administrantes, sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei* [u]. Multo igitur magis SS. angeli, qui sunt in plenissima participatione divinæ bonitatis, quidquid a Deo percipiunt, subjectis impartiuntur. Non recipitur tamen hæc illuminatio ab inferioribus ita excellenter, sicut est in superioribus, atque ideo superiores semper remanent in altiori ordine, et perfectiorem cognitionem habent; sicut unam et eamdem rem plenius intelligit magister, quam discipulus qui ab eo addiscit. Hinc quamvis in societate angelorum omnia possideantur communia; tamen quædam excellentius habentur a quibusdam quam ab aliis. Unumquodque autem perfectius habetur ab eo qui potest illud communicare, quam ab eo qui non potest. Sicut perfectius est calidum quod potest calefacere, quam quod non potest; et perfectius scit qui potest docere, quam qui non potest; et quanto perfectius donum aliquis communicare potest, tanto in perfectiori gradu est; sicut in perfectiori gradu magisterii est, qui potest docere altiorem scientiam. Et secundum hanc similitudinem consideranda est diversitas graduum vel ordinum in angelis, secundum diversa officia et actus.

§ III. Observat quamlibet mentem sive angelicam sive humanam et primas et medias et ultimas potentias habere, quæ capaces sint expiationis, illustrationis, atque perfectionis. Hæc vide apud Pachymeram explicata. Quibus adde ex divo Thoma, in prima parte, quæst. 108, art. 2, quod ipsa ratio hierarchiæ requirat ordinum diversitatem, quæ quidem diversitas ordinum secundum diversa officia et actus consideratur; sicut apud homines in qualibet civitate sunt diversi ordines, secundum diversos actus. Nam alius est ordo judicantium, et alius pugnantium, et alius in agris laborantium; et sic de aliis. Sed quamvis multi sint unius civitatis ordines, omnes tamen ad tres reduci possunt secundum quod quælibet multitudo perfecta habet principium, medium et finem. Unde et in civitatibus triplex ordo hominum reperitur. Quidam enim sunt supremi, ut optimates; quidam autem sunt infimi, ut vilis plebecula; quidam autem sunt medii, ut populus honoratus. Sic igitur etiam in quahbet hierarchia angelica ordines distinguuntur secundum diversos actus et officia: et omnis ista diversitas ad tria reducitur, scilicet ad summum, medium et infimum; et propter hoc sanctus Dionysius in quahbet hierarchia ponit tres ordines.

---

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (15).

§ I. Repetit hic sanctus ea quæ dicta sunt, et ait: A conclusum igitur a nobis, quomodo illa quidem an-

§ I. Ἐπαναλαμβάνει τὰ ῥηθέντα ὁ ἅγιος, καὶ φησιν· Ὅτι συμπεπέρασται τοίνυν ἡμῖν, ὡς ἡ μὲν

[u] I Petr. IV, 10.

(15) Vide Schol. S. Maximi tom. II, cap. 10.

πρεσβυτάτη (οὐ κατὰ χρόνον, ἀλλὰ κατὰ τάξιν) πάντως διακόσμησις τῶν περὶ Θεὸν καὶ κύκλῳ Θεοῦ νόων (κατὰ τό· *Κύκλῳ αὐτοῦ ἡ σκηνὴ αὐτοῦ*· κἂν καὶ ὑπὲρ πᾶν πέρας καὶ ἄπειρον τὸ Θεῖόν ἐστιν) ὑπὸ τῆς ἐλλάμψεως τῆς ἀρχηγοῦ καὶ αἰτίας ἁπάντων τῶν τελειώσεων, μυσταγωγουμένη (διὰ τὸ μὴ εἶναι ἑτέραν πρὸ αὐτῆς τάξιν, ἀλλ' αὐτὴν ἀμέσως ἐπ' αὐτὴν ἀνατείνεσθαι, ἑλκομένην οἷον ὑπὸ τοῦ αὐταγάθου καὶ φυσικῶς ἀγαθοῦ, οὗ καὶ πάντα ἐφίενται· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀνατείνεσθαι· οὐ γὰρ ἀφίησιν αὐτὴν ἠρεμεῖν, καὶ οἷον ἐπινυστάζειν, ἡ ἄῤῥητος ἐκείνη ἀκτὶς ἐπιλάμπουσα), καθαίρεται, καὶ φωτίζεται, καὶ τελεσιουργεῖται ἐν κρυφιωτέρᾳ καὶ φανοτέρᾳ θείᾳ φωτοδοσίᾳ. Κἀντεῦθεν δῆλον, ὅτι ὑπὸ τῆς τάξεως ἔχουσι τὴν ἔλλαμψιν πλείονα. Εἰ γὰρ οὕτως ἐδημιουργήθη, ὥστε πρώτη εἶναι, οὔτε καθάρσεως, οὔτε φωτισμοῦ ἐδέετο, οὕτω πλασθεῖσα, ὥστε καὶ ἀξία εἶναι τῆς πρώτης τάξεως. Κρυφιωτέραν δὲ καὶ φανοτέραν τὴν αὐτὴν εἶπεν φωτοδοσίαν· ἃ δὴ καὶ ἐναντία περὶ τὸ αὐτὸ φαίνεταί πως εἶναι. Τὸ γὰρ κρύφιον οὐ φανόν· καὶ τὸ φανὸν οὐ κρύφιον, κατὰ τοῦτον τὸν τρόπον. Εἰ γὰρ καὶ ἐναντία εἰσὶ περὶ τὸ αὐτὸ, ἀλλὰ πρὸς ἄλλο καὶ ἄλλο νοοῦνται. Κρυφιωτέρα μὲν γὰρ πρὸς ἡμᾶς, ὡς νοητοτέρα (νοηταὶ γὰρ καὶ αἱ τῶν ὑποβεβηκυιῶν τάξεων ἐλλάμψεις), νοητοτέρα δὲ ἡ τῆς πρώτης, καὶ ἡμῖν ἀγνωστοτέρα, διὰ τοῦτο καὶ ἁπλωτικὴ (ὡς μὴ κατανοουμένη ἀπεντεῦθεν διά τινος τῶν ἡμετέρων καὶ χθαμαλῶν, ἃ δὴ καὶ συνθέσεις εἰσὶν) ἀλλὰ καὶ ἑνοποιός. Ὅσῳ γὰρ τῆς ὕλης ἡμῶν ὁ νοῦς ἀποδιίσταται, τοσοῦτον περὶ τὸ ἓν χωρεῖ, καὶ ἀϋλοτέρως, ὡς ἄν τις εἴποι, τοῦ νοητοῦ ἐπιδράττεται. Καὶ τί λέγω εἰς ταῦτα, ὅπου γε τῇ αἰσθήσει τοῦτο συμβαίνει εἰς τὰ αἰσθητὰ πράγματα; πόῤῥωθεν γὰρ βλέποντές τι, οἰόμεθα ἢ ζῶον εἶναι, ἢ λίθον τυχὸν, ἢ δένδρον, ἢ ἄλλο τι· προσεγγίζοντες δὲ ζῶον μανθάνομεν, καὶ τοιόνδε ζῶον, ἄνθρωπον τυχὸν, καὶ τόνδε τὸν ἄνθρωπον. Καὶ τὰ παιδία πρότερον πάντας τοὺς ἄνδρας πατέρας καλεῖ, καὶ μητέρας τὰς γυναῖκας· ὕστερον δὲ ἑνοποιεῖται ἡ γνῶσις τούτων, καὶ γινώσκουσι τοὺς ἀληθεῖς πατέρας. Εἶδες πῶς ἡ αἴσθησις ἑνοποιεῖται· τοῦτο καὶ ὁ νοῦς πάσχει τοῖς νοητοῖς ἐμβατεύων. Ἀλλ' ἐντεῦθεν ὑπανακύπτει ἀπορία ἀναγκαία, πῶς ἡ μὲν αἴσθησις εἰς τὸ ἐγγύτερον μᾶλλον ἑνοποιεῖται, ὁ δὲ νοῦς εἰς τὸ πορ�ῤῥώτερον, καὶ ὃ αὐτὸς λέγει κρύφιον; Καὶ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι κατ' ἀλήθειαν ἐκεῖνο ἔχει ὁ νοῦς ἐγγύτερον, τὸ ἐπέκεινα πάσης ὑλικῆς συνθέσεως καὶ αἰσθήσεως· τοῦτο γάρ ἐστι καὶ προσῆκον τῷ νῷ καὶ ταῖς τοῦ νοῦ ἐνεργείαις. Νοῒ γὰρ πορ�ῤῥώτερα τὰ αἰσθήσει ποσῶς ὑποπίπτοντα. Κατὰ γοῦν ἀναλογίαν (ἐπεὶ κρυφιωτέρα καὶ νοητοτέρα ἡ τῶν πρώτων ἔλλαμψις παρὰ τὰς τῶν δευτέρων ἐλλάμψεις) μᾶλλον αὕτη ἑνοποιός ἐστι, καὶ οὕτω μὲν κρυφιωτέρα πρὸς ἡμᾶς καὶ τὸν ἡμέτερον νοῦν· φανοτέρα δὲ πάλιν, πρὸς αὐτὴν τὴν δεχομένην τὴν ἔλλαμψιν· πρωτόδοτος γὰρ καὶ πρωτοφανὴς καὶ ὁλικωτέρα μᾶλλον ἡ ἔλλαμψις ἡ εἰς αὐτὴν κεχυμένη. Εἰ δὲ ἡ αὐτὴ καὶ ὑπερπλήρης, ἀλλὰ

A tiquissima (non secundum tempus, sed secundum ordinem) omnino distributio earum quæ circa Deum et in circuitu Dei sunt intelligentiarum (juxta illud: *In circuitu ipsius tabernaculum ejus*[y]; etsi etiam super omnem terminum et **97** infinitatem sit Numen divinum) ab ipsamet primitus initiante illuminatione et cæterarum initiationum causa consecrata (eo quod non sit alius ordo ante ipsam, sed ipsamet immediate ad eam extendatur, attracta quodammodo ab ipsomet per se bono, et natura bono quod omnia appetunt; hoc enim est extendi; non enim ineffabilis ille radius illucens permittit ipsam solitariam et quodammodo dormitare) purgatur, et illuminatur atque perficitur secretiori simul et manifestiori divina illustratione. Unde etiam patet, B quod sub ordine uberiorem habeant illustrationem. Si enim ita condita esset illa distinctio, ut omnino prima esset, neque purgatione neque illuminatione opus haberet, cum ita formata foret, ut primo ordine digna esset. Secretiorem autem et manifestiorem eamdem vocavit illustrationem, quæ utique circa idem videntur quasi esse contraria. Quod enim occultum est, non est manifestum; et quod manifestum, non est occultum, juxta eumdem modum. Etsi enim etiam contraria sunt respectu ejusdem, ad aliud tamen atque aliud intelliguntur. Occultior quidem est nobis, quia spiritualior; (spiritales enim sunt et inferiorum ordinum illustrationes:) spiritualior autem est illa primæ distributionis nobisque ignotior; idcirco etiam simplifica (ut quæ C non cognoscitur per aliquam e rebus nostris terrenis, quæ compositæ sunt) quin et unifica. Quantum enim a materia mens nostra recedit, tantumdem ad unum tendit, et immaterialius, ut ita quis dixerit, rem intellectilem comprehendit. Ecquid dico in his, cum id sensui quoque accidat quoad res sensiles? siquidem eminus quidpiam cernentes, putamus illud vel animal esse, vel forte lapidem, vel arborem, vel quid aliud; appropinquantes vero cognoscimus esse animal, et quidem tale animal, hominem verbi gratia, et hunc hominem. Sic pueri primum omnes viros patres vocant, matresque feminas, postea vero horum cognitio unificatur, agnoscuntque veros parentes. Vides quomodo sensus unificetur: idem D etiam menti accidit, dum ad res intellectiles accedit. Verum hinc suboritur necessaria dubitatio, qui sensus circa id quod vicinius est magis unificetur, mens vero circa remotius, et quod ipse vocat occultius? Ac liceat dicere, illud vere menti propinquius esse, quod omni materiali compositione sensationeque superius est; quoniam **98** id menti mentisque operationibus est conformius. Menti enim sunt remotiora, quæ sensui quodammodo subjacent. Secundum hanc itaque proportionem (cum occultior intelligibiliorque sit primorum illustratio, sequentium illustrationibus comparata) ipsa magis unifica est, adeoque secundum nos quidem menteamque no-

[y] Psal. xvii, 12.

siram obscurior et occultior, simni tamen illi, qui illustrationem eam excipit, manifestior; siquidem primigenia primilucaque et integrior est illustratio quæ ad eam diffunditur. Etsi autem ipsa superplena sit, attamen pro suscipientium conditione variatur : idcirco enim addidit : Et quasi liquidior, ut indicaret subjectorum diversitatem, variationem quamdam afferre illustrationi. Ab hac autem prima dispositione, iterum secunda pro sua portione, et a secunda tertia, et a tertia nostra hæc hierarchia, quam non humanam dico (quoniam et ipsa divina est, divinasque suscipit illustrationes) sed eam quæ apud nos homines divina gratia consecratur. Quid porro a prima secunda, et ab hac tertia, et ab illa nostra hæc accipit? Quod in sacris omnino dirigatur. Bona vero hierarchiæ expiationem, illuminationem, perfectionem, quælibet a Deo per primam accipit. Secundam itaque a prima in sacris regi, vocat hierarchice adduci ad superprincipale principium, atque omnis rectæ ordinationis consummationem : divinum enim Numen bona cuncta terminat, ac definit, quia nihil extra ipsum boni est, vel dicitur, vel unquam cogitatur. Fit autem hoc juxta bene ordinati ordinis principatus sanctionem : quia licet ab his adducantur, attamen ab ipso Numine accipiunt illustrationes, quod est principium et causa omnis ordinis, non tantum primi, sed et secundi, et tertii, et si quis sit alius. Ista enim lex est, ut ita quis dicat, adductionis immutabilis et bene ordinata, ut ab ipsa res conserventur ac perficiantur, etsi per alias quasdam id in ipsis fiat.

A παρὰ τὸ τῶν ὑποδεχομένων ποσῶς παραλλάττον· διὰ τοῦτο γὰρ ἐτέθη, Καὶ ὡς διειδῆ, ἵνα δείξῃ, ὅτι τὸ τῶν ὑποκειμένων διάφορον, ἀλλοίαν τὴν ἔλλαμψιν τίθησι. Παρὰ ταύτης δὲ πάλιν τῆς πρώτης τάξεως ἀναλόγως ἡ δευτέρα, καὶ παρὰ τῆς δευτέρας ἡ τρίτη, καὶ παρὰ τῆς τρίτης ἡ καθ' ἡμᾶς αὕτη ἱεραρχία, ἣν οὐκ ἀνθρωπίνην φημὶ (θεία γὰρ καὶ αὕτη, καὶ θείας ἐλλάμψεις δέχεται·) ἀλλὰ τὴν καθ' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους ἐνεργουμένην τῇ τοῦ Θεοῦ χάριτι. Τί δὲ παρὰ τῆς πρώτης ἡ δευτέρα, καὶ παρ' αὐτῆς ἡ τρίτη, καὶ παρ' ἐκείνης ἡ καθ' ἡμᾶς λαμβάνει; Πάντως ἱεραρχεῖται. Τὰ δὲ τῆς ἱεραρχίας καλὰ, τὴν κάθαρσιν, τὸν φωτισμὸν, τὴν τελείωσιν, ἑκάστη παρὰ Θεοῦ διὰ τῶν πρὸ ταύτης λαμβάνει. Τὸ γοῦν παρὰ τῆς πρώτης ἱεραρχεῖσθαι τὴν δευτέραν, ἀνάγεσθαι εἶπεν ἱεραρχικῶς B πρὸς αὐτὴν τὴν ὑπεράρχιον ἀρχὴν, καὶ πάσης εὐκοσμίας περάτωσιν· πάντα γὰρ τὰ ἀγαθὰ περατοῖ καὶ ὁρίζει τὸ Θεῖον, ὅτι οὐδὲν ἀγαθὸν ἔξωθεν τοῦτό ἐστιν, ἢ λέγεται, οὐδ' ἂν ἐννοηθείη ποτέ. Γίνεται δὲ τοῦτο, κατὰ τὸν αὐτὸν θεσμὸν τῆς εὐκόσμου ταξιαρχίας· ὅτι εἰ καὶ διὰ τούτων ἀνάγονται, ἀλλὰ παρὰ τοῦ Θείου δέχονται τὰς ἐλλάμψεις, τῆς ἀρχῆς καὶ αἰτίας πάσης τάξεως, μὴ μόνον τῆς πρώτης, ἀλλὰ καὶ τῆς δευτέρας, καὶ τῆς τρίτης, καὶ εἴ τις ἄλλη ἐστί. Τοῦτο γάρ ἐστι νόμος, ὡς ἄν τις εἴποι, τοῦ παραγωγέως ἀμετάθετός τε καὶ εὔκοσμος, τὸ τὰ πράγματα συντηρεῖν τε καὶ τελειοῦν ἀφ' ἑαυτοῦ, εἰ καὶ διά τινων ἄλλων τὸ τοιοῦτον ἐπί τισι γίνεται.

A § II. Solvit hic igitur quæstionem, et dicit hoc non esse contrarium iis quæ ante definita sunt. Dicimus enim, postremas superiorum integras proprietates non obtinere, sed ex parte, pro virium suarum captu, earumdem participes existere; quoniam omnes sub unius sunt dominatu, et secundum hunc omnes componuntur ac conjunguntur. Exempli gratia, cherubim participes sunt sapientiæ sublimioris atque scientiæ, inferiores vero, et ipsæ sapientiam cognitionemque participant, sed respectu illorum partialem. Atque universim quidem hanc participare, commune est tam cherubim quam aliis: verum primitus et continenter, vel etiam secundario et inferiori gradu, non est jam commune, sed prout cuilibet, pro cujusque captu, fuerit definitum. B Dixit autem definitum, non fatum aliquod aut inevitabilem necessitatem indicans, quemadmodum multi dicere consueverunt; sed limitatam aliquam virtutis, forte mentis, proportionem supra quam nihil oporteat cogitare. Hoc autem quod de cherubim, et eis qui sub ipsis sunt, dictum est, si de aliis quoque quis dixerit, non errabit. Quemadmodum enim primi plenissime habent ea quæ inferiorum sunt, ita quoque ultimi priorum, verum **110** non æquali, sed inferiori gradu. Nihil igitur absurdi sit, ut puto, si noster quoque pontifex angelus dicatur, ut qui secundum virtutem propriam angelorum participet proprietatem, quæ res divinas interpretatur; in quo munere perficitur, adeoque ad angelorum interpretandi similitudinem extenditur, quantum videlicet hominibus fas est, et non C quantum angelis competit. Quemadmodum enim angeli divinam exponunt voluntatem, sic etiam pontifices per doctrinas suas. Quod si etiam opere juxta illud: *Quæcunque fecerunt, et quæ docuerunt*, hoc melius atque perfectum est.

§ III. Quin etiam reperies aliud quoddam perquam sublime nomen tam angelos quam homines Deo gratissimos habere, ab ipso nimirum Deo qui illis sine comparatione præcellit: nam arcanus ille Dei principatus superessentialiter omnibus eminet, supraque omnia locatus est, minimeque talis est, ut ex rebus creatis quidpiam ei simile vel esse vel omnino dici queat, prout ea ab inferioribus denominari supponitur. Quodnam vero est nomen? *Ego* D *dixi: Dii estis, et filii Excelsi omnes* [a]: hoc de hominibus dictum, et iterum etiam de angelis et de hominibus: *Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deorum deos dijudicat* [b]. Quid dicemus de hoc, nisi quod spirituales omnes angeli hominesque rationales ad unionem ejus totaliter conversi sint (*Diliges enim*, inquit lex, *Deum ex tota anima tua, et ex tota mente tua, et ex totis viribus tuis* [c]), et ad divinas ejus illustrationes, quantum scilcet fieri potest, expanduntur, idque indesinenter, ne contrario aliquo bonum intercipiatur? terminus enim virtutis malitia est, juxta illud: *Omnis con-*

[a] Psal. LXXXI, 6. [b] Ibid., 1. [c] Deut. VI, 5.

*summationis vidi finem, latum mandatum tuum nimis* [1]. Ejuscemodi itaque divino quoque nomine condecorantur propter divinam, si dictu fas sit, pro virili imitationem; Deum enim, quantum homini possibile est, imitando divinum quoque nomen merentur.

A ἡ καρδία κατὰ τὸ· *Πάσης συντελείας εἶδον πέρας, πλατεῖα ἡ ἐντολή σου σφόδρα.* Τὰ τοιαῦτα καὶ τῆς θεϊκῆς ἀξιοῦνται ὁμωνυμίας τῇ κατὰ δύναμιν, εἰ θέμις εἰπεῖν, θεομιμησίᾳ· ἐν τῷ μιμεῖσθαι γὰρ τὸν Θεὸν, ὡς ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ, καὶ τῆς θεωνυμίας ἀξιοῦνται.

---

## 111 CAPUT XIII.

*Cur a seraphim purgatus fuisse dicatur Isaias propheta.*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ'.

*Διὰ τί ὑπὸ τῶν σεραφὶμ λέγεται καθαρθῆναι ὁ προφήτης Ἡσαΐας.*

### SYNOPSIS CAPITIS.

I. *Quærit cur non infimi, sed supremi ordinis angelus Isaiam expiasse dicatur.* II. *Respondet, dici posse probabiliter non fuisse seraphinum, sed hoc nomine appellatum, ob modum expiandi per ignem.* III. *Refert alteram sententiam, quæ censet hunc angelum fuisse quidem ex inferiori ordine, sed expiandi munus supremo isti ordini attribuisse, quod virtute ejus expiaret, sicut v. g. summus pontifex dicitur ordinare per episcopos, et baptizare per sacerdotes, quia ipsi potestate ab ipso accepta id faciunt, quam sententiam magis probat.* IV. *Describit visionem Isaiæ,* v, *ubi vidit Dominum in throno sedentem, et seraphim in circuitu ejus, et narrat quomodo Isaias expiatus sit, et singula mystice exponit.*

### § I.

Agedum illud quoque pro viribus indagemus, B cur ad quemdam ex theologis seraphim mitti memoretur. Etenim dubitabit aliquis et hæsitabit, cur non quispiam inferiorum angelorum, verum is qui antiquissimis essentiis annumeratur, prophetam expiet [k].

Ἄγε δὴ καὶ τοῦτο κατὰ δύναμιν ἐπισκοπήσωμεν, ὅτου ἕνεκα πρὸς ἕνα τῶν θεολόγων ὁ σεραφὶμ ἀποστέλλεσθαι λέγεται· καὶ γὰρ ἀπορήσειέ τις [90] ὅτι μὴ τῶν ὑφειμένων τις ἀγγέλων, ἀλλ' αὐτὸς ὁ ταῖς πρεσβυτάταις οὐσίαις ἐνάριθμος [91] ἀποκαθαίρει τὸν ὑποφήτην.

### § II.

Nonnulli quidem, juxta superius assignatam de omnium intelligentiarum communione definitionem, aiunt Scripturam minime nominare quempiam primorum qui Deo præsto sunt spirituum ad theologum purgandum advenisse, sed aliquem ex iis qui nobis præfecti sunt angelis, quod sacro illo purgandi prophetam munere fungeretur, per æquivocationem seraphim vocatum esse, propter peccatorum quæ C recensita erant per incendium obliterationem, et expiati ad divinam obedientiam resuscitationem; adduntque Scripturam non aliquem ex iis qui Deo assident, commemorasse, sed ex virtutibus expiatricibus quæ nobis præsunt.

Τινὲς μὲν οὖν φασιν, ὅτι κατὰ τὸν ἤδη προαποδοθέντα τῆς πάντων τῶν νοῶν κοινωνίας ὅρον οὐχ ἕνα τῶν περὶ Θεὸν πρωτίστων νοῶν ὀνομάζει τὸ λόγιον ἐπὶ τὴν τοῦ θεολόγου κάθαρσιν ἐληλυθέναι, τινὰ δὲ τῶν ἡμῖν ἐφεστηκότων ἀγγέλων, ὡς [92] ἱερουργὸν τῆς τοῦ προφήτου καθάρσεως, τῇ τῶν σεραφὶμ ὁμωνυμίᾳ κληθῆναι, διὰ τὴν πρηστήριον τῶν εἰρημένων ἁμαρτιῶν ἀναίρεσιν, καὶ τὴν τοῦ καθαρθέντος ἐπὶ τὴν θείαν ὑπακοὴν ἀναζωπύρησιν· καὶ τὸ λόγιον ἕνα τῶν σεραφὶμ ἁπλῶς εἰρηκέναι φασὶν, οὐ τῶν περὶ Θεὸν ἱδρυμένων, ἀλλὰ τῶν ἡμῖν ἐφεστηκυιῶν καθαρτικῶν δυνάμεων.

### § III.

Alius item haud admodum incongruam hujus quæstionis mihi tradidit solutionem: aiebat enim, magnum illum (quiscunque tandem is fuerit) angelum, qui visionem hanc effinxerat, ut prophetam divinis rebus institueret, expiandi munus, quod sui erat officii in Deum, et post Deum, ad primævam illam hierarchiam retulisse. Ac nunquid hæc D oratio vera est? Referebat enim qui hoc asserebat,

Ἕτερος δὲ οὐ σφόδρα ἄτοπον παρέσχετό μοι τινα τὴν ἀπολογίαν ὑπὲρ τῆς παρούσης [93] ἐνστάσεως· ἔφη γὰρ, ὅτι τὴν οἰκείαν καθαρτικὴν [94] ἱερουργίαν ὁ μέγας ἐκεῖνος (ὅστις ποτὲ ἦν) ὁ τὴν ὅρασιν διαπλάσας ἄγγελος, εἰς τὸ μυῆσαι τὰ θεῖα τὸν θεολόγον, ἐπὶ Θεὸν καὶ μετὰ Θεὸν ἐπὶ τὴν πρωτουργὸν [95] ἱεραρχίαν ἀνέθηκε. Καὶ μήποτε ἄρα οὗτος ὁ λόγος ἀληθεύεται; Ἔλεγε γὰρ ὁ τοῦτο φήσας, ὡς ἡ θεαρχικὴ δύναμις

[1] Psal. cxviii, 96. [k] Isa. vi.

### VARIÆ LECTIONES.

[90] Ch. ἀπορήσειεν ἄν τις. [91] ἐναρίθμιος, P. D. [92] ὡς non habent M. P. B. Sc. [93] παθούσης, M. S. Budæi item codex; sed παρούσης correxit. [94] ἀποκαθαρτικὴν, Ch. [95] ἐπὶ τὴν πρώτην, Ch. Sar.

ἐπὶ πάντα φοιτῶσα χωρεῖ, καὶ διὰ πάντων ἀσχέτως διήκει, καὶ πᾶσιν αὖθίς ἐστιν ἀφανής, οὐ μόνον ὡς πάντων ὑπερουσίως ἐξῃρημένη, ἀλλὰ καὶ ὡς κρυφίως ἐπὶ πάντας [96] διεῖσα τὰς προνοητικὰς αὐτῆς ἐνεργείας, ἀλλὰ μὴν καὶ πᾶσι τοῖς νοεροῖς ἀναλόγως ἐπιφαίνεται, καὶ τὴν οἰκείαν φωτοδοσίαν [97] ἐγχειρίζουσα ταῖς πρεσβυτάταις οὐσίαις, δι' αὐτῶν ὡς πρώτων εἰς τὰς ὑποβεβηκυίας αὐτὴ εὐκόσμως διαδίδωσι [98], κατὰ τὴν ἑκάστης διακοσμήσεως θεοπτικὴν συμμετρίαν· ἢ ἵνα σαφέστερον εἴπω, καὶ δι' οἰκείων παραδειγμάτων, (εἰ καὶ ἀποδεόντων Θεοῦ τοῦ πάντων ἐξῃρημένου, πλὴν ἡμῖν ἐμφανεστέρων) ἡ τῆς ἡλιακῆς [99] ἀκτῖνος διάδοσις εἰς πρώτην ὕλην εὐδιαδότως χωρεῖ, τὴν πασῶν διειδεστέραν, καὶ δι' αὐτῆς ἐμφανέστερον ἀναλάμπει τὰς οἰκείας μαρμαρυγάς· προσβάλλουσα δὲ ταῖς παχυτέραις ὕλαις, ἀμυδροτέραν ἔχει τὴν διαδοτικὴν ἐπιφάνειαν, ἐκ τῆς τῶν φωτιζομένων ὑλῶν πρὸς φωτοδοσίαν [100] διαπορθμευτικὴν ἕξιν ἀνεπιτηδειότητος, καὶ κατὰ σμικρὸν ἐκ τούτου πρὸς τὸ τελείως [1] σχεδὸν ἀδιάδοτον συστέλλεται. Πάλιν ἡ πυρὸς θερμότης μᾶλλον ἑαυτὴν διαδίδωσιν εἰς τὰ δεκτικώτερα, καὶ πρὸς τὴν αὐτῆς ἀφομοίωσιν εὐεικτα καὶ ἀνάγωγα· πρὸς δὲ τὰς ἀντιτυπεῖς ἐναντίας [2] οὐσίας ἢ οὐδὲν ἢ ἀμυδρόν τι τῆς ἐκπυρωτικῆς ἐνεργείας ἴχνος ἀναφαίνεται· καὶ τὸ τούτου γε πλεῖον, ὅτι ταῖς συγγενέσι διὰ τῶν οἰκείως πρὸς αὐτὴν ἐχόντων προσβάλλει, πρῶτον, εἰ τύχοι πυρώδη ποιοῦσα τὰ πρὸς ἐκπύρωσιν εὐαλλοίωτα, καὶ δι' αὐτῶν ἢ ὕδωρ, ἢ ἕτερόν τι τῶν οὐκ εὐκόλως ἐκπυρουμένων ἀναλόγως θερμαίνουσα. Κατὰ τὸν αὐτὸν οὖν τῆς φυσικῆς εὐταξίας λόγον ὑπερφυῶς ἡ πάσης εὐκοσμίας ὁρατῆς καὶ ἀοράτου ταξιαρχία τὴν τῆς οἰκείας φωτοδοσίας λαμπρότητα πρωτοφανῶς ἐν πανολβίαις χύσεσι ταῖς ὑπερτάταις οὐσίαις ἀναφαίνει, καὶ διὰ τούτων αἱ μετ' αὐτὰς οὐσίαι τῆς θείας ἀκτῖνος μετέχουσιν. Αὗται γὰρ, ἐπιγνοῦσαι πρῶται Θεὸν, καὶ θείας ἀρετῆς ὑπερκειμένως ἐφιέμεναι, καὶ πρωτουργοὶ γενέσθαι τῆς, ὡς ἐφικτὸν, θεομιμήτου δυνάμεως καὶ ἐνεργείας ἠξίωνται, καὶ τὰς μετ' αὐτὰς οὐσίας αὗται [3] πρὸς τὸ ἐφάμιλλον, ὅση δύναμις, ἀγαθοειδῶς ἀνατείνουσιν, ἀφθόνως αὐταῖς μεταδιδοῦσαι τῆς εἰς αὐτὰς ἐπιφοιτησάσης αἴγλης, καὶ αὖθις ἐκεῖναι ταῖς ὑφειμέναις· καὶ καθ' ἑκάστην ἡ πρώτη τῇ μετ' αὐτὴν μεταδίδωσι τοῦ δωρουμένου, καὶ εἰς πάσας ἀναλόγως [4] προνοίᾳ διαφοιτῶντος θείου φωτός. Ἔστιν οὖν [5] ἅπασι τοῖς φωτιζομένοις ἀρχὴ τοῦ φωτίζεσθαι Θεὸς μὲν φύσει, καὶ ὄντως, καὶ κυρίως, ὡς φωτὸς οὐσία, καὶ αὐτοῦ τοῦ εἶναι καὶ ὁρᾶν αἴτιος· θέσει δὲ καὶ θεομιμήτως [6] ἡ κατὰ μέρος ὑπερκειμένη τῇ μετ' αὐτὴν ἑκάστῃ, τῷ τὰ θεῖα φῶτα δι' αὐτῆς εἰς ἐκείνην ἐποχετεύεσθαι. Τὴν οὖν ὑπερτάτην τῶν οὐρανίων νοῶν διακόσμησιν αἱ τῶν λοιπῶν ἁπάντων ἀγγέλων οὐσίαι κατὰ τὸ εἰκὸς μετὰ Θεὸν ἀρχὴν ἡγοῦνται πάσης

A quomodo vis illa Dei principalis, cum ad omnia emanando pertingeret, libereque cuncta permearet, etiam tum tamen omnibus inaspectabilis existeret, non solum quatenus superessentialiter omnibus antecellit, verum etiam in quantam occulte omnia providentiæ suæ penetrat **112** operatione : cunctis item naturis spiritalibus pro cujusque modulo illucet, dumque antiquissimis illis spiritibus lucis suæ radios immittit, per eosdem, utpote primos, inferioribus perquam ordinate se ad captum cujusque ordinis ac contemplandi facultatem dispertit. Ut autem dicam clarius, exemplis utar familiaribus (quæ tametsi Deo, qui cunctis eminet, non ita congruant, nobis tamen planiora sunt). solaris, inquam, radii diffusio materiam sibi proximam, quippe cæteris liquidiorem, facillime trajicit, et per eam coruscationes suas clarius succendit ; verum ubi in densiores aliquas materias inciderit, obscuriorem cernitur habere luminis diffusionem, ob materiarum, quæ illuminandæ sunt, ad lumen diffundendum ineptitudinem ; atque inde sensim ad hoc contrahitur, ut vix ultra distribui jam possit. Eodem modo calor ignis magis se diffundit in ea quæ ipsius sunt capaciora, et ad ejus similitudinem facile cedunt, et adducuntur ; verum in naturis illi reluctantibus contrariisve, vel nullum aut exile efficacitatis ejus igneæ vestigium apparet ; quodque hoc majus est, in ea quæ non sunt ejusdem generis, per illa quæ ipsi jam accommodata sunt se ingeri, ita ut primum, si ita res ferat, ignea faciat ea quæ facile ignescunt, atque iis adhibitis, aut aquam, aut aliquid aliud eorum quæ difficile ignescunt, eodem modo calefaciat. Secundum hanc igitur naturalis ordinis rationem, supernaturaliter fons omnis ordinis, cum visibilis tum invisibilis distributionis, propriæ splendorem illustrationis primordialiter per influxus beatissimos supremis istis essentiis manifestat, et per illas reliquæ deinceps divinum istum radium participant. Hæ enim cum primæ Deum agnoscerent, divinæque virtutis ejus desiderio summo tenerentur, hoc etiam assecutæ sunt, ut primæ ad divinæ potestatis atque actionis imitationem pro captu suo pervenirent ; eædemque inferiores ad eamdem imitationem, quantum possent, benigne promoverent, dum absque invidia in illas inditæ sibi lucis partem derivant, ipsæque vicissim in inferiores ; atque ita singillatim, prima sibi proximam ejus quod sibi datum est participem facit, sicque per providentiam in omnes pro cujusque captu divina lux distribuitur. Est igitur omnium quæ illustrantur illuminandi principium Deus quidem natura, et revera proprie ut lucis essentia, ipsiusque status et aspectus **113** auctor : ex instituto

## VARIÆ LECTIONES.

[96] γρ. πάντα. [97] καὶ τὴν οἰκείαν ἅμα φωτοδοσίαν, Ch. D. [98] εἰς τὰς ὑποβεβηκυίας ἑαυτὴν εὐκόσμως διαδίδωσι, D. αὐτὴν, S. ἑαυτὴν, P. αὐτὴ εὐκόσμως αὐτὴν, M. cum P. Scotus facit, cum impresso Sar. [99] ὅτι ἡ τῆς ἡλιακῆς, P. [100] φωτοδοσίας, S. P. D. Sc. Sar. . [1] τελέως, D. [2] τὰς ἀντιτύπους ἢ ἐναντίας, S. P. D. Ch. Sar. [3] αὗται, S. P. D. Ch. [4] ἀναλόγῳ, D. Ch. [5] ἔστι μὲν οὖν, Ch. [6] Θέσει δὲ, καὶ θεοειδῶς, M. θεοειδῶς δὲ καὶ θεομιμήτως, S. Sc.

autem Deique imitatione, quælibet superior ex parte cujuslibet inferioris, ad quam ejus interventu divina lumina trajiciuntur. Supremam igitur cœlestium intelligentiarum dispositionem, cæterorum angelorum omnium essentiæ, jure merito post Deum, omnis sacrosanctæ Dei cognitionis imitationisque principium esse censent, quod per illas in omnes ad nos usque Dei principalis illustratio derivetur; quapropter sacram omnem Deique imitatricem actionem ad Deum quidem ut auctorem referunt, ad primas autem ac deiformes mentes, ut primarios effectores divinorum operum ac magistros. Prima itaque sanctorum angelorum distributio magis præ reliquis igneam proprietatem continet, fusamque divinæ sapientiæ communionem, ac summæ divinarum illustrationum scientiæ usum atque peritiam, soliique proprietatem, quæ patulam ad Deum excipiendum capacitatem indicat: inferiorum autem essentiarum dispositiones hujus igneæ, sapientis, scientis, ac Dei capacis virtutis participes quidem sunt et ipsæ, sed inferiori gradu, et cum respectu ad priores per quas, ut divinæ imitationis præformatrices, ad deiformitatem pro captu suo promoventur. Dictas itaque proprietates sacrosanctas, quarum secundæ naturæ per primas participes effectæ sunt, iis ipsis post Deum, tanquam præpositis suis, acceptas ferunt.

A ἱερᾶς θεογνωσίας τε καὶ θεομιμησίας, ὡς δι' ἐκείνων εἰς πάσας καὶ εἰς ἡμᾶς [7] τῆς θεαρχικῆς ἐλλάμψεως διαδιδομένης· διὸ καὶ πᾶσαν ἱερὰν καὶ θεομίμητον ἐνέργειαν ἐπὶ Θεὸν μὲν ὡς αἴτιον ἀναφέρουσιν, ἐπὶ δὲ τοὺς πρώτους θεοειδεῖς νόας ὡς πρωτουργοὺς τῶν θείων καὶ διδασκάλους. Οὐκοῦν ἡ πρώτη τῶν ἁγίων ἀγγέλων διακόσμησις μᾶλλον ἀπασῶν ἔχει τὴν ἐμπύριον ἰδιότητα, καὶ τὴν κεχυμένην τῆς θεαρχικῆς σοφίας μετάδοσιν, καὶ τὸ γνωστικὸν τῆς ὑπερτάτης τῶν θείων ἐλλάμψεων ἐπιστήμης, καὶ τὴν θρονίαν ἰδιότητα τὴν ἀναπεπταμένην θεοδοχίαν ἐμφαίνουσαν· αἱ δὲ τῶν ὑφειμένων οὐσιῶν διακοσμήσεις τῆς ἐμπυρίου, τῆς σοφῆς, τῆς γνωστικῆς, τῆς θεοδόχου δυνάμεως μετέχουσι μὲν, ὑφειμένως δὲ, καὶ πρὸς τὰς πρώτας ὁρῶσαι, καὶ δι' αὐτῶν ὡς τοῦ θεομιμήτου B πρωτουργῶς ἠξιωμένων ἐπὶ τὸ τοῦ θεοειδοῦς ἐφικτὸν ἀναγόμεναι. Τὰς εἰρημένας οὖν ἁγίας ἰδιότητας, ὧν ἐν μετουσίᾳ διὰ τῶν πρώτων αἱ μετὰ αὐτὰς οὐσίαι γεγόνασιν, αὐταῖς ἐκείναις μετὰ Θεὸν ὡς ἱεράρχαις ἀνατιθέασιν.

## § IV.

Aiebat itaque qui hæc referebat, visionem quidem illam exhibitam esse theologo a quodam eorum, qui nobis præsunt, sanctorum ac beatorum angelorum, cujus illuminatrice manuductione ad spiritalem istam contemplationem fuerat evectus, in qua supremas illas essentias (quasi in symbolis, ut sic loquar) vidit infra Deum et juxta Deum et circa Deum collocatas, atque omnium insuper ipsarum superineffabiliter eminentem superprincipalem verticem, in medio supereminentium virtutum superpositum. Didicit itaque ex hisce visionibus theologus, Divinitatem, secundum omnem supernaturalem excellentiam, sine comparatione præstare omni visibili et invisibili virtuti, omnibusque insuper exemptam esse, ut quæ ne primis quidem istis essentiis ullo modo similis existat: ad hæc, ipsam omnium esse principium et causam substantificam, indissolubilisque rerum mansionis immutabile firmamentum, ex quo ut essent, et bene essent, supremæ etiam **114** virtutes habuissent: ipsas deinde deiformes sanctissimorum seraphim virtutes docebatur, quorum sacrum nomen quid igneum designat (17'), de quo nos paulo post dicemus, prout poterimus interpretari, istius igneæ virtutis ad divinam similitudinem impulsus. Porro cum senarum alarum sacræ fictionis absolutam summamque in Deum in primis ac mediis novissimisque menti-

Ἔλεγεν οὖν ὁ ταῦτα φήσας, τὴν μὲν ὅρασιν ἐκείνην ὑποδειχθῆναι τῷ θεολόγῳ δι' ἑνὸς τῶν ἐπιστατούντων ἡμῖν ἁγίων καὶ μακαρίων ἀγγέλων, καὶ πρὸς C τῆς φωτιστικῆς αὐτοῦ χειραγωγίας ἐπὶ τὴν νοερὰν [8] ἐκείνην θεωρίαν ἀνατεθῆναι, καθ' ἣν ἐώρα τὰς ὑπερτάτας οὐσίας (ὡς ἐν συμβόλοις εἰπεῖν) ὑπὸ Θεὸν καὶ μετὰ Θεοῦ [9] καὶ περὶ Θεὸν ἱδρυμένας, καὶ τὴν ἁπάντων καὶ αὐτῶν ὑπεραῤῥήτως ἐξῃρημένην ὑπεράρχιον ἀκρότητα ἐν μέσῳ τῶν ὑπερβεβηκυιῶν [10] δυνάμεων ὑπεριδρυμένην. Ἐμάνθανεν οὖν τοῖς ὁρωμένοις [11] ὁ θεολόγος, ὅτι κατὰ πᾶσαν ὑπερούσιον ὑπεροχὴν ἀσυγκρίτως ὑπερίδρυτο [12] τὸ Θεῖον, ἁπάσης ὁρατῆς καὶ ἀοράτου δυνάμεως, καὶ μὴν ὅτι πάντων ἐστὶν ἐξῃρημένον ὡς καθόλου, μηδὲ ταῖς πρώταις τῶν ὄντων οὐσίαις ἐμφερές· προσέτι καὶ τὸ πάντων αὐτὸ ἀρχὴν [13] καὶ αἰτίαν οὐσιοποιὸν εἶναι, καὶ τῆς τῶν ὄντων ἀδιαλύτου μονῆς ἀναλλοίωτον ἵδρυσιν, ὑφ' ἧς καὶ τὸ D εἶναι καὶ τὸ εὖ εἶναι, καὶ αὐταῖς ταῖς ὑπερβεβηκυίαις ἐστὶ δυνάμεσιν· εἶτα τὰς αὐτῶν τῶν ἀγνωτάτων σεραφὶμ ἐμυεῖτο θεοειδεῖς δυνάμεις, τῆς μὲν ἱερᾶς αὐτῶν ἐπωνυμίας τὸ ἐμπύριον σημαινούσης, περὶ οὗ μικρὸν ὕστερον ἡμεῖς ἐροῦμεν, ὡς ἡμῖν ἐφικτὸν ὑφηγήσασθαι τὰς ἐπὶ τὸ θεοειδὲς τῆς ἐμπυρίου δυνάμεως ἀναγωγάς. Τῆς δὲ τῶν πτερῶν ἑξαπλῆς ἱεροπλαστίας τὴν ἐπὶ τὸ Θεῖον ἐν πρώταις, ἐν μέσαις, ἐν τελευταίαις νοήσεσιν ἀπόλυτον καὶ ὑπερτάτην ἀνάστασιν, ἀλλὰ καὶ τὸ ἀπειρόπουν αὐτῶν

### VARIÆ LECTIONES.

[7] εἰς non est in D. P. Ch. [8] τὴν ἱερὰν, Ch. D. Sc. Sar. ἀναταθῆναι, M. S. P. D. Ch. Sar. [9] M. tantum habet. καὶ μετὰ Θεόν, quod sequitur Sc. [10] ὑποβεβηκυιῶν, P. D. Sar. [11] εἰρημένοις, D. [12] ὑπερίδρυται, Ch. [13] καὶ ἀρχὴν, D. Ch.

(17') Nomen scilicet Hebraice expressum, שרפים quod significat, *ardentes, fulgentes*; a radice שרף, *incendit, succendit*. Drach.

καὶ πολυπρόσωπον ὁρῶν ὁ ἱερὸς θεολόγος, καὶ τὸ τοῖς πτεροῖς ἀποδιαστέλλεσθαι τὴν ὑπὸ τοὺς πόδας καὶ τὴν ὑπὲρ τὰ πρόσωπα θεωρίαν, καὶ τὴν ἐν τοῖς μέσοις πτεροῖς ἀεικινησίαν, πρὸς τὴν νοητὴν τῶν ὁρωμένων ἀνήγετο γνῶσιν, ἐκφαινομένης αὐτῷ τῆς τῶν ὑπερτάτων νοῶν πολυπόρου καὶ πολυθεάμονος δυνάμεως, καὶ τῆς ἱερᾶς αὐτῶν εὐλαβείας, ἣν ἔχουσιν ὑπερκοσμίως εἰς τὴν τῶν ὑψηλοτέρων [14] καὶ βαθυτέρων αὐθάδη καὶ θρασεῖαν καὶ ἀνέφικτον ἔρευναν, καὶ τῆς ἐν συμμετρίᾳ τῶν θεομιμήτων ἐνεργειῶν ἀκαταλήκτου καὶ ὑψιπετοῦς ἀεικινησίας. Ἀλλὰ καὶ τὴν θεαρχικὴν ἐκείνην καὶ πολυτίμητον ὑμνῳδίαν ἐμυσταγωγεῖτο, τοῦ τυποῦντος τὴν ὅρασιν ἀγγέλου κατὰ δύναμιν τῷ θεολόγῳ μεταδιδόντος τῆς οἰκείας ἱερογνωσίας. Ἐδίδασκεν οὖν αὐτὸν καὶ τοῦτο, ὅτι κάθαρσίς ἐστι τοῖς ὀπωσοῦν καθαροῖς ἡ τῆς θεαρχικῆς διαυγείας ἀγνότητος [15] ὡς ἐφικτὸν μετουσία. Αὐτὴ δὲ [16], πρὸς αὐτῆς θεαρχίας ἐξηρημέναις αἰτίαις εἰς πάντας τοὺς ἱεροὺς νόας ὑπερουσίῳ κρυφιότητι τελετουργουμένη [17] ταῖς περὶ αὐτὴν ὡς ὑπερτάταις δυνάμεσιν, ἐκφανεστέρα πώς ἐστι καὶ μᾶλλον ἑαυτὴν ἐκφαίνει καὶ διαδίδωσιν· ἐπὶ δὲ τῶν δευτέρων ἢ τῶν ἐσχάτων ἡμῶν νοερῶν [18] δυνάμεων, ὡς αὐτῆς ἑκάστη κατὰ τὸ θεοειδὲς διέστηκεν, οὕτω τὴν φανὴν [19] αὐτῆς ἔλλαμψιν συνάγει πρὸς τὸ τῆς οἰκείας κρυφιότητος ἐνιαῖον ἄγνωστον. Ἐλλάμπει δὲ τοῖς καθ ἕκαστον δευτέρως διὰ τῶν πρώτων, καὶ, εἰ δεῖ συντόμως εἰπεῖν, πρώτως ἐκ τοῦ κρυφίου πρὸς τὸ ἐμφανὲς ἄγεται διὰ τῶν πρώτων δυνάμεων. Τοῦτο γοῦν ὁ θεολόγος ἐδιδάσκετο πρὸς τοῦ φωταγωγοῦντος αὐτὸν ἀγγέλου, τὸ τὴν κάθαρσιν καὶ πάσας τὰς θεαρχικὰς ἐνεργείας, διὰ τῶν πρώτων οὐσιῶν ἀναλαμπούσας, εἰς πάσας τὰς λοιπὰς διαδίδοσθαι κατὰ τὴν ἑκάστης πρὸς τὰς θεουργικὰς μετουσίας ἀναλογίαν· διὸ καὶ τὴν ἐμπυρίως καθαρτικὴν ἰδιότητα τοῖς σεραφὶμ εἰκότως μετὰ Θεὸν ἀνατέθεικεν. Οὐδὲν οὖν ἄτοπον, εἰ καθαίρειν λέγεται τὸν θεολόγον ὁ σεραφίμ. Ὡς γὰρ ὁ Θεὸς καθαίρει πάντας τῷ πάσης καθάρσεως εἶναι αἰτίας [20], μᾶλλον δὲ (παραπλησίῳ γὰρ χρήσομαι παραδείγματι), καθάπερ ὁ καθ' ἡμᾶς ἱεράρχης διὰ τῶν αὐτοῦ λειτουργῶν ἢ ἱερέων καθαίρων ἢ φωτίζων, αὐτὸς λέγεται καθαίρειν καὶ φωτίζειν τῶν δι' αὐτοῦ καθιερωμένων τάξεων ἐπ' αὐτὸν ἀνατιθεισῶν τὰς οἰκείας ἱερὰς ἐνεργείας· οὕτω καὶ τὴν οἰκείαν καθαρτικὴν ἐπιστήμην καὶ δύναμιν ὁ τὴν κάθαρσιν τοῦ θεολόγου τελετουργῶν [21] ἄγγελος, ἐπὶ Θεὸν μὲν ὡς αἴτιον, ἐπὶ δὲ τῶν σεραφὶμ ὡς πρωτουργὸν ἱεράρχην, ἀνατίθησιν· ὡς ἄν τις φαίη, μετ' εὐλαβείας ἀγγελικῆς τὸν ὑπ' αὐτοῦ καθαιρόμενον ἐκδιδάσκων· Ὅτι τῆς εἰς σὲ πρὸς ἐμοῦ τελετουργουμένης καθάρσεως ἀρχὴ μέν ἐστιν ἐξηρημένη, καὶ οὐσία, καὶ δημιουργὸς καὶ αἴτιος, ὁ καὶ τὰς πρώτας οὐσίας

bus excitationem, nec non innumerabiles eorum pedes, multasque facies sanctus ille theologus videret, utque alis tam pedum quam facierum aspectus arcerentur, alæque mediæ perpetuo moverentur, ad intelligibilem eorum quæ cernebat scientiam adducebatur, explicata illi supremorum spirituum multivaga plurimaque cernendi facultate, sacraque eorum reverentia, quam supermundialiter exhibent in subliniorum profundiorumque mysteriorum insolenti ac temeraria impenetrabilique perscrutatione, nec non optime digesta Deum imitantium actionum incessabili et altivolante perpetua motione. Quin et divinum illud præstantissimumque laudis canticum discebat, angelo qui visionem efformabat; prout poterat, ipsi theologo sacram suam scientiam communicante. Quin et hoc ipsum edocebat, quomodo divinæ claritatis ac munditiei pro cujusque captu participatio, quoquo modo mundis etiam esset expiationi. Quæ cum præcipuis de causis a Dei principatu in cunctis sacris mentibus superessentiali quodam secreto operatur, supremis tamen virtutibus Deoque proximis manifestior quodammodo existit; iisque magis se explanat et insinuat; secundis vero novissimisve nostris virtutibus hisce spiritalibus, prout quæque a deiformitate ipsa distat, ita claram ejus illustrationem ad secreti sui singularem confert ignorationem. Secundas porro sigillatim per primas illustrat, et ut summatim dicam, primitus ex occulto in apertum ducitur per virtutes primas. Hoc igitur theologus ab angelo, qui ipsum illustrabat, discebat, quomodo cum ipsamet expiatio, tum cæteræ Dei principales operationes omnes, per primas essentias elucentes, in omnes reliquas distribuantur, juxta cujuslibet ad deificas participationes capacitatem: quapropter per ignem expiandi proprietatem merito ipsis seraphim secundum Deum tribuit. Nequaquam igitur absurdum sit, si theologum expiare seraphim perhibetur. Ut enim Deus, hoc ipso quod omnis expiationis causa sit, omnes purificat, **115** vel potius (ut magis obvio exemplo utar) sicut apud nos pontifex, dum per ministros suos seu sacerdotes expiat, illuminatve, ipsemet expiare et illuminare dicitur, quod illi ordines, quos consecrat, sacrosanctas suas in ipsum referant actiones: sic angelus quoque qui theologum expiabat, propriam purgandi vim atque scientiam Deo quidem, ut auctori, seraphim vero, tanquam primicerio sacrorum antistiti, attribuit; ac si dicat, cum angelica quadam reverentia eum qui purgabatur instituens: Ejus quæ in te meo ministerio perficitur expiationis, principium quidem præcipuum, et essentia

## VARIÆ LECTIONES.

[14] εἰς τὴν τῶν ὑψηλοτέρων, D. [15] καὶ ἀγνότητος, D. et Bud. V. διαυγίας ἀγνότητος. ἀγνόητος, M. corrupte opinor; ejus lectionis tamen vestigium est in translatione Scoti, vertit enim, *incognitæ*. [16] αὕτη, Ch. D. [17] τελεσιουμένη, D. [18] ἡ τῶν ἡμῶν, M. P. Ch. Sc. Sar. ἢ τῶν πρὸ ἡμῶν, D. V. τῶν ἐσχάτων ἢ τῶν μέσων νοερῶν. [19] γρ. φαεινήν. [20] εἶναι αἰτία, D. S. P. εἶναι αἰτία καὶ ἀρχή, Ch. V. εἶναι αἴτιος. [21] τελεσιουργῶν, Ch.

opifexque atque auctor est is, qui primas etiam essentias et in lucem protulit, et juxta se collocando continet, atque conservat immutabiles, lapsusque expertes, et easdem movet ad primas providentiæ suæ operationes participandas; hoc enim is qui hæc me docuit, seraphim legationem declarare dixit. Principes autem sacrorum, et post Deum dux, primarum essentiarum ordo, a quo ego deiformiter expiare didici, is ipsius, inquam, est, qui per me te expiat, per quem providentiæ suæ actiones ex abdito ad nos produxit is, qui est auctor et effector omnis expiationis. Atque hæc ille quidem me docebat, tibi autem ipse trado; tuæ vero intelligendi discernendique scientiæ erit, aut per alteram dictarum causarum omni ambiguitatis scrupulo absolvi, eamque alteri, utpote probabilem, et consentaneam, ac forte veram, anteponere; aut per te, quid cum veritate conjunctius sit invenire, aut ab alio discere (Deo scilicet verbum tribuente, quod et angeli interpretentur), nobisque angelorum studiosis revelare clariorem (si fieri possit) mihique gratiorem contemplationem.

A καὶ πρὸς τὸ εἶναι παραγαγὼν, καὶ τῇ περὶ αὐτὸν ἱδρύσει συνέχων καὶ διατηρῶν ἀτρέπτους τε καὶ ἀμεταπτώτους αὐτοὺς, κινῶν[32] ἐπὶ τὰς πρώτας τῶν οἰκείων προνοητικῶν ἐνεργειῶν μετουσίας· τοῦτο γὰρ ὁ ταῦτά με διδάσκων ἔφη τὴν τοῦ σεραφὶμ ἐμφαίνειν ἀποστολήν. Ἱεράρχης δὲ καὶ μετὰ Θεὸν ἡγεμὼν, ὁ τῶν πρωτίστων οὐσιῶν διάκοσμος, παρ' οὗ τὸ καθαίρειν ἐγὼ θεοειδῶς ἐμυήθην, οὗτος οὖν ἐστιν ὁ δι' ἐμοῦ σε καθαίρων· δι' οὗ τὰς οἰκείας προνοητικὰς ἐνεργείας ἐκ τοῦ κρυφίου καὶ εἰς ἡμᾶς προήγαγεν ἡ πάσης αἰτία καὶ δημιουργὸς καθάρσεως. Ταῦτα μὲν ἐκεῖνος ἐδίδασκέ με, σοὶ δὲ ἐγὼ μεταδίδωμι· τῆς σῆς δ' ἂν εἴη νοερᾶς καὶ διακριτικῆς ἐπιστήμης, ἢ θατέραν τῶν εἰρημένων[33] αἰτιῶν ἀπολυθῆναι τῆς ἀπορίας, καὶ ταύτην τιμῆσαι πρὸ B τῆς ἑτέρας, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ τὸ εὔλογον, καὶ ἴσως τὸ ἀληθὲς ἔχουσαν· ἢ παρ' ἑαυτοῦ τι τοῦ ὄντως ἀληθοῦς συγγενέστερον ἐξευρεῖν, ἢ παρ' ἑτέρου μαθεῖν (Θεοῦ δηλαδὴ διδόντος ῥῆμα, καὶ προξενούντων ἀγγέλων), καὶ τοῖς φιλαγγέλοις ἡμῖν ἀνακαλύψαι διαυγῆ μᾶλλον (εἴπερ οἷόν τε ἦ[34]) καὶ ἐμοὶ μᾶλλον ἐραστὴν θεωρίαν.

---

## ADNOTATIONES CORDERII.

Ex hoc capite sancti Dionysii divus Thomas in prima parte, q. 112, art. 2, movet quæstionem utrum omnes angeli in ministerium mittantur, et in corpore respondet, angelos inferiores tantum mitti de lege communi, superiores vero ex divina dispensatione. Hoc enim, inquit, habet ordo divinæ Providentiæ, non solum in angelis, sed etiam in toto universo, quod inferiora per superiora administrentur: sed ab hoc ordine in rebus corporalibus aliquando ex divina dispensatione receditur, propter ordinem altiorem, secundum videlicet quod expedit ad gratiæ manifestationem.

Determinat etiam hoc capite sanctus Dionysius quamdam quæstionem, quæ mota fuit ex iis quæ c. 6, § 2, dicta sunt: ubi docet primam hierarchiam circa **116** Deum assidue versari, illique jugiter inhærere. Item cap. 7, § 2, ait primas illas essentias, quasi in vestibulo ipsius Divinitatis collocatas, etc. Quibus locis significari videtur, quod semper Deo assistant, et ad nos exterius non mittantur: cujus contrarium videtur docere Isaias c. VI, ubi dicit unum de seraphim missum ad purgandum prophetam.

§ I. Proponit quæstionem: quæ cum fundetur in distinctione muneris assistendi et ministrandi, notandum angelos posse dici diversimode Deo assistere. Ac primo quidem, si *assistere* sumatur pro *faciem Dei contemplari*, sic assistunt omnes boni angeli, qui semper vident faciem Patris qui in cœlis est (*Matth.* XVIII). Secundo, si *assistere* sumatur pro *immediate recipere illuminationes a Deo*, sic tantum assistunt tres primi ordines. Tertio, si *assistere* accipiatur pro *appropinquare Deo, et extraneum esse ab exterius missione*, sic assistunt quatuor primi ordines. Ministrare vero est nuntiare pro temporis opportunitate, vel operari secundum officium; est enim ministerium nuntii et officii.

§ II. Tradit primam quæstionis solutionem, scilicet, quod ille qui purgavit prophetam, fuerit de inferioribus ordinibus, dictus seraphim æquivoce, per imitationem actus superiorum, quia purgavit per ignem.

§ III. Ponit secundam solutionem, scilicet quod ille qui purgavit prophetam, fuerit de primo ordine; sed non purgaverit ministerio, sed auctoritate, in quantum videlicet inferior angelus virtute ipsius recepta purgavit prophetam: et sic reducitur operatio in ipsum. Confirmat autem hoc persimile virtutis divinæ, universaliter in omnia diffusæ, cujus illuminatio pervenit in intellectualia proportionaliter, non secus atque lux vel calor materialis, ea corpora quæ magis apta ad sui susceptionem invenit, magis illuminat aut accendit.

§ IV. Describit visionem et expiationem Isaiæ prophetæ, quam ipse de se cap. VI narrat, de qua ita Gregorius Theologus secundo *De theologia* libro ait: « Quid de Isaia et Ezechiele, qui uterque maximorum mysteriorum spectator fuit, ac de reliquis prophetis dicere poteris, ex quibus ille quidem Dominum Sabaoth sedentem in throno gloriæ vidit, et hunc a seraphinis sexaligeris stipatum, laudatum et obtectum, seque carbone ignis purgatum, et ad prophetiam instructum; hic vero vehiculum ex cherubinis describit, et super eos thronum, et super thronum firmamentum, et eum qui in firmamento apparebat, et voces quasdam et impetus, et actiones: atque hoc quidem, sive erat visum diurnum solis sanctis aspectabile sive nocturna et vera visio, sive informatio futurorum tanquam præsentium in mente,

## VARIÆ LECTIONES.

[32] καὶ αὐτὸς κινῶν, S. P. D. Sc. Sa. αὐτοκινῶν. M. Ch. [33] θατέρα, Ch D. θατέρων εἰρημένων, S. Bud. codex: correxit tamen, θατέρα τῶν, *alteram*, vertunt Sc. et Sar. [34] ἦ non est in Ch.; videtur legendum εἴη.

sive alia species arcana prophetiæ, non possum affirmare; Deus prophetarum novit, et quibus talia contigerunt. »

Nota autem ex P. Cornelio congruas aliquot rationes hujus visionis. Prima, ut per eam quasi consecraretur propheta et apostolus. Secunda, ut a cœlestibus spiritibus disceret, quomodo divina tractanda sint. Tertia, ut animaretur a Deo ad libere arguendam cæcitatem Judæorum. Quarta, ut doceretur mysterium SS. Trinitatis, et nobis idem adumbraret. Plura vide apud P. Cornelium, qui ad caput sextum Isaiæ hanc visionem fuse explicat, et simul illa quæ superius ad caput sextum et septimum notavimus.

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (18).

§ I. Φέρε καὶ ἑτέραν ἀπορίαν ζητήσωμεν, ἐπεὶ ἐναντιοφανὲς εἶναι δοκεῖ τοῖς λεχθεῖσιν· ἔφη γὰρ πρὸ τούτων, ὅτι τὰ κατώτερα ὑπὸ τῶν ὑπερκειμένων, οὐ μὴν τῶν ἀνωτάτω μυοῦνται. Ὅρα δὲ, ὅτι καὶ τότε ἐζητήθη ταῦτα, καὶ διαφόρως ἐπελύθη. Ζητεῖται γὰρ, τίνος ἕνεκα πρὸς τὸν Ἡσαΐαν ὁ σεραφὶμ ἀποστέλλεται, καὶ οὐκ ἐκ τῶν κατωτάτω ταγμάτων, ἐπεὶ ἐλέγομεν, εὐτάκτως ἡ μύησις γίνεται διὰ τῶν πρώτων εἰς τὰ δεύτερα· διὰ τί γοῦν καθαίρει τὸν ὑποφήτην ὁ ταῖς ἀνωτάτω τάξεσιν ἐναρίθμιος;

§ II. Τινὲς μὲν οὖν φασιν, ὅτι καὶ ὁ κατωτέρω ἄγγελος ὁμωνύμως σεραφὶμ ὀνομάζεται, κατ' αὐτὸν τὸν τῆς κοινωνίας λόγον, ὃν καὶ πρότερον ἐλέγομεν, ὅτι μετέχουσι καὶ τὰ κάτω τῶν ὑπερβεβηκότων, καὶ τὰ ὑπερβεβηκότα τῶν κάτω· εἰ καὶ ταῦτα μὲν ὁλικῶς, τὰ δὲ κάτω τῶν ὑπερβεβηκότων μερικῶς τε καὶ ἀμυδροτέρως. Διὰ τοῦτο οὐχ ἕνα τῶν πρωτίστων σεραφὶμ ὀνομάζει τὸ λόγιον ἐπὶ τὴν κάθαρσιν τοῦ προφήτου ἐληλυθέναι, τινὰ δὲ τῶν κατωτάτων ἀγγέλων, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐφεστηκότων, ὡς ἱερουργὸν τῆς καθάρσεως, σεραφὶμ ὁμωνύμως κληθῆναι· σεραφὶμ γὰρ ἐμπρηστὴς ἢ θερμαίνων ἑρμηνεύεται. Ἐπειοὖν ἔδει πρότερον ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν καθαρθῆναι τὸν προφήτην, καὶ εἶτα μυηθῆναι τὰ θεῖα, ἐκλήθη ὁ καθαίρων καὶ ἀναζωπυρῶν ἄγγελος διὰ τὴν τοιαύτην ἐνέργειαν σεραφίμ. Ὡς γοῦν ἐμπρηστὴς τὰς ἁμαρτίας κατέκαυσεν· ὡς δὲ θερμαίνων τὴν πρὸς τὴν θείαν ὑπακοὴν ἐνήργησεν ἀναζωπύρησιν· *Ἰδοὺ γὰρ ἐγὼ*, φησίν. Ὅθεν καὶ ἀπὸ τῆς ἐνεργείας ἐκλήθη ὁ ἄγγελος σεραφίμ, καὶ οὐκ ἦν εἷς τῶν πρὸς τὸν Θεὸν καὶ τῆς πρώτης τάξεως.

§ III. Ἕτερος δέ τις ἔδωκε λύσιν τῆς τοιαύτης ἀπορίας οὐ σφόδρα ἄτοπον. Τοῦτο δὲ οὐ πάντως πρὸς σύγκρισιν τοῦ μετρίου εἴρηκεν, ἤγουν τυχὸν ἄτοπον μὲν, ἀλλ' οὐ σφόδρα, ἀλλὰ μετρίως ἄτοπον. Οὐ τοῦτο, ἀλλὰ οὔτε ἄτοπον, οὔτε σφόδρα, κατὰ σχῆμα τὸ ἀπὸ κοινοῦ· καθὼς καὶ ὁ μέγας Γρηγόριος ὁ Θεολόγος ἔν τινι τῶν αὐτοῦ λόγων διδάσκει, ὡς τοῦ· « Οὐ διὰ τὰς δικαιοσύνας ἡμῶν ἃς ἐποιήσαμεν· οὐ γὰρ ἐποιήσαμεν. » Καὶ πάλιν· *Οὐκ ἐκ μέτρου δίδωσιν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα*, καθὼς παρὰ τῷ Εὐαγγελιστῇ Ἰωάννῃ εὕρηται. Εἶπε τοίνυν ἐκεῖνος ἀπολογίαν εὔλογον, ὅτι οὐκ ἀπεικὸς ἦν, τὸν μὲν προφήτην ἀναχθῆναι διά τινος τῶν ἐφεστώτων ἡμῶν ἀγγέλων· τέως δὲ ὁ τοιοῦτος ἄγγελος ὁ διαπλάσας τὴν τοιαύτην ὅρασιν· οὐ γὰρ γυμνὰ πράγματα καὶ οὐσίας οἱ προφῆται

§ I. Agedum etiam aliam quæstionem indagemus, quoniam videtur esse dictis contraria: dixit enim antea, inferiores a præcedentibus, non autem a supremis doceri. Observa autem, ut et hæc tunc quæsita, et diversimode soluta sint. Quæritur enim, cur ad Isaiam seraphim mittatur, et non aliquis ex ordinibus inferioribus, quandoquidem dixerimus, ordinate doctrinam tradi per primos inferioribus: quare ergo prophetam expiat is qui supremis ordinibus annumeratur?

§ II. Aliqui itaque dicunt, inferiorem angelum univoce seraphim nominari, secundum eamdem communicationis rationem quam antea assignavimus, **117** quod nimirum inferiores ea quæ superiorum sunt participent, uti et superiores ea quæ sunt inferiorum; licet hi quidem totaliter, illi vero tantum ex parte et remissiori gradu. Quocirca non dicit oraculum, primorum aliquem seraphim ad prophetam expiandum advenisse, sed quemdam ex inferioribus angelis qui hominibus præsunt, tanquam expiationis administrum, eodem cum seraphim nomine vocatum: seraphim enim *incensor* vel *calefactor* interpretatur. Cum itaque primum oporteret a peccatis prophetam expiari, ac deinde divina edoceri, is angelus, qui eum expiabat ac resuscitabat, propter istiusmodi operationem seraphim vocabatur. Tanquam incensor itaque peccata comburebat, tanquam calefactor vero ad divinam obedientiam ipsum excitabat. *Ecce enim me* [l], inquit. Quare etiam ab isto actu angelus seraphim vocatus est, cum non esset unus ex primo isto ordine, et qui circa Deum sunt.

§ III. Quidam alius item non admodum incongruam hujus quæstionis solutionem tradidit. Illud autem non omnino ad comparationem mediocritatis retulit, ac si forte absurdum quidem, sed non valde, at mediocriter absurdum esset. Non ita: sed neque absurdum, neque valde absurdum, juxta communem loquendi formam, quemadmodum magnus ille Gregorius Theologus in quodam sermone suo docet, ut in illo: «Non secundum justificationes nostras, quas fecimus nos; neque enim fecimus;» et iterum: *Non ad mensuram dat Deus spiritum* [m], sicut in evangelista Joanne reperitur. Protulit itaque honestam præcautionem, quod non absimile esset, prophetam adductum esse per aliquem nobis præpositorum angelorum. Hic autem angelus

[l] Isa. VI. [m] Joan. III, 34.

(18) Vide Schol S. Maximi, tom. II, cap. 15.

effluxerat ejusmodi visionem : non enim nudas res et essentias prophetæ videbant, sed ænigmata symbolaque ab angelis efficta. Iste igitur angelus qui theologum erudiebat, adduxit hunc ad Deum, et ad primam quæ post Deum est hierarchiam, scilicet seraphim : ita ut iterum adductio esset angeli adducentis. Et ait sanctus istam fortassis orationem esse veram. Quomodo autem vera sit, demonstrat explicando ea quæ dixit. Referebat enim, inquit, ille, quomodo divina vis ad omnia pertingeret, et ad omnia incomprehense ac sine mistione permearet : non enim ita continetur ab aliquo, ut alibi non prodeat. **118** Et iterum, omnibus est occultus ob duas has causas, quod nimirum ab omnibus superessentialiter exemptus sit, et dissimilis (simile autem a simili cognoscitur); et occulte providentias suas transfundat (quis enim novit sensum Domini?); ut merito semper vigilemus, nescientes rationes ejus, et horam qua res quælibet utiliter disponetur. Hanc itaque illustrationem etiam spiritalibus essentiis transmittit, verum pro cujusque captu, et juxta mensuram virtutis eorum qui illam recipiunt, primum nempe primis, et per illos inferioribus : uti etiam proprio ac sensibili exemplo declarat, quod iis quidem quæ dicuntur non satis congruit, nobis tamen notum est. Proponie enim radium solarem; hic trajicitur in primam materiam perlucidiorem, vitrum, verbi gratia, per quod clarius affulget. Quomodo clarius? Nobis videlicet, minime facta comparatione cum priori illustratione, sed cum proportione visus ad lumen recipiendum : siquidem lux copiosa visum potius obtundit, si non sit commensa oculis se excipientibus. Distribuitur etiam materiis crassioribus, et propter ineptitudinem, quam habent ad illustrationem trajiciendam, et obscura fit, eoque sensim contrahitur, ut distribui aliis non possit. Accipe et aliam ab igne contemplationem. Calor ignis magis se diffundit in ea quæ ipsius sunt capaciora, et ad calorem facile cedunt, et adducuntur : verum in naturis illi reluctantibus, ut adamantis, vel contrariis, ut aquæ, vel nullum aut exile efficacitatis ejus igneæ vestigium apparet : quodque hoc majus est, ad ea quæ non sunt cognata, verbi gratia, aquam (nam aqua frigida et humida est, ignis vero calidus et siccus), per alia quæ illi sunt cognata, verbi gratia, per vas primum accedit. Primum autem dixit, non quod immediate, sed per ea quæ prima sunt accedat primum ad ea quæ non sunt cognata, ad ea postmodum, verbi gratia, calefacienda : primum enim ignita faciendo illa quæ quoquo modo cognata sunt, per eadem etiam quæ non sunt cognata calefacit. Secundum hanc itaque rationem naturalem, ea quoque quæ supra naturam sunt considera: Deus enim omnis rectæ ordinationis ordinisque principatus, illustrationis suæ splendorem primordialiter, luculenta et admiranda fusione supremis illis mentibus manifestat, et per illas reliquæ deinceps istum radium participant. Hæ enim

A ἑώρων, ἀλλ' αἰνίγματα καὶ σύμβολα παρὰ τῶν ἀγγέλων διαπλαττόμενα. Ὁ ἄγγελος τοίνυν ἐκεῖνος ὁ τὸν θεολόγον μυῶν ἀνῆγε τοῦτον ἐπὶ Θεὸν, καὶ ἐπὶ τὴν πρώτην ἱεραρχίαν τὴν μετὰ Θεὸν, δηλονότι τὰ σεραφίμ· ὥστε πάλιν ἡ ὁδηγία παρὰ τοῦ ἀγγέλου ἦ τοῦ ἀνάγοντος. Καὶ λέγει ὁ ἅγιος· Μήποτέ ἐστιν ἀληθὴς οὗτος ὁ λόγος. Πῶς δὲ ἀληθὴς, ἀποδείκνυσι τοῦτο ἀπὸ τῆς τοῦ εἰπόντος ἐξηγήσεως. Ἔλεγε γὰρ ἐκεῖνος, φησὶν, ὡς ἡ θεία δύναμις ἐπὶ πάντα χωρεῖ, καὶ διὰ πάντων διήκει ἀσχέτως καὶ ἀκρατήτως· οὐδὲ γὰρ κατέχεταί τινι, ὡς μὴ ἐτέρωσε φοιτῆσαι. Καὶ πάλιν, πᾶσίν ἐστιν ἀφανὴς διὰ δύο τινὰς αἰτίας, ὅτι τε ὑπερουσίως ἐξῄρηται πάντων, καὶ ἀνόμοιός ἐστι, (τὸ ὅμοιον δὲ τῷ ὁμοίῳ γινώσκεται·) καὶ ὅτι κρυφίως διαπέμπει τὰς προνοίας αὐτῆς, (τίς γὰρ ἔγνω νοῦν B Κυρίου;) ἵνα ἴσως πάντοτε γρηγορῶμεν, οὐκ εἰδότες τοὺς λόγους αὐτῆς, καὶ τὴν ὥραν καθ' ἣν συμφερόντως ἕκαστον διοικηθήσεται. Ταύτην οὖν τὴν φωτοδοσίαν καὶ ταῖς νοεραῖς οὐσίαις διαπέμπει, πλὴν ἀναλόγως καὶ κατὰ τὸ μέτρον τῆς τῶν δεχομένων δυνάμεως, πρῶτον ταῖς πρωτίσταις, καὶ δι' ἐκείνων ταῖς ὑποδεεστέραις· ὃ δὴ καὶ δι' οἰκείου καὶ αἰσθητοῦ παραδείγματος σαφηνίζει, ἀποδέοντος μὲν πάντη πρὸς τὰ λεγόμενα, τέως δὲ γνωρίμου ἡμῖν. Ὑπόθου γὰρ ἡλιακὴν ἀκτῖνα· αὕτη διαδίδοται εἰς πρώτην ὕλην διειδεστέραν, ὕελον τυχὸν, δι' οὗτινος ὑέλου ἀναλάμπει ἐμφανέστερον. Πῶς ἐμφανέστερον; ἡμῖν δηλονότι, οὐ συγκριτικῶς πρὸς τὴν προτέραν ἔλλαμψιν, συμμέτρου δηλαδὴ γενομένης τῆς ὄψεως εἰς τὸ C τὸ φῶς παραδέξασθαι· τὸ γὰρ πολὺ φῶς μᾶλλον τὰς ὄψεις ἀμαυροῖ, εἰ τύχοι ἀσύμμετρον ὂν τοῖς ὑποδεχομένοις αὐτὸ ὀφθαλμοῖς. Διαδίδοται καὶ ταῖς παχυτέραις ὕλαις, καὶ διὰ τὴν ἐκείνων ἀνεπιτηδειότητα, ἣν ἔχουσι πρὸς τὴν τῆς φωτοχυσίας διαπόρθμευσιν, καὶ ἀμυδρὰ γίνεται, καὶ κατὰ μικρὸν πρὸς ἄλλα ἀδιάδοτος γίνεται. Λάβε μοι καὶ ἑτέραν θεωρίαν ἐκ τοῦ πυρός· Ἡ τοῦ πυρὸς θερμότης μᾶλλον διαδίδοται εἰς τὰ δεκτικώτερα, καὶ πρὸς τὴν θέρμην εὐεικτα καὶ εὐάγωγα· πρὸς δὲ τὰς ἀντιτύπους οὐσίας, ὡς τοὺς ἀδάμαντας, ἢ ἐναντίας, ὡς τὸ ὕδωρ, ἢ ὀλίγον ἢ οὐδὲν ἴχνος ἀναφαίνεται τῆς πυρώσεως· καὶ τὸ τούτου πλέον, ὅτι τοῖς μὴ συγγενέσιν, ἦγουν τυχὸν τῷ ὕδατι (τὸ γὰρ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, τὸ δὲ πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν·) δι' ἄλλων οἰκείως ἐχόντων πρὸς τὴν D θέρμην, δηλονότι ἀγγείου, προσβάλλει πρῶτον. Πρῶτον δὲ εἶπεν, οὐχ ὅτι ἀμέσως, ἀλλὰ διὰ τῶν πρώτων, προσβάλλει τοῖς μὴ συγγενέσι πρῶτον, πρὸς τὰ μετὰ ταῦτα τυχὸν θερμαινόμενα· πυρώδη γὰρ πρῶτον ποιοῦσα τὰ ποσῶς συγγενῆ, δι' ἐκείνων καὶ τὰ μὴ συγγενῆ θερμαίνει. Κατὰ τὸν αὐτὸν οὖν φυσικὸν λόγον νόει καὶ τὰ ὑπερφυῆ· ἡ πάσης γὰρ εὐκοσμίας ταξιαρχία, ὁ Θεὸς, τὴν τῆς αὐτοῦ φωτοδοσίας λαμπρότητα πρωτοφανῶς ταῖς ὑπερβεβηκυίαις ἀναφαίνει κατὰ χύσιν ἄφθονον καὶ πανθαύμαστον, καὶ διὰ τούτων μετέχουσι τῆς ἀκτῖνος τὰ δεύτερα. Αἱ γὰρ ὑπερβεβηκυῖαι, ἐπιγνοῦσαι πρώτως τὸν αὐτὸν δημιουργὸν, καὶ τῆς ἐκείνου καλλονῆς ἐφιέμεναι, πρωταυργοὶ γενέσθαι κατηξιώθησαν τῆς θεομιμήτου ἐνεργείας τε καὶ δυνάμεως· πρώτως γὰρ δι' αὐτῶν αἱ μετ' αὐτὰς

τὴν ἔλλαμψιν δέχονται, καθὼς καὶ αὗται παρὰ τοῦ Θεοῦ ταύτην δέχονται· ἀνατείνουσι γὰρ τὰς ὑπ' αὐτὰς ἀγαθοειδῶς καὶ δίχα παντὸς φθόνου (ἀγαθῷ γὰρ οὐδεὶς ἐγγίνεται φθόνος κατὰ τὸν Πλάτωνα,) πληρεστάτως μεταδιδοῦσαι τῆς αἴγλης, κἂν ἐκεῖναι, ὅσον χωροῦσι, δέχωνται. Τοῦτο γίνεται καὶ ἐπὶ ταῖς ἑτέραις ἕως καὶ τῶν ἐσχάτων. Ἔστιν οὖν ἅπασι τοῖς φωτιζομένοις ἀρχὴ τοῦ φωτίζεσθαι ὁ Θεὸς, φύσει καὶ ὄντως κυρίως ὡς φωτὸς πηγὴ, καὶ αὐτόφως, καὶ αἴτιος πᾶσι καὶ τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ ὁρᾶν αὐτὸ δὴ τὸ φῶς· θέσει δὲ καὶ κατὰ χάριν θεομιμήτως κατὰ μέρος μία τῇ ἑτέρᾳ, ἡ πρώτη τῇ μετ' αὐτὴν, ἐν τῷ δι' αὐτῆς εἰς ἐκείνην τὴν ἔλλαμψιν διέρχεσθαι, ὃ δὴ ἐποχετεύεσθαι εἶπεν, ἀπὸ μεταφορᾶς τοῦ διὰ σωλήνων διερχομένου ὕδατος. Τὸ δὲ τὰ οἰκεῖα ἐνεργεῖν, καὶ ἀπαύστως ἀνατετάσθαι πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἑαυτοὺς συστέλλεσθαι πάλιν, τὸ μὲν τῇ ἐφέσει, τὸ δὲ τῇ προσοχῇ καὶ τῇ εὐλαβείᾳ, τοῦτο ἂν κληθείη θεομίμητος ἀρετή. Τάξιν δὲ ὅμως τὴν ὡς ἄλλου ἐν ἄλλῳ διαφυλάττει· ὡς τό· Ζῇ ἐν ἐμοὶ ἡ ψυχή σου, ἀντὶ τοῦ, ἡ διδασκαλία σου, καὶ ἡ ταύτης μετάδοσις. Τέως δὲ τὸ μὲν θέσει ἐστὶν ἐκεῖ, τὸ δὲ συμβεβηκὸς οὐ πάνυ τι κληθείη· τὸ γὰρ συμβεβηκὸς ἐν ὑποκειμένῳ ἐστίν· ἀσύνθετα δὲ καὶ ἄϋλα ἐκεῖνα, καὶ τὰ εἴδη αὐτῶν, ζωαὶ, οὐχ ὡς ἐν ὕλῃ εἰσί. Τὴν γοῦν ὑπερτάτην διακόσμησιν αἱ λοιπαὶ οὐράνιαι οὐσίαι, τέως μετὰ Θεὸν ἀρχὴν ἡγοῦνται τῆς θεογνωσίας καὶ τῆς θεομιμησίας αὐτῶν, ὡς δι' ἐκείνων εἰς αὐτὰς διαδιδομένης τῆς ἐλλάμψεως· διὸ καὶ πᾶσαν ἐνέργειαν ἐπὶ Θεὸν μὲν ἀναφέρουσιν, ὡς εἰς ἀρχηγὸν καὶ αἴτιον, αὖθις δὲ μετ' αὐτὸν ἐπὶ τοὺς πρώτους, ὡς πρώτως εἰς αὐτοὺς τὰ τῆς θεομιμησίας ἀναφαίνοντας καὶ διδάσκοντας. Λοιπὸν ἡ πρώτη τάξις, μᾶλλον τῶν ἄλλων, τὰ προσόντα ἑαυτῇ ἔχει τὸ ἐμπύριον, ὅπερ ἐστὶ τῶν σεραφὶμ, τὴν τῆς σοφίας χύσιν, ἔτι δὲ καὶ τὸ γνωστικὸν τῆς ἐπιστήμης τῶν θείων ἐλλάμψεων, (ἡ ἐπιστήμη γὰρ πρὸς τὰ ἐπιστητά ἐστι,) καὶ τὴν τῶν θρόνων ἰδιότητα, τὸ ἀνεψγμένην δηλονότι τὴν περὶ τοῦ Θείου νόησιν ἔχειν, ὃ δὴ θεοδοχία ἐστί τε καὶ ὀνομάζεται. Ἡ δὲ μετ' αὐτὴν τάξις μετέχει μὲν τῶν τοιούτων δυνάμεων, ὑφειμένως δὲ, καὶ πρὸς τὰς πρώτας ὁρῶσαι, δι' αὐτῶν ὡς πρώτως ἠξιωμένων τῆς θεομιμησίας ἐπὶ τὸ θεοειδὲς ὡς ἐφικτὸν ἀνάγονται· ἀνατιθέασι γοῦν ταῖς πρώταις ὡς ἱεράρχαις μετὰ Θεὸν τὰς ἰδιότητας ἐκείνων, ὧν αὗται ἐν μετουσίᾳ γίνονται.

A supremæ cum primum auctorem suum agnoscerent, **119** pulchritudinisque ejusque desiderio tenerentur, hoc etiam assecutæ sunt, ut primæ ad divinæ potestatis atque actionis imitationem pervenirent : sequentes enim primum per ipsas illustrationem accipiunt, quemadmodum ipsæ a Deo illam accipiunt; quoniam his eam benigne et absque ulla invidia expandunt (bono enim nullo inest invidia, ut Plato ait), plenissime splendorem suum transfundentes, quamvis ipsæ tantum, quantum capiunt, accipiunt. Quod etiam reliquis ad postremas usque usuvenit. Est igitur omnium quæ illustrantur illuminandi principium Deus, natura quidem et revera proprie ut fons lucis, et per se lux et auctor omnibus ut et sint, et ipsum lumen B videant; ex instituto autem, et secundum gratiam Dei imitatione ex parte una alteri, prima sequenti, dum per ipsam ad illam transit illustratio; hoc utique derivandi vocabulo usus per metaphoram, a canalibus per quos aqua transit. Porro quod quæ sua sunt agant, et incessanter in Deum intendant, et in semetipsi denuo colligantur, illud quidem affectu, hoc vero attentione ac reverentia, vocari possit virtus, quæ Deum imitatur. Quin et ordinem quoque ut alius in alio observat, juxta illud, Vivit in me anima tua, id est doctrina tua, ejusque communicatio. Verum quidem illud ex instituto sic se habet, at non omnino per accidens ita aliquid vocari posset; nam accidens in subjecto C est; sed illa sunt incomposita et materiæ expertia, speciesque illorum vitæ, non sicut in materia, sunt. Supremam igitur cœlestium intelligentiarum dispositionem reliquæ cœlestes essentiæ, huc usque post Deum divinæ cognitionis imitationesque suæ principium esse censent, quod per illas in ipsas illustratio derivetur; quapropter etiam omnem actionem suam, ad Deum quidem ut principem et auctorem referunt, deinde vero post ipsum ad primas illas mentes, tanquam quæ primæ in semetipsis divinas imitationes et exhibeant et doceant. Cæterum primus ille ordo qui seraphim est, reliquis magis in se igneam continet seu sapientiæ D fusionem, atque insuper scientiæ divinarum illustrationum peritiam (scientia enim ad res scibiles refertur) thronorumque proprietatem, quæ nimirum patulam ad Deum intelligentiam habet, quod Dei susceptio et est et appellatur. Ordo qui hunc sequitur istiusmodi quidem virtutes participat, sed inferiori gradu, et **120** cum respectu ad priores, per quos, tanquam divinæ imitationis primicerios, ad deiformitatem pro captu suo promoventur; quare etiam primis illis, tanquam præpositis suis, post Deum acceptas ferunt proprietates istas quarum participes facti sunt.

§ IV. Ἔλεγε γοῦν ὁ ταύτην τὴν λύσιν ποιούμενος, (οἶμαι δὲ, ὁ μέγας ἦν Ἱερόθεος, ἢ εἴ τις ἄλλος κατ' ἐκεῖνον,) ὅτι ἡ μὲν ὅρασις ἐκείνη ὑπεδείχθη τῷ προφήτῃ δι' ἑνὸς τῶν ἀγγέλων, ἀναταθέντι παρὰ τῆς χειραγωγίας ἐκείνου εἰς τὴν θεωρίαν ἐκείνην, καθ' ἣν ἑώρατας ὑπερτάτας οὐσίας, ὡς ἐν συμβόλοις, ἑξαπτερύγους ὑπὸ Θεὸν (ὅτι μέγα ἦν τὸ τοῦ καθημένου ὑπεξηρημένον), καὶ μετὰ Θεοῦ (οὐ γὰρ ἦσαν πρὸ ἐκείνων ἕτεραι τάξεις), καὶ περὶ Θεὸν, ὅτι κύκλῳ ἵσταντο. Τὸ δὲ ἱδρυμένων τῶν

§ IV. Aiebat itaque qui hanc solutionem tradiderat (puto autem magnum Hierotheum fuisse, vel si quis alius illi secundus sit) visionem quidem illam exhibitam prophetæ per aliquem angelum, cujus manuductione ad istam contemplationem fuerat evectus, in qua supremas illas essentias, quasi in symbolis, sex alas habentes vidit infra Deum (quoniam perquam eximia erat majestas sedentis); et juxta Deum (quia non erant alli ordines priores iis),

et circa Deum, quoniam in circuitu stabant. Quod autem ordines illi firmati essent, designat illos ergo inferiora esse inflexibiles et immobiles. Ad hæc vidit eminentem verticem in medio eorum desuper firmatum, ex quorum symbolorum visionibus didicit, divinum Numen secundum omnem supernaturalem excellentiam, sine comparatione antecellere visibilem omnem et invisibilem naturam; didicit, ab omnibus insuper divinum Numen exemptum esse, tanquam dominum a servis, et creatorem a creaturis : et non solum aliis, sed ne primis quidem substantiis simile existere; tum quia illud in throno ordinesque cum tremore circumstantes vidit, tum quia primos ordines vidit. Si itaque divinum Numen ne primis quidem simile existebat, quid cogitabit quis de sequentibus? Tertio quoque didicit, Deum omnium esse principium et causam, indissolubilem et immutabilem, ex qua tam esse quam bene esse illis obtigit. Unde autem et illud dicit? Ex eo quod omnia ad ipsum spectent, omnlaque ad eum tendant, ut qui benigne omnino victoriæ præmium tribuat. Quomodo post contemplationem circa Numen divinum deiformes deinde virtutes ac seraphim didicit, et non secundum ordinem ista patefacta sunt? Ac dicere liceat, quod supereminens gloria sedentis ipsum fecerit illic primum obtutum figere, ac deinde, postquam id quod Domini erat medium ac ministrorum diversitatem didicerat, virtutes seraphim edoctum esse; quoniam virtutes igneæ sunt, juxta denominationem suam, uti paulo post hic sanctus tradidit et explicuit capite 15. Didicit quoque senarum alarum sacram fictionem, **121** quemadmodum etiam ante dixerat, mentem omnem et primos et medios et postremos ordines habere. Erat itaque illic etiam istiusmodi triplex ordo in suprema et absoluta intentione : siquidem quæ alæ solutæ apparebant. Quin et carentia pedum, et multitudo pedum eorum, ac quod duabus quidem alis absconderent ac tegerent pedes suos, duabus item aspectum facierum suarum abderent, duabus vero mediis semper moverentur, hæc, inquam, ab ipso visa ad notitiam eam adducebant, per multas quidem facies ipsi declarando vim multivagam plurimaque cernendi facultatem; per obvelationem vero, eam quam exhibent reverentiam in sublimiorum, profundiorumque mysteriorum audaci et inscrutabili investigatione (sublimiorum quidem, quia facies, profundiorum vero, quoniam pedes tegunt) per continuam vero motionem, altivolantis et incessabilis Dei imitationis operationes. Quin et laudis illud canticum, quod a Deo incipit et in Deum desinit : *Sanctus, sanctus, sanctus* [a], propheta edocebatur ab angelo, ipsi ejuscemodi sacram notitiam communicante : nam istiusmodi scientiam ipse primus a præcessoribus suis accipiens, prophetæ tradebat : ad hæc ipsum edocebat, Dei participationem quoquo modo puris expiationi

[a] Isa. VI, 3.

Ἀλλ' αἱ μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς οὐσίαι καὶ τάξεις, ὧν ἤδη μνήμην ἱερὰν ἐποιησάμην, ἀσώματοί τέ εἰσι, καὶ νοητὴ καὶ ὑπερκόσμιός ἐστιν ἡ κατ' αὐτὰς ἱεραρχία· τὴν καθ' ἡμᾶς δὲ ὁρῶμεν ἀναλόγως ἡμῖν αὐτοῖς τῇ τῶν αἰσθητῶν συμβόλων ποικιλίᾳ πληθυομένην[80], ὑφ' ὧν ἱεραρχικῶς ἐπὶ τὴν ἐνοειδῆ θέωσιν ἐν συμμετρίᾳ τῇ καθ' ἡμᾶς ἀναγόμεθα, Θεόν τε καὶ θείαν ἀρετήν. Αἱ μὲν, ὡς νόες, νοοῦσι κατὰ τὸ αὐταῖς θεμιτόν· ἡμεῖς δὲ αἰσθηταῖς εἰκόσιν ἐπὶ τὰς θείας, ὡς δυνατὸν, ἀναγόμεθα θεωρίας. Ἀληθῶς τε εἰπεῖν, ἓν μέν ἐστιν, οὗ πάντες οἱ θεοειδεῖς[81] ἐφίενται, μετέχουσι δὲ οὐχ ἑνιαίως ταὐτοῦ τε καὶ ἑνὸς ὄντος, ἀλλ' ὡς ἑκάστῳ τὰ θεῖα ζυγὰ διανέμει κατ' ἀξίαν τὴν ἀποκλήρωσιν.

Cæterum sublimiores istæ naturæ ordinesque, quarum venerandam supra feci mentionem, et incorporeæ sunt, et spiritalis ac supermundialis sacer illarum magistratus existit; nostrum vero cernimus, diversa ab ipsis ratione, sensibilium varietate signorum multiplicari, quibus sacrosancte ad uniformem deiformitatem pro captu nostro, et ad Deum divinamque virtutem promovemur. Istæ quidem, utpote mentes, prout illis fas est intelligunt; nos vero a sensu perceptis imaginibus ad divinas, quantum possumus, contemplationes sublevamur. Et ut vere dicam, unum quidem est, quod omnes qui deiformes sunt appetunt, ejus tamen, quod omnino unum atque idem est, non unimode participes existunt, sed prout cuilibet pro merito sortem divina trutina distribuit.

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἡμῖν ἐν τῇ περὶ νοητῶν τε καὶ αἰσθητῶν πραγματείᾳ διεξοδικώτερον εἴρηται· νῦν δὲ τὴν καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίαν, ἀρχήν τε αὐτῆς καὶ οὐσίαν, ὡς οἷόν τε, εἰπεῖν πειράσομαι, τὴν πασῶν ἱεραρχιῶν ἀρχήν τε καὶ τελείωσιν, Ἰησοῦν ἐπικαλεσάμενος.

Verum ista in opere de iis quæ sub intellectum ac sensum cadunt, fusius a nobis enucleata sunt; modo vero sacrum nostrum ordinem, ejusdemque originem et essentiam, quoad facultas suppetit, exponere conabor, omnium sacrorum ordinum principium ac consummationem invocans Jesum.

## § III.

Ἔστι μὲν ἱεραρχία πᾶσα, κατὰ τὸ σεπτὸν τῆς ἡμῶν παραδόσεως[82], ὁ πᾶς τῶν ὑποκειμένων ἱερῶν λόγος, καθολικωτάτη[83] τῶν τῇδε τυχὸν ἱεραρχίας, ἢ τῇδε ἱερῶν συγκεφαλαίωσις. Ἡ καθ' ἡμᾶς οὖν ἱεραρχία λέγεται καὶ ἔστιν ἡ περιεκτικὴ τῶν κατ' αὐτὴν ἁπάντων ἱερῶν πραγματεία, καθ' ἣν ὁ θεῖος ἱεράρχης τελούμενος, ἁπάντων ἕξει τῶν κατ' αὐτὸν ἱερωτάτων τὴν μέθεξιν, ὡς ἱεραρχίας ἐπώνυμος. Ὡς γὰρ ἱεραρχίαν ὁ φήσας, ἁπάντων ὁμοῦ συλλήβδην ἔφη τὴν τῶν ἱερῶν διακόσμησιν· οὕτως ἱεράρχην ὁ λέγων δηλοῖ τὸν ἔνθεόν τε καὶ θεῖον ἄνδρα, τὸν πάσης ἱερᾶς ἐπιστήμονα γνώσεως, ἐν ᾧ καὶ καθαρῶς ἡ κατ' αὐτὸν ἱεραρχία πᾶσα τελεῖται καὶ γινώσκεται. Ταύτης ἀρχὴ τῆς ἱεραρχίας ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, ἡ οὐσία τῆς ἀγαθότητος, ἡ μία τῶν ὄντων αἰτία Τριάς, ἐξ ἧς καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ εὖ εἶναι τοῖς οὖσι δι' ἀγαθότητα. Ταύτῃ δὲ τῇ πάντων ἐπέκεινα θεαρχικωτάτῃ μακαριότητι, τῇ τρισσῇ τῇ μονάδι τῇ ὄντως οὔσῃ, κατὰ τὸ ἡμῖν μὲν ἀνέφικτον, αὐτῇ δὲ ἐπιστητὸν, θέλημα μέν ἐστιν ἡ λογικὴ σωτηρία καθ' ἡμᾶς[84] τε καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς οὐσιῶν· ἡ δὲ οὐχ ἑτέρως γενέσθαι δύναται, μὴ

Est hierarchia seu ordo sacer omnis juxta venerandam nobis sacrosanctam traditionem, universalis rerum sacrarum illi subjectarum ratio, seu generalissima eorum, quæ sub ordinem cadunt, id est sacrorum summa. Sacer igitur ordo noster dicitur et est functio, universa sacra in se complectens, qua divinus pontifex initiatus, omnium per se rerum sacratissimarum particeps existit, in quantum sacerdos summus appellatur. Sicut enim qui sacrum ordinem nominavit, omnium simul compendio sacrorum dixit dispensationem; ita qui summum sacerdotem appellat, Deo intime unitum ac divinum plane virum significat, omni sacra cognitione perpolitum, in quo omnis, quæ illi inest, potestas sacra consummatur atque cognoscitur. Hujus origo sacri principatus fons est vitæ, **156** essentia bonitatis, una rerum omnium causa Trinitas, ex qua per bonitatis redundantiam et ipsum esse, ac bene esse rebus. Huic autem omnia transcendenti divinissimæ beatitudini, trinæ unitati, vere existenti, modo quidem nobis incomprehenso, ipsi autem notissimo

### VARIÆ LECTIONES.

[79] ἑτέρως εἰσηγεῖσθαι, M. S. B. corrigit ἑτέροις. [80] πληθυνομένην, V. minor, D. Ch. [81] ἑνοειδεῖς, V. major, D. Ch. P. Sc. Sar. [82] κατὰ τὸ σεπτὸν τῆς ἡμῶν ἱερᾶς παραδόσεως, Vien. maj. D. P. S. Sc. Sar. νοερᾶς, Ch. [83] ἱερωσύνης λόγος, ἡ καθολ. Ch. D. M.; ἱερὸς λόγος P. Sar. [84] τῶν καθ' ἡμᾶς, D. P. S.

in votis quidem est rationalis (creaturæ) salus, tam nostra quam mentium supernarum; verumtamen hæc salus iis qui salvantur nonnisi jam deificatis potest obtingere. Est autem hæc deificatio, Dei quædam, quoad fieri potest, assimilatio unioque. Omni porro ordini sacro communis scopus est, erga Deum et res divinas continua dilectio, quæ divinitus inseritur, et per ejus unionem consummatur, quæque hac prior est, illi adversantium omnimoda et irrevertibilis fuga, cognitio rerum qua res sunt, sacræ veritatis visio scientiaque, simplicis perfectionis ejus qui summe simplex est, divina participatio; fruitio intuitionis, quæ omnem sui contemplatorem spiritali modo reficit deificatque.

Λ Θεουμένων τῶν σωζομένων. Ἡ δὲ θεωσίς ἐστιν ἡ πρὸς Θεὸν, ὡς ἐφικτὸν, ἀφομοίωσίς τε καὶ ἕνωσις. Ἀπάσης δὲ τοῦτο κοινὸν ἱεραρχίας[85] τὸ πέρας, ἡ πρὸς Θεόν τε καὶ τὰ θεῖα προσεχὴς ἀγάπησις, ἐνθέως τε καὶ ἐνιαίως ἱερουργουμένη, καὶ πρό γε τούτου τῶν ἐναντίων ἡ παντελὴς καὶ ἀνεπίστροφος ἀποφοίτησις, ἡ γνῶσις τῶν ὄντων ᾗ ὄντα ἐστὶν, ἡ τῆς ἱερᾶς ἀληθείας ὅρασίς τε καὶ ἐπιστήμη, ἡ τῆς ἐνειδοῦς τελειώσεως ἔνθεος μέθεξις, αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς ὡς ἐφικτόν· ἡ τῆς ἐποψίας ἑστίασις, τρέφουσα νοητῶς καὶ θεοῦσα πάντα τὸν εἰς αὐτὴν ἀνατεινόμενον.

## § IV.

Dicimus itaque, Dei principalem beatitudinem, quæ natura Deitas est, principium deificationis, ex quo ii qui deificandi sunt deificantur, divina bonitate sacrum ordinem, in salutem et deificationem omnium, cum rationalium tum spiritalium essentiarum, concessisse. Ac superis quidem beatoque otio fruentibus, modo magis immateriato ac spiritaliori (non enim extrinsecus eos Deus ad divina movet, sed intelligibili ratione, atque intrinsecus pura liquidaque illustratione divinissimam iis voluntatem irradiando) nobis autem, quod simplicius illis collectimque præstitum, ex divinitus traditis eloquiis, pro captu nostro, divisibilium varietate multitudineque signorum donatum est. Substantia enim hierarchiæ nostræ sunt divinitus tradita oracula. Maxime vero ista oracula dicimus veneranda, quæ a sacris nostris initiatoribus divino Spiritu afflatis, in Scripturis sacris librisque theologicis tradita nobis sunt; uti et illa quæ ab iisdem viris sanctis subtiliori, non omnino dissita ab ordine cœlesti insinuatione, de mente in mentem, mediante verbo, corporeo quidem illo, simul tamen immateriato, sine scriptione, institutores nostri sacra quadam traductione sunt edocti. Neque vero ista divino Spiritu afflatorum sacrorum præsulum monumenta, in sacri ordinis commune bonum, propatulis intelligentiis, sed symbolis quibusdam sacris traducta sunt; non enim quilibet sacerdos, **157** neque omnium, ut eloquia tradunt, scientia est.

B Λέγωμεν[86] τοίνυν, ἡ θεαρχικὴ μακαριότης, ἡ φύσει Θεότης, ἡ ἀρχὴ τῆς θεώσεως, ἐξ ἧς τὸ θεοῦσθαι τοῖς θεουμένοις ἀγαθότητι θείᾳ[87] τὴν ἱεραρχίαν, ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ θεώσει πάντων τῶν λογικῶν τε καὶ νοερῶν οὐσιῶν, ἐδωρήσατο. Καὶ ταῖς μὲν ὑπερκοσμίοις καὶ μακαρίαις λήξεσιν, ἀϋλοτερόν τε καὶ νοερώτερον, (οὐ[88] γὰρ ἔξωθεν αὐτὰς ὁ Θεὸς ἐπὶ τὰ θεῖα κινεῖ, νοητῶς δὲ, καὶ ἔνδοθεν ἐλλαμπομένων αὐτῶν ἐν αὐγῇ καθαρᾷ καὶ ἀΰλῳ τὴν θειοτάτην βούλησιν,) ἡμῖν δὲ τὸ ἐκείναις ἐνιαίως τε καὶ συνεπτυγμένως δωρηθὲν ἐκ τῶν θεοπαραδότων λογίων, ὡς ἡμῖν ἐφικτὸν, ἐν ποικιλίᾳ καὶ πλήθει διαιρετῶν συμβόλων δεδώρηται. Οὐσία γὰρ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἐστὶ τὰ θεοπαράδοτα λόγια. Σεπτότατα δὲ λόγια ταῦτά φαμεν, ὅσα πρὸς τῶν ἐνθέων ἡμῶν ἱεροτελεστῶν ἐν ἁγιογράφοις ἡμῖν καὶ θεολογικαῖς δεδώρηται δέλτοις· καὶ μὴν ὅσα πρὸς τῶν αὐτῶν ἱερῶν ἀνδρῶν ἀϋλοτέρᾳ μυήσει, καὶ γείτονί πως ἤδη τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας, ἐκ νοὸς εἰς νοῦν, διὰ μέσου λόγου, σωματικοῦ μὲν, ἀϋλοτέρου δὲ ὅμως, γραφῆς ἐκτὸς, οἱ καθηγεμόνες ἡμῶν ἐμυήθησαν. Οὐδὲ ταῦτα τῶν ἐνθέων ἱεραρχῶν εἰς τὸ τῆς ἱερουργίας κοινὸν ἀπαρακαλύπτοις[89] νοήσεσιν, ἀλλ' ἐν συμβόλοις ἱεροῖς παραδεδωκότων· ἔστι γὰρ οὐ πᾶς ἱερὸς, οὐδὲ πάντων, ὡς τὰ λόγιά φησιν, ἡ γνῶσις.

## § V.

Necessario igitur primi sacri ordinis nostri moderatores, supersubstantialis Dei principatus sacro ipsi munere pleni, et in posteros illud ipsum derivatum a divina bonitate missi, cum et ipsi, utpote divini, promotionem deificationemque posterorum affatim desiderarent, sensibilibus figuris supercœlestia, et quod unitate collectum est varia cum distinctione tum multitudine, nec non in humanis divina, et in materiis immateriata, atque in nostratibus rebus supersubstantialia, qua scriptis qua non scriptis institutionibus, in sacratissimis oraculis no-

D Ἀναγκαίως οὖν οἱ πρῶτοι τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας καθηγεμόνες, ἐκ τῆς ὑπερουσίου θεαρχίας, αὐτοί τε ἀναπλησθέντες τοῦ ἱεροῦ δώρου, καὶ εἰς τὸ ἑξῆς αὐτὸ προαγαγεῖν ὑπὸ τῆς θεαρχικῆς ἀγαθότητος ἀπεσταλμένοι, καὶ αὐτοὶ δὲ ἀφθόνως ἐρῶντες, ὡς θεῖοι, τῆς τῶν μετ' αὐτοὺς ἀναγωγῆς καὶ θεώσεως, αἰσθηταῖς εἰκόσι τὰ ὑπερουράνια, καὶ ποικιλίᾳ καὶ πλήθει τὸ συνεπτυγμένον, καὶ ἐν ἀνθρωπίνοις τε τὰ θεῖα, καὶ ἐνύλοις τὰ ἄϋλα, καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς τὰ ὑπερούσια, ταῖς ἐγγράφοις τε αὐτῶν καὶ ἀγράφοις μυήσεσι, κατὰ τοὺς ἱεροὺς ἡμῖν ἔδοσαν[90] θεσμούς

### VARIÆ LECTIONES.

[85] in dandi casu ἁπάσῃ ἱεραρχίᾳ, V. minor, Ch. D. S. [86] λέγομεν, P. D. Ch. [87] γρ. θείαν. [88] γρ. οὐδέ [89] ἀπεριακαλύπτοις, D. Ch. [90] παρέδοσαν, D.

οὐ τῶν ἀνιέρων ἕνεκα μόνον, οἷς οὐδὲ τῶν συμβόλων ἅπτεσθαι θεμιτὸν, ἀλλ' ὅτι καὶ συμβολική τίς ἐστιν, ὅπερ ἔφην, ἀναλόγως ἡμῖν αὐτοῖς ἡ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχία, δεομένη τῶν αἰσθητῶν εἰς τὴν ἐξ αὐτῶν ἐπὶ τὰ νοητὰ θειοτέραν ἡμῶν ἀναγωγήν. Ἀνακεκαλυμμένοι δὲ ὅμως εἰσὶν οἱ τῶν συμβόλων λόγοι τοῖς θείοις ἱεροτελεσταῖς, οὓς οὐ θεμιτὸν ἐξάγειν εἰς τοὺς ἔτι τελειουμένους [91], εἰδότας ὡς οἱ τῶν ἱερῶν θεοπαράδοτως [92] νομοθέται, ταῖς τῶν διακόσμων εὐσταθέσι καὶ ἀσυμφύρτοις τάξεσι, καὶ ταῖς τοῦ ἑκάστῳ κατ' ἀξίαν προσήκοντος ἀναλόγοις καὶ ἱεραῖς ἀπονεμήσεσι, τὴν ἱεραρχίαν διετάξαντο. Διὸ καὶ ταῖς σαῖς ἱεραῖς ὁμολογίαις πεισθεὶς (ἀναμνῆσαι γὰρ αὐτῶν εὐαγὲς), ὡς, ἁπάσης μὲν ὑπερκειμένης ἱεραρχικῆς ἱερολογίας, οὐ μεταδώσεις ἑτέρῳ, παρὰ τοὺς ὁμοταγεῖς σοι θεοειδεῖς ἱεροτελεστάς· αὐτούς τε πείσεις ὁμολογῆσαι κατὰ θεσμὸν ἱεραρχικὸν, καθαρῶν μὲν καθαρῶς ἐφάπτεσθαι, κοινωνεῖν δὲ μόνοις τῶν θεουργικῶν τοῖς θείοις, καὶ τῶν τελείων τελειωτικοῖς, ἁγίοις τε τῶν παναγεστάτων, ἄλλων τε ἱεραρχικῶν [93] σοι καὶ τούτου μεταδέδωκα τοῦ ἐνθέου δώρου.

bis tradiderunt : nec id propter profanos tantum, quibus vel ipsa signa tangere nefas sit, sed quod noster, ut dixi, sacra ordinandi ritus, cum illorum comparatus, symbolicus existat, sensilibus signis opus habens, ad diviniorem nostri ex illis ad intelligibilia sublimationem. Attamen manifestæ simul sunt sacerdotalibus signorum rationes, quas sacrarum etiamdum candidatis explanare nefas, quod exploratum sit, sacrorum divinitus traditorum legislatores, stabilibus atque imperm stis ordinum distinctionibus, cujusque merito accommodatis, disparilibus ac sacris partitionibus sacrum ordinem distribuisse. Quapropter tui etiam ipsius sacrosanctis pactionibus persuasus (earum enim meminisse sanctum) episcopatus quidem ordinem, ut cæteris præstantiorem, nequaquam alteri communicabis, præterquam tui similibus deiformibus sacerdotibus; ipsisque persuadebis ut juxta ritum hierarchicum profiteantur, sancta quidem sancte contrectare, solis autem deifica divinis, perficientia perfectionis capacibus, sanctisque sanctissima communicare : nam præter alia sacrorum ordinum munera, hoc quoque divinum tibi munus demandamus.

## 158 ADNOTATIONES CORDERI.

§ 1. Nota primo, sublimes illas loquendi formulas, quibus hierarchiam seu sacrum ordinem nostrum describit § 1, dicens illum esse τῆς ἐνθέου, id est, *Deo insitæ seu indeatæ*, *καὶ θείας*, *et divinæ*, *καὶ θεουργικῆς*, *et deificæ* (quia per sacramenta, quæ functiones sunt ordinis, divinæ naturæ consortes efficimur, mediante gratia sanctificante quam conferunt) *ἐπιστήμης*, *scientiæ*, *καὶ ἐνεργείας*, *et afflationis* (sic enim potius vertendum, quam *operationis*, quoniam sacri ordines per insufflationem et Spiritus sancti donationem conferuntur : hinc ἐνεργούμενοι vocantur, qui spiritu aliquo afflati sunt, sive bono, ut fit in ordinibus cum accipitur Spiritus sanctus, qui tanquam agens præcipuus per sacerdotes sacramenta conferentes operatur sanctificationem; sive malo, ut fit in obsessis, qui a dæmone exagitantur, et in quibus dæmon potius agit quam ipsi) *καὶ τελειώσεως*, *et perfectionis* sive *consecrationis esse*, etc. Vide supra in generalibus observationibus primam, secundam et tertiam.

Nota secundo etiam, quam divina sublimiaque nomina det Christo, dicens : *Ἰησοῦς ὁ θεαρχικώτατος νοῦς*, *καὶ ὑπερούσιος*, *Jesus divinitate transcendens*, seu *divinissima et superessentialis* seu *supernaturalis mens*; quippe qui omnis divinitatis ac substantiæ seu naturæ a nobis conceptibilis dignitatem longe superet : *ἡ πάσης ἱεραρχίας, ἁγιαστείας τε καὶ θεουργίας ἀρχὴ, καὶ οὐσία, καὶ θεαρχικωτάτη δύναμις*, *universæ ordinationis sacræ sanctimoniæque ac divinæ functionis principium et essentia, virtusque divinissima*. Christus enim qua Deus homo, est auctor et caput Ecclesiæ, et institutor sacramentorum, quibus vim sanctificandi indidit, et in quibus ut principalis operans, eadem ipsemet operatur, ut docent theologi cum D. Thoma parte III, quæst. 64, art. 2. Sacramentorum enim institutio pertinet ad munus Sacerdotii Christi, qui et ut Deus et ut homo operatur interiorem effectum sacramenti; ut Deus quidem, potestate auctoritatis; ut homo vero, potestate excellentis ministerii. Potestas autem auctoritatis est illa quæ omnino independens est, et soli Deo convenit : potestas vero excellentiæ consistit in eo, quod nimirum Christus primo potuerit sacramenta instituere; secundo quod suis meritis omnem iis vim contulerit; tertio, quod in ejus nomine consecrentur et dicantur sacramenta Christi, et ministri tantum ejus vicem gerant; quarto quod etiam absque sacramentis poterat gratiam conferre. Vide plura apud divum Thomam suprà citatum art. 3.

Nota tertio, quam pulchre virtutem sacramenti ordinis describat, dicens : *Quin et intento in eum amori nostro frequentes admiscet varietates*, Græce *ἑτερότητας* id est *alteritates* seu *diversitates* : non enim simplici ratione sanctificamur ut angeli, sed per diversas cæremonias et ritus sacramentorum, quæ sub signis et symbolis conferuntur. Additque, præter gratiam sanctificantem, sacerdotibus virtutem quamdam habitualem sacramenti ordinis propriam conferri, qua disponuntur ad sacramenta sancte administranda. Hinc confirmatur sententia theologorum in parte III, q. 62, art. 2, docentium, præter gratiam habitualem et virtutes et dona, singula sacramenta conferre quoddam auxilium speciale, ordinatum ad consequendum proprium illius sacramenti finem, ita ut v. g. baptismus, præter dona habitualia gratiæ, conferat etiam speciale auxilium ad conservandam novam vitam, et ad alia sacramenta rite suscipienda, confirmatio ad fidem profitendam, eucharistia ad crescendum in charitate, ordo ad sacramenta conficienda, vel functiones ordinis cujusque rite obeundas, et sic de cæteris. Cum enim sacramenta ordinentur ad varios effectus et functiones, conferunt etiam diversa auxilia ad illos effectus.

§ 2. Nota, ex eo quod dicit : *Omnes unum appetunt, ejus tamen quod unum est non unimode participes existunt*, liquere, omnem differentiam participationum ex differentia participantium existere et

### VARIÆ LECTIONES.

[91] τελουμένους, D. P. [92] θεοπαραδότων, Ch. [93] ἱεραρχικῶς, D.

conflari, fierique magnas et parvas participationes propter diversam habilitatem participantium, ut supra capite nono *Cœlestis Hierarchiæ* docuit, et rursum infra cap. 2 *De divinis nominibus*.

Nota, descriptionem principii et finis hierarchiæ nostræ, quæ, inquit, est *B. Trinitas, quæ fons est vitæ* tam naturalis quam spiritalis, essentia bonitatis; quippe cujus essentia bonitas est increata, quæ creatæ bonitati essentiam suppeditat : *una rerum omnium causa*, scilicet efficiens, finalis, exemplaris, *ex qua per bonitatis redundantiam;* quia non sibi tantum bona est, sed omnibus bonitatem suam communicat, et ipsum esse et bene esse rebus impertit : *Huic autem omnia transcendenti divinissimæ beatitudini* : Deus enim omnia superat infinite, ut cui nihil simile est vel æquale. Dicitur autem beatitudo, quia hæc in ejus fruitione consistit. **159** *Trinæ unitati atque individuæ Trinitati, vere existenti*, quippe a se et non ab alio, *modo quidem nobis incomprehenso*, quia captum omnis creaturæ superat, *ipsi notissimo*, utpote qui seipsum solus adæquate cognoscit; *in votis quidem est rationalis creaturæ salus, tam nostra quam mentium supernarum*, quantum enim est ex se, cupit omnes salvos fieri [b]; *verumtamen hæc salus iis qui salvantur nonnisi jam deificatis potest obtingere. Nisi enim quis renatus fuerit denuo, non potest videre regnum Dei* [c]. *Est autem hæc deificatio*, quæ scilicet fit per gratiam sanctificantem, *Dei quædam, quoad fieri potest, assimilatio unioque*, quoniam est quædam participatio divinitatis, juxta illud : *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri* [d]. *Omni porro communis ordini sacro scopus est, erga Deum et res divinas dilectio, quæ divinitus inscritur, et per ejus unionem consummatur* ; Græce est *ἐνθέως τε καὶ ἑνιαίως ἱερουργουμένη, divinitus et unitive sacrificata. Charitas* enim *Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis* [e]. *Quæque hac prior est, illi adversantium omnimoda et irrevertibilis fuga*, juxta illud : *Time Deum, et recede a malo. Cognitio rerum qua res sunt*, scilicet idearum, in quibus beati Deo revelante plurima vident, et quidditative cognoscunt. *Sacræ veritatis visio scientiaque*, id est Dei, qui prima veritas est. *Simplicis perfectionis*, quæ omnem perfectionem includit, et omnem excludit imperfectionem. *Ejus qui summe simplex est*, scilicet Dei *divina participatio.* Græce est, *ἡ τῆς ἑνοειδοῦς τελειώσεως ἔνθεος μέθεξις, αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς ὡς ἐχτικὸν*, id est, *uniformis perfectionis divina participatio ejus, qui, quantum fieri potest, unus est.* Malui in versione uti terminis jam in theologia usitatis, illam uniformem perfectionem in Deo vocando simplicem perfectionem, sicut illam vulgo jam theologi appellant. *Fruitio intuitionis*, sive fruitio intuitiva, in qua formalis beatitudo consistit, *quæ omnem sui contemplatorem spiritali modo reficit, deificatque.*

§ IV. *Dicimus itaque, Dei principalem beatitudinem*, etc. Ubi nota, tam nostræ quam angelicæ hierarchiæ supremum principem et caput esse Deum. Unde sanctus Thomas in parte I, quæst. 108, artic. 1, docet, ex parte principis, unius scilicet Dei, omnes angelos et rationales creaturas unius esse hierarchiæ; ex parte vero multitudinis ordinatæ, diversas existere, scilicet unam hominum et tres angelorum. Manifestum est autem, quod homines alio modo divinas illuminationes percipiant quam angeli : nam angeli percipiunt eas intelligibili puritate, homines vero sub sensibilium similitudine, uti cap. 1 *Hierarchiæ cœlestis* declaratum est; et ideo oportet humanam hierarchiam ab angelica distingui. Cur autem et quomodo angelicæ hierarchiæ distinguantur, dictum libro superiori, præsertim cap. 6 et seqq.

Cæterum, an post diem judicii in cœlis alia sit futura hierarchia hominum ab angelicis distincta, disputant theologi; sed pulchre ex sancto Dionysio probat divus Thomas in II *Sent.*, distinct. 9, quæst. 1, artic. 1. homines angelicis ordinibus in patria aggregandos. « Sicut enim, inquit, se habet nostra hierarchia sive Ecclesia ad cœlestem, ita hierarchia veteris legis ad nostram. » Unde, sicut vetus hierarchia erat via in nostram, et significabat eam, et propter hoc veniente nova, vetus assumpta est in illam, et ad ordines ejus; ita etiam nostra hierarchia est via in cœlestem, et signum ejus : unde in patria non erit alia hierarchia hominum et angelorum, sed una et eadem, et homines in ordines angelorum distribuentur (21).

Ibidem. *Substantia nostræ hierarchiæ sunt divinitus tradita oracula*, etc. Desumitur hinc pulchrum et irrefragabile argumentum contra nostri temporis hæreticos, qui traditionibus ecclesiasticis plurimum derogant, dum ns fidem haberi nolunt, nisi in iis quæ expressa sunt in Scripturis; imperite contendentes : Scripturam solam esse veram fidei ac morum normam ; cum tamen S. Dionysius Pauli discipulus, et apostolorum cœtaneus ac sodalis, hic expresse doceat, traditiones apostolicas et ecclesiasticas, quæ non sunt scriptæ, ejusdem esse cum verbo Dei scripto auctoritatis, et iisdem, non minus quam per Scripturas Ecclesiam dirigi oportere, cum æque ad substantiam hierarchiæ nostræ pertineant ; quinimo quodammodo nobiliores esse traditiones, tanquam magis spiritales, et cœlestium hierarchiarum regimini conformiores. De his vide Bellarm. tom. I.

Cum ait, hierarchiam nostram convenienter symbolis sensilibus ad Deum adduci; confirmat congruentiam institutionis sacramentorum. Etsi enim Deus potuisset spiritalia signa, v. g. cogitationem mentis, aut motum voluntatis instituere ad homines sanctificandos, ita ut homini quidpiam pie cogitanti aut credenti per talem actum sanctificatio conferretur, aliud tamen est magis conveniens naturæ hominum, ut ex sensibilibus ad rerum spiritalium cognitionem deducatur. Hinc præcipua ratio institutionis sacramentorum fuisse videtur, quia homini difficile est intendere rebus spiritalibus et disponere se perfecte ad gratiam, et facere opera supernaturalia, et meritoria vitæ æternæ unde opus fuit illi subvenire quibusdam cæremoniis **160** et remediis externis, quibus sine magno labore gratiam ex opere operato consequeretur, alioquin paucissimi fuissent salvati. Cum itaque omnis justitia et sanctificatio nostra pendeat ex meritis Christi, *qui nobis factus est sapientia, justitia et sanctificatio* [f], oportebat ut illa merita nobis certo quodam modo applicarentur : non poterant autem commodius applicari, quam per externa elementa et sacras cæremonias, quæ simul Christi passionem et mysteria nobis significarent, ut sacramenta faciunt ; quare Christus ea instituit, ut nobis applicaretur ipsius meritum et ipsis sacramentis certam meritorum suorum mensuram assignavit, quæ ita nobis per sacramenta applicantur, ac si nostra propria essent, ita ut dicat Apostolus, nos per baptismum Christum induere [g]. Hac autem applicatione meritorum facta, ex pacto Dei et institutione Christi confertur nobis divinitus gratia : unde sacramenta sunt causa gratiæ, non tanquam nuda signa, ad quorum exhibitionem Deus confert gratiam, sed tanquam continentia et applicantia nobis pretium sanguinis Christi tam efficaciter, ac si nostrum illud esset meritum seu pretium ; et sicut pecunia rei, sic gratiæ pretium continent.

[b] I Tim. II, 4. [c] Joan. III, 5. [d] Joan. I, 12. [e] Rom. V, 5. [f] I Cor. I, 30. [g] Rom VI, 4.

(21) Vide cap. 5, infra, § II.

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (22).

Μετὰ τὴν οὐρανίαν ἱεραρχίαν διαλαμβάνει καὶ περὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας, ἣν οὐκ εἶπε γηΐνην· εἰ γὰρ καὶ ἐν γῇ πολιτεύεται, ἀλλ' ὁ σκοπὸς καὶ τὸ τέλος αὐτῆς οὐράνιός ἐστιν, εἰς μίμησιν τοῦ Θεοῦ ἄγουσα τὸν ἄνθρωπον, καθὼς ἐκείνη τὰς θείας καὶ οὐρανίους δυνάμεις· προηγουμένως γὰρ καὶ κυρίως τὸ καθαίρειν, τὸ φωτίζειν, τὸ τελειοῦν, τοῦ Θεοῦ ἐστι· δευτέρως δὲ καὶ τῶν ἀγγέλων, κατὰ τρίτον δὲ λόγον καὶ αὐτῶν τῶν ἀνθρώπων· ταῦτα γάρ εἰσι τὰ τρία ἡ τῆς ἱεραρχίας ἐνέργεια. Ταῦτα παρὰ μὲν ταῖς ἄνω οὐσίαις τελούμενα, εἰ καὶ μυστήρια εἰσιν, ὡς Θεοῦ ἔργα ὑπέρτατα, ἀλλ' οὖν οὐ μυστήρια εἰσι πρὸς ἀλλήλας· πᾶσαι γὰρ ἅγιαι καὶ μεμυημέναι εἰσὶ τῇ χάριτι τοῦ Θεοῦ, εἰ καὶ ἄλλη ἄλλης προέχει κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἐκεῖ εἴτε τάξεως, εἴτε μὴν καὶ δυνάμεως· παρ' ἡμῖν δὲ τελούμενα, μυστήρια λέγονται, οὐ γὰρ πάντες καθαροί, οὔτε μὴν μεμυημένοι. Ὅθεν καὶ παρ' ἐκείναις μὲν ἁπάσαις ταῦτά εἰσιν, εἰ καὶ ἀνὰ μέρος καὶ καθαίρονται, καὶ φωτίζονται, καὶ τελειοῦνται· παρ' ἡμῖν δὲ οὐ πᾶσιν, ἀλλά τισι, καθὼς καὶ ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου λέγει· *Τὸ μυστήριόν μου ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς*· ἐμοὺς λέγων πάντως τοὺς ἱερεῖς ἢ τοὺς μεμυημένους. Τὴν γοῦν τῶν προκειμένων κεφαλαίων διδασκαλίαν κατὰ διττὸν ποιεῖται τρόπον. Πρῶτον γὰρ ἐκτίθεται τὸ, πῶς τελεῖται τὸ μυστήριον τοῦ κεφαλαίου· καὶ μετέπειτα θεωρίᾳ τινὶ τοῦτο παραδίδωσιν. Οἷον, μυστηρίου φωτίσματος ἔκθεσις πρῶτον, εἶτα δευτέρα ἡ θεωρία αὐτοῦ· πάλιν. μυστηρίου συνάξεως ἔκθεσις, εἶτα ἡ θεωρία αὐτοῦ. Ἐπεὶ γὰρ διπλοῖ ἐσμεν καὶ ἡμεῖς, ὁρατοὶ κατὰ τὸ σῶμα, καὶ νοούμενοι κατὰ ψυχήν, διπλῆ καὶ ἡ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχία, αἰσθητὴ διὰ τῶν ἐνεργουμένων συμβόλων, νοητὴ, διὰ τῆς θεωρίας. Θεωρία δέ ἐστιν ἐπιβολὴ νοὸς ἄμεσος καὶ ψιλὴ τῶν αἰσθήσεων πρὸς τὰ ὑποκείμενα. Τῆς γοῦν τοιαύτης ἱεραρχίας καὶ τὰ σύμβολα μυστήρια εἰσι πρὸς τοὺς ξένους τῆς Ἐκκλησίας καὶ ἀμυήτους· ἀλλὰ καὶ ἡ θεωρία, ὡς ὑπερτάτη γνῶσις, καὶ δεομένη πίστεως, μυστήριον λέγοιτ' ἄν, καθὼς καὶ ὁ Ἀπόστολος λέγει· *Μυστήριον λέγω ὑμῖν· πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα, πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα.* Ἀλλ' ὅμως τὰ σύμβολα μόνον λέγει μυστήρια πρὸς τοὺς ἀμυήτους, ὡς εἴρηται· τὰς δὲ ἀναγωγὰς αὐτῶν θεωρίας φησὶν, ὡς τὸν νοῦν αὐτῶν ἀναγούσας τὰ οἰκεῖα θεωρεῖν καθὼς ἔχουσιν, εἰ καὶ ἄλλως διὰ συμβόλων ἐμφαίνονται. Ὁ γὰρ μυηθεὶς καὶ ἐντὸς γενόμενος τῆς ἁγίας σκηνῆς, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ ὀφείλει θεωρεῖν τὰ τῆς πίστεως μετὰ πίστεως.

Post cœlestem hierarchiam tractat etiam de nostra hierarchia, quam non dixit terrenam; quia, licet in terra administretur, scopus tamen et finis ejus cœlestis est, cum ad imitandum Deum inducat hominem, non secus ac illa divinas cœlestesque virtutes, siquidem principaliter ac proprie, expiare, illuminare, perficere, Dei est; secundario autem etiam angelorum, secundum vero tertiam rationem etiam ipsorum hominum, quoniam hæc tria sunt munus hierarchiæ. Hæc dum in supernis quidem essentiis perficiuntur, tametsi sint mysteria, quippe Dei opera sublimissima, verumtamen quoad illas non sunt mysteria; quoniam omnes sanctæ sunt et gratia Dei consecratæ, quamvis altera sit altera præstantior, secundum rationem quæ illic est, sive ordinis sive virtutis; quæ vero apud nos perficiuntur, mysteria seu sacramenta dicuntur, non enim omnes puri sunt, neque etiam initiati. Unde in illis omnibus ista sunt, etsi per partes etiam expientur, et illuminentur atque perficiantur; apud nos autem non in omnibus, sed in quibusdam, quemadmodum etiam Deus per prophetam ait, mysterium, seu *secretum meum mihi* [h] *et meis; meos* dicens, utique sacerdotes vel initiatos. Propositorum itaque capitulorum doctrinam duplici modo tradit. Primum enim exponitur, quomodo mysterium seu sacramentum isto capite propositum consumnetur, ac deinde per contemplationem quamdam illud explicat. Verbi gratia, est expositio illustrationis seu baptismatis, deinde subsequitur ejus contemplatio; similiter expositio sacramenti synaxeos seu communionis, deinde contemplatio ejusdem. Cum **161** enim et nos duplici parte constemus, visibili secundum corpus, et intellectili secundum animam, duplex est etiam apud nos hierarchia, sensilis nimirum, propter symbola quæ exhibentur; et intellectilis, propter contemplationem. Contemplatio autem est immediata mentis et exilis sensuum applicatio ad ea quæ proponuntur. Istiusmodi igitur hierarchiæ symbola, profanis et ab Ecclesia extraneis mysteria quoque sunt: verumtamen contemplatio, tanquam suprema cognitio, quæque fide opus habeat, mysterium appellatur, juxta quod et Apostolus ait: *Mysterium vobis dico: non omnes quidem obdormiemus, sed omnes immutabimur* [i]. Attamen symbola tantum vocat mysteria, quoad eos scilicet qui necdum initiati sunt, uti dictum est: eorum autem anagogas, appellat contemplationes, quippe quæ mentem erigant ad rerum ipsarum, ut in se sunt, insinuentur. Qui enim initiatus est et intra sacrum velum ingressus, revelata facie cum fide contemplari debet ea quæ sunt fidei.

§ I. Ὅτι μὲν ἡ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχία, εἰ καὶ καθ' ἡμᾶς λέγεται, ἀλλ' οὖν καὶ αὐτὴ καὶ θεία ἐστὶ καθ' αὐτήν,

§ I. Hierarchiam nostram, licet nostra dicatur, attamen et ipsam per se divinam esse, non secus ac

[h] Isa. xxiv, 16, sec. Septuag. in aliquot codd. [i] I Cor. xv, 51.

(22) Vide Scholia S. Maximi tom. II, cap. 1 *Eccles. Hier.*

cœlestem hierarchiam, et a Deo insitam, secundum participationem rerum illarum divinarum, juxtaque sacram illam scientiam et operationem, sui participes deificare atque perficere, ex sacratissimis Scripturis demonstrandum est; non tamen omnino omnibus, sed solis iis, qui per traditiones apostolorum istiusmodi institutione digni sunt habiti. Tu autem observa, sancte fili, ne vel juxta novum morem, vel per ordinem doctrinæ (patres enim sunt præceptores) ridicule et irreverenter istiusmodi mysteria manifesta facias omnibus profanis, qui res divinas mysticasque risus occasionem facerent; sed venerare illas, sicut æquum est, silentio. At si quando etiam opus sit istiusmodi communicare, ne communices rudioribus; sed sanctis, idque illis sacrosancte et cum sacra illustratione, minime immorando typis, sed inaspectabilia illustrando : sic enim etiam nobis ad divina conversis, vel divina concinentibus collegis tradita fuerunt. Quin et ipsemet Deus, qui mens est illa divinitate transcendens, qui omnis sanctimoniæ divinæque operationis causa existit (cum enim hierarchia scientia sit et operatio, sanctimoniam quidem ad scientiam refert, Dei vero **162** operationem ad efficaciam seu actionem) cœlestibus virtutibus manifestius simul et intelligibilius affulget (intelligimus enim et nos, sed non ut istæ) quas etiam ad propriam suam lucem informat, ut nimirum etiam alios illuminent, juxta virtutem spiritalium et intellectilium suarum naturarum, non autem secundum virtutem suimet ipsius; nam Deus infinitæ virtutis est. Quin et nostras, quæ multæ sunt, varietates, et multiformes carnalium desideriorum curas, quas prohibet Dominus, ad uniformem divinamque vitam reducit, ut nimirum quæramus primum regnum Dei, et justitiam ejus. Id autem quo sic anima disponitur, sacrum habitum appellavit, qui vel maxime sacerdotibus est consentaneus. Accipientes itaque ab ipso virtutem, progredimur ad hierarchiæ functionem : et hoc modo sanctis angelis approximamus, illorumque ope ad divinam lucem suspicientes, indeque scientia cognitionis spectaculorum illustrati (spectacula autem vocat doctrinas de Deo, quæ non ex nudo verborum auditu, vel sacrarum doctrinarum pronuntiatione existunt) evadere poterimus, ut patientes quidem quæ ibi pulchra sunt, consecrati, nempe puri et luciformes, et perfecti; velut habitu vero hoc obtinentes, atque eadem aliis communicare valentes, consecratores, et lucis operatores seu illuminatores, et perfectores; hæc siquidem tria sunt hierarchiæ partes.

§ II. Cum autem hic sermo duas agnoscat hierarchias, secundum participationem divinissimæ essentiæ omnis hierarchiæ Dei, vult Pater hic declarare, quid illis commune et quid proprium sit, quocirca dicit : Quæ quidem cœlestis sit hierarchia alibi reperies, ubi licet non pro dignitate, pro virili tamen nostra, de illis disputatum est; in quo Tractatu id unum dicimus observatione dignum, quod cum in

A ὡς καὶ ἡ οὐρανία ἱεραρχία, καὶ ἔνθεος, κατὰ μετοχὴν τῶν θείων ἐκείνων, καὶ κατ' ἐκείνην τὴν ἱερὰν ἐπιστήμην καὶ ἐνέργειαν θεοὺς ἀποτελεῖ τοὺς μετόχους αὐτῆς καὶ τελειοῖ, ἐκ τῶν ἱερωτάτων Γραφῶν ἀποδεῖξαι χρή· ἀλλ' οὐ πάντως πᾶσιν, ἀλλὰ μόνοις τοῖς ἠξιωμένοις τῆς τοιαύτης μυσταγωγίας διὰ τῆς ἀποστόλων παραδόσεως. Σὺ δὲ σκόπει, ἱερὲ παῖ, ἢ κατὰ τὸ νεώτερον, ἢ κατὰ τὴν τάξιν τῆς διδασκαλίας (πατέρες γὰρ οἱ διδάσκαλοι), ὅπως μὴ παιγνιωδῶς καὶ ἀνευλαβῶς ποιήσῃς τοῖς ἀνιέροις καταφανῆ τὰ τοιαῦτα μυστήρια, γέλωτος ἀφορμὴν ποιουμένοις τὰ θεῖα καὶ μυστικά· ἀλλὰ τίμησον αὐτά, ὥσπερ λόγον, τῇ σιωπῇ. Εἰ δέ που καὶ δεήσει κοινώσασθαι, μὴ τοῖς ἀτελέστοις τούτων κοινώνει, ἀλλὰ τοῖς ἱεροῖς, κἀκείνοις ἱεροπρεπῶς καὶ μεθ' ἱερᾶς ἐλλάμψεως,
B μὴ ἐναπομένων τοῖς τύποις, ἀλλὰ τὰ ἀθέατα ἐλλαμπόμενος· οὕτω γὰρ καὶ ἡμῖν τοῖς περὶ τὰ θεῖα ἐπεστραμμένοις, ἢ τὰ θεῖα ᾄδουσι χορευταῖς, παρεδόθησαν. Καὶ αὐτὸς ὁ θεαρχικώτατος νοῦς ὁ Θεὸς, ἡ πάσης ἁγιωσύνης καὶ θεουργίας αἰτία, (ἐπεὶ γὰρ ἡ ἱεραρχία ἐπιστήμη ἐστὶ καὶ ἐνέργεια, τὴν μὲν ἁγιωσύνην πρὸς τὴν ἐπιστήμην λαμβάνει, τὴν δὲ θεουργίαν πρὸς τὴν ἐνέργειαν) ταῖς οὐρανίαις ἐλλάμπει δυνάμεσι φανότερόν τε καὶ νοερώτερον (νοοῦμεν γὰρ καὶ ἡμεῖς, ἀλλ' οὐ κατ' ἐκείνας), καὶ ταύτας πρὸς τὸ οἰκεῖον φῶς, ἵνα καὶ αὐταὶ δηλαδὴ τοὺς ἄλλους φωτίζωσιν, ἀφομοιοῖ, κατὰ δύναμιν αὐτῶν δὴ τῶν νοερῶν τε καὶ νοητῶν οὐσιῶν, οὐ γὰρ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν· ἀπειροδύναμος γὰρ ὁ Θεός. Ἡμῶν τε
C τὰς πολλὰς ἑτερότητας, τὰς πολυειδεῖς τῶν σαρκικῶν ἐπιθυμιῶν μερίμνας, ἃς ἀπαγορεύει ὁ Κύριος, συνάγει εἰς ἑνοειδῆ καὶ θείαν ζωὴν, τὸ ζητεῖν δηλονότι ἐν πρώτοις τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. Τὸ δὲ οὕτω πεποιῶσθαι τὴν ψυχὴν, ἕξιν ἱερὰν ἀπεκάλεσεν, ἥτις καὶ μάλιστα τοῖς ἱερωμένοις πρεπώδης ἐστί. Λαμβάνοντες γοῦν παρ' ἐκείνου τὴν δύναμιν προχωροῦμεν καὶ ἐπὶ τὴν τῆς ἱεραρχίας ἐνέργειαν· καὶ οὕτως ἐγγίζομεν τοῖς ἀγγέλοις, τῇ πρὸς αὐτοὺς ἀφομοιώσει, καὶ δι' αὐτῶν πρὸς τὴν θεαρχικὴν αὐγὴν ἀναβλέψαντες, καὶ ἐλλαμφθέντες ἐκεῖθεν τὴν ἐπιστήμην τῆς τῶν θεαμάτων γνώσεως (θεάματα δὲ τὰ περὶ Θεοῦ φησι διδάγματα· οὐ γὰρ ἄχρι ψιλῆς τῆς τῶν λόγων ἀκοῆς ἢ ἐκφωνήσεως τὰ τῶν ἱερῶν μυήσεών εἰσι·), γενέσθαι δυνησόμεθα, ὡς
D παθόντες μὲν τὰ ἐκεῖθεν καλὰ, ἀφιερωμένοι, δηλονότι καθαροὶ, καὶ φωτοειδεῖς, καὶ τετελεσμένοι· ὡς καθ' ἕξιν δὲ ἔχοντες ταῦτα, καὶ δρᾷν ἐπ' ἄλλον δυνάμενοι, ἀφιερωταὶ καὶ φωτουργικοὶ, εἴτ' οὖν φωτιστικοὶ, καὶ τελεσιουργοί· ταῦτα γὰρ τὰ τρία μέρη τῆς ἱεραρχίας εἰσίν.

§ II. Ἐπειδὴ δύο ἱεραρχίας ὁ λόγος οἶδε κατὰ μετοχὴν τῆς θεαρχικωτάτης οὐσίας ἁπάσης ἱεραρχίας τοῦ Θεοῦ, βούλεται ὁ Πατὴρ τό τε κοινὸν αὐτῶν καὶ τὸ ἴδιον διασαφῆσαι, διὰ τοῦτο λέγει· Τίς μέν ἐστιν ἡ οὐρανία ἱεραρχία, εὑρήσεις ἐν ἄλλοις, ὅπου οὐκ ἀξίως μὲν, ὡς ἐφικτὸν δὲ ἡμῖν, περὶ αὐτῶν εἴρηται· ἓν ᾗ δὲ περικοπῇ ἕν τι λέγομεν ἐπιστάσεως ἄξιον, ὅτι ἡμεῖς μὲν, κατὰ πάντα προθέμενοι τοῖς ἀρχαιο-

τέροις κατακολουθεῖν, ἐν τῷ *Περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας* εἴπομεν κατ' ἐκείνους τὴν τῶν θρόνων τάξιν ὑψηλοτέραν τῶν ἄλλων. Σκοπητέον δὲ ἐκ τούτων, εἰ καλῶς ταύτην, καὶ οὐ τὴν τῶν σεραφίμ· ἐνταῦθα γὰρ ἀπὸ τῶν ἐσχάτων διακόσμων ἀρξάμενος, μέχρι καὶ τῶν σεραφὶμ κατέληξε. Πλὴν ἀλλ' ὅπως ἂν ἔχοι, νικάτω τὸ ἀρχαιότερον. Τοσοῦτον δὲ ὅμως ὁ ἅγιος λέγει, τὸ κοινὸν ἁπάσης ἱεραρχίας συνιστὰς, ὅτι πᾶσα ἱεραρχία μίαν ἔχει τὴν δύναμιν. Τὸ τοίνυν αὐτόν τε τὸν ἱεράρχην κατὰ τὴν ἰδίαν οὐσίαν· ἄλλη γὰρ ἀγγέλου τελειότης, καὶ ἄλλη ἀνθρώπου· καὶ αὖθις κατὰ τὴν οἰκείαν ἀναλογίαν καὶ τάξιν· ἐπὶ γὰρ τοῖς οὐρανίοις ἄλλη τῆς ὑπερβεβηκυίας, καὶ ἄλλη τῆς ὑποβεβηκυίας τάξεως ἡ λαμπρότης· ἐπὶ δὲ τοῖς γηΐνοις ἄλλη τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἄλλη τῶν πρεσβυτέρων ἡ τάξις. Τὸ ἀναλόγως γοῦν τελεσθῆναι τὸν ἱεράρχην, καὶ τοῖς ὑποβεβηκόσι μεταδιδόναι τῆς ἐγγινομένης αὐτῷ θεόθεν ἐλλάμψεως, καὶ πάλιν τοὺς ὑποβεβηκότας τοῖς κρείττοσι μὲν ἕπεσθαι, τῶν δὲ ἡττόνων ἡγεῖσθαι, τοῦτό ἐστιν ἡ κοινὴ τῆς ἱεραρχίας ἁπάσης δύναμις. Οὐ μὴν δὲ, ἀλλ' ἴδιόν ἐστιν ἑκατέρᾳ ἱεραρχίᾳ, ὅτι ἡ μὲν οὐρανία ἀσωμάτων ἐστὶ καὶ νοητῶν πρὸς ἡμᾶς (κἀκεῖναι γὰρ πρὸς τὸν Θεὸν νοεραί εἰσι), καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἱεραρχία αὐτῶν νοητὴ καὶ ὑπερκόσμιός ἐστιν· ἡ καθ' ἡμᾶς δὲ δι' αἰσθητῶν συμβόλων, δηλονότι βαπτίσματος, συνάξεως, κοινωνίας, καὶ τῶν λοιπῶν ποικιλλομένη πληθύνεται. Ὅσῳ γάρ τις ἀνάγεται εἰς τὸ ἑνιαῖον, φθάνει τῆς νοήσεως· καὶ ὅσῳ τοῖς αἰσθητοῖς προχωρεῖ, πληθύνεται τοῖς αἰσθητοῖς ὧν αἰσθάνεται. Ἑτέρα αὖθις τῶν δύο διάφορα, ὅτι τὸν Θεὸν καὶ τὴν θείαν ἀρετὴν ἐκεῖνοι μὲν ὡς νόες νοοῦσιν, ἀλλὰ καθ' ὅσον κἀκείνους νοεῖν ἐστιν ἐφικτόν· ἡμεῖς δὲ ἐξ αἰσθητῶν εἰκόνων, τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ τελουμένων φημὶ, ἐπὶ τὸν Θεὸν ἀναγόμεθα. Ἀληθῶς τε εἰπεῖν, ἓν μέν ἐστιν οὗ πάντες ἐφίενται· τέως δὲ ἐνταῦθα πρὸς τὸν σκοπὸν τῶν δύο ἱεραρχιῶν, ἅπαντες οἱ ἐνοειδεῖς δηλονότι, οἱ κατὰ νοερὰν ἐνέργειαν ἑνιζόμενοι. Ὡς γὰρ ἡμεῖς ἑνιζόμεθα ἀναγόμενοι, οὕτω καὶ οἱ θεῖοι ἄγγελοι ἔτι ἑνίζονται πρὸς τὰς θείας νοήσεις ἀναγόμενοι. Ἑνὸς γὰρ ὄντος τοῦ ἐφετοῦ, οὐχ ἑνιαίως καὶ καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν τρόπον οἱ ἐφιέμενοι ἐφίενται, ἀλλὰ κατὰ τὴν ἰδίαν ἀξίαν ἕκαστος. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν ἄλλοις εἴρηται· νῦν δὲ τὴν καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίαν, καὶ τὴν αἰτίαν καὶ οὐσίαν αὐτῆς (αὕτη δέ ἐστιν ἡ θεαρχικωτάτη δύναμις), εἰπεῖν πειράσομαι, τὸν Σωτῆρα ἐπικαλεσάμενος Ἰησοῦν.

A omnibus propositum sit nobis antiquiores sequi, in libro *De Cœlesti Hierarchia* diximus, inter illos thronorum ordinem cæteris esse sublimiorem. Verum ex his perpendendum, num illum recte, et non seraphim, sublimiorem ordinem asserere debuerimus : hic enim ab ultimis dispositionibus incipiens, tandem in seraphim desivit. Cæterum, quidquid hac de re sit, vincat id quod antiquius est. Illud certe sanctus hic affirmat, commune esse omni hierarchiæ quod omnis hierarchia unam habeat virtutem. Definit itaque hierarchiam **163** partim secundum propriam naturam, quoniam alia est angeli, et alia hominis perfectio, partim etiam secundum proportionem et ordinem cuique proprium : quoniam in cœlestibus alia est superioris, et alia B inferioris ordinis claritudo; in terrestribus vero alius est episcopi et alius ordo presbyterorum. Hierarchiam itaque initiari, et inferioribus suis insitam sibi divinitus illustrationem communicare, atque etiam inferiores superioribus quidem obsequi, et inferiorum suorum duces existere, hæc virtus quædam est cuilibet hierarchiæ communis. Cæterum non commune, sed proprium cuilibet hierarchiæ est, quod cœlestis illa respectu nostri sit rerum incorporearum et intelligibilium (nam respectu Dei et illæ sunt intelligentes) ; quocirca etiam earum hierarchia intelligibilis ac supramundialis existit : nostra autem per symbola sensilia, scilicet baptismatis, synaxeos, communionis, cæterisque variegata multiplicatur. Quantum enim quis C adducitur ad unum illud singulare, tantum accedit ad intellectionem : quantum vero ab eo discedit, in tantum multiplicatur seu distrahitur rebus sensibilibus, quas sentit. Alia iterum est horum duorum differentia, quod illi quidem, ut mentes, Deum et divinam virtutem intelligant, in quantum scilicet iis fas intelligere; nos autem ex sensibilibus signis, quæ, inquam, in Ecclesia consecrantur, ad Deum adducamur. Et ut vere dicam, unum quidem est quod omnes appetunt, scilicet quoad scopum duarum hierarchiarum, de quo hactenus agit, omnes uniformes sunt qui per spiritalem actionem uniuntur. Sicut enim nos unimur, cum adducimur, sic et angeli divini uniuntur, cum ad divinas notiones adducuntur. Cum enim unum sit quod appetitur, D non tamen unimode seu secundum unum eumdemque modum, qui id appetunt, afficiuntur, sed quilibet secundum propriam dignitatem. Verum hæc alibi dicta sunt : modo autem nostram hierarchiam, et ejus causam ac essentiam (quæ est virtus illa divinissima) exponere conabor, invocato Salvatore Jesu.

§ III. Ἱεραρχία ἐστὶ, καθὼς ἡ σεπτὴ ἡμῶν παράδοσις παρίστησι, τὰ καθολικῶς θεωρούμενα ἢ λεγόμενα περὶ τῶν ὑποκειμένων ἱερῶν πραγμάτων. Συγκεφαλαίωσιν γὰρ τὴν τοῦ ὅλου περίληψιν λέγει, ὥσπερ ἀνακεφαλαίωσιν λέγομεν τὸ ἀναλαβεῖν ἐν ὀλίγοις τὰ προλεχθέντα· ἁπάντων γὰρ ἕξει τῶν κατ' αὐτὸν τὴν ἐπιστήμην, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ τῶν διακόνων, καὶ τῶν λοιπῶν, διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἱεράρχης ἐπονομάζεται, καὶ σκοπητέον ἐξ ἀναλογίας ἀπὸ τῆς ἱεραρχίας. Ὡς γοῦν αὕτη δι' ὅλου καὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἱεροῖς

§ III. Est hierarchia, quemadmodum veneranda nostra traditio proponit, ea quæ universim videntur aut dicuntur de propositis sacris rebus. Summam enim seu summarium, vocat totius complexionem, sicut recapitulationem dicimus, cum paucis ea quæ ante dicta sunt repetuntur; quoniam omnium in se scientiam habebit; cum presbyterorum, tum diaconorum **164** cæterorumque, unde nimirum hierarcha nominatur, uti colligere licet ex analogia nominis hierarchiæ. Quemadmodum igitur hoc no-

men de universis et omnibus sacris ordinationibus dicitur, ita qui hierarcham nominat, virum omni sacra cognitione præditum significat, in quo omnis quæ illi inest hierarchia liquido cognoscitur. Nisi enim ipse penitus et in omnibus peritus existeret, neque scientia etiam hierarchiæ operaretur. Nemo igitur dicat : Ecquis tam perfectus est? Non enim proposuit hic Pater de hoc vel illo hierarcha dicere, sed simpliciter de hierarcha, qualis esse debeat sine defectu : ac si quis simpliciter de grammatico loquens, ea recenseat quæ ad absolutum grammaticum requiruntur, alioquin claudicaret grammatica, nisi demonstraretur, qualis ipsa tandem sit. Hujus hierarchiæ principium est sancta ac beata Trinitas, quæ vere est, solaque semetipsam cognoscit, tanquam habens notionem propriæ existentiæ. Hæc autem vult ratione præditorum angelorum et hominum salutem, estque deificatio salvandorum. Quemadmodum enim alia dicimus a metu servari, id est securitatem adipisci; et a cæde servari, id est vitam assequi; et a morbo servari, id est sanari : sic etiam in propositis servari ab alienatione Dei, est adjungi Deo, adeoque deificatio. Omnimoda autem assimilatio et unio ad Deum, utique terminus ac finis est omnis hierarchiæ, quæ ad Deum est dilectio : quæ et unitive consummatur, secundum divinam et unicam simplicitatem, secundum quam Deus est omnimoda dilectio (et non huic quidem, illi vero non, sed quid unum desiderabile existens, simul erga se habet desideria, pro merito studioque desiderantium, diversa), quique hac prior est, omnimodus a contrariis recessus. Nisi enim ab omni materiali et sordida voluptate penitus expiati fuerimus, veri boni dilectio non erit in nobis. Quando autem a contrariis discesserimus, tum res ipsas, ut in se sunt, natura sua cognoscemus; nempe præsentia hæc temporanea esse, quæ vero ibi sunt, æterna, nec decipiemur circa boni apparentiam; siquidem illa non est notitia rerum qua res sunt; tunc enim ad ipsammet veritatem accedimus, atque uniformem perfectionem participamus. Quid porro est uniformitas? Quando nimirum a rebus hisce sensibilibus et ærumnosis ad divinam **165** simplicitatem adducimur, qui est cibus beatæ visionis, ut quæ mentem re intellecta nutrit, sicut alibi diximus. Et hæc est in Evangeliis illa divina ac supermundialis mensa.

διακόσμοις λέγεται, οὕτως ὁ εἰπὼν ἱεράρχην τὸν ἐπιστήμονα πάσης ἱερᾶς γνώσεως λέγει, ἐν ᾧ καθαρῶς γινώσκεται ἡ καθ' αὐτὸν [ἴσ. κατ' αὐτόν] ἱεραρχία. Μὴ γὰρ ὄντος αὐτοῦ καθόλου καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἐπιστήμονος; οὐδὲ ἡ ἐπιστήμη αὐτὴ τῆς ἱεραρχίας ἐνεργηθήσεται. Μὴ γοῦν εἴποι τις· Καὶ ποῖος οὕτω τέλειος; Οὐ προέθετο γὰρ ὁ Πατὴρ περὶ τοῦδε ἢ τοῦδε ἱεράρχου εἰπεῖν, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἁπλῶς ἱεράρχου, ὃς ὀφείλει ἔχειν ἀνελλιπῶς τὰ αὐτοῦ· ὥσπερ καὶ εἰ περὶ ἁπλῶς γραμματικοῦ ἔλεγεν, ἔμελλε λέγειν ἐκεῖνα καθ' ἃ τὸν τέλειον ἀπῄτει γραμματικόν· εἰ δ' οὖν ἀλλ' ἐχώλευεν ἡ γραμματικὴ μὴ ἔχουσα δειχθῆναι ὁποία ποτ' ἐστίν. Ταύτης τῆς ἱεραρχίας ἀρχὴ ἡ ἁγία καὶ μακαρία Τριάς, ἡ ὄντως οὖσα, καὶ αὐτὴ μόνη ἑαυτὴν ἐπισταμένη, ὡς ἔχειν ἐπιστητὸν τὸ τῆς οἰκείας ὑπάρξεως. Ἡ δὲ θέλημα μέν ἐστιν, ἡ τῶν λογικῶν ἀγγέλων τε καὶ ἀνθρώπων σωτηρία· ἡ δὲ, θέωσίς ἐστι τῶν σωζομένων. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν ἄλλων φαμὲν σώζεσθαι ἀπὸ φόβου, ἤγουν τῇ ἀφοβίᾳ προσπελάζειν, σώζεσθαι ἀπὸ φόνου, ἤγουν τῇ ζωῇ προσπελάζειν· σώζεσθαι ἀπὸ νόσου, ἤγουν ἐντὸς τῆς ὑγείας γίνεσθαι· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν προκειμένων τὸ σώζεσθαι ἀπὸ ἀλλοτριώσεως Θεοῦ προσπελάζειν τῷ Θεῷ, καὶ θέωσίς ἐστιν. Ἡ δὲ πάντως ἀφομοίωσις καὶ ἕνωσις πρὸς Θεὸν, καὶ δὴ πέρας καὶ τέλος ἐστὶν ἁπάσης ἱεραρχίας, ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπησις· ἣ δὴ καὶ ἑνιαίως ἱερουργεῖται κατὰ τὴν θείαν καὶ ἑνιαίαν ἁπλότητα, καθ' ἣν παντελὴς ἀγάπη ἐστὶν ὁ Θεὸς (καὶ οὐ τῷ μὲν, τῷ δ' οὔ, ἀλλ' ἑνιαῖον ἐφετὸν ὤν, ὅμως τὰς πρὸς αὐτὸν ἐφέσεις διαφόρους ἔχει πρὸς τὴν ἀξίαν καὶ τὴν σπουδὴν τῶν ἐφιεμένων), καὶ πρὸ τούτου ἡ ἀποφοίτησις τῶν ἐναντίων ἡ παντελής. Εἰ μὴ γὰρ καθαρθῶμεν ἀπὸ πάσης ἑνύλου καὶ ῥυπαρᾶς παντελῶς ἡδονῆς, οὐ μὴ γενήσεται ἡ ἀγάπησις τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ. Πότε δὲ ἀποφοιτῶμεν τῶν ἐναντίων; ὅτε γνωσόμεθα τὰ ὄντα καθὼς ἔχουσι φύσεως, ὅτε τὰ παρόντα πρόσκαιρα, τὰ δ' ἐκεῖσε αἰώνια, μὴ ἀπατώμενοι περὶ τὴν δόκησιν τοῦ καλοῦ· τοῦτο γὰρ οὐκ ἔστι γνῶσις τῶν ὄντων ᾗ ὄντα, τότε γὰρ καὶ τῇ ἀληθείᾳ προσβαίνομεν, καὶ μετέχομεν τῆς ἐνοειδοῦς τελειώσεως. Τί δέ ἐστι τὸ ἐνοειδές· Ἀναγόμεθα δηλονότι ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν τούτων καὶ μοχθηρῶν εἰς θείαν ἁπλότητα, ὃ δὴ ἑστίασίς ἐστι τῆς ἐποψίας· τρέφεται γὰρ τῷ νοητῷ τὸν νοῦν, καθὼς καὶ ἄλλοτε ἐλέγομεν. Καὶ τοῦτό ἐστιν ἡ παρτοῖς Εὐαγγελίοις θεία καὶ ὑπερκόσμιος τράπεζα.

§ IV. Dicimus itaque, Deum dedisse hierarchiam in salutem et deificationem eorum qui ejus sunt participes, atque angelis quidem spiritaliori modo et magis a materia remoto, nobis autem per symbola : siquidem homines extrinsecus a creaturæ contemplatione, verbis doctrinalibus, aliisque symbolis seu signis, veram cognitionem hauriunt; angeli vero intus secundum spiritalem virtutem suam illustrantur, ac divina voluntate insigniuntur, id est ad divinam imitationem, rerumque, qua res sunt, notionem efformantur. Cum enim intelligens quidem sit id quod intelligit, intelligibile vero id quod intelligitur, cibus autem et quasi sustentatio

§ IV. Λέγομεν τοίνυν, ὡς ὁ Θεὸς τὴν ἱεραρχίαν ἐπὶ σωτηρίᾳ καὶ θεώσει τῶν μετεχομένων ἐδωρήσατο, καὶ τοῖς μὲν ἀγγέλοις νοερώτερον καὶ ἀϋλώτερον, ἡμῖν δὲ διὰ συμβόλων· ἄνθρωποι μὲν γὰρ ἔξωθεν ἀπὸ τῆς κατὰ τὴν κτίσιν θεωρίας, καὶ ἀπὸ λόγων διδασκαλικῶν, καὶ ἑτέρων συμβόλων τὴν ἀληθῆ γνῶσιν λαμβάνουσιν· ἄγγελοι δὲ αὐτὴν ἔνδοθεν τὴν νοερὰν αὐτῶν ἐλλάμπονται δύναμιν, καὶ τὴν θείαν ἐνσημαίνονται βούλησιν, ἤγουν τυποῦνται πρὸς τὸ θεομίμητόν τε, καὶ τὸ τῶν ὄντων, ᾗ ὄντα ἐστὶ, γνωστικόν. Ἐπειδὴ γὰρ νοερὸν μέν ἐστι τὸ νοοῦν, νοητὸν δὲ τὸ νοούμενον, τροφὴ δὲ καὶ οἱονεὶ σύστασις τοῦ νοοῦντός ἐστι τὸ νοούμενον, εἰκότως ὁ Θεὸς, ἅτε νόων ὢν

των τῶν ἀσωμάτων, αὐτὸς νοούμενος καὶ νοητὸς αὐτοῖς, καθὼς ἐφικνοῦνται, γινόμενος, ἔσωθεν αὐτοὺς ἐλλάμπει. Ὃ γοῦν ἔχουσιν ἐκεῖνοι ἐνιαίως καὶ συνεπτυγμένως ὡς ἄϋλοι, τοῦτο ἡμεῖς διὰ συμβόλων διαιρετῶν καὶ πλήθει λαμβάνομεν. Σύμβολα δὲ διαιρετὰ τὰς τῆς Γραφῆς πολυειδεῖς διδασκαλίας φησίν. Εἰ γοῦν καὶ πρώην ἐλέγομεν, ὅτι πάσης ἱεραρχίας οὐσία ἐστὶν ὁ Θεός, ἀλλὰ τῆς καθ' ἡμᾶς ἰδίως καὶ προσεχὴς οὐσία, τὰ θεοπαράδοτα λόγια, καὶ μᾶλλον τούτων τὰ σεπτότατα τῶν ἀποστόλων διδάγματα. Ὃ γὰρ τῇ τῶν οὐρανίων ἱεραρχίᾳ αὐτὸς ὁ Θεὸς, ἄϋλως, ὡς ἐφικτὸν αὐτοῖς, ἑνούμενος, καὶ ταύτην ἀποτελῶν, τοῦτο τῇ καθ' ἡμᾶς αἱ Γραφαὶ, δι' ὧν ἐχόμεν ἀνάγεσθαι πρὸς τὴν θείαν ἁπλότητα· καὶ μὴν καὶ τὰ ὅσα δι' ἀϋγοτέρας μυήσεως, τῆς ἐκ τοῦ Πνεύματος δηλαδὴ ἐγγινομένης τοῖς ἀποστόλοις γνώσεως τῶν τῆς Γραφῆς νοημάτων, αὐτοὶ τοῖς ἄλλοις διὰ λόγου, σωματικοῦ μὲν, ὅτι δι' ὀργάνων σωματικῶν ἐλέγοντο, ἀϋλοτέρου δὲ ὅμως, ὅτι λόγῳ μόνῳ, καὶ διὰ γραφῆς* παρέδοσαν μυστικῶς. Παρέδοσαν δὲ ταῦτα οὐκ ἀπαρακαλύπτοις νοήσεσιν, ἀλλ' ἐν συμβόλοις τισὶν ἱεροῖς, ὅσα δηλαδὴ ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐκκλησίᾳ τελοῦνται, λόγον ἔχοντα τοῦ φαινομένου ὑψηλότερον καὶ θειότερον. Τοῦτο δὲ πεποιήκασι, καὶ οὐκ ἀπεκάλυψαν ἅπασι τὰ ἀπόκρυφα, ὅτι οὐ πᾶς ἱερὸς, οὐδὲ πάντων ἡ γνῶσις· *Ὑμῖν γὰρ δέδοται*, φησὶν ὁ Κύριος τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς μετ' αὐτοὺς ἁγίοις, *γνῶναι τὰ μυστήρια τῆς βασιλείας τοῦ Θεοῦ.*

**166** *enim*, inquit Dominus apostolis et successoribus

§ V. Ἀναγκαίως τοίνυν οἱ ἱεροὶ ἀπόστολοι, αὐτοὶ ἀναπλησθέντες τοῦ θείου χαρίσματος (ἐθεώθησαν γὰρ τῇ πρὸς αὐτῶν ἀγαπήσει), καὶ εἰς τοὺς ἄλλους ἀπεσταλμένοι παρὰ τῆς ἀγαθότητος, καὶ αὐτοὶ δὲ ἤδη θεοὶ γεγονότες, μὴ φθονοῦντες τοῖς μετ' αὐτοὺς τῆς τοιαύτης θεώσεως (ἀλλότριον γὰρ τὸ φθονερὸν τοῦ Θεοῦ), αἰσθητοῖς τὰ νοητὰ, καὶ ὑλικοῖς τὰ ἄϋλα, καὶ ἀνθρώποις τὰ θεῖα, καὶ ἐγγράφως καὶ ἀγράφως παρέδοσαν, οὐ μόνον χάριν τῶν ἀνιέρων (τί γὰρ ἡμῖν κἀκείνοις κοινὸν, οἳ οὐδὲ τῶν συμβόλων ψιλῶν ἀξιοῦνται;) ἀλλὰ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον ὅτι ἀναλόγως ἡμῖν αἰσθητοῖς οὖσι, καὶ αἰσθήσει ζῶσι, καὶ ἡ ἱεραρχία τελεῖται. Οὐ γὰρ οἷόν τε γυμνοῖς αὐτοῖς τοῖς θείοις πράγμασιν ἐντυγχάνειν, καὶ νοητῶς συνάπτεσθαι, αἰσθήσει ζῶντας· διὰ τοῦτο διὰ συμβόλων τελεῖσθαι ἐτάχθημεν. Τέως δὲ ὅμως οἱ τῶν συμβόλων λόγοι οὐ πᾶσίν εἰσιν ἀνακεκαλυμμένοι καὶ γνώριμοι, ἀλλὰ τοῖς ἱεροῖς ἀνδράσιν, οὓς οὐ θεμιτόν ἐστιν ἐξάγειν αὐτοὺς εἰς τοὺς ἔτι κατηχουμένους, εἰδότας, ὅτι προσηκόντως ἑκάστῳ κατὰ τὴν οὐρανίαν τάξιν τὴν εὐσταθῆ καὶ ἀσύμφυρτον ἀναλόγως τὴν καθ' ἡμᾶς διετάξαντο. Διὸ πεισθεὶς ταῖς ὁμολογίαις ταῖς σαῖς, ὡς οὐχ ἑτέρῳ μεταδώσεις, εἰ μὴ τοῖς κατὰ σὲ ἱεροῖς· καὶ ὅτι κἀκείνους ἀσφαλίσῃ τοιούτους εἶναι περὶ τὰ θεῖα, οἷος σὺ αὐτὸς εἶναι περὶ ταῦτα ὑπισχνῇ, καὶ τούτου μεταδίδωμί σοι τοῦ δώρου.

A intelligentis sit id quod intelligitur, merito Deus, cum mentes sint incorporeæ, ipsemet intelligens, et illis, quantum capere possunt, factus intelligibilis, intus ipsas illustrat. Quod itaque ipsi, tanquam immateriales, unite habent ac compacte, hoc nos sub divisorum symbolorum multitudine accipimus. Symbola porro divisa, vocat doctrinas Scripturæ multiformes. Si itaque, ut etiam ante diximus, essentia omnis hierarchiæ Deus est, nostræ tamen proprie, quasi proxima materia, sunt oracula a Deo tradita, præsertim apostolorum doctrinæ maxime venerandæ. Quod enim cœlesti hierarchiæ est ipse Deus, immaterialiter, quoad fieri potest, ipsi unitus eamque perficiens, hoc nostræ hierarchiæ sunt Scripturæ, per quas ad divinam simplicitatem

B adducimur; uti et traditiones illæ, quibus institutione magis a materia semota, ex sancti Spiritus instinctu, apostoli sensuum Scripturæ cognitionem, alii aliis, sermone quidem corporeo, quia per instrumenta corporea locuti sunt, magis tamen immateriali, quia sermone solo et non scripto, mystice tradiderunt. Nequaquam autem hæc patulis intelligentiis tradiderunt, sed in symbolis quibusdam sacris, quæ nimirum in Ecclesia sancta celebrantur, cum rationem habeant eo quod apparet sublimiorem atque diviniorem. Hoc autem fecerunt, et

C haudquaquam omnibus arcana revelarunt, quia non omnis sanctus, neque omnium scientia est: *Vobis* sanctis, *datum est nosse mysteria regni Dei*[k].

§ V. Necessario igitur sancti apostoli ipsimet divino munere pleni (per dilectionem enim deificati erant) et ad alios ab ipsa bonitate missi, quin et ipsi jam dii facti, successoribus istiusmodi deificationem minime invidentes (aliena enim invidia est a Deo), sensibilibus intellectilia, et materiatis immaterialia, et hominibus divina, tam scripto quam non scripto tradiderunt, non propter profanos tantum (quid enim nobis et illis commune, qui ne symbolis quidem nudis digni sunt habiti?) verum etiam ob aliam rationem, quod nimirum congruenter nobis sensu viventibus et sensitivis hierarchia subministretur. Non enim par est, ut iis qui sensu vivunt, nudas ipsas res divinas frequentent, et in-

D tellectualiter iis conjungantur; ideirco per symbola jussi sumus initiari. Verumtamen ne ipsæ quidem symbolorum rationes omnibus sunt revelatæ ac notæ, sed viris sanctis, quibus non licet eas exponere iis qui adhuc catechumeni; cum scire debeant convenienter unicuique, secundum ordinem cœlestem stabilem et inconfusum, ad captum nostrum hierarchiam ipsam ordinatam esse. Quapropter etiam tuis ipse professionibus persuasus es, ne illam alteri tradas, præterquam tui similibus sanctis; et ab eis petes cautionem, ipsos circa divina tales fore, qualem ipse te circa eadem fore recepisti, idque muneris tibi trado.

[k] Marc. IV, 11.

* Lege καὶ οὐ διὰ γραφῆς. In textu enim S. Dionysii legitur ἐκτὸς γραφῆς. Negationem οὐ legit interpres. EDIT. PATROL.

# CAPUT II.

I. *De iis quæ in illuminatione seu baptismo peraguntur.*

# ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β'.

1. *Περὶ τῶν ἐν τῷ φωτίσματι τελουμένων.*

## SYNOPSIS CAPITIS.

*Prima parte capitis ostendit, quo ordine perveniatur ad vitæ sanctitatem, et quomodo baptismus sit quædam nativitas spiritalis, atque principium operum supernaturalium, et simul monet, solos sanctos ad sacramentorum aspectum esse admittendos. — Secunda parte describit solemnem ritum baptizandi, qui sic habet : 1. Pontifex sacra promulgat Evangelia. II. Religionis amator patrinum seu susceptorem quærit, a quo instructus ad episcopum adducitur. III. Hic benigne ipsum excipit. IV. Clerum convocat ad agendas Deo gratias, et a patrino adductum solemni formula interrogat. V. Infidelitatem detestanti manum imponit, et inscribi jubet. VI. Facta precatione baptizandus exuitur, et fiunt insufflationes. VII. Fit solemnis professio fidei, et baptizatur. VIII. Veste candida amictus traditur susceptori, et sacræ communionis particeps efficitur. —* **167** *Tertia parte subjungit contemplationem, in qua I. ostendit, ritum hunc esse sanctum. II. Cæremonias istas signare gratiam spiritalem. III. Deum gratiam suam omnibus communicare. IV. Exponit quo ordine perveniatur ad perfectionem. V. Quid sibi velit adductio et inscriptio baptizandi, quid item abrenuntiatio. VI. Quid ad Orientem traductio. VII. Quid unctio. VIII. Quid in aquam immersio et emersio. IX. Quid candidum vestimentum. X. Quid unctio finalis. XI. Quid communio.*

—

Dictum itaque a nobis est sancte, sacri ordinis nostri scopum esse Dei, quoad ejus fieri potest, assimilationem atque unionem. Hanc autem, ut divina Scripta tradunt, maxime observandorum dilectione mandatorum sacrisque functionibus duntaxat consequemur : *Qui* enim, inquit, *diligit me, sermonem meum servabit, et Pater meus diliget eum, et ad eum veniemus, et mansionem apud eum faciemus* [1]. Quodnam est igitur initium sacrosanctæ augustissimorum observationis mandatorum? Ea quæ ad cæterorum cum sermonum tum operum sacrorum quam expeditissime nostras animales efformat affectiones, quæque nobis ad supercœlestis otii fruitionem viam sternit, sacrosanctæ, inquam, ac divinissimæ regenerationis nostræ traditio. Ut enim inclytus Præceptor noster ait, prima quidem mentis ad divina motio, Dei est dilectio : sacræ vero dilectionis in sacrosancta divinorum præceptorum observatione progressus primus, est ineffabilissima divini nostri status fabricatio.

Cum enim divinus hic status sit quædam nativitas divina, nunquam sane intellexerit, nedum fecerit, quidquam rerum divinitus traditarum, cui ne ipse quidem status hic divinitus afflatus sit. An non et nobis ( humano modo loquimur ) existentia primum opus est, ut deinde quæ nostri fori sunt tractemus, cum quod nullo modo est, neque motionem neque substantiam omnino habeat, quod autem quoquo pacto est, ea tantum et agat et patiatur quæ naturæ statusque sunt sui? Atque hoc quidem, ut opinor, perspicuum est. Cæterum divina divinæ generationis signa contemplemur. At nemo mihi profanus spectatum veniat ; neque enim debilibus pupillis sole irradiatis obtueri tutum, neque nobis superiora tentare innocuum sit; quandoquidem vera illa legalis hierarchia, Oziam [1*] quidem sacris, Core [1**] vero se dignioribus ingerentem, Nadab denique et Abiud [1***] suis muneribus non recte functos, detestetur.

Εἴρηται τοίνυν ἡμῖν ἱερῶς, ὡς οὗτός ἐστι τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας σκοπὸς, ἡ πρὸς Θεὸν ἡμῶν, ὡς ἐφικτὸν, ἀφομοίωσίς τε καὶ ἕνωσις. Ταύτης δὲ, ὡς τὰ θεῖα διδάσκει λόγια, ταῖς τῶν σεβασμιωτάτων ἐντολῶν ἀγαπήσεσι καὶ ἱερουργίαις μόνως τευξόμεθα. *Τηρήσει* γὰρ, φησὶν, *ὁ ἀγαπῶν με τὸν λόγον μου, καὶ ὁ Πατήρ μου ἀγαπήσει αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτῷ ποιήσομεν.* Τίς οὖν ἐστιν ἀρχὴ τῆς τῶν σεπτοτάτων ἱερουργίας ἐντολῶν; Ἡ πρὸς τὴν τῶν ἄλλων [96] ἱερολογιῶν καὶ ἱερουργιῶν ὑποδοχὴν ἐπιτηδειότατα μορφοῦσα τὰς ψυχικὰς [98] ἡμῶν ἕξεις, ἡ πρὸς τὴν τῆς ὑπερουρανίας λήξεως ἀναγωγὴν ἡμῖν ὁδοποίησις, ἡ τῆς ἱερᾶς καὶ θειοτάτης ἡμῶν ἀναγεννήσεως παράδοσις. Ὡς γὰρ ὁ κλεινὸς ἡμῶν ἔφη Καθηγεμὼν, ἡ κατὰ νοῦν μὲν ἐπὶ τὰ θεῖα πρωτίστη κίνησις ἡ ἀγάπησίς ἐστι τοῦ Θεοῦ· τῆς δὲ ἱερᾶς ἀγαπήσεως ἡ πρὸς τὴν ἱερουργίαν τῶν θείων ἐντολῶν ἀρχικωτάτη πρόοδος ἡ τοῦ εἶναι θείως ἡμᾶς ἀῤῥητοτάτη δημιουργία.

Εἰ γὰρ τὸ εἶναι θείως ἐστὶν ἡ θεία γέννησις, οὐ μή ποτέ τι γνοίη τῶν θεοπαραδότων, οὔτε μὴν ἐνεργήσειεν, ὁ μηδὲ τὸ ὑπάρχειν ἐνθέως ἐσχηκώς. Ἢ οὐχὶ καὶ ἡμῖν, ἀνθρωπίνως φαμὲν, ὑπάρξαι δεῖ [96] πρῶτον, εἶτα ἐνεργῆσαι τὰ καθ' ἡμᾶς, ὡς τοῦ μηδαμῶς ὄντος, οὐδὲ κίνησιν, ἀλλ' οὐδὲ ὕπαρξιν ἔχοντος· τοῦ δέ πως ὄντος, ἐκεῖνα μόνον ἐνεργοῦντος ἢ πάσχοντος ἐν οἷς εἶναι πέφυκεν; Ἀλλὰ τοῦτο μὲν, ὡς οἶμαι, σαφές. Ἐξῆς δὲ τὰ θεῖα τῆς θεογενεσίας ἐποπτεύσωμεν σύμβολα. Καί μοι μηδεὶς ἀτέλεστος ἐπὶ τὴν θέαν ἰέτω [97]· καὶ γὰρ οὐδὲ ταῖς ἡλιοτεύκτοις αὐγαῖς ἐν ἀσθενέσι κόραις ἀντωπεῖν ἀκίνδυνον, οὐδὲ τοῖς ὑπὲρ ἡμᾶς ἐγχειρεῖν ἀβλαβές· εἴπερ ἀληθὴς ἡ κατὰ νόμον ἱεραρχία, τὸν μὲν Ὀζίαν, ὅτι τοῖς ἱεροῖς ἐνεχείρησεν, ἀποστρεφομένη· τὸν Κορὲ δὲ, ὅτι τοῖς ὑπὲρ αὐτὸν ἱεροῖς· τὸν δὲ Ναδὰβ [98] καὶ Ἀβιοὺδ, ὅτι τοῖς οἰκείοις ἀνιέρως ἀπεχρήσαντο [99].

[1] Joan. xiv, 23. [1*] II Paralip. xxvi, 16-21. [1**] Num. xvi. [1***] Levit. x, 1, 2.

## VARIÆ LECTIONES.

[96] τῶν ἀΰλων, Ch. [98] ἐπιτηδειότητα, Ch. P.; τὰς φυσικάς, Ch. D. [96] ὑπάρξαι δεῖν, M. [97] ἴστω, Ch. P. [98] τὸν Ναδὰβ δέ, Ch. P. [99] ἀπεχρήσατο, M. S. Sar.

II. *Μυστήριον φωτίσματος.* A **168** II. *Sacramentum illustrationis, sive baptismi.*

§ I.

Ὁ μὲν ἱεράρχης, ἑκάστοτε τῇ πρὸς Θεὸν ἀφομοιώσει ἅπαντας ἀνθρώπους θέλων[100] σωθῆναι, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, ἀνακηρύττει πᾶσι τὰ ὄντως Εὐαγγέλια, Θεὸν ἵλεω τοῖς ἐπὶ γῆς ἐξ οἰκείας ὄντα καὶ φυσικῆς ἀγαθότητος, αὐτὸν ὡς ἡμᾶς εὐτόνως[1] ἀφικέσθαι διὰ φιλανθρωπίαν ἀξιώσαντα, καὶ τῇ πρὸς αὐτὸν ἑνώσει δίκην πυρὸς ἀφομοιῶσαι τὰ ἑνωθέντα, κατὰ τὴν αὐτῶν πρὸς θέωσιν[2] ἐπιτηδειότητα. *Ὅσοι γὰρ ἔλαβον αὐτὸν, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι, τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ· οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκὸς*[3]*, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν.*

Sacrorum præsul, cum omnes sigillatim homines ad Deum assimilatione salvos fieri, et ad agnitionem veritatis venire cupiat, prædicat omnibus ex veris Evangeliis, Deum ipsum terrigenis propria sua naturalique bonitate propitium, ad nos pro humanitate summa descendisse, ut sui unione, in morem ignis, unita sibi conformaret, quantum ad eorum conduceret deificationem. *Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine ejus : qui non ex sanguinibus, nec ex voluntate carnis, sed ex Deo nati sunt*[m].

§ II.

Ὁ τούτων ἀγαπήσας[4] τῶν ὄντως ὑπερκοσμίων τὴν ἱερὰν μετουσίαν, ἐλθὼν ἐπί τινα τῶν μεμυημένων, πείθει μὲν αὐτὸν, ἡγήσασθαι αὐτοῦ τῆς ἐπὶ τὸν ἱεράρχην ὁδοῦ, αὐτὸς δὲ ὁλικῶς ἑπακολουθήσειν ἐπαγγέλλεται τοῖς παραδοθησομένοις, καὶ ἀξιοῖ τῆς τε προσαγωγῆς αὐτοῦ, καὶ συμπάστης τῆς ἐπὶ τὸ ἕξῆς ζωῆς τὴν ἐπιστασίαν ἀναδέξασθαι. Τὸν δὲ, τῆς μὲν ἐκείνου σωτηρίας ἱερῶς ἐρῶντα, πρὸς δὲ τὸ τοῦ πράγματος ὕψος ἀντιμετροῦντα τὸ ἀνθρώπινον, φρίκη μὲν ἄφνω καὶ ἀμηχανία περίστηται· τελευτῶν δὲ ὅμως, ποιήσειν τὸ αἰτηθὲν[5] ἀγαθοειδῶς ὡμολόγησε, καὶ παραλαβὼν αὐτὸν ἄγει πρὸς τὸν τῆς ἱεραρχίας ἐπώνυμον.

B Quisquis autem horum munerum vere supermundialium sancte particeps esse cupit, accedens quempiam sacris initiatum, flagitat ab eo ad sacrorum præsidem manuduci, nec non integre cunctis sanctionibus obsequi pollicetur, rogatque, suæ cum admissionis tum totius exinde vitæ curam suscipere ne recuset. Tum hunc, salutis quidem illius sancte cupidum, sed rei celsitudinem humanæ fragilitati opponderantem, horror illico anxietasque circumdant : verumtamen benevole tandem simul petitioni ejus satis se facturum annuit, ipsumque suscipiens ad summum ducit sacerdotem.

§ III.

Ὁ δὲ μετ' εὐφροσύνης, ὡς τὸ ἐπ' ὤμων πρόβατον, εἰσδεξάμενος τοῖν ἀνδροῖν, ἐσέφθη πρῶτα καὶ ὑμνεῖ[6], διὰ νοερᾶς εὐχαριστίας καὶ σωματοειδοῦς προσκυνήσεως, τὴν μίαν ἀγαθοεργέτιν ἀρχὴν, ὑφ' ἧς τὰ καλούμενα καλεῖται, καὶ τὰ σωζόμενα σώζεται.

C Is autem cum lætitia, non secus atque humeris ovem, duos illos viros excipiens, spiritali primum actione gratiarum, corporisque adoratione, unicum, a quo vocanda vocantur, ac salvanda salvantur benelicum principium venerátur.

§ IV.

Εἶτα πᾶσαν ἱερὰν διακόσμησιν, ἐπὶ συνεργίᾳ μὲν καὶ συνεορτάσει τῆς τἀνδρὸς[7] σωτηρίας, εὐχαριστίᾳ δὲ τῆς θείας ἀγαθότητος, εἰς τὸν ἱερὸν χῶρον συναγαγὼν, ἐν ἀρχῇ μὲν ὕμνον τινὰ τοῖς λογίοις ἐγκείμενον ἅμα πᾶσι τοῖς τῆς Ἐκκλησίας πληρώμασιν ἱερολογεῖ· καὶ μετὰ τοῦτο τὴν ἱερὰν ἀσπασάμενος τράπεζαν, πρὸς τὸν ἄνδρα παρόντα πρόεισι, καὶ πυνθάνεται παρ' αὐτοῦ τί βουλόμενος ἥκοι.

Omnem deinde sacrum ordinem, cum ut hominis saluti cooperentur atque congaudeant, tum ut divinæ bonitati gratias agant, in sacrum locum cogens, initio quidem hymnum aliquem e Scripturis una cum universo ecclesiæ clero decantat: quo finito, ubi sacrum altare deosculatus est, ad virum, qui præsens est, accedit, et quid petitum venerit scisciatur.

§ V.

Τοῦ δὲ θεοφιλῶς αἰτιασαμένου[8], κατὰ τὴν τοῦ ἀναδόχου παράδοσιν, τὴν ἀθεότητα, τὴν ἀγνωσίαν D Tum ipsum, juxta instructionem fidejussoris, infidelitatem pristinam, verique boni ignorationem,

[m] Joan. I, 12.

VARIÆ LECTIONES.

[100] πάντας ἀνθρώπους ἐθέλων, D. Ch. πάντας et ἐθέλων, P. ἅπαντας et ἐθέλων, S. [1] εὐτόνως non habent M. P. D. S. Sar. et Vien. Cæs. [2] πρόσθεσιν, M. ubi correctum πρόσθεσιν, et sic vertit Sc. item S. [3] subdit Ch. οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρός. [4] ὁ δὲ τούτων ἀγαπήσας, P. Ch. D. Sc. Sar. [5] τελευταῖον δὲ ὅμως, Ch. P. ἐποίησε τὸ αἰτηθέν, M. V. uterque. [6] ἐσέφθη μέν, D. P. S. Sar.; ὡς ἔφημεν, πρῶτα μὲν ὑμνεῖ, M. Sc.; ἐσεβάσθη μέν, Vien. minor. [7] γρ. τοῦ ἀνδρ. [8] γρ. αἰτησαμένου.

nec non vitæ spiritalis privationem detestantem, atque sancta ejus intercessione Dei divinorumque compotem fieri postulantem, præmonet, integre illi **169** ad Deum accedendum esse, utpote prorsus perfectum et immaculatum : propositaque divine vivendi norma, nec non interrogato num ex ea victurus esset, assentienti manum capiti imponit, et consignans eum, sacerdotibus mandat, ut virum susceptoremque describant.

A τοῦ ὄντως καλοῦ, τὴν τῆς ἐνθέου ζωῆς ἀνενεργησίαν, ἀξιοῦντός τε διὰ τῆς ἱερᾶς αὐτοῦ μεσιτείας Θεοῦ καὶ τῶν θείων τυχεῖν, μαρτύρεται[9] μὲν αὐτῷ τὴν ὀφειλομένην ὁλικὴν γενέσθαι προσέλευσιν, ὡς παντελεῖῳ καὶ ἀμώμῳ ὄντι Θεῷ· καὶ τὴν ἔνθεον αὐτῷ πολιτείαν ὑφηγησάμενος, καὶ προσερωτήσας εἰ οὕτω πολιτεύσαιτο, μετὰ τὴν ὁμολογίαν, ἐπιτίθησιν αὐτοῦ τῇ κεφαλῇ τὴν χεῖρα, καὶ σφραγισάμενος, ἀπογράψασθαι κελεύει τοῖς ἱερεῦσι τὸν ἄνδρα καὶ τὸν ἀνάδοχον.

## § VI.

Quibus ascriptis, sacram infit precationem : qua una cum ipso ab universa congregatione completa, illum discingit, et per ministros exuit. Sistens exinde ipsum ad occidentem prospectantem, manusque versus illam plagam aversas protrudentem, tertio Satanam insufflare jubet, atque insuper abrenuntiationis verba proferre; eique ter abrenuntiationis solemnibus verbis propositis, cum eamdem toties conceptis verbis pronuntiavit, ipsum ad orientem transfert, et in cœlum intuentem, manusque attollentem, Christo cunctisque sacris a Deo traditis eloquiis jubet assentire.

Τῶν δὲ ἀπογραψαμένων, εὐχὴν ἱερὰν ποιεῖται· καὶ ταύτην ἁπάσης αὐτῷ τῆς Ἐκκλησίας συμπληρωσάσης, ὑπολύει[10] μὲν αὐτὸν, καὶ ἀπαμφιέννυσι B διὰ τῶν λειτουργῶν. Εἶτα στήσας ἐπὶ δυσμαῖς προσέχοντα, καὶ τὰς χεῖρας ἀπωθοῦντα[11] πρὸς τὴν αὐτὴν ἀπεστραμμένας χώραν, ἐμφυσῆσαι μὲν αὐτῷ τρὶς διακελεύεται τῷ Σατανᾷ, καὶ προσέτι τὰ τῆς ἀποταγῆς ὁμολογῆσαι· καὶ τρὶς αὐτῷ τὴν ἀποταγὴν μαρτυρόμενος[12], ὁμολογήσαντα τρὶς τοῦτο[13], μετάγει πρὸς ἕω, καὶ πρὸς οὐρανὸν ἀναβλέψαντα, καὶ τὰς χεῖρας ἀνατείναντα, κελεύει συντάξασθαι τῷ Χριστῷ καὶ πάσαις ταῖς θεοπαραδότοις ἱερολογίαις.

## § VII.

Quo facto, trinam illi denuo præcipit professionem, tertioque professum benedicendo recipit, eique manum imponit. Dum vero ministri penitus C eum exuunt, sacrum unctionis oleum afferunt sacerdotes. Pontifex vero trino signaculo inchoans unctionem, sacerdotibus hominem tradit toto corpore inungendum; ipse autem ad adoptionis matrem (id est fontem) vadit; cujus aquas postquam sacris invocationibus sanctificavit, nec non tribus sacratissimi unguenti crucis forma affusionibus, totidem sacri unguenti appositionibus sacrosanctum Deo afflatorum prophetarum divinæ aspirationis hymnum concinendo, consecravit, adduci virum jubet; ac sacerdote quopiam e scripto cum ipsum tum susceptorem proclamante, initiandus sacerdotum manibus in aquam ducitur ad manum pontificis : qui superne astans, ubi sacerdotes secundum aquas, versus pontificem initiandi nomen D proclamarunt, ter eum immergit, sub ternam istam immersionem atque emersionem tres divinæ beatitudinis Personas invocando. Tunc excipientes eum cæteri sacerdotes, tradunt susceptori seu admissionis auctori, et ubi una cum eo initiatum veste congrua amiciverunt, rursus illum ad pontificem ducunt : qui, divinitus sacrato oleo virum consignans, sacrosanctæ Eucharistiæ participem declarat.

Τοῦ δὲ καὶ τοῦτο πεποιηκότος, μαρτύρεται πάλιν αὐτῷ τρὶς τὴν ὁμολογίαν· καὶ πάλιν αὐτοῦ τρὶς ὁμολογήσαντος, ἐπευξάμενος εὐλογεῖ καὶ χειροθετεῖ. Καὶ τελείως ἀπαμφιεσάντων αὐτὸν τῶν λειτουργῶν, χρίζουσι μὲν οἱ ἱερεῖς τὸ τῆς χρίσεως ἅγιον ἔλαιον. Ὁ δὲ τῆς χρίσεως διὰ τοῦ σφραγίσαι τρὶς ἁπαρξάμενος, τὸ λοιπὸν τοῖς ἱερεῦσι τὸν ἄνδρα χρῖσαι πανσόμως παραδοὺς, αὐτὸς ἐπὶ τὴν μητέρα τῆς υἱοθεσίας ἔρχεται, καὶ τὸ ταύτης ὕδωρ ταῖς ἱεραῖς ἐπικλήσεσι καθαγιάσας, καὶ τρισὶ τοῦ παναγεστάτου μύρου σταυροειδέσι χύσεσι τελειώσας αὐτὸ, καὶ ταῖς τοῦ μύρου πανιέροις ἐπιβολαῖς ἰσαρίθμως τὸ ἱερὸν τῆς τῶν θεολήπτων προφητῶν ἐπιπνοίας μελῴδημα συνεπιφθεγξάμενος, κελεύει τὸν ἄνδρα προσκομισθῆναι· καί τινος ἱερέως ἐκ τῆς ἀπογραφῆς αὐτόν τε καὶ τὸν ἀνάδοχον ἀνακηρύξαντος, ὁ μὲν ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐπὶ τοῦ ὕδατος ἄγεται, πρὸς τὴν τοῦ ἱεράρχου χεῖρα πρὸς αὐτὸν χειραγωγούμενος[14]· ὁ δὲ ἱεράρχης ἄνωθεν ἑστηκὼς, ἀναβοησάντων πάλιν ἐπὶ τοῦ ἱεράρχου κατὰ τὸ ὕδωρ τὸ ὄνομα τοῦ τελουμένου τῶν ἱερέων, τρὶς μὲν αὐτὸν ὁ ἱεράρχης βαπτίζει, ταῖς τρισὶ τοῦ τελουμένου καταδύσεσι καὶ ἀναδύσεσι τὴν τρισσὴν τῆς θείας μακαριότητος ἐπιβοήσας Ὑπόστασιν. Παραλαβόντες δὲ αὐτὸν[15] οἱ ἱερεῖς, ἐγχειρίζουσι τῷ τῆς προσαγωγῆς ἀναδόχῳ τε καὶ ἡγεμόνι· καὶ σὺν αὐτῷ περιβαλόντες ἐσθῆτα τῷ τελουμένῳ κατάλληλον, ἐπὶ τὸν ἱεράρχην αὖθις ἀπάγουσιν[16]· ὁ δὲ τῷ θεουργικωτάτῳ μύρῳ τὸν ἄνδρα σφραγισάμενος, μέτοχον ἀποφαίνει λοιπὸν τῆς ἱεροτελεστικωτάτης[17] Εὐχαριστίας.

### VARIÆ LECTIONES.

[9] μαρτυρεῖ, M. [10] ἀπολύει, Ch. [11] ἐπὶ δυσμῶν, Ch. ἐπὶ δυσμάς, D. ἀνωθοῦντα, M. [12] μαρτυράμενος. Ch. D. V. μαρτυρούμενος. [13] τοῦτον, Ch.; αὐτόν, P. [14] καὶ πρὸς αὐτόν, M.; πρὸς αὐτῶν, Ch. D. Sar.; χειραγωγούμενος χεῖρα, S. [15] καὶ παραλαβόντες αὐτόν, Ch. D. P. S. Sar. [16] ἄγουσιν, Ch. D. P. S. Sar. [17] ἱεροτελεστάτης, M.

## § VIII.

Ταῦτα δὲ τελέσας ἀπὸ τῆς ἐπὶ τὰ δεύτερα προόδου, πάλιν ἐπὶ τὴν τῶν πρώτων ἀνατείνεται θεωρίαν, ὡς κατὰ μηδένα καιρὸν ἢ τρόπον, ἐπ' ἀλλοτρίῳ τινὶ παρὰ τὰ οἰκεῖα τρεπόμενος, ἀλλ' ἀπὸ θείων εἰς θεῖα προσεχῶς καὶ ἀεὶ τῷ θεαρχικῷ Πνεύματι μεταταττόμενος.

III. *Θεωρία.*

A **170** His rite peractis, a suo ad secunda progressu, ad rerum iterum præcipuarum exigitur contemplationem, ne ullo tempore vel modo quidpiam a suis institutis tractet alienum, sed assidue perpetuoque divini Spiritus ductu a divinis ad divina transformetur.

III. *Contemplatio.*

## § I.

Αὕτη μὲν οὖν [18], ὡς ἐν συμβόλοις, ἡ τῆς ἱερᾶς τελετὴ θεογενεσίας [19], οὐδὲν ἀπρεπὲς ἢ ἀνίερον, οὐδὲ τῶν αἰσθητῶν [20] ἔχουσα εἰκόνων, ἀλλ' ἀξιοθέου θεωρίας αἰνίγματα φυσικοῖς καὶ ἀνθρωποπρεπέσιν ἐσόπτροις εἰκονιζόμενα. Τί γὰρ ἂν φανείη [21] διαμαρτάνουσα, καὶ τοῦ θειοτέρου λόγου τῶν τελουμένων σεσιγημένου, πειθοῖ καὶ θεορρήμοσύνῃ τὴν τοῦ προσιόντος εὐζωΐαν ἱερῶς διαπραγματευομένη, καὶ τὴν ἁπάσης ὁμοῦ κακίας δι' ἐναρέτου καὶ θείας ζωῆς ἀποκάθαρσιν, τῇ δι' ὕδατος φυσικῇ καθάρσει, σωματικώτερον αὐτῷ διαγγέλλουσα;

Αὐτὴ [22] δ' οὖν, εἰ καὶ μηδέν τι θειότερον εἶχεν ἡ τῶν τελουμένων συμβολικὴ παράδοσις, οὐκ ἀνίερος ἦν, ὡς οἶμαι, διδασκαλίαν μὲν εὐθέτου ζωῆς εἰσηγουμένη, τὴν παντελῆ δὲ τῆς ἐν κακίᾳ πολιτείας ἀποκάθαρσιν, ὁλικῶς τῷ σώματι καθαιρομένῳ φυσικῶς δι' ὕδατος αἰνισσομένη.

B Hæc in sacris symbolis divinæ generationis initiatio nihil indecori vel profani quin nec sensiles figuras continet, sed Deo dignæ contemplationis ænigmata in naturalibus ad captum hominum speculis effigiata. Quid enim ei defuisse videatur, diviniori etiam mysteriorum silentio suppressa ratione, cum divina institutione satis probet accedentis, quam sancte operatur, vitæ integritatem, et per vitam probam ac divinam, universæ simul malitiæ perpurgationem, naturali emundatione aquæ corporalius ipsi denuntiet?

Ut itaque symbolica initiationum traditio nihil hoc divinius haberet, nequaquam, ut reor expers esset sanctitatis, cum et recte vivendi disciplinam introducat, et omnimodam in vitiis transactæ vitæ emundationem, toto corpore aqua penitus perpurgato, naturaliter insinuet.

## § II.

Ἀλλ' ἔστω μὲν αὕτη τοῖς ἀτελέστερον εἰσαγωγικὴ ψυχαγωγία, τά τε ἱεραρχικὰ καὶ ἑνοειδῆ τῆς πληθύος, ὡς θέμις, ἀποδιαστέλλουσα, καὶ συμμετροῦσα ταῖς κατὰ μέρος τάξεσιν τὴν ἐναρμόνιον ἀναγωγήν [23]· ἡμεῖς δὲ, ἀναβάσεσιν ἱεραῖς ἐπὶ τὰς τῶν τελουμένων ἀρχὰς ἀναβλέψαντες, καὶ ταύτας ἱερῶς μυηθέντες, ἐπιγνωσόμεθα τίνων εἰσὶ χαρακτήρων τὰ ἐκτυπώματα, καὶ τίνων ἀφανῶν αἱ εἰκόνες. Ἔστι γάρ, ὡς ἐν τῇ *Περὶ νοητῶν τε καὶ αἰσθητῶν* πραγματείᾳ σαφῶς διηγόρευται, τὰ μὲν αἰσθητῶς ἱερὰ τῶν νοητῶν ἀπεικονίσματα, καὶ ἐπ' αὐτὰ χειραγωγία καὶ ὁδός· τὰ δὲ νοητὰ, τῶν κατ' αἴσθησιν ἱεραρχικῶν ἀρχὴ καὶ ἐπιστήμη.

C Verum sit hæc quidem rudioribus introductio spiritalis, quæ et sacramenta sancta atque unitiva, uti fas est, a promiscuis distinguat, et singulis ordinibus accommodatam concinnet sublimationem: nos autem, cum sacris ascensionibus sacramentorum principia contemplantes, sacro eadem afflatu perceperimus, cognoscemus quorum characterum sint effigies, et quarum rerum occultarum imagines existant. Ut enim in Opere *De intelligibilibus ac sensibilibus* perspicue declaratum est, sensibilia sacramenta, simulacra sunt intelligibilium, ad quæ manuducunt ac viam sternunt; intelligibilia vero, sacramentorum sensibilium principium sunt atque scientia.

## § III.

Λέγωμεν τοίνυν [24], ὡς ἔστιν ἡ τῆς θείας μακαριότητος ἀγαθότης ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχουσα τὰς τοῦ οἰκείου φωτὸς ἀγαθοεργέτιδας ἀκτῖνας, ἐπὶ πάσας ἀφθόνως ἁπλοῦσα τὰς νοερὰς ὄψεις. Εἴτ' οὖν [25] ἀποσταίη τοῦ νοητοῦ φωτὸς ἡ τῶν νοερῶν

D Dicimus itaque, divinæ beatitudinis bonitatem, eamdem semper et eodem modo se habentem, beneficos lucis suæ radios cunctis oculis mentalibus abundanter expandisse; adeoque si spontanea mente præditorum arbitrii libertas spiritale lumen

## VARIÆ LECTIONES.

[18] οὖν non habent P. Ch. D. S. Sc. Sar. et 3 Vien. [19] τελετῆς θεογενεσία, M. Scot. [20] ἐκ τῶν αἰσθητῶν, M. Sc. [21] εἰκονιζομένη· κατὰ τί γὰρ ἄν, M. Sc.; ἐνεικονιζόμενα, S. P. [22] ταύτη, M. Ch. D. P. S. et duo Vien. [23] ταῖς ἀνιέροις τάξεσι, τὴν ἐναρμόνιον ἀγωγήν. [24] λέγομεν τοίνυν, Ch. D. Sar. et duo Vien. [25] εἴ τις οὖν, M. P. Sc.

deserat, a natura sibi insitas luci excipiendæ vires amore pravi præcludens, præsenti quidem luci se subducit, hæc tamen eam minime destituit, sed vel conniventem illuminat, atque aversanti benigne prorsus occurrit. **171** Quod si mediocri instructa videndi facultate terminos transilierit, radiisque visum superantibus temere ausa fuerit obtueri, lux quidem nihil a se alienum faciet, verum ipsa perfectis imperfecte se ingerens, aliena neutiquam assequetur, mediocritate porro sua insolenter superbiens, sua culpa frustrabitur. Benigne tamen, ut dixi, divina lux mentalibus semper oculis patet, ejusdemque præsentis, et ad Deo dignam sui semper communicationem paratissimæ, copiam habere licet. Ad hujus imitationem divinus antistes effingitur, lucidos divinæ eruditionis radios super omnes luculenter explicans, et se accendentem Dei imitatione illuminandi promptissimus, nulla utens objurgatione, vel dira propter priorem defectionem vel intemperantiam imprecatione, sed exemplo Dei, ad se accedentibus suis semper illuminationibus pontificaliter affulgens cum decore atque ordine, et pro cujusque ad sacra capacitatis ratione.

A αὐθαίρετος αὐτεξουσιότης, κακίας ἔρωτι συμμύσασα τὰς φυσικῶς ἐνεσπαρμένας αὐτῇ πρὸς τὸ φωτίζεσθαι δυνάμεις, ἀπήρτηται τοῦ παρόντος αὐτῇ φωτὸς οὐκ ἀποστάντος, ἀλλ' ἐπιλάμποντος αὐτῇ μυωπαζούσῃ, καὶ ἀποστρεφομένῃ προστρέχοντος ἀγαθοειδῶς· εἴτε τοῦ μετρίως αὐτῇ δοθέντος ὁρατοῦ τοὺς ὅρους ὑπερπηδήσοι, καὶ πρὸς τὰς ὑπὲρ τὴν κατ' αὐτὴν ὄψιν αὐγὰς αὐτωπῆσαι [36] τολμηρῶς ἐπιχειρήσοι, τὸ μὲν φῶς ἐνεργήσει παρὰ τὰ φωτὸς οὐδέν· αὐτὴ δὲ, τοῖς τελείοις ἀτελῶς ἐπιβάλλουσα, τῶν μὲν ἀνοικείων οὐκ ἂν ἐφίκοιτο, τοῦ μετρίου δὲ ἀκόσμως ὑπερφρονοῦσα δι' ἑαυτὴν ἀποτεύξεται. Πλὴν, ὅπερ ἔφην, ἀγαθουργικῶς ἀεὶ ταῖς νοεραῖς ὄψεσι τὸ Θεῖον ἥπλωται φῶς· ἔνεστί τε αὐταῖς ἀντιλαβέσθαι [37] παρόντος αὐτοῦ, καὶ ἀεὶ πρὸς θεοπρεπῆ τῶν οἰκείων μετάδοσιν ὄντος ἑτοιμοτάτου. Πρὸς ταύτην ὁ θεῖος ἱεράρχης ἀποτυποῦται τὴν μίμησιν, τὰς φωτοειδεῖς αὐτοῦ τῆς ἐνθέου διδασκαλίας αὐγὰς ἀφθόνως ἐπὶ πάντας ἁπλῶν, καὶ τὸν προσιόντα φωτίσαι θεομιμήτως ἑτοιμότατος ὤν, οὐ φθόνῳ, οὐδὲ ἀνιέρῳ τῆς προτέρας [38] ἀποστασίας ἢ ἀμετρίας μήνιδι χρώμενος, ἀλλ' ἐνθέως ἀεὶ τοῖς προσιοῦσι ταῖς αὐτοῦ φωταγωγίαις ἱεραρχικῶς ἐλλάμπων ἐν εὐκοσμίᾳ καὶ τάξει, καὶ ἀναλογίᾳ τῆς ἑκάστου πρὸς τὰ ἱερὰ συμμετρίας.

B

## § IV.

Sed quoniam divinum Numen sacræ disciplinæ principium exsistit, qua sanctæ mentes in sui deveniunt cognitionem; quisquis ad insitum naturæ lumen recurrerit, principio quidem quis tandem ipse sit videbit, hocque lucis accessione munus sacrum referet; porro qui propria sua recte irreflexis oculis considerarit, abditas quidem ignorationis sui tenebras eliminabit perfectissimæ tamen Dei unionis et participationis adhuc exsors, ejusdem desiderio sponte non afficietur; sed sensim primum a propriis ad potiora, et ex iis ad potissima, nec non perfectus jam in ordine, ad principalem Dei celsitudinem sacro quodam modo evehetur. Hujusce venusti sacrique ordinis argumentum est, accedentis verecundia, rerumque ad se spectantium cognitio, ad summum sacerdotem viæ ducem nacta susceptorem. Sic adductum, divina beatitudo ad sui admittit communicationem propriæque lucis, instar signi cujusdam, ipsum participat, Deo intimum reddens, ac consortem munerum divinorum, atque ordinis sacri; quorum sacra est tessera, summi sacerdotis accedenti datum signaculum, nec non salutaris descriptio sacerdotum, salvandis eum aggregans, atque sacris inserens monumentis una cum susceptorem, tanquam salutiferæ ad veritatem

Ἀλλ' ἐπείπερ [39] εὐταξίας ἐστὶν ἀρχὴ τὸ Θεῖον ἱερᾶς, καθ' ἣν ἑαυτῶν ἐπιγνώμονες οἱ ἱεροὶ νόες, ὁ πρὸς τὸ οἰκεῖον τῆς φύσεως ὁρατὸν ἀνατρέχων, ἐν ἀρχῇ μὲν ὅστις ποτέ ἐστιν, αὐτὸς ὄψεται, καὶ τοῦτο λήψεται πρῶτον ἐκ τῆς πρὸς τὸ φῶς ἀνανεύσεως ἱερὸν δῶρον· ὁ δὲ τὰ οἰκεῖα καλῶς ἀπροσπαθέσιν ὀφθαλμοῖς ἐπισκοπήσας, τῶν ἀλαμπῶν μὲν ἀποφοιτήσει τῆς ἀγνωσίας μυχῶν· τῆς Θεοῦ δὲ τελειωτάτης [40] ἑνώσεως καὶ μεθέξεως ἀτελὴς ὤν, αὐτὸς οὐκ αὐτόθεν ἐπιθυμήσει, κατὰ βραχὺ δὲ διὰ τῶν αὐτοῦ [41] πρώτων ἐπὶ τὰ ἔτι πρότερα, καὶ δι' ἐκείνων ἐπὶ τὰ πρώτιστα, καὶ τελειωθεὶς ἐπὶ τὴν ἀκρότητα τὴν θεαρχικὴν ἐν τάξει [42] καὶ ἱερῶς ἀναχθήσεται. Ταύτης ἐστὶ τῆς εὐκόσμου [43] καὶ ἱερᾶς τάξεως εἰκὼν ἡ τοῦ προσιόντος αἰδὼς, καὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν ἐπιγνωμοσύνη, τῆς ἐπὶ τὸν ἱεράρχην ὁδοῦ τὸν ἀνάδοχον ἔχουσα καθηγεμόνα. Τὸν δ' [44] οὕτως ἀναγόμενον ἡ θεία μακαριότης εἰς τὴν ἑαυτῆς μετουσίαν εἰσδέχεται, καὶ τοῦ οἰκείου φωτὸς, ὥσπερ τινὸς αὐτῷ σημείου μεταδίδωσιν, ἔνθεον ἀποτελοῦσα καὶ κοινωνὸν τῆς τῶν ἐνθέων ἀποκληρώσεως καὶ ἱερᾶς κατατάξεως· ὧν ἐστι σύμβολον ἱερὸν ἡ τοῦ ἱεράρχου τῷ προσιόντι δωρουμένη σφραγὶς, καὶ τῶν ἱερέων ἡ σωτηριώδης ἀπογραφὴ, τοῖς σωζομένοις αὐτὸν ἐγκαταλέγουσα, καὶ μνημοσύνοις ἱεροῖς ἀνατιθεῖσα πρὸς αὐτῷ καὶ τὸν ἀνάδοχον, ὡς τῆς ζωοποιοῦ πρὸς

C

D

## VARIÆ LECTIONES.

[36] γρ. ἀντωπῆσαι. [37] γρ. ἀντιλαμβάνεσθαι. [38] hunc locum ita habet M. et vertit Sc. : Οὐδὲ ἀνιέρως τῆς προτέρας ἀποστασίας, ἢ ἀμετρίας μηδὲν ἀεὶ χρώμενον, ἀλλ' ἐνθέως ἀεὶ τοῖς προϊοῦσι. [39] ἀλλ' εἴπερ, S. B. Sc. Sar. [40] lege τελεωτάτης. V. τελειοτάτης. [41] δι' αὐτῶν, M. Sc. et mox pro ἐπὶ τά, ἔπειτα. [42] ἐπὶ τὴν ἀκροτάτην θεαρχικήν, M. Sc. P. Pro ἐν τάξει, S. et P. τάξιν habent. [43] ἐγκόσμου, M. Sc. εὐκοσμίου, P. Sar. [44] δέ non est in S. P. D. Ch. Sar.

ἀλήθειαν πορείας, τὸν μὲν, ἐραστὴν ἀληθῆ [35] καὶ συνοπαδὸν ἡγεμόνος ἐνθέου· τὸν δὲ ἁπλανῆ ταῖς θεοπαραδότοις ἡγήσεσι τοῦ ἑπομένου χειραγωγόν. A viæ : illum quidem, amatorem sincerum ac comitem ductoris divini; hunc vero minime errabundum divinitus **172** traditis institutionibus sequendis manuductorem.

## § V.

Ἀλλ' οὐκ ἔνεστι τῶν ἄκρως ἐναντίων ἅμα μετέχειν [36], οὐδὲ τὸν κοινωνίαν τινὰ πρὸς τὸ ἓν ἐσχηκότα, μεριστὰς ἔχειν ζωὰς, εἰ τῆς τοῦ ἑνὸς ἀντέχεται βεβαίας μεθέξεως· ἀλλ' ἄσχετον εἶναι καὶ ἀκατάτακτον ἐν πάσαις ταῖς τοῦ ἑνοειδοῦς διαιρέσεσιν· ὅπερ ἡ τῶν συμβόλων παράδοσις ἱερῶς αἰνισσομένη, τὸν προσιόντα τὴν οἷον [37] προτέραν ζωὴν ἀπεκδύσασα καὶ μέχρι τῶν κατ' ἐκείνην ἐσχάτων σχέσεων ἀπολύσασα [38], γυμνὸν καὶ ἀνυπόδετον ἵστησι πρὸς δυσμὰς B ἀφορῶντα, καὶ τῇ τῶν χειρῶν ἀπώσει [39] τὰς τῆς ἀλαμποῦς κακίας ἀναινόμενον κοινωνίας, καὶ τὴν ἐγγενομένην αὐτῷ τῆς ἀνομοιότητος ἕξιν ὥσπερ ἐκπνέοντα, καὶ τὰς ὁλικὰς ὁμολογήσαντα, πρὸς τὸ τοῦ θεοειδοῦς ἐναντίον, ἀποταγάς. Οὕτω παντελῶς ἄσχετον αὐτὸν καὶ ἀκοινώνητον γεγονότα πρὸς ἕω μετάγει [40], τὴν ἐν τῷ θείῳ φωτὶ στάσιν τε καὶ ἀνάνευσιν ἔσεσθαι καθαρῶς ἐν τῇ παντελεῖ τῆς κακίας ἀποφοιτήσει διαγγέλλουσα, καὶ τὰς ἱερὰς αὐτοῦ τῆς πρὸς τὸ ἓν ὁλικῆς συννεύσεως ὁμολογίας, ἑνοειδοῦς γενομένου φιλαλήθως ἀποδεχομένη. Ἀλλ' ἔστι που δῆλον, ὡς οἶμαι, τοῖς τῶν ἱεραρχικῶν ἐπιστήμοσιν, ὅτι ταῖς διηνεκέσιν ἐν συντονίᾳ πρὸς ἓν [41] ἀνατάσεσι, καὶ ταῖς τῶν ἐναντίων ὁλικαῖς νεκρώσεσι καὶ ἀνυπαρξίαις, τὸ ἀναλλοίωτον ἴσχει τὰ νοερὰ τῆς θεοειδοῦς ἕξεως. Οὐ C γὰρ ἀναχωρῆσαι χρὴ μόνον ἀπὸ κακίας ἁπάσης, ἀλλὰ καὶ ἀῤῥενωπῶς ἀμάλθακτον εἶναι, [42] ἀφόβητον ἀεὶ πρὸς τὴν ἐπ' αὐτὴν ὁλέθριον ὕφεσιν, οὐδὲ τοῦ ἱεροῦ τῆς ἀληθείας ἔρωτος ἐν καταλήξει ποτὲ γενέσθαι, προσεχῶς δὲ καὶ αἰωνίως ἐπ' αὐτὴν, ὅση δύναμις [43], ἀνατείνεσθαι, τὴν ἐπὶ τὰ τελειότερα [44] τῆς θεαρχίας ἀναγωγὴν ἱερῶς ἀεὶ διαπραγματευόμενον

Cæterum non licet summe contraria simul participare, neque communicationem aliquam cum uno habenti divisas habere vitas, si unius stabilem præferat participationem; sed exsortem esse decet expertemque omnium uniformitatis divisionum : id quod signorum traditio sacra innuit, dum accedentem priori quodammodo vita exuens, et ad extremos usque affectus exspolians, nudum et discalceatum statuit versus occidentem spectantem, nec non manuum rejectione tenebricosæ malitiæ communionem abnuentem, atque agnatum sibi dissimilitudinis statum quodammodo efflantem, totalesque profitentem deiformitati adversantium abrenuntiationes. Sic omnino ipsum affectus jam expertem exsortemque traducit ad orientem, divinæ lucis statum illi aspectumque, omnimoda malitiæ fuga, fore purum annuntians; ipsumque sacrosanctis, cum uno totali conspiratione, professionibus uniformem effectum, vere amanter suscipiens. Verum, ut opinor, sacrorum peritis principiorum perspectum est, assiduis ad unum connitendo aspirationibus, atque totalibus contrariorum mortificationibus et abolitionibus, res spiritales status deiformis immutabilitate potiri. Non enim ab omni duntaxat malitia est recedendum, sed obdurandum viriliter, et imperterrite semper obsistendum ipsi noxiæ remissioni; nec a sacro est unquam amore cessandum, sed continenter ac perpetuo pro viribus illi insistendum, ad perfectiorem divini principatus sublimationem sancte semper negotia sua dirigenti.

## § VI.

Ὁρᾷς δὲ τὰς τούτων ἀκριβεῖς εἰκόνας ἐν τοῖς ἱεραρχικῶς τελουμένοις· ὁ μὲν γὰρ θεοειδὴς [45] ἱεράρχης ἀπάρχεται τῆς ἱερᾶς ἀλοιφῆς, οἱ δὲ ἱερεῖς ὑπ' αὐτῷ [46] τελοῦσι τὴν τῆς χρίσεως ἱερουργίαν, ἐπὶ τοὺς ἱεροὺς D ἐν τύπῳ τὸν τελούμενον ἀγῶνας ἐκκαλούμενοι, καθ'οὓς ὑπ' ἀθλοθέτῃ Χριστῷ γινόμενος, ἐπειδὴ ὡς Θεός ἐστι τῆς ἀθλοθεσίας δημιουργὸς, ὡς σοφὸς δὲ τοὺς νόμους αὐτῆς τέθεικεν, εἰργάσατο δὲ ὡς καλὸς εὐπρεπῆ [47] τοῖς νικῶσι τὰ ἔπαθλα. Καὶ τὸ ἔτι θειότερον, ἐπείπερ ὡς ἀγαθὸς ἐν τοῖς ἀθληταῖς ἐγεγόνει μετ' αὐτῶν ἱερῶς, ὑπὲρ τῆς αὐτῶν ἐλευθερίας καὶ νί-

Horum autem exactas cernis in iis quæ pontificaliter administrantur imagines : ipse siquidem antistes deiformis sacram auspicatur unctionem, quam cæteri exinde sacerdotes consummant, ad sacra per figuram hanc certamina initiatum excitantes sub Christo munerario constitutum, qui videlicet ut Deus certaminum exhibitor, ut sapiens legum præceptor, præmiorum denique victoribus convenientium ut pulcher munerator exsistit. Et quod his divinius est, cum in ipsismet pugilibus ut bonus exstiterit, sacramentaliter pro illorum li-

## VARIÆ LECTIONES.

[35] ἐραστὴν τῆς ἀληθείας ἀληθῆ, S. P. B. [36] μεταιτχεῖν, P. [37] οἱονεί, D. Ch. [38] ἀποδύσασα, S. P. B. [39] ἀποτάσει, M. Sc. [40] πρόσω μετάγει, M. Sc. in conspectum. [41] πρὸς τὸ ἕν, S. D. Ch. [42] καὶ. [43] ὡς ἡ δύναμις, M. Sc. [44] τελεώτερα, D. Ch.; τελεώτατα, M. Sc. [45] γάρ non habent M. Ch. ἀγαθοειδής, M. [46] ἐπ' αὐτῷ, P. Sar. [47] εὐπρεπής, M. Sc.

bertate atque victoria, mortis ac corruptionis imperium debellando, in certamina quidem gaudens, utpote **173** divina, initiatus ascendet, legibus autem sapientis insistet, juxtaque illas inviolate certabit, illustrium præmiorum certa spe fultus, sub bono certaminum exhibitore Domino ac ductore constitutus; divinisque insistendo vestigiis ipsius pugillum primatis per probitatem, ad imitationem Dei certaminibus deificationi suæ adversantes spiritus atque suggestiones supplantando, commorietur Christo (id est) mystice loquendo, peccato, per baptismum.

A κης πρὸς τὸ τοῦ θανάτου καὶ τῆς φθορᾶς ἀγωνιζόμενος κράτος, τοῖς μὲν ἀγῶσιν ὡς θείοις [48] ὁ τελούμενος ἐπιθήσεται χαίρων, ἐμμένει δὲ [49] ταῖς τοῦ σοφονομοθεσίαις, καὶ κατ' αὐτὰς [50] ἀπαραβάτως ἀγωνιεῖται, πρὸς τὴν τῶν καλῶν ἐπάθλων ἐλπίδα βεβαίως ἔχων, ὑπ' ἀγαθῷ τῆς ἀθλοθεσίας Κυρίῳ καὶ ἡγεμόνι ταττόμενος· ἐπιβὰς δὲ τοῖς θείοις ἴχνεσι τοῦ ἀθλητῶν πρώτου δι' ἀγαθότητα, ταῖς θεομιμήτοις ἀθλήσεσι τὰς πρὸς θέωσιν ἐναντίας αὐτῷ καταπαλαίσας ἐνεργείας τε καὶ ὑπάρξεις, συναποθνήσκει Χριστῷ, μυστικῶς εἰπεῖν τῇ ἁμαρτίᾳ κατὰ τὸ βάπτισμα.

## § VII.

Attento hic animo perpende, sacramenta quam propriis involuta sint signis. Etenim cum in nobis mors non sit, ut quibusdam placet, substantiæ abolitio, sed conjunctarum partium separatio, ad id quod nos latet abducens, animam quidem, quasi corpore perpetuo privandam, corpus vero, velut humo abditum, alia quapiam alteratione corporea, ex humana specie exterminandum; non improprie totalis ista aquæ coopertio in mortis atque informis sepulturæ figuram accipiatur. Sacramentaliter itaque baptizatum symbolica disciplina mystice docet tribus illis in aquam immersionibus et emersionibus divinam trium dierum ac noctium sepulturæ Jesu vitæ auctoris mortem imitari, quatenus hominibus conceditur ejus imitatio, in quo, juxta mysticam et arcanam Scripturæ traditionem, princeps hujus mundi non invenit quidquam.

B Καί μοι συνετῶς ἐννόει, τὰ ἱερὰ μεθ' ὅσης οἰκειότητος ἔχει τὰ σύμβολα. Καὶ γὰρ ἐπειδὴ θάνατός ἐστιν ἐφ' ἡμῶν οὐ τῆς οὐσίας ἀνυπαρξία [51] κατὰ τὸ δόξαν ἑτέροις, ἀλλ' ἡ τῶν ἡνωμένων [52] διάκρισις, εἰς τὸ ἡμῖν ἀφανὲς ἄγουσα τὴν ψυχὴν μὲν, ὡς ἐν στερήσει σώματος ἀειδῆ γιγνομένην, τὸ σῶμα δὲ, ὡς ἐν γῇ καλυπτόμενον, καθ' ἑτέραν τινὰ τῶν σωματοειδῶν ἀλλοιώσεων [53], ἐκ τῆς κατ' ἄνθρωπον ἰδέας ἀφανιζόμενον· οἰκείως ἡ δι' ὕδατος ὁλικὴ κάλυψις εἰς τὴν τοῦ θανάτου καὶ τοῦ τῆς [54] ταφῆς ἀειδοῦς εἰκόνα παρείληπται. Τὸν οὖν ἱερῶς βαπτιζόμενον ἡ συμβολικὴ διδασκαλία μυσταγωγεῖ ταῖς ἐν τῷ ὕδατι τρισὶ καταδύσεσι [55] τὸν θεαρχικὸν τῆς τριημερονύκτου ταφῆς Ἰησοῦ τοῦ ζωοδότου μιμεῖσθαι θάνατον, ὡς ἐφικτὸν ἀνδράσι τὸ θεομίμητον, ἐν ᾧ, κατὰ τὴν τοῦ λογίου [56] μυστηριώδη καὶ κρυφίαν παράδοσιν, οὐδὲν εὗρηκεν [57] ὁ τοῦ κόσμου ἄρχων.

C

## § VIII.

Candidis deinde vestimentis induunt initiatum: virili enim ac deiformi pravorum affectuum vacuitate, nec non intenta in unum animi affectione, cum id quod ornatu carebat ornatur, tum id quod deforme erat pulchrum efficitur, dum illustri omnino vita splendescit. Denique unguenti illa consummans unctio eum qui initiatur odoris suavitate perfundit; sacra enim divinæ generationis initiatio, ea quæ initiata sunt divino Spiritui conjungit. Porro illapsum illum, qui spiritalem istam odoris suavitatem affert, cum sit prorsus ineffabilis, spiritaliter relinquo cognoscendum iis qui secundum mentem sancta et deifica divini Spiritus communione digni sunt habiti. Demum omnibus peractis, eum qui initiatus est ad sanctissimam Eucharistiam vocat, et mysteriorum perficiendi vim habentium communionem illi tradit.

Ἐξῆς δὲ φωτοειδεῖς ἐσθῆτας ἐπιβάλλουσι τῷ τελουμένῳ· τῇ γὰρ ἀνδρικῇ καὶ θεοειδεῖ τῶν ἐναντίων ἀπαθείᾳ, καὶ τῇ πρὸς τὸ ἓν ἐν συντονίᾳ συννεύσει, τὸ ἄκοσμον κοσμεῖται, καὶ τὸ ἀνείδεον εἰδοποιεῖται, τῇ φωτοειδεῖ καθάλου ζωῇ λαμπρυνόμενον. Ἡ δὲ τοῦ μύρου τελειωτικὴ χρίσις εὐώδη ποιεῖ τὸν τετελεσμένον· ἡ γὰρ ἱερὰ τῆς θεογενεσίας τελείωσις ἑνοῖ τὰ τελεσθέντα τῷ θεαρχικῷ Πνεύματι. Τὴν δὲ νοητῶς εὐοδοποιὸν καὶ τελεσιουργὸν ἐπιφοίτησιν, ἀῤῥητοτάτην οὖσαν, ἐπιγνῶναι νοερῶς παρίημι τοῖς ἠξιωμένοις τῆς κατὰ τὸν νοῦν τοῦ θείου Πνεύματος ἱερᾶς καὶ θεουργοῦ κοινωνίας. Ἐν τέλει δὲ πάντων ὁ ἱεράρχης ἐπὶ τὴν ἱερωτάτην Εὐχαριστίαν καλεῖ τὸν τετελεσμένον, καὶ τῆς τῶν τελεστικῶν μυστηρίων αὐτῷ μεταδίδωσι κοινωνίας.

D

## VARIÆ LECTIONES.

[48] Θεός, M. Sc. [49] In futuro ἐμμενεῖ, S. P. Ch. D. B. Sar. [50] μετ' αὐτάς, P. [51] οὐ τῆς οὐσίας αὐτῆς ἀνυπαρξία, P. et V. [52] ἡνωμένων δὲ, M. Sc. [53] præponunt ἤ, S. P. D. B. Sc. Sar., ἀλλοίωσιν habet Ch. [54] γρ. καὶ τῆς ταφῆς. [55] addunt Ch. D. S. P. Scot. Sar. καὶ ἀναδύσεσι. [56] λόγου, Ch. Sar. [57] εὗρεν, P.

## 174 ADNOTATIONES CORDERII.

Notandum hoc caput cum sequentibus in tres partes dividi : quarum prima continet instructionem eorum quæ tractantur in mysterio, quod ibi explicatur ; secunda ipsiusmet mysterii ritum exhibet ; tertia, quam *Contemplationem* vocat, tradit ipsius mysterii ac cæremoniarum ejus mysticam expositionem.

Circa titulum observa, baptismum vocari φωτισμὸν, id est *illustrationem*, cujus appellationis rationem sequenti capite reddit : Ἐπειδὴ πρώτου φωτὸς μεταδίδωσι, καὶ πασῶν ἐστιν ἀρχὴ τῶν θείων φωταγωγιῶν. *Quia*, inquit, *primam lucem confert, omniumque divinarum illustrationum principium exsistit.* Dicitur etiam *illuminatio*, ad Hebr. VI, 4 : *Qui semel sunt illuminati.* Et ad Hebr. X. 32 : *Quibus illuminati magnum certamen sustinuistis.* Multis item aliis nominibus baptismum appellant Patres, Nazianzenus Oratione *de baptismo*, et Clemens Alexandrinus lib. I *Pædagogi* cap. 6, et alii, quos citat et explicat Vasquez, tom. II, in III p., disp. 140, cap. 1. Nomina ejus potissima sunt : *Lavacrum regenerationis*, quia homo corporaliter generatus, per baptismum regeneratur Christo spiritaliter per primam gratiam : *sacramentum fidei*, quia nimirum suscipitur ad fidem protestandam ; *signaculum*, quia imprimit characterem ab infidelibus distinctivum ; *unctio*, quia animam inungit gratia ; *illuminatio*, quia confert lumen fidei. Plura qui volet, videat apud Vasquez loco supra citato.

Parte I. *Cum enim divinus hic status*, etc. Pulchre ex hoc loco sanctus Thomas in IV *Sent.*, distinct. 4, quæst. 1 probat, characterem baptismalem se habere per modum potentiæ, dicens : « Sicut enim cujuslibet exsistentis in aliqua natura sunt aliquæ operationes propriæ, ita etiam in spiritali vita regenerati. Ubicunque autem sunt operationes propriæ, oportet esse principia propria illarum operationum. Unde sicut in aliis rebus sunt potentiæ naturales ad proprias operationes, ita etiam renati in vitam spiritalem habent quasdam potentias, secundum quas possunt illa opera. Quæ potentiæ sunt similes illis virtutibus, quibus sacramenta efficaciam habent sibi inditam : quia sicut sacramenta causant gratiam instrumentaliter, ita recipientes characterem operantur divina per ministerium. Minister autem est sicut instrumentum ejus cui ministrat. Unde dicit philosophus, servum esse sicut organum animatum ; et ideo tam virtus sacramenti, quam minister, quam character est instrumentalis. » Et quod hujusmodi potentia sit character, patet, si quis diligenter consideret verba Dionysii, a quo prima traditio characteris nobis advenit. Assignans enim ministerium ritus cujusdam qui in primitiva Ecclesia erat, quando adulti baptizabantur, « Pontifex, inquit, accedenti ad baptismum manum imponebat, et signabat eum signo crucis, et præcipiebat eum describi inter nomina Christianorum, ut de cætero ad divina cum aliis admitteretur ; » additque, quod sic accedentem (scilicet ad vitam spiritalem) divina beatitudo in sui participationem recipiat, propriæque lucis, instar signi cujusdam, ipsum participet, Deo intimum reddens, ac consortem munerum divinorum, atque ordinis sacri ; quorum sacra sit tessera, summi sacerdotis accedenti datum signaculum, etc. Patet utique, quod ipse per hoc signum nihil aliud significet, aut intendat, quam illud quod facit eum participem divinarum operationum. Unde hoc signum nihil aliud est, quam quædam potentia ad actiones hierarchicas, quæ sunt administrationes et receptiones sacramentorum : et rerum aliarum ad fideles pertinentium, ad quas operationes rite exercendas indiget habitu gratiæ, sicut et aliæ potentiæ habitibus indigent. Plura vide ibidem apud D. Thomam art. 2, ubi examinat, utrum definitio, quæ attribuitur Dionysio de character, bene assignetur, et seqq.

Parte II, § 1. *Sacrorum præsul*, etc. Notandus hic insignis ordo justificationis. Primus enim gradus ad conversionem, est Evangelii prædicatio, quoniam fides est ex auditu. *Quomodo* enim *credent ei quem non audierunt ? Quomodo autem audient sine prædicante* [n] ?

§ II. Adverte antiquissimam Ecclesiæ cæremoniam de adhibendo sponsore in baptismo, quem vulgo patrinum seu susceptorem vocant, sic dictum, quod eum de manu baptizantis, quasi in fidem et curam suam, in fide et moribus erudiendum suscipiat. Hæc autem obligatio ipsum instruendi desinit, ubi baptizatus sufficienter semel instructus fuit. Ita communiter theologi in III p., quæst. 67, art. 7, etc. Observa item hic duodecim cæremonias baptismo adhiberi solitas.

Prima erat, qua baptizandi nomen suum dabant, ex quo competentes dicebantur. Erant enim duo genera catechumenorum : alterum eorum qui exhortationes audiebant, nondum tamen petierant baptismum, et ideo solum dicebantur auditores seu audientes, de quibus vide Cyprianum epist. 17, lib. III ; alterum genus erat eorum qui jam petierant baptismum, et competentes dicebantur, et postquam admissi erant, **175** dicebantur electi. Dionysius tamen hic § 5, non agit de hac nominis inscriptione, sed de illa quæ fiebat quando jam ad baptismum ipsum adducebantur.

Secunda cæremonia erat scrutinium seu examen, cujus hic etiam meminit Dionysius § 4, dum videlicet Pontifex ad virum accedit, et quid petitum venerit sciscitatur, etc.

Tertia erat abrenuntiatio, de qua agit § 5 et 6. Ubi nota, eam ter fieri consuevisse.

Quarta erat fidei promissio, de qua ibid. agit § 6, in fine, et § 7.

Quinta erat signum crucis in fronte baptizandi impressum, manum illi imponendo ut ibidem tradit § 7.

Sexta erat exorcismus, quem bene notat Vasquez hic a Dionysio § 6, non exprimi per insufflationem istam quam ipsemet catechumenus faciebat, sed intelligi per precem quam ipse pontifex perficit. Nam, ut ait Simeon episcopus Thessalonicensis in lib. *De mysteriis Ecclesiæ*, explicans cæremonias baptismi, « secunda oratio exorcismus est diabolum repellens, etc. »

Septima erat unctio, de qua ibidem agit § 7.

Octava erat aquæ benedictio et consecratio, de qua ibidem agit § 7.

Nona erat trina mersio sub invocatione sanctissimæ Trinitatis, ibid. § 7, unde confirmatur, tempore Dionysii, atque adeo apostolorum, quorum ipse coætaneus fuit, non frequentatum fuisse baptismum in solius Christi nomine, ut aliqui volunt, sed semper requisitam fuisse expressam trium divinarum Personarum invocationem.

Decima, candidæ vestis impositio, de qua § 8.

Undecima, chrismatis unctio, ibid. § 8.

Duodecima erat, qua pontifex ipsum eucharistiæ capacem declarabat vel etiam communicabat, ibid. § 8. Ubi observa, quod, sicut manna datum fuit Hebræis post transitum maris Rubri, jam

[n] Rom. x, 14.

submersis Ægyptiis ; sic eucharistia post baptismum detur Christianis jam deletis peccatis, ut per baptismum a malo emundemur, per eucharistiam vero in bono confirmemur. Sicut enim manna populo isti cibus fuit in solitudine, virtute cujus ad terram promissionis pervenerunt ; sic eucharistia populum Christianum per præsentis vitæ incolatum ad patriam paradisi perducit. Unde quoque viaticum recte appellatur, quia spiritales vires suppeditat, ne deficiamus in via. Quemadmodum enim filiis Israel a transitu maris Rubri manna non defuit, donec in terram promissionis pervenirent ;* ita quoque fidelibus per baptisma renatis non deficit eucharistia sub specie, donec Deum in patria facie ad faciem contemplemur.

Has et alias cæremonias in baptismo adhiberi solitas, pulchre exponit mystice Albinus Flaccus, Alcuinus in lib. *De divinis officiis*, ubi agit de Sabbato sancti Paschæ. Primo, inquit, paganus ut catechumenus fiat, accedens ad baptismum renuntiet maligno spiritui et omnibus damnosis ejus pompis : exsufflatur etiam, ut fugato diabolo, Christo Domino paretur introitus : exorcizatur, id est conjuratur malignus spiritus ut exeat, et recedat dans locum vero Domino. Catechumenus audiens, seu auditor, salem accipit, ut putrida et fluxa ejus peccata sapientiæ sale divino munere mundentur. Deinde Symboli apostolici traditur ei fides, ut vacua domus et a prisco habitatore derelicta, fide ornetur et præparetur habitatio Domino. Fiunt scrutinia, ut exploretur sæpius, an post renuntiationem Satanæ sacra verba datæ fidei radicitus corde defixerit. Tanguntur et nares, ut quandiu spiritum naribus trahat, in fide accepta perduret. Pectus quoque eodem oleo perungitur, ut signo sanctæ crucis diabolo claudatur ingressus ; signantur et scapulæ, ut undique muniatur. Item in pectoris unctione signatur fidei firmitas et operum bonorum perseverantia. Deinde S. Trinitatis trina subversione baptizatur. Et recte homo, qui ad imaginem sanctæ Trinitatis est conditus, per invocationem sanctæ Trinitatis ad eamdem renovatur imaginem ; et qui tertio gradu peccati, id est consensu, cecidit in mortem, tertio elevatur, ut de fonte per gratiam surgat ad vitam. Deinde albis induitur vestimentis, propter gratiam regenerationis et castitatem vitæ, et angelici splendoris decorem. Tunc sacro chrismate caput perungitur, et mystico tegitur velamine, ut intelligat se diadema regni et sacerdotii dignitatem portare, juxta Apostolum : *Vos estis genus electum, regale* [a], sacerdotale, offerentes vosmetipsos Deo vivo hostiam sanctam, et Deo placentem. Sic corpore et sanguine Dominico confirmatur, ut illius sit capitis membrum qui pro eo passus est et resurrexit. Novissime per impositionem manus a summo sacerdote et septiformis gratiæ Spiritum accipit, ut roboretur per Spiritum sanctum ad prædicandum aliis, qui fuit in baptismo per gratiam vita donatus æterna.

Patre III, § I. Nota, sub initium contemplationis ipsismet verbis S. Dionysii manifeste confirmari doctrinam theologorum, docentium, sacramentum baptismi ex institutione Christi, seu ex opere operato, vitæ sanctitatem operari ; ait enim : **176** *Τί γὰρ ἂν φανείη διαμαρτάνουσα, καὶ τοῦ θειοτέρου λόγου τῶν τελουμένων σεσιγημένου, πειθοῖ καὶ θεοφημοσύνῃ, τὴν τοῦ προσιόντος εὐζωΐαν ἱερῶς διαπραγματευομένη, καὶ τὴν τῆς ἁπάσης ἐμοῦ κακίας δι' ἐναρέτου καὶ θείας ζωῆς ἀποκάθαρσιν, τῇ δι' ὕδατος φυσικῇ καθάρσει σωματικώτερον αὐτῷ διαγγέλλουσα. Quid enim ei defuisse videatur, diviniori etiam mysteriorum silentio suppressa ratione, cum divina institutione satis probet accedentis, quam sancte operatur, vitæ integritatem, et per vitam probam ac divinam universæ simul malitiæ perpurgationem naturali emundatione aquæ corporalius ipsi denuntiet.* Ubi significatur primo, baptismum conferre gratiam ex institutione Dei, quod theologi vocant *ex opere operato* ; quia non ex opere hominis operantis, seu quia est opus hominis, sed quia est opus Dei institutum a Deo, et homini concessum ad ejus sanctificationem. Secundo insinuatur quod licet aqua habeat quamdam analogiam ad spiritalem emundationem significandam ; illam tamen non esse satis determinatam et completam, nisi accederet divina institutio, ex qua habet quod sanctificet, quia non ex invocatione hominum, aut merito suscipientis. Aqua enim, seu ablutio secundum se est indeterminata ad hoc vel illud significandum, et ad hunc vel illum usum adhiberi potest, v. g. ad munditiem, refrigerationem, etc. Accedente autem forma verborum, ex institutione Christi determinatur ad significandam ablutionem animæ, sine verbo enim aqua per se nullam vim habet spiritualiter mundandi ; sicut materia sine forma non habet vim agendi, sed illam concipit per formam.

§ II. Nota ex S. Dionysio, hic quoque confirmari, internam quamdam esse formam sacramentorum, cum ait : *Ἡμεῖς δὲ, ἀναβάσεσιν ἱεραῖς ἐπὶ τὰς τῶν τελουμένων ἀρχὰς ἀναβλέψαντες, καὶ ταύτας ἱερῶς μυηθέντες, ἐπιγνωσόμεθα τίνων εἰσὶ χαρακτήρων τὰ ἐντυπώματα, καὶ τίνων ἀφανῶν αἱ εἰκόνες· ἔστι γὰρ τὰ μὲν αἰσθητῶς ἱερὰ τῶν νοητῶν ἀπεικονίσματα, καὶ ἐπ' αὐτὰ χειραγωγία καὶ ὁδός· τὰ δὲ νοητὰ τῶν κατ' αἴσθησιν ἱεραρχικῶν ἀρχὴ καὶ ἐπιστήμη. Nos vero, cum sacris ascensionibus sacramentorum principia contemplamur, sacro eadem afflatu perceperimus, cognoscemus quorum charactorum sint effigies, et quarum rerum occultarum imagines exsistant. Siquidem sensibilia sacramenta simulacra sunt intelligibilium, ad quæ manuducunt ac viam sternunt ; intelligibilia vero sacramentorum sensibilium principium sunt atque scientia.* Quibus verbis significat, præter formam sensibilem seu externam, aliam quamdam esse formam internam, intelligibilem seu spiritalem, respectu cujus quidquid est sensibile in sacramento, tam verba quam res, sunt materia. Et hæc forma interna est significatio ipsius sacramenti, et virtus effectiva et spiritalis ; tum quia est ex institutione ac deputatione divina, tum quia res significata est spiritalis. Similiter virtus operativa est mere spiritalis, ipsa scilicet divina assistentia intime præsens sacramentis, in illis et per illa operans : vel secundum alios, est potentia obedientialis, quæ est in rebus et verbis, estque invisibilis, cum consistat in quodam ordine creaturæ ad Deum. Itaque secundum Dionysium, omne sacramentum non tantum constituitur ex materia et forma sensibili, sed etiam ex natura sensibili et forma spiritali seu intelligibili. Sicut homo non tantum constat ex materia prima et forma carnis, ossis, et cæterorum, sed etiam ex hoc toto, scilicet ex carne, osse, cæterisque tanquam materia, et anima rationali tanquam forma, sicut et homo novus constat natura et gratia. Externam autem formam vocat sanctus Augustinus id quod dicitur, et sonum transeuntem ; internam autem et spiritalem, vocat id quod creditur, et virtutem permanentem.

Nota ibidem, secundum Dionysium, sacramentorum principia contemplanda esse, per hæc insinuans, sacramenta nostra non tantum significare gratiam sanctificantem, sed etiam ipsam causam sanctificationis et finem ejus. Ac primo quidem, significant certo et speciali modo ipsam

[a] I Petr. II, 9.

internam sanctificationem animæ ; verbi gratia, baptismus significat gratiam per modum ablutionis animæ, et respectu hujus dicuntur *signa demonstrativa*. Secundo significant causam efficientem seu meritoriam, ex qua vim habent; nam omnis effectus significat suam causam, et hæc est passio Christi, atque hæc est quodammodo principalis in sacramentis. Nam non tam instituta sunt, ut significent nos sanctificari, quam ut nobis significent cujus virtute ac merito sanctificemur, et respectu hujus dicuntur *signa commemorativa*. Tertio significant quoque finem hujus sanctificationis, quæ vita est æterna, ut baptismus puritatem illam absolutam et omnimodam quæ erit in cœlis, et eucharistia (ut cap. 1 *Cœlestis hierarchiæ* docuit) participationem divinæ fruitionis; et respectu hujus dicuntur *signa prognostica*.

§ III. Docet, quomodo Deus ex parte sua gratiæ lumen omnibus luculenter expandat, illis tamen non proficiat, qui illud vel non admittunt vel rejiciunt. Hujus rei exempla habemus in eo qui oculos contra lumen claudit, cum Deus tamen faciat solem suum oriri super bonos et malos [p]. Item in illo, qui manum ad largientem non extendit ; quia Deus, quantum in se est, dat omnibus affluenter [q]. **177** Item in illo, qui domum suam cingit spinis, ne ingrediatur amicus, ipse vero semper stat ad ostium et pulsat [r]. Vide D. Thomam 1, II, q. 112 et 113 et ibidem scholasticos.

§ IV. Describit hic ordinem justificationis in adultis, ad quam (uti D. Thomas quoque ipsum secutus 1, II, quæst. 112, art. 5), requirit motum liberi arbitrii, non solum quo per desiderium et amorem animus ejus ad justitiam accedat, verum etiam quo per odium a peccato recedat. Cum enim justificatio impii sit quidam motus, quo humana mens movetur a statu peccati ad statum justitiæ; oportet ut humana mens se habeat ad utrumque extremorum secundum motum liberi arbitrii, sicut se habet corpus localiter motum ab aliquo movente ad duos terminos motus. Manifestum est autem in motu locali corporum, quod corpus motum recedat a termino a quo, et accedat ad terminum ad quem : unde oportet, ut mens humana, dum justificatur, per motum liberi arbitrii recedat a peccato, et accedat ad justitiam. Recessus autem et accessus in motu liberi arbitrii accipitur secundum detestationem et desiderium : dicit enim S. Augustinus, tract. 46 *in Joannem* (exponens illud : *Mercenarius autem fugit*), *affectiones nostræ motus animorum sunt, lætitia, animi diffusio ; timor animi fuga est. Progrederis animo cum appetis, fugis animo cum metuis.* Oportet igitur in justificatione impii duplicem esse motum liberi arbitrii, unum nempe quo per desiderium tendat in Deum, et alium quo detestetur peccatum.

§ V et VI. Exponit mystice vestis depositionem, et exorcismos, quibus antiquæ in peccatis transactæ vitæ depositio insinuatur. *Quicunque* enim, inquit D. Thomas, in p. III, q. 71, art. 2, *sapienter aliquod opus facere proponit, prius removet impedimenta sui operis. Unde dicitur : Novate vobis novale, et nolite serere super spinas* [s]. *Diabolus autem hostis est humanæ salutis, quæ homini per baptismum acquiritur, et habet potestatem aliquam in hominem, ex hoc ipso quod subditur originali peccato, vel etiam actuali. Unde convenienter ante baptismum expelluntur dæmones per exorcismos, ne salutem hominis impediant ; quam quidem expulsionem significat exsufflatio. Benedictio autem cum manus impositione præcludit expulso viam ne redire possit. Sal autem in os missum, et narium et aurium sputo linitio, significat receptionem doctrinæ; fidei quantum ad aures, et approbationem quantum ad nares, et confessionem quantum ad os. Olei vero inunctio significat aptitudinem hominis ad pugnandum contra dæmones ;* uti § 7, hic sanctus Dionysius declarat. Vide plura de his apud divum Thomam art. supra citato et seq.

§ VII. Explicat mystice quid immersio et emersio designent. Disputat autem S. Thomas in p. III, q. 66, artic. 7 et 8, an immersio, eaque triplex, necessaria sit ad baptismum; et respondet, cum in baptismo assumatur aqua ad corporis ablutionem, non modo per immersionem, verum etiam per aspersionem vel affusionem aquæ baptismum dari posse, et licite quoque unica vel trina perfici immersione. *Ad baptismum* enim *per se requiritur ablutio aquæ, quæ est de necessitate sacramenti ; modus autem ablutionis per accidens se habet ad sacramentum.* Unde S. Gregorius lib. I, epist. 41, Leandro scribens, ait : *Reprehensibile esse nullatenus potest, infantem in baptismate vel ter vel semel immergere, quoniam in tribus mersionibus Personarum Trinitas, et in una potest Divinitatis singularitas designari.* Item, *unica immersione significatur unitas mortis Christi, per trinam autem, triduum sepulturæ. Ex diversis* tamen *causis, secundum ordinationem Ecclesiæ, quandoque institutus est unus modus, quandoque alius. Quia enim a principio nascentis Ecclesiæ quidam de Trinitate male sentiebant, Christum purum hominem esse æstimantes, nec dici Filium Dei et Deum, nisi propter meritum ejus, quod præcipue fuit in morte ; ideo non baptizabant in nomine Trinitatis, sed in commemoratione mortis Christi, et una immersione. Quod reprobatum fuit in Ecclesia. Unde in can. apostolorum* 49, *legitur : Si quis presbyter aut episcopus non trinam immersionem unius mysterii celebret, sed semel mergat in baptismate (quod dari a quibusdam dicitur in morte Domini), deponatur : non enim nobis dixit Dominus : In morte mea baptizate, sed : In nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti.* Postmodum ob quorumdam rebaptizantium errorem, in concilio Toletano statutum fuit, ut fieret una sola immersio. Sed cessante tali causa, communiter observatur in baptismo trina mersio.

—

## 178 PARAPHRASIS PACHYMERÆ (23).

Pars I. Ἕκαστον κεφάλαιον μυστηρίου τρισί τισι λόγοις ἐπιμερίζει. Πρῶτον μὲν διαλαμβάνων περὶ αὐτοῦ τούτου τοῦ κεφαλαίου, καὶ ὅπως ἡμᾶς καὶ εἰς τί ὀνίνησι· δεύτερον ἐκτιθέμενος ὅπως παρὰ τοῦ ἱεράρχου τὸ μυστήριον ἐκτελεῖται· καὶ τρίτον ἐπιφέρων τὴν θεωρίαν. Ἐπεὶ γοῦν κατὰ τὴν κάτω ταύτην καὶ σαρκικὴν γέννησιν πέφυκε γίνεσθαι, ὅτι πρῶτον λαμβάνομεν τὸ εἶναι καὶ εἶθ' οὕτως ἐνεργοῦμέν τι· (τοῦτο

Pars I. Quodlibet mysterii caput tribus quibusdam rationibus distribuit. Primum quidem tractat de ipso capite, quomodo et ad quid nobis prosit : deinde exponit quomodo ab hierarcha mysterium consecretur ; tertio subjungit contemplationem. Cum itaque secundum inferiorem hanc et carnalem generationem fieri soleat, ut primum accipiamus esse, atque ita deinde quidpiam agamus; idem

[p] Matth. v, 45. [q] Jac. I, 5. [r] Apoc. III, 20. [s] Jer. IV, 3.

(23) Vide Scholia S. Maximi tom. II, cap. 8 *Eccles. hier*

quoque in divina regeneratione usu venit: quocirca primum tractat de divino baptismate. Dictum est itaque, scopum nostræ hierarchiæ esse ad Deum assimilationem; hanc autem non aliter licet adipisci quam per Dei dilectionem, uti divina et evangelica eloquia tradunt. Cum igitur ista dilectio constet observatione divinorum mandatorum, quærit sibi ducem tam sancti operis, scilicet ad sanctam divinorum mandatorum exsecutionem, atque reperit non esse alium, præter illam ex aqua et Spiritu regenerationem. Siquidem divinus ille baptismus, ad Dei familiaritatem cœlestemque hæreditatem principium est et introductio. *Nisi enim*, inquit, *quis renatus fuerit ex aqua et Spiritu, non videbit regnum Dei* [t]. Unde homo exterior [u] formatur ad meliorem ac salutarem habitudinem, et ad verborum operumque Dei institutionem. Quomodo autem divinus baptismus naturales nostros habitus seu affectus efformat? Utique vim quamdam formatricem inserit figmento nostro, scilicet appetendi, sed cœlestia bona; movendi, sed ad omne opus bonum; ratiocinandi seu cogitandi, sed quæ oculus non vidit, neque auris audivit; concupiscendi, sed meliora; irascendi, sed inimico salutis nostræ, et cætera. Præclare enim dixit inclytus Hierotheus, primum et eximium mentis motum esse Dei dilectionem. Hujus autem dilectionis quasi quoddam principium est divina nostri fabricatio, quæ nimirum fit per baptismum, secundum quam divinum statum inchoamus; siquidem ea quæ ex semine est nostri fabricatio, etsi sit ex conditore Deo, tamen naturalis est, ea vero quæ ex baptismate exsistit, divina. Neque enim *ex sanguinibus, neque ex voluntate viri, nec ex voluntate carnis* [v]. Quemadmodum igitur in naturali nativitate oportet primum exsistere in **179** rerum natura, ac deinde vicissim, et agere et pati, homines quidem quæ sibi sunt propria, bruta vero quæ sunt conducibilia: sic etiam in divina baptismi regeneratione oportet primum Deo existere, ac deinde dilectionem ejus operari, uti cætera quæ ad recte vivendum spectant. Ejus enim quod nequaquam est, neque motus est; quod autem quoquo pacto est, sive quod solum subsistit, operabitur omnino quæ sibi sunt accommoda, ut taliter aut tale quid exsistat, v. g. homo, qui simpliciter in rerum naturam prodiit. Quomodo igitur qui necdum operatur quidquam, potest eo pervenire ut talis sit, verbi gratia, justus, faciendo justitiam; vel talis, aliud quid operando? Cæterum cum divini baptismatis symbola conspecturi simus, nemo profanus ad rerum dictarum spectaculum accedat; neque enim debiles oculos habentibus tutum est obtueri radiis quos sol ejaculatur (id enim est, a sole fabricatis) cum etiam in legis umbris (quas etiam hierarchiam appellat) Ozias lepra correptus sit coram Deo adolens incensum; et Core

A καὶ ἐν τῇ θείᾳ ἀναγεννήσει ἐστί·) διὰ τοῦτο πρώτως διαλαμβάνει περὶ τοῦ θείου βαπτίσματος. Εἴρηται τοίνυν ὅτι σκοπὸς τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἐστὶν ἡ πρὸς Θεὸν ἀφομοίωσις· ταύτης δὲ οὐκ ἄλλως ἔστιν ἐπιτυχεῖν εἰ μὴ διὰ τῆς πρὸς Θεὸν ἀγαπήσεως, καθὼς καὶ τὰ θεῖα καὶ εὐαγγελικὰ παριστῶσι λόγια. Ἐπεὶ τοίνυν ἡ τοιαύτη ἀγάπησις ἐκ τοῦ τηρεῖν τὰς θείας ἐντολὰς συνίσταται, ζητεῖ τὴν ἀρχηγὸν ἱερουργίαν, δηλονότι ἱερὰν ἐργασίαν τῶν θείων ἐντολῶν, καὶ εὑρίσκει οὐδεμίαν ἄλλην εἰ μὴ τὴν δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγέννησιν. Ἀρχὴ γὰρ καὶ ὁδοποίησις τῆς πρὸς Θεὸν οἰκειώσεως καὶ τῆς ἐπουρανίου κληρονομίας τὸ θεῖον ὑπάρχει βάπτισμα. Καὶ γάρ, *Ἐὰν μή τις*, φησὶ, *γεννηθῇ δι' ὕδατος καὶ πνεύματος, οὐ μὴ ἴδοι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ.* Ὅθεν μορφοῦται ὁ ἔξω ἄνθρωπος πρὸς κρείττονα ἕξιν καὶ σωτήριον, B καὶ τῶν κατὰ Θεὸν λόγων τε καὶ πραγμάτων τὴν ἐπιτήδευσιν. Πῶς δὲ μορφοῖ τὰς φυσικὰς ἡμῶν ἕξεις τὸ θεῖον βάπτισμα; Ἢ πάντως δύναμιν ἐνίησι μορφωτικὴν ἀναπλάσεως, τοῦ ὀρέγεσθαι, ἀλλὰ τῶν οὐρανίων ἀγαθῶν· τοῦ κινεῖσθαι, ἀλλ' εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν· τοῦ λογίζεσθαι, ἀλλὰ τὰ ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδε, καὶ οὖς οὐκ ἤκουσε· τοῦ ἐπιθυμεῖν, ἀλλὰ τῶν κρειττόνων· τοῦ θυμοῦσθαι, ἀλλὰ κατὰ τοῦ ἐχθροῦ τῆς σωτηρίας ἡμῶν, καὶ ἐφεξῆς τὰ ἄλλα. Καλῶς γὰρ εἶπεν ὁ κλεινὸς Ἱερόθεος, ὅτι ἡ προτιμοτάτη καὶ ἐξαίρετος κίνησις τοῦ νοῦ ἡ πρὸς Θεὸν ἀγάπη ἐστίν. Ταύτης δὲ τῆς ἀγάπης ἀρχή τις οἷόν ἐστιν ἡ θεία δημιουργία ἡμῶν, ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος δηλονότι, C καθ' ἣν θείως εἶναι ἀρχόμεθα· ἡ μὲν γὰρ ἐκ σπέρματος ἡμῶν δημιουργία, εἰ καὶ ἐκ Θεοῦ δημιουργοῦντός ἐστιν, ἀλλ' οὖν φυσική ἐστιν· ἡ δὲ ἐκ τοῦ βαπτίσματος θεία. *Οὐ γὰρ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκός.* Ὥσπερ τοίνυν ἐν τῇ φυσικῇ γεννήσει δεῖ πρῶτον ὑπάρξαι εἰς τὸ εἶναι, καὶ τότε ἐνεργῆσαι τὰ κατάλληλα, καὶ παθεῖν, οἷον ἀνθρώπους μὲν τὰ οἰκεῖα, ἄλογα δὲ πάλιν τὰ πρόσφορα· οὕτω καὶ ἐν τῇ θείᾳ τοῦ βαπτίσματος ἀναγεννήσει δεῖ πρῶτον Θεῷ ὑπάρξαι, καὶ τότε ἐνεργῆσαι τὴν ἀγάπην αὐτοῦ, καὶ τὰ λοιπὰ πρὸς εὐζωΐαν· τοῦ γὰρ μηδαμοῦ ὄντος οὐδὲ κίνησίς ἐστι· τὸ δέ πως ὄν, ἤγουν τὸ μόνως ὑποστάν, ἐνεργήσει πάντως τὰ πρόσφορα εἰς τὸ γενέσθαι καὶ τοιῶσδε ὄν ἢ τοιόνδε, οἷον ἁπλῶς εἰς ὕπαρξιν ἐλθὼν D ἄνθρωπος. Πῶς οὖν ἔτι, μὴ ἐνεργήσας τι, δύναται ἐλθεῖν εἰς τὸ τοιόσδε εἶναι, ἤγουν δίκαιος, ἐνεργήσας τὴν δικαιοσύνην· ἢ τοιόσδε, ἄλλο τι ἐνεργήσας; Ἐπεὶ δὲ μέλλομεν ἐποπτεύειν τὰ τοῦ θείου βαπτίσματος σύμβολα, μηδεὶς ἀτέλεστος ἴέτω ἐπὶ τὴν θέαν τῶν λεγομένων· καὶ γὰρ οὐδὲ τοῖς ἀσθενέσι κατὰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀκίνδυνον τὸ ἀντιβλέπειν πρὸς τὰς αὐγὰς ἃς ὁ ἥλιος τεύχει, (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἡλιοτεύκτοις,) ὅπουγε καὶ ἐν τοῖς τοῦ νόμου σκιώδεσι, (κἀκεῖνα γὰρ ἱεραρχίαν καλεῖ,) καὶ Ὀζίας ἐλεπρώθη, ἐνώπιον Θεοῦ θυμιάσας· καὶ Κορὲ κατεπόθη, τῶν μὴ προσηκόντων ἱερῶν ἀντιποιούμενος· καὶ Ναδὰβ καὶ

[t] Joan. III, 5. [u] [*Max.* interior.] [v] Joan. I, 13.

Ἀβιοὺδ, ξένῳ πυρὶ θυμιάσαντες, ξένῳ καὶ κατεκαύθησαν.

A terra absorptus est sacris ipsi non convenientibus se ingerens; et Nadab et Abiud, peregrino igne incensum adolentes, eodem quoque combusti sunt.

II. *Μυστήριον.*

§ I. Ὁ μὲν ἱεράρχης ἀφομοιούμενος τῷ Θεῷ, καὶ θέλων καὶ οὗτος σωθῆναι πάντας, καὶ εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν, ἀσιγήτως κηρύττει τὰ Εὐαγγέλια, ὅτι ὁ Θεὸς, ἐξ οἰκείας κινούμενος ἀγαθότητος, ἕλεως ἡμῖν ἀεὶ ὢν, μέχρι καὶ εἰς ἡμᾶς ἐλθεῖν καὶ σαρκωθῆναι κατεδέξατο. Καὶ ὥσπερ τὸ πῦρ, ψυχρὸν καὶ μέλανα ὄντα τὸν σίδηρον, τῇ πρὸς ἑαυτὸ ἑνώσει ἀφομοιοῖ· οὕτω καὶ Θεὸς τὰ διὰ πίστεως ἑνωθέντα ἀφομοιοῖ κατὰ τὴν ἑκάστου πρὸς θέωσιν ἐπιτηδειότητα, καθὼς ὁ ἐπιστήθιος καὶ ἠγαπημένος ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις διέξεισι· καὶ ὁ μὲν ἱεράρχης ὁσημέραι ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα κηρύττει.

B

§ II. Ὁ δὲ τὴν ὑπερκοσμίων μετουσίαν ἀγαπήσας αὐτεξουσίως, καὶ μὴ ἐξ ἀνάγκης τινὸς βιασθεὶς, ζητήσας ἀνάδοχον, καὶ εὑρὼν, πείθει αὐτὸν ἡγήσασθαι τούτῳ τῆς πρὸς τὸν ἱεράρχην ὁδοῦ· ἐπαγγέλλεται δὲ κατακολουθήσειν αὐτὸς, καθὼς καὶ ἐν τῷ νόμῳ εἴρηται· *Κατὰ πάντα ἀκουσόμεθα φωνῆς Κυρίου.* Ὁ δὲ, πρῶτον μὲν ἀκούσας τὴν ἀναδοχὴν, καὶ ἀποβλέψας ἔνθεν μὲν τὸ τοῦ πράγματος ὕψος, ἐκεῖθεν δὲ τὸ εὐπερίτρεπτον τῶν ἀνθρώπων, φρίττει καὶ ἀμηχανεῖ, λογιζόμενος τὸ τοῦ πράγματος δυσχερὲς, (ὅρα δὲ, ὅτι καὶ οὗτος, ἐπεὶ πιστός ἐστιν, ἐρᾷ τῆς τοῦ πλησίον σωτηρίας, καθὼς καὶ ὁ ἱεράρχης, κατὰ τὴν πρὸς Θεὸν ἀφομοίωσιν,) ὅμως δὲ κατὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ ἀφομοίωσιν τοῦ πάντας ἀναδεχομένου, ὁμολογεῖ ποιήσειν τὸ αἰτηθὲν, καὶ σὺν αὐτῷ καταλαμβάνει τὸν ἱεράρχην.

C

§ III. Ὁ δὲ, μετ' εὐφροσύνης ὡς ἐπ' ὤμων τὸ ἀπολωλὸς πρόβατον εἰσδεξάμενος ἀπὸ τῶν ἀνδρῶν, τοῦ τε ἀναδόχου λέγω καὶ τοῦ προσελθόντος, ηὐχαρίστησε τῷ Θεῷ νοερῶς καὶ σωματοειδῶς διὰ προσκυνήσεως. Πῶς δὲ καὶ ἀπὸ τῶν δύο τὸν προσελθόντα ἀναδέχεται; ὅτι ὁ μὲν ἀνάδοχος προσφέρει τοῦτον, αὐτὸς δὲ προσάγει καὶ ἐγχειρίζει ἑαυτὸν, ὥστε ἡ μὲν προσένεξις καὶ ἀμφοτέρων.

§ IV. Εἶτα πάντας τοὺς τοῦ κλήρου (τούτους γὰρ λέγει ἱερὰν διακόσμησιν) ἐφ' ᾧ καὶ συνεργήσωσι καὶ συνεορτάσωσι, συγκαλεῖται, καὶ ὕμνον τινὰ ἱερολογεῖ ἐκ τῶν θείων λογίων. Σημείωσαι γὰρ, ὅτι ἐκ πάσης τῆς ἱερᾶς Γραφῆς δυνατὸν ὕμνον προσφέρειν τῷ Θεῷ, οὐκ ἐκ μόνου τοῦ Ψαλτῆρος· ἢ τὴν ᾠδὴν ἴσως Μαρίας τῆς ἀδελφῆς Μωϋσέως, *Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ*· ἢ τὸν λγ' ψαλμὸν, ἢ καὶ μέρος τούτου, *Προσέλθετε πρὸς αὐτὸν, καὶ φωτίσθητε.* Καὶ μετὰ ταῦτα, τὴν ἱερὰν ἀσπαζόμενος τράπεζαν, ἔξεισι, καὶ πυνθάνεται εἰς τὸ μαθεῖν παρ' αὐτοῦ, τί βουλόμενος ἥκοι.

D

§ V. Τοῦ δὲ, κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ ἀναδόχου, μετακλαυσαμένου τὸν πρότερον ἐκεῖνον καὶ ἄθεον βίον αὐτοῦ, ἀξιοῦντός τε τυχεῖν τοῦ Θεοῦ δι' αὐτοῦ, μαρτύρεται μὲν αὐτῷ, ὁποία ὀφείλει εἶναι ἡ προσέλευσις, ὅτι ὁλικῶς καὶ ἐξ ὅλης ψυχῆς καὶ παντελὴς, ἐπεὶ καὶ ὁ πρὸς ὃν ἡ προσέλευσις, παντέλειός ἐστι καὶ ἄμωμος·

II. *Mysterium.*

§ I. Hierarcha Deo similis effectus volens quoque salvari omnes, et ad agnitionem venire veritatis, clara voce prædicat Evangelia: quomodo nimirum Deus, ex propria motus bonitate, nobis semper propitius exsistens, eousque etiam, ut ad nos venire ac carnem assumere dignatus sit. Et sicut ignis frigidum nigrumque ferrum unione sua sibi simile reddit; sic etiam Deus per fidem unita sibi similia efficit, secundum cujusque ad deificationem aptitudinem, prout dilectus ille qui in pectore recubuit in divinis Evangeliis declaravit: et quidem sacerdos hæc et similia quotidie prædicat.

§ II. Porro qui supermundalium participationem libere amat, et non ex necessitate aliqua coactus, susceptorem quærit, et invenit, persuadet illi ut ad hierarcham se manuducat: ipse autem recipit se illum secuturum, quemadmodum in lege dictum est: *Secundum omnia audiemus vocem Domini*[v*]. Hic primum quidem audiens fidejussionem, et expendens hinc quidem rei celsitudinem, inde **180** vero hominum mutabilitatem, horret ac refugit, considerans rei difficultatem (observa autem, quomodo etiam hic cum fidelis sit, proximi salutem amet, uti et sacerdos, ad Dei similitudinem) nihilominus secundum boni Dei cunctos suscipientis similitudinem, promittit se petitioni satisfacturum, atque una cum illo hierarcham adit.

§ III. Hic vero cum lætitia viros istos, susceptorem inquam et accedentem, quasi ovem perditam in humeros accipiens, gratias agit Deo spirituali simul et corporali adoratione. Sed quomodo e duobus eum qui accedit suscipit? quia nimirum fidejussor quidem ipsum offert, ipse vero semetipsum sistit ac tradit; ita ut conciliatio etiam sit utrorumque.

§ IV. Universum exinde clerum (hos enim sacram appellat dispositionem) cum ut cooperentur, tum ut congratulentur, convocat, et e divinis Scripturis hymnum aliquem canit. Nota autem, ex omni sacra Scriptura posse hymnum seu laudem offerri Deo, et non ex solo Psalterio; vel canticum forte Mariæ sororis Moysis: *Cantemus Domino;* vel psalmum tricesimum tertium, aut ejus partem: *Accedite ad eum, et illuminamini.* Et post hæc sacrum altare osculatus egreditur, et sciscitatur, ut ab eo intelligat, ecquid petitum veniat.

§ V. Ipso autem, juxta præceptum susceptoris, priorem illam ac Dei exsortem vitam deplorante, ac per eum Dei consortem fieri postulante, testatur ipsi qualis esse habeat accessio, nempe totalis, et ex tota anima, et omnino perfecta, cum is ad quem acceditur, prorsus quoque perfectus sit et immu-

v* Exod. XIX, 8; XXIV, 3, 7.

culatus : tunc enim forte non totalis esset dilectio, A sicubi secundum quid is, ad quem accessio fit, perfectus esset et immaculatus, quod non vacaret reprehensione. Ad hæc vero, postquam ipsum instruxit quomodo vitam agere ac instituere debeat, et interrogavit, post astipulationem ejus capiti manum imponit subditisque sibi sacerdotibus diaconisque mandat, ut in sacras tabulas nomina referant tam accedentis quam susceptoris. Hunc autem existimo esse librum viventium.

§ VI. Completa deinde super ipso una cum aliis oratione, ipsum exuit, unica nimirum, et non omni veste; exinde statuens eum ad occidentem, ter jubet insufflare Satanæ, et abrenuntiationem profiteri, ter et ipse **181** contestatus; quoniam hoc facis. Deinde transfert ad orientem, Deoque jubet B consentire, protestatus et hic triplici professione fidem.

§ VII. Hac itaque prece facta, ministri plane ipsum exuunt, ut sacro oleo inungatur. Dum autem sacerdotes eum inungunt, Pontifex ad adoptionis matrem sive baptisterium accedit, ibidemque cum aquam benedixit, atque recitavit sacrum hymnum sancti Spiritus (qui sanctus Spiritus est divinorum prophetarum inspiratio) virum accipit. Non autem dixit sacrum hymnum divinorum prophetarum, neque enim prophetæ omnes unum atque idem canticum recitarunt. Est autem psalmus vicesimus octavus : *Vox Domini super aquas*, et *Alleluia*. Quibus omnibus super ipso rite peractis, sacro C oleo inunctum, participem illum facit immortalium mysteriorum. Non oportet autem mirari, si sanctus hic Pater quædam ab ordine jam in ecclesiis recepto diversa commemoret : verisimile enim est, hæc pro isto temporis statu congruisse, nunc autem accuratius fieri.

§ VIII. His absolutis, hierarcha denuo ad primam contemplationem, sive mysticam precationem, id est, missæ sacrificium convertitur : neque enim decet, ut quidquam a suis institutis tractet alienum. Declarat autem hic sermo, quod episcopus, qui Dei omnium personam sustinet, quemadmodum Deus in suo illo uno eodemque statu semper manens, et in ipso fixus nunquam se deserens, salutis omnium causa, providentiæ suæ progressionibus ad omnia D bonitatis illustrationes extendit, omnibusque præsens est, a stabilitate sua minime discedens, sic etiam episcopus, ad imitationem Dei symbolice, et prout potest, in sua statione, id est, in ecclesiastico principatu permanens, ad inferiora humanitatis providentia procedit : et inferiorum gubernatione impleta rursum ad altare redit, symbolice declarans, se inferiorum providentia motum, rebus divinis ibidem peractis, a divinis sacramentis recens baptizato collatis, ad divinum institutum reverti, ut appareat, ipsum a sancto Spiritu duci et reduci.

### **182** III. *Contemplatio.*

§ I. Hoc itaque est sacramentum nostræ regenera-

τότε γὰρ τυχὸν οὐχ ὁλικὴ ἐγίνετο ἂν ἡ ἀγάπησις, εἴπου κατά τι ὁ πρὸς ὃν ἡ προσέλευσις παντέλειός ἐστι καὶ ἄμωμος, τὸ ἐπίμομφον εἶχεν. Ἔτι δὲ καὶ ὅπως διάγειν καὶ πολιτεύεσθαι ὑφηγησάμενος, καὶ προσερωτήσας, μετὰ τὴν ὁμολογίαν ἐκείνου, τότε τὴν χεῖρα τῇ κεφαλῇ ἐπιτίθησι, καὶ κελεύει τοῖς ὑπ' αὐτὸν πρεσβυτέροις καὶ διακόνοις ἐν δέλτοις ἱεραῖς ἀπογράψασθαι τὰ ὀνόματα, τοῦ τε προσελθόντος καὶ τοῦ ἀναδόχου. Ταῦτα δὲ, οἶμαι, εἰσὶ τὰ τῶν ζώντων δίπτυχα.

§ VI. Εἶτα, συμπληρώσας τοῖς ἄλλοις ἐπ' αὐτῷ τὴν εὐχὴν, ἀπαμφιέννυσιν, ἓν ἱμάτιον δηλονότι, καὶ οὐ πᾶσαν τὴν ἐσθῆτα· εἶτα ἐπιστρέψας πρὸς δυσμὰς, τρὶς ἐμφυσῆσαι τῷ Σατανᾷ διακελεύεται, καὶ ὁμολογῆσαι τὰ τῆς ἀποταγῆς, τρὶς καὶ αὐτὸς μαρτυρόμενος, ὅτι ποιεῖς τοῦτο. Εἶτα μετάγει πρὸς ἕω, καὶ τῷ Θεῷ κελεύει συντάξασθαι, μαρτυρόμενος κἀνταῦθα ἐπὶ τῇ τρισσῇ ὁμολογίᾳ τῆς πίστεως.

§ VII. Τότε γοῦν εὐξαμένου, τελέως ἀπεκδύουσι τοῦτον οἱ λειτουργοὶ, ἐφ' ᾧ χρισθῆναι τὸ ἅγιον ἔλαιον. Τῶν γοῦν ἱερέων χριόντων, αὐτὸς ἐπὶ τὴν μητέρα τῆς υἱοθεσίας τὴν κολυμβήθραν ἔρχεται, καὶ τὸ ἐκεῖσε ἁγιάσας ὕδωρ, καὶ εἰπὼν τὸ ἱερὸν μελῴδημα τοῦ ἁγίου Πνεύματος, (ὅπερ ἅγιον Πνεῦμα ἡ ἐπίπνοιά ἐστι τῶν θείων προφητῶν,) δέχεται τὸν ἄνδρα. Οὐ γὰρ τὸ ἱερὸν μελῴδημα τῶν θείων προφητῶν φησιν, οὐ γὰρ πάντες οἱ προφῆται εἶπον αὐτὸ τὸ ἓν ᾆσμα· ἔστι δὲ ὁ κη' ψαλμός· *Φωνὴ Κυρίου ἐπὶ τῶν ὑδάτων*, καὶ τὸ *Ἀλληλούϊα*. Καὶ πάντα ἐπ' αὐτῷ ἱερῶς διαπραξάμενος, τῷ ἁγίῳ ἐγχρίσας μύρῳ, μέτοχον αὐτὸν καὶ τῶν ἀθανάτων μυστηρίων ἀποδείκνυσιν. Οὐ χρὴ δὲ θαυμάζειν, εἰ παρὰ τὴν νῦν κρατοῦσαν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τάξιν, παρηλλαγμένα λέγει τινὰ ὁ Πατήρ· εἰκὸς γὰρ ταῦτα ἐκείνῃ μὲν τῇ τῶν χρόνων καταστάσει ἁρμόζειν, νῦν δὲ ἀκριβέστερον γίνεσθαι.

§ VIII. Ταῦτα τελέσας ὁ ἱεράρχης, ἐπὶ τὴν πρώτην καὶ πάλιν ἀνατείνεται θεωρίαν, ἢ εὐχὴν μυστικὴν, ἢ τὴν ἱερὰν λειτουργίαν· οὐ γὰρ δεῖ ἐπ' ἀλλοτρίῳ τινὶ παρὰ τὰ οἰκεῖα τρέπεσθαι. Δηλοῖ δὲ ὁ λόγος, ὅτι ὁ ἐπίσκοπος, εἰκόνα ἐπέχων τοῦ πάντων Θεοῦ, ὥσπερ ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς οἰκείας ἑνότητος καὶ ταὐτότητος ἀεὶ μένων, καὶ ἀνεκφοιτήτως εἰς ἑαυτὸν ἱδρυμένος, σωτηρίας ἕνεκα πάντων ταῖς προνοητικαῖς προόδοις ἐπὶ πάντα τὰς τῆς ἀγαθότητος ἐλλάμψεις ἐκτείνει, καὶ πᾶσι πάρεστι, τῆς ἱδρύσεως οὐκ ἀποστάς· οὕτω καὶ ὁ ἐπίσκοπος κατὰ μίμησιν τοῦ Θεοῦ συμβολικῶς, καὶ ὡς αὐτῷ δυνατὸν, ἐπὶ τῆς οἰκείας στάσεως μένων, τουτέστι τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀρχῆς, πρόεισι προνοίᾳ φιλανθρωπίας ἐπὶ τὰ δεύτερα· καὶ πληρώσας τὴν τῶν δευτέρων οἰκονομίαν, πάλιν ἐπάνεισιν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον· παριστῶν συμβολικῶς, ὅτι προνοητικῶς ἐπὶ τὰ δεύτερα κινηθεὶς, καὶ τὰ θεῖα ἐκεῖσε διαπραξάμενος, ἀπὸ τῶν θείων ἐπὶ τῷ νεοφωτίστῳ τελεσθέντων πρὸς θεῖον ἐπιτήδευμα ἐπιστρέφει, πρὸς τὸ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι δοκοῦν ἀγόμενος καὶ μεταγόμενος.

### III. *Θεωρία.*

§ I. Αὕτη μὲν οὖν ἐστιν ἡ τελετὴ τῆς ἡμετέρας ἀνα

γεννήσεως· ἢν, ὅτε καὶ πρὸς τὴν αἰσθητὴν εἰκόνα ἀπίδοι τις, οὐκ ἂν εἴποι ἀνίερον οὐδ' ἄπρεπῆ· ἔχει γὰρ καὶ αἰνίγματα θεωρίας ὑψηλοτέρας. Οὐ μὴν δὲ καὶ παντάπασι τῶν φυσικῶν ἀλλοτριοῦται καὶ ἀνθρωποπρεπῶς· ὅτε γὰρ καὶ ὁ ὑψηλὸς τῆς θεωρίας σιγηθείη λόγος, οὕτως αἰσθητῶς ἐξεταζομένη κατά τι φανείη διαμαρτάνουσα, ὅτι, διαπραγματευομένη τὴν τοῦ προσιόντος ἀπὸ πάσης κακίας κάθαρσιν, ἐν πειθοῖ οὐ σοφίας ἀνθρωπίνης, ἀλλ' ἐκ θείων ῥημάτων, τῇ φυσικῇ καθάρσει τοῦ ὕδατος σωματικώτερον τοῦτον ἐκπλύνει. Ὅπερ εἰ καὶ μηδὲν εἶχεν ὑψηλότερον, οὐκ ἀνίερος παντάπασιν ἦν διά τε τὴν διδασκαλίαν τῆς ἐναρέτου ζωῆς, διά τε τὴν δι' ὕδατος φυσικὴν ἀποκάθαρσιν· τοῦτο δ' οὐκ ἔστιν.

A tionis, quod, etiam dum quis ad sensibilem imaginem attendit, nequaquam dixerit profanum aut absonum: habet enim etiam indicia sublimioris contemplationis. Quinimo nec omnino a naturalibus et humanis rationibus abhorret: nam etsi quando sublimis illa contemplandi ratio sileretur, vel sic tamen sensibiliter inquiri posset, secundum quid aberrare videatur, quoniam accedentis ab omni malitia emundationem operatur, non in humanæ sapientiæ persuasione, sed ex divinis verbis, naturali aquæ emundatione, hunc abluit. Quo etsi nihil sublimius haberet (quod non est) nequaquam omnis expers esset sanctitatis; cum propter probæ vitæ disciplinam, tum propter naturalem aquæ emundationem.

§ II. Ἔστω δὲ τέως εἰσαγωγική τις ψυχαγωγία τοῖς ἀτελέσι, τὸ τοιοῦτον τῶν πολλῶν καὶ ἀνιέρων ἀποδιαστέλλουσα τὰ ἐνοειδῆ. Ἐνοειδῆ δὲ λέγει, τὰ θεῖα, ὡς ὑψηλὰ, καὶ νῷ μόνῳ ληπτά. Λέγει γὰρ *ὡσανεί*, ὅτι εἰ καὶ πάντες οὐκ εἰσὶ τέλειοι, ἀλλὰ καὶ πολλοὶ ἀτελεῖς, ἔχουσι κἀκεῖνοι ἀναγωγήν τινα τῇ δυνάμει ἑαυτῶν προσήκουσαν, ἐν ᾗ ἀποδιασταλήσονται τῶν πάντη ἀνιέρων καὶ χλευαζόντων τὸ βάπτισμα. Ἐπεὶ γὰρ οὐ πάντες χωροῦσι τὰς θεωρίας, δεῖ ποιεῖσθαι καὶ ἡμᾶς τὰς ἑρμηνείας πρὸς τοὺς ἀκούοντας, ὡς ἂν συμμέτρως καὶ αὐτοὶ καὶ προσηκόντως τῇ δυνάμει τῶν νοήσεων, ἀνάγωνται· ἡμεῖς δὲ, ἀναβάσεις ἐν τῇ καρδίᾳ θέμενοι ἱερὰς, τίνων χαρακτήρων εἰσὶν ἐκτυπώματα τὰ τοιαῦτα ἐπιγνωσώμεθα.

B § II. Verum sit hæc rudioribus introductio quædam spiritalis, quæ a promiscuis et profanis distinguat uniformia. Uniformia autem vocat divina, tanquam sublimia solaque mente comprehensa. Ait autem *quodammodo*; quia licet non omnes perfecti, sed multi imperfecti sint, habent tamen etiam ipsi anagogem quamdam virtuti suæ congruentem, qua distinguantur ab omnino profanis et baptismi irrisoribus. Cum enim non omnes capiant contemplationes, oportet nos etiam interpretationes auditoribus accommodare, ut et ipsi pro modulo suo convenienter ad virtutem intelligentiarum adducantur; nos vero ascensiones sacras in corde statuentes, cognoscamus quorum characterum istiusmodi sint effigies.

§ III. Εἰσβάλλει λοιπὸν εἰς τὴν θεωρίαν· καὶ ἐπεὶ μέλλει δεῖξαι τὸν ἱεράρχην κατὰ τὴν ἀφομοίωσιν τοῦ Θεοῦ πᾶσι τὴν σωτηρίαν εὐαγγελιζόμενον, ἄρχεται λέγειν περὶ Θεοῦ τὰ εἰκότα. Φησὶ τοίνυν, ὡς ἡ τοῦ Θεοῦ ἀγαθότης ἐπὶ πάσας τὰς νοερὰς ὄψεις τὰς τοῦ οἰκείου φωτὸς ἀκτῖνας, ἀφθόνως ἐξαπλοῖ. Ἐπεὶ γοῦν πᾶν νοερὸν αὐτεξούσιόν ἐστιν, εἴ τις νοερὰ ἕξις διὰ τὴν τοιαύτην αὐτεξουσιότητα, ἢ τελέως ἀφίσταται τοῦ θείου φωτὸς, τῆς κακίας ἐρῶσα, ἢ μὴν τὸ δεύτερον, τὸ δοθὲν αὐτῇ τῆς ἐλλάμψεως μέτρον περιφρονήσασα ὑπερβῆναι ἐπιχειρεῖ, ἀπήρτηται δηλονότι, ἀποτυγχάνει εἰκότως καὶ τοῦ δοθέντος αὐτῷ μέτρου, τοῦ θείου φωτὸς ἀναλλοιώτου μένοντος. Ὥσπερ γὰρ τὸ συνηρτῆσθαι, τὸ συνηρμόσθαι δηλοῖ· οὕτω καὶ τὸ ἀπηρτῆσθαι, τὸ ἐκπεπτωκέναι τῆς ἁρμογῆς καὶ συμφυΐας. Ἔστι δὲ ὅτε καὶ τὸ ἐκκρεμᾶσθαι ἡ λέξις δηλοῖ· ἐνταῦθα μέντοι κατὰ τὸ πρότερον σημαινόμενον εἴληπται. Ἐπιλάμπει τοίνυν αὐτῇ τὸ φῶς μυωπαζούσῃ, καὶ οὐκ ἀφίσταται· καὶ τὸ φῶς οὐκ ἂν ἐνεργήσειέ τι ἄλλο παρὰ τὰ φωτὸς οἰκεῖα, κἂν αὐτὴ ἀτελῶς ἐπιβάλλοι. Ἀγαθουργικῶς γοῦν ἐξήπλωται τὸ θεῖον φῶς ταῖς νοεραῖς ὄψεσιν, ἔξεστι δὲ ταύταις ἀντιλαμβάνεσθαι τοῦ φωτὸς ὁπότε θελήσειαν. Πρὸς τὴν τοιαύτην εἰκόνα καὶ ὁ ἐπίσκοπος ἐξαπλοῖ τὰς τῆς διδασκαλίας ἀκτῖνας καὶ τοῖς ἐπιτηδείοις πρὸς τὴν ὑποδοχὴν, καὶ τοῖς μὴ, οὐ φθόνῳ καὶ ἀνιέρῳ μήνιδι τῆς προτέρας ἀποστασίας ἢ ἀμετρίας χρώμενος. Ταῦτα δὲ λέγει πρὸς τὰ ἀνωτέρω ῥηθέντα· ἔλεγε γὰρ, δύο κακίας εἶναι τῶν νοερῶν διὰ τὴν ἰδίαν αὐτεξ-

C § III. Cæterum aggreditur contemplationem: et cum ostensurus sit hierarcham secundum Dei similitudinem omnibus salutem annuntiare, incipit dicere de Deo quæ decent. Ait itaque, quomodo Dei bonitas super omnes mentales oculos lucis suæ radios luculenter expandit. Cum itaque omne quod intellectu præditum est liberum sit, si quis intellectum habens, propter talem libertatem vel omnino divinum lumen deserat, amans pravitatem; vel certe secundariam illustrationis mensuram ipsi datam contemnens, ipsam transgredi conetur, utique subtrahitur, et indulta sibi mensura merito frustratur, divino lumine in se immutato permanente. Quemadmodum **183** enim συνηρτῆσθαι significat coaptatum esse, sic etiam ἀπηρτῆσθαι excidisse a conformitate atque congruentia. Interdum vero etiam hoc verbum significat suspensum esse; hoc loco tamen in priori significatione acceptum est. Illucet itaque lux ipsi etiam conniventi, neque deserit; neque etiam lux quidquam facit præter ea quæ lucis sunt propria, tametsi mens imperfecte accesserit. Benigne igitur divina lux mentalibus semper oculis patet, licetque his lucem excipere quandocunque voluerint. Ad hujus similitudinem etiam episcopus doctrinæ radios expandit tam iis qui apti sunt ad eos excipiendos, quam iis qui non sunt apti, nullo odio dirave imprecatione propter priorem defectionem intemperantiamque utens. Hæc autem dicit propter ea quæ superius dicta

D

sunt : dixerat enim, duo esse mala intellectu præditorum propter propriam libertatem. Vel enim deserit quis divinam lucem, vel sapit supra modulum suum, et quod non convenit quærit.

§ IV. Rursus, cum divinum numen sit origo rectæ ordinationis sacræ secundum quam etiam angeli semet ipsos norunt, nec inordinate prosiliunt ad ea quæ non decent, primum munus ex divina doctrina quis consequitur, quod seipsum noscat, ut illud quod in lege scriptum est servet, *attende tibi ipsi* [x], quemadmodum etiam Magnus Basilius ait : *Eatenus enim ad proprium naturæ lumen, sive contemplationem scientiamve recurrens, angelos imitatur, qui seipsos noscunt.* Porro qui seipsum oculis affectione vacuis considerarit, profundissima quidem ignorationis loca effugiet, non tamen per se, sed per ducem ac susceptorem desiderabit divinam participationem. Et per doctrinam quidem ad sui notitiam, devenit per semetipsum ad sui principium ; per hoc autem, ad id quod illo prius est, et per illud ad primum adducetur. Hæc significat accedentis modestia reverentiaque, et ad susceptorem accessio, cui utique character imprimitur, tanquam signum partis hæreditatis in Christo, et inscriptio fit ad bonam memoriam ipsius ac susceptoris ; ipsius quidem, tanquam veri bonorum amatoris ; susceptoris vero tanquam ductoris minime errantis.

§ V. Deinde dicit de vestium depositione. Cum enim non liceat alicui summe contrariorum participem exsistere, sanitatis v. g. et morbi, et peccati ac virtutis, et ignorantiæ cognitionisque Dei, divisam etiam necesse **184** sit habere vitam qui utraque amplectitur, propterea que liberum esse oporteat qui ad alteram vitam transfertur, nullum affectum retinendo prioris vitæ ; idcirco qui adducitur, nudus sistitur. Ad hæc vero, quoniam ab extremis minoribusque prioris vitæ affectionibus absolvi debet, ad extremos usque pedes totius corporis indumentis exuitur ; spectat autem ad occidentem, obscurum illum locum, et tenebricosam malitiam expellit, insitumque sibi malignitatis habitum efflat, eumque a corde suo ejicit. Atque hoc modo universali abrenuntiatione facta ad orientem traducitur, ad Solis justitiæ ortum, et totalem ad unum conversionem profitetur : cum præterea manifestum sit, initiatum in contentione et agone versari debere, ut immutabilitatem obtineat. *Declina* enim, inquit, *a malo, et fac bonum* [x']. Et iterum : *Beati immaculati in via qui ambulant* [y]. Bonum enim stare nescit, neque facile est divinum amorem cohibere.

§ VI. Vide quomodo olei inunctione initiatus ad certamina adducatur, sub Christo munerario constitutus. Constructio hæc est per hyperbaton, certamina, quidem, utpote divina, lætus aggredietur. Interim edio autem, cum munerarium appellaverit

A ουσιότητα. Ἡ γὰρ ἀφίσταταί τις τοῦ θείου φωτὸς, ἢ ὑπερφρονεῖ τοῦ μετρίου, καὶ τὸ ἀνοίκειον ἐπιζητεῖ.

§ IV. Πάλιν, ἐπεὶ εὐταξίας ἱερᾶς ἀρχὴ τὸ Θεῖόν ἐστι, καθ' ἣν καὶ οἱ ἄγγελοι ἐπιγινώσκουσιν ἑαυτοὺς, καὶ οὐχ ὑπερπηδῶσιν ἀτάκτως πρὸς τὰ ἀνοίκεια, πρῶτον δῶρον ἐκ τῆς θείας διδασκαλίας, κτᾶταί τις τὸ ἐπιγνῶναι ἑαυτὸν, ἵνα τὸ ἐν τῷ νόμῳ φυλάξῃ, *Πρόσεχε σεαυτῷ*, ὡς καὶ ὁ Μέγας ἔφη Βασίλειος· *Οὕτω γὰρ τέως πρὸς τὸ οἰκεῖον τῆς φύσεως ὁρατὸν, ἤγουν θεωρητὸν ἢ ἐπιστητὸν, ἀνατρέχων, μιμεῖται ἀγγέλους τοὺς γινώσκοντας ἑαυτούς.* Ὁ δὲ ἑαυτὸν ἀπροσπαθέσιν ἰδὼν ὀφθαλμοῖς, ἀποφοιτήσει μὲν τῶν βαθυτάτων τόπων τῆς ἀγνωσίας, οὐκ αὐτόθεν δὲ, ἀλλὰ δι' ὁδηγοῦ καὶ ἀναδόχου, ἐπιθυμήσει τῆς θείας μεθέξεως. Καὶ διὰ μὲν τῆς διδασκαλίας ἐπὶ τὸ γνῶναι ἑαυτὸν βαδιεῖται δι' ἑαυτοῦ ἐπὶ τὸν αὐτοῦ πρῶτον· διὰ δὲ τούτου ἐπὶ τὸν ἔτι πρότερον· καὶ δι' ἐκείνου ἐπὶ τὸν πρώτιστον ἀναχθήσεται. Ταῦτα δηλοῖ ἡ τοῦ προσιόντος ἐπιγνωμοσύνη καὶ εὐλάβεια, καὶ ἡ πρὸς τὸν ἀνάδοχον πρόσοδος, ᾧ δὴ ἡ σφραγὶς δίδοται, ὡς σημεῖον τοῦ κλήρου τῆς ἐν Χριστῷ μερίδος, καὶ ἡ ἀπογραφὴ οἰκονομεῖται εἰς μνημόσυνον ἀγαθῶν αὐτοῦ τε καὶ τοῦ ἀναδόχου· αὐτοῦ μὲν, ὡς ἀληθινοῦ τῶν καλῶν ἐραστοῦ· τοῦ δὲ ἀναδόχου, ὡς ἀπλανοῦς ὁδηγοῦ.

B

§ V. Ἐντεῦθεν λέγει περὶ τῆς ἀπεκδύσεως. Ἐπεὶ γὰρ οὐκ ἔστι μετασχεῖν τινα τῶν ἄκρως ἐναντίων, ὑγείας δηλονότι καὶ νόσου, καὶ ἁμαρτίας καὶ ἀρετῆς, καὶ ἀγνοίας καὶ θεογνωσίας, ἐπείτοιγε καὶ μεριστὴν συμβήσεται ἔχειν τὴν ζωὴν τὸν καὶ ἀμφοτέρων ἀντεχόμενον, καὶ διὰ τοῦτο ἄσχετον εἶναι δεῖ τὸν πρὸς δευτέραν ζωὴν μετατιθέμενον, μηδεμίαν σχέσιν ἔχοντα πρὸς τὴν προτέραν ζωὴν, γυμνὸς ὁ προσαγόμενος ἵσταται. Ἔτι δὲ, ἐπεὶ καὶ μέχρι τῶν πρὸς τὴν προτέραν ζωὴν ἐσχάτων καὶ μικροτέρων σχέσεων ὀφείλει ἀπολύεσθαι, καὶ τὰ εἰς τοὺς πόδας τοὺς ἐσχάτους ὅλου τοῦ σώματος φορήματα ὑπολύεται· ἀφορᾷ δὲ καὶ πρὸς δυσμαῖς, τῷ ἀλαμπεῖ τόπῳ, καὶ ἀπωθεῖται τὴν ἀλαμπῆ κακίαν, καὶ ἐκ τοῦ ἐμφυσᾷν τῆς κακίας τὴν ἕξιν ἐκπνέει, καὶ ἀπὸ τῆς ἑαυτοῦ καρδίας ἐκβάλλει. Καὶ οὕτως ὁλικῶς τὴν ἀποταγὴν ποιησάμενος, πρὸς ἕω μετάγεται, τὴν ἀνατολὴν τοῦ τῆς δικαιοσύνης Ἡλίου, καὶ τὴν πρὸς τὸ ἓν ὁλικὴν σύννευσιν ὁμολογεῖ· πάλιν ἐπεὶ δῆλόν ἐστιν, ὡς ἐν συντονίᾳ καὶ ἀγῶνι δεῖ εἶναι τὸν τελούμενον, ἵνα τὸ ἀναλλοίωτον ἔχῃ. *Ἔκκλινον γὰρ ἀπὸ κακοῦ*, φησὶ, *καὶ ποίησον ἀγαθόν*· καὶ πάλιν· *Μακάριοι οἱ ἄμωμοι ἐν ὁδῷ, οἱ πορευόμενοι*· οὐδὲ γὰρ στάσιν οἶδε τὸ ἀγαθὸν, οὐδ' εὐαγές ποτε λῆξαι τὸν θεῖον ἔρωτα.

C

§ VI. Ὅρα πῶς διὰ τῆς τοῦ ἐλαίου χρίσεως πρὸς ἀγῶνας ἄγεται ὁ τελούμενος, καθ' οὓς ὑπ' ἀθλοθέτῃ Χριστῷ γενόμενος. Σύνθες τὸ ῥητὸν καθ' ὑπερβατόν· τοῖς μὲν ἀγῶσιν, ὡς θείοις, χαίρων ἐπιδήσεται. Διὰ μέσου δὲ, ἐπεὶ ἀθλοθέτην ἐκάλεσε τὸν Κύριον ἡμῶν

D

[x] I Tim. IV, 16. [x'] I Petr. III, 11. [y] Psal. CXVIII, 1.

Ἰησοῦν Χριστὸν καὶ Θεὸν, δηλοῖ, πῶς μὲν ἀθλοθέτης, πῶς δὲ νομοθέτης, πῶς στεφοδότης καλῶν καὶ ἀφθάρτων στεφάνων, πῶς δὲ καὶ συναγωνιστὴς, οἱονεὶ ἀλείπτης ἐστίν. Ὁ τοίνυν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς μὲν Θεὸς (καὶ σημείωσαι τὸ ῥητὸν κατὰ νεστοριανῶν,) δημιουργεῖ τὴν ἀθλοθεσίαν, ὁ γὰρ ὑπερέχων καὶ δυνάμενος, ἀθλοθετεῖ· ὡς δὲ σοφὸς νομοθετεῖ, σοφοῦ γὰρ ἡ νομοθεσία, ὅπερ ἐστὶν εἰ οὕτω τυχὸν περιγενήσεται ὁ ἀγωνιζόμενος, οὕτω τεύξεται τοῦ στεφάνου, εἰ μὴ οὕτω, τὸ βραβεῖον οὐ λήψεται· ὡς καλὸς καλλύνει τὰ ἔπαθλα· *Ἃ γὰρ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, οὔτε ὀφθαλμὸς εἶδεν, οὔτε οὖς ἤκουσεν, οὔτε ἐπὶ καρδίαν ἀνθρώπου ἀνέβη·* ὡς δὲ ἀγαθὸς βοηθεῖ καὶ συναγωνίζεται, αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ λέγων· *Θαρσεῖτε, ἐγὼ νενίκηκα τὸν κόσμον.* Ἄνωθεν γοῦν ῥητέον, καθ' οὓς, ὑπ' ἀθλοθέτῃ Χριστῷ γιγνόμενος, ἀποδύσεται πρὸς θείους ἀγῶνας, ὑπὸ νομοθέτῃ ἐμμενεῖ ταῖς τοῦ σοφοῦ νομοθεσίαις, ὑπὸ καλῷ βεβαίως ἕξει διὰ τὰ καλὰ ἔπαθλα, ὑπὸ δὲ ἀγαθῷ βοηθούμενος οὐχ ἡττηθήσεται. Ἐπιβὰς γὰρ τοῖς ἴχνεσι τοῦ πρώτου τῶν ἀθλητῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, ὃς διὰ μόνην ἀγαθότητα ἰδίαν πρὸς τὸ τοῦ θανάτου ἠγωνίσατο κράτος, τὰς ἐναντίας αὐτῷ πρὸς τὴν θέωσιν ἀποστατικὰς ἐνεργείας τε καὶ ὑπάρξεις κατωπαλαίσας, συναποθνήσκει Χριστῷ διὰ τῆς τριττῆς καταδύσεως, τύπον ἐχούσης τῆς τριημέρου ταφῆς τοῦ Κυρίου. Ἐνεργείας δὲ λέγει τὰς ἁμαρτίας καὶ τὰς ἐμπαθεῖς ἐπιθυμίας, ὑπάρξεις δὲ, τὰς τουτων ἐνεργητικὰς τῶν δαιμόνων φύσεις· αἱ γὰρ πονηραὶ πράξεις οὐκ ἐν ἰδίᾳ ὑπάρξει θεωροῦνται.

A Dominum nostrum Jesum Christum ac Deum, declarat quomodo munerarius, quomodo legifer, quomodo pulchrarum et immortalium coronarum sit elargitor, quomodo etiam commilito sit et veluti inunctor. Jesus itaque Christus, tanquam Deus quidem (quod observa dictum contra Nestorianos) præmiorum propositionem instituit : qui enim supereminet et potens est, is præmia proponit : tanquam sapiens vero leges fert ; sapientis enim est leges ferre, ut si v. g. hoc modo vincere contigerit certantem, ita quoque coronam consequatur, sin secus, bravium quoque non adipiscatur : tanquam pulcher autem pulchra præmia proponit : *neque enim oculus vidit, neque auris audivit, nec in cor hominis ascendit quæ præparavit Deus diligentibus se* [z] : tanquam bonus vero fert auxilium et suppetias, ipse enim est qui dicit : *Confidite, ego vici mundum* [a]. Denuo igitur dicendum, eum qui secundum hos sub Christo munerario constitutus ad divina certamina exutus fuerit, qui legislatoris sapientis sanctionibus adhæserit, a pulchro quoque pulchra præmia certo consecuturum, et a bono adjutum, minime devictum **185** iri. Primi enim athletarum Jesu Christi Domini nostri vestigiis insistens, qui sola bonitate sua cum mortis imperio dimicavit, actiones substantiasque deificationi suæ adversantes prosternens, Christo commoritur per triplicem immersionem, quæ triduanæ sepulturæ Domini figuram refert. Actiones autem vocat, peccata cupiditatesque turbulentas ; substantias vero, dæmonum naturas, quæ istiusmodi agendi vim habent : improbæ enim actiones nequaquam in propria sua substantia videntur.

B

C

§ VII. Καί μοι νόει ἐκεῖνα τὰ ἱερὰ ὅσην οἰκειότητα πρὸς ταῦτα τὰ σύμβολα ἔχουσιν. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ παρ' ἡμῖν θάνατος οὐκ ἔστιν ἀνυπαρξία παντελὴς κατὰ τὸ δόξαν ἑτέροις, οἵτινες καὶ τὴν ψυχὴν εἶναι θνητὴν ἔλεγον, καὶ εἰς τὸ μηδαμῇ μηδαμῶς εἶναι τὸν ἄνθρωπον φθείρεσθαι· ἀλλ' ἔστι διάκρισις ψυχῆς ἀπὸ σώματος, τὴν μὲν ψυχὴν εἰς τὸ ἀφανὲς ἄγουσα, (κατὰ τοῦτο γὰρ καὶ ᾅδης λέγεται, τοῦτ' ἔστιν, ὁ ἀφανὴς χωρισμὸς ψυχῆς ἀπὸ σώματος,) τὸ σῶμα δὲ ἢ εἰς γῆν παραπέμπουσα, ἢ καὶ καθ' ἑτέραν τινὰ τῶν σωματικῶν ἀλλοιώσεων ἀφανίζουσα. Ἀλλοιώσεις δὲ νόει τὰς εἰς σκώληκας καὶ εἰς ἄλλα ζωῦφια μεταστοιχειώσεις τοῦ σώματος· διὰ τοῦτο ἡ ὁλικὴ τοῦ ὕδατος κάλυψις τὴν τοιαύτην ἀϊδίαν τῆς τε ψυχῆς καὶ τοῦ σώματος, δηλονότι τὸν θάνατον παραδηλοῖ. Καὶ ἐπεὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις, καὶ ἐν τρισὶ νυξὶν ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς γῆς ὁ ζωαρχικὸς Ἰησοῦς ἔμεινε, διὰ μὲν τῶν τριῶν καταδύσεων αἱ τρεῖς νύκτες παραδηλοῦνται· διὰ δὲ τῶν τριῶν ἀναδύσεων αἱ τρεῖς ἡμέραι.

§ VII. Considera, quæso, ista sacramenta, quantam cum symbolis suis proprietatem habeant. Cum enim in nobis mors non sit omnimoda substantiæ abolitio, uti quibusdam placet, qui etiam animam mortalem esse, hominemque penitus ad nihilum redigi et corrumpi asserebant ; sed separatio animæ a corpore, animam quidem ad id quod nobis obscurum est ducens (juxta quod etiam ille animæ a corpore discessus ᾅδης seu *infernus*, id est *obscurus* dicitur) corpus vero vel terræ mandans, vel alia quapiam corporali immutatione abolens. Immutationes autem vocat illas quæ in vermes fiunt, vel similes in alia animalcula corporis transformationes ; quocirca etiam totalis ista aquæ coopertio istiusmodi perpetuam animæ corporisque mortem significat. Et quoniam tribus diebus ac tribus noctibus Jesus qui vitæ princeps est, in ventre terræ permansit, per tres quidem immersiones, tres noctes, per tres autem emersiones, tres dies designantur.

D

§ VIII. Ἐξῆς δὲ φωτοειδῆ ἱμάτια ὁ τελούμενος ἀμφιέννυται διὰ τὸ ἀπαθὲς καὶ ἀῤῥύπωτον, καὶ τὴν πρὸς τὸ ἓν φῶς σύννευσιν, καθ' ἣν ὁ ῥυπαρὸς βίος καὶ ἄκοσμος καὶ ἀνείδεος οἱονεὶ δυσειδής, (οὐδὲ γὰρ

§ VIII. Candidis deinde vestimentis initiatus induitur, propter passionum ac sordium vacuitatem, et cum uno lumine consensionem, per quam sordida et immunda informisque vita quasi disparuit. Non

[z] I Cor. II, 9. [a] Joan. XVI, 33.

enim ait, eum, qui omnino formæ expers est, per baptismum exornari, et lucis formam accipere; et eum, qui initiatus est, lucis filium demonstrari. Denique unguenti illa consummans unctio eum qui initiatur odoris suavitate perfundit; unitur enim per baptismum Spiritui Dei principali cujus utique Spiritus adventus ineffabilem quamdam odoris fragrantiam conciliat, secundum quam apostoli Christi bonus odor appellantur [b], quaque divino Spiritu afflati, ipsique per puritatem conjuncti, præsentiam ejus sentiunt. Hoc utique etiam declarat **186** illa suaveolentia quam linguis exceperunt, donumque propheticum quod habuerunt, virtusve curationum, ac quodcunque aliud supra conditionem hominis agebant.

A λέγει, τὸν τοῦ εἴδους πάντη ἀμέτοχον) τῷ φωτίσματι κοσμεῖται, καὶ εἶδος φωτὸς δέχεται, καὶ τέκνον φωτὸς ὁ τελούμενος δείκνυται. Ἡ δὲ τοῦ μύρου τελειωτικὴ χρῖσις εὐώδη τὸν τελούμενον ποιεῖ· ἑνοῦται γὰρ διὰ τοῦ βαπτίσματος τῷ θεαρχικῷ Πνεύματι· ἔστι δὲ καί τις ἀῤῥητοτάτη εὐωδοποιὸς τοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησις, καθ' ἣν εὐωδία Χριστοῦ οἱ ἀπόστολοι λέγονται, καθ' ἣν οἱ ἀπανταχοῦ τοῦ θείου Πνεύματος ἠξιωμένοι καὶ ἐνωθέντες αὐτῷ διὰ καθαρότητος, αἰσθάνονται τῆς αὐτοῦ παρουσίας. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ καὶ τὸ εὐωδοποιὸν ἐν τῷ γλώσσαις λαλεῖν, ἢ προφητικὸν ἔχειν χάρισμα, ἢ ἰάσεις ἐνεργεῖν, ἢ ἄλλο τι τῶν ὑπὲρ τὸν ἁπλῶς ἄνθρωπον διαπράττεσθαι.

---

## CAPUT III.

I. *De iis quæ in synaxi perficiuntur.*

## B ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ'.

I. *Περὶ τῶν ἐν τῇ συνάξει τελουμένων.*

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Prima capitis parte ait, sacramentum venerabilis eucharistiæ esse cæterorum sacramentorum consummationem, et præ cæteris* synaxin *dici atque* communionem, *quod singulari ratione nos Deo conjungat uniatque.—Secunda parte describit ritum et ordinem, quo antiquitus sacramentum eucharistiæ consecrari et sumi solet, et quibus præsentibus et exclusis sacrificium fiebat.—Tertia parte subjungit contemplationem, in qua mystice explicat,* I. *Quid in sacro sibi velint sacra cantica et lectiones; quid panis et calicis participatio.* II. *Invocat venerabile sacramentum.* III. *Exponit, quomodo Deus in se immutatus, se omnibus communicet; et quomodo pontifex Deum imitetur, inferioribus sacra ministrando.* IV. *Quid sacræ Scripturæ libris contineatur.* V. *Quomodo psalmi et Scripturæ animum componant.* VI. *Qui, et qua de causa, a venerabili sacramenti aspectu et communione arceantur: et quis ordo inter illos.* VII. *In quo sita sit impuritas energumenorum et peccatorum, et quomodo, exclusis profanis, viri sancti venerabile sacramentum laudent.* VIII. *Quid pacis osculum significet.* IX. *Quid commemoratio sanctorum.* X. *Quid ablutio extremorum digitorum sacerdotis. Quid elevatio venerabilis sacramenti.* XI. *Describit calamitates in quas homo incidit per peccatum, et quanta sit Dei in reparando homine benignitas.* XII. *Sacrificium esse commemorationem passionis Christi; et quis sit finis sacræ communionis.* XIII. *Quid divisio et distributio sacramenti insinuet.* XIV. *Qualiter gratiæ agendæ post communionem, et cur sacerdos se ipsum communicet ante alios.* XV. *Finalis gratiarum actio.*

Sed euge, quoniam hujus mentionem fecimus, ea C prætermissa nefas sit aliam functionem hierarchicam præ hac celebrare; nam ex inclyti præceptoris nostri sententia, sacramentum sacramentorum existit, oporteteque sacræ ejus descriptionis interpretem secundum Scripturas, ex divina hierarchicaque scientia, per Dei principalem Spiritum ad sacram ejus adduci contemplationem.

Primum itaque illud sancte videamus, quam ob causam id, quod præcipuis quoque aliis sacramentis commune, et huic per excellentiam præ cæteris sit attributum, ut singulariter communio et synaxis appelletur; cum unumquodque sacramentum divisas quoque vitas nostras ad uniformem colligat deificationem, atque deiformi dissitorum coagmentatione cum illo uno communicet **187** uniatque. Dicimus igitur, cæterorum hierarchicorum symbolorum participationibus, ex divinis hujus perfectivisque muneribus accedere consummationem. Vix enim fas sit ullam hierarchici muneris obire functionem, nisi divinissima Eucharistia, cujuslibet initio consecrationis, initiandi cum illo uno perficiat conjunctionem, divinitusque tradito consum-

Ἀλλ' εὖγε, ὅτι ταύτης ἐμνήσθημεν, ἣν οὐ θεμιτὸν ἐμοὶ παραδραμόντι, τῶν ἱεραρχικῶν τι πρὸ ταύτης ἕτερον ὑμνῆσαι· καὶ γάρ ἐστι, κατὰ τὸν κλεινὸν ἡμῶν καθηγεμόνα, Τελετῶν τελετή, καὶ χρὴ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὴν ἱερογραφικῶς ἐκθέμενον ἐκ τῆς ἐνθέου κατὰ τὰ λόγια καὶ ἱεραρχικῆς ἐπιστήμης ἐπὶ τὴν ἱερὰν αὐτῆς ἀναχθῆναι τῷ θεαρχικῷ Πνεύματι θεωρίαν.

Καὶ πρῶτόν γε τοῦτο ἱερῶς ἐποπτεύσωμεν, ὅτου δὴ ἕνεκα τὸ κοινὸν καὶ ταῖς ἄλλαις ἱεραρχικαῖς τελεταῖς ἐκκρίτως αὐτῇ παρὰ τὰς λοιπὰς ἀνατέθειται, καὶ ἑνιαίως ἀνηγόρευται κοινωνία τε καὶ σύναξις, ἑκάστης ἱεροτελεστικῆς πραγματείας καὶ τὰς μεριστὰς ἡμῶν ζωὰς εἰς ἑνοειδῆ θέωσιν συναγούσης, καὶ τῇ τῶν διαιρετῶν θεοειδεῖ συμπτύξει τὴν πρὸς τὸ ἓν κοινωνίαν καὶ ἕνωσιν δωρουμένης. Φαμὲν δὲ, ὅτι ταῖς τῶν ἄλλων ἱεραρχικῶν συμβόλων μεθέξεσιν [88], ἡ τελείωσις ἐκ τῶν ταύτης θεαρχικῶν καὶ τελειωτικῶν ἐστι [89] δωρεῶν. Οὐ γὰρ ἔνεστι σχεδόν τινα τελεσθῆναι τελετὴν ἱεραρχικὴν, μὴ τῆς θειοτάτης Εὐχαριστίας ἐν κεφαλαίῳ τῶν καθ' ἕκαστα τελουμένων τὴν ἐπὶ τὸ ἓν τοῦ τελεσθέντος ἱερουργούσης συναγωγὴν, καὶ τῇ θεοπαραδότῳ δωρεᾷ τῶν τελειωτικῶν μυστηρίων

[b] II Cor. II, 15.

### VARIÆ LECTIONES.

[88] M. et Scot. τάς et μεθέξει. [89] M. et Sc: εὑρεῖν ἐστι.

τελεσιουργούσης αὐτοῦ τὴν πρὸς Θεὸν κοινωνίαν. Εἰ τοίνυν ἑκάστη τῶν ἱεραρχικῶν τελετῶν, ἀτελὴς μὲν οὖσα [60], τὴν πρὸς τὸ ἓν ἡμῶν κοινωνίαν καὶ σύναξιν οὐ τελεσιουργήσει, καὶ τὸ εἶναι τελετὴ διὰ τὸ ἀτέλεστον [61] ἀφῃρημένη· τὸ δὲ τέλος ἁπάσης [62] καὶ τὸ κεφάλαιον ἡ τῶν θεαρχικῶν μυστηρίων τῷ τελουμένῳ μετάδοσις, εἰκότως ἡ ἱεραρχικὴ σύνεσις ἐπωνυμίαν αὐτῇ κυρίαν ἐκ τῆς τῶν πραγμάτων ἀληθείας ἐφεῦρεν· οὕτω δὴ καὶ τὴν ἱερὰν τῆς θεογενεσίας τελετὴν, ἐπειδὴ πρώτου φωτὸς μεταδίδωσι, καὶ πασῶν ἐστιν ἀρχὴ τῶν θείων φωταγωγιῶν, ἐκ τοῦ τελουμένου τὴν ἀληθῆ τοῦ φωτίσματος ἐπωνυμίαν ὑμνοῦμεν. Εἰ γὰρ καὶ πᾶσι κοινὸν τοῖς ἱεραρχικοῖς [63] τὸ φωτὸς ἱεροῦ μεταδιδόναι τοῖς τελουμένοις, ἀλλ' αὕτη τὸ πρώτως [64] ἰδεῖν ἐδωρήσατό μοι, καὶ διὰ τοῦ ταύτης ἀρχικωτάτου φωτὸς ἐπὶ τὴν τῶν [65] ἄλλων ἱερῶν ἐποψίαν φωταγωγοῦμαι [66]. Ταῦτα δὲ εἰπόντες, ἀνασκεψώμεθα καὶ κατίδωμεν ἱεραρχικῶς τὴν καθ' ἕκαστον ἀκριβῆ τῆς ἁγιωτάτης τελετῆς ἱερουργίαν καὶ θεωρίαν.

mantium mysteriorum dono divinam ipsi conferat communionem. Quare, si quælibet hierarchicarum consecrationum imperfecta manet, dum nostri cum illo uno communionem unionemque non perficit hoc ipso quod non perficitur, perficiendi vim amittens; finis autem omnium est et caput, ut eum qui initiatur, præcipuorum Dei mysteriorum participem efficiat, jure merito pontificalis scientia proprium illi a rerum veritate nomen adinvenit: ita quoque sacram divinæ regenerationis initiationem, quod primam lucem conferat, omniumque divinarum illustrationum principium existat, ex effectu vero illustrationis nomine celebramus. Quamvis enim etiam aliis hierarchicis functionibus commune sit, eos qui initiantur sacræ lucis consortes facere; attamen hæc illa est quæ primum mihi visum impertivit, perque illius lucem principaliorem ad cætera quoque sacra contuenda lumen accipio. His ita constitutis, consideremus et intueamur, more hierarchico, quemlibet exactum sanctissimi hujus sacramenti ritum et significationem.

II. *Μυστήριον συνάξεως, εἴτουν κοινωνίας.*

Ὁ μὲν ἱεράρχης, εὐχὴν ἱερὰν ἐπὶ τοῦ θείου θυσιαστηρίου τελέσας, ἐξ αὐτοῦ τοῦ θυμιᾶν ἀρξάμενος, ἐπὶ πᾶσαν ἔρχεται τὴν τοῦ ἱεροῦ χωροῦ [67] περιοχήν· ἀναλύσας δὲ πάλιν ἐπὶ τὸ θεῖον θυσιαστήριον, ἀπάρχεται τῆς ἱερᾶς τῶν ψαλμῶν μελῳδίας, συναδούσης αὐτῷ τὴν ψαλμικὴν [68] ἱερολογίαν ἁπάσης τῆς ἐκκλησιαστικῆς διακοσμήσεως. Ἐξῆς δὲ διὰ τῶν λειτουργῶν ἡ τῶν ἁγιογράφων δέλτων ἀνάγνωσις ἀκολούθως γίνεται· καὶ μετὰ ταύτας ἔξω γίγνονται τῆς ἱερᾶς περιοχῆς οἱ κατηχούμενοι, καὶ πρὸς αὐτοῖς οἱ ἐνεργούμενοι καὶ οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες, μένουσι δὲ οἱ τῆς θείων ἐποψίας καὶ κοινωνίας ἄξιοι. Τῶν λειτουργῶν δὲ οἱ μὲν ἑστᾶσι παρὰ τὰς τοῦ ἱεροῦ πύλας συγκεκλεισμένας, οἱ δὲ ἄλλο τι τῶν τῆς οἰκείας τάξεως ἐνεργοῦσιν. Οἱ δὲ τῆς λειτουργικῆς διακοσμήσεως ἔκκριτοι σὺν τοῖς ἱερεῦσιν ἐπὶ τοῦ θείου θυσιαστηρίου προτιθέασι τὸν ἱερὸν ἄρτον καὶ τὸ τῆς εὐλογίας ποτήριον, προομολογηθείσης ὑπὸ παντὸς τοῦ τῆς ἐκκλησίας πληρώματος τῆς καθολικῆς ὑμνολογίας. Πρὸς οἷς ὁ θεῖος ἱεράρχης εὐχὴν ἱερὰν τελεῖ, καὶ τὴν ἁγίαν εἰρήνην ἅπασι διαγγέλλει· καὶ, ἀσπασαμένων ἀλλήλους ἁπάντων, ἡ μυστικὴ τῶν ἱερῶν πτυχῶν ἀνάῤῥησις ἐπιτελεῖται. Καὶ, νιψαμένων τὰς χεῖρας ὕδατι τοῦ ἱεράρχου καὶ τῶν ἱερέων, ὁ μὲν ἱεράρχης ἐν μέσῳ τοῦ θείου θυσιαστηρίου καθίσταται, περιεστᾶσι δὲ μόνοι μετὰ τῶν ἱερέων οἱ τῶν λειτουργῶν ἔκκριτοι. Καὶ τὰς ἱερὰς θεουργίας ὁ ἱεράρχης ὑμνήσας [69], ἱερουργεῖ τὰ θειότατα, καὶ ὑπ' ὄψιν ἄγει τὰ ὑμνημένα διὰ τῶν ἱερῶς προκειμένων συμβόλων· καὶ τὰς δωρεὰς τῶν θεουργιῶν ὑποδείξας, εἰς κοινωνίαν αὐτῶν ἱερὰν αὐτός τε ἔρχεται, καὶ τοὺς ἄλλους προτρέπεται. Με-

II. *Mysterium synaxeos, seu communionis.*

Pontifex precem sacram ad altare Dei celebraturus, ab ejusdem suffitione initium faciens, universum circuit chori ambitum; donec rursum ad altare divinum rediens, sacrum init psalmorum melos, omni ordine ecclesiastico sacram ipsi psalmodiam succinente. Per ministros exinde consequenter sacrarum Scripturarum lectio recitatur; qua finita, sacro ambitu arcentur catechumeni, et cum iis energumeni ac pœnitentes, illis qui divinorum aspectu et communione digni sunt remanentibus. Porro ministrorum quidem alii clausis templi foribus assistunt, alii vero aliud quidpiam quod sit ordinis sui agunt. Qui autem in ministrorum ordine primas tenent, una cum sacerdotibus divino altari panem sacrum calicemque benedictionis imponunt, ab universa plenitudine Ecclesiæ **188** communi hymnologia præmissa. Ad hæc divinus pontifex sacram peragit precationem, sanctamque cunctis pacem apprecatur; et dum omnes invicem amplexantur, mystica sacrorum voluminum recitatio finitur. Tum lotis aqua manibus pontificis ac sacerdotum, pontifex divini altaris medio assistit, circumstantibus illum solis ministrorum primoribus una cum sacerdotibus. Porro ubi pontifex sacrosancta Dei munera collaudavit, divinissima consecrat mysteria, quæ etiam celebrata sub symbolis sacrosancte propositis in aspectum ducit; exhibitisque divinorum operum muneribus ad sacrosanctam eorumdem communicationem cum ipsemet accedit, tum cæteros invitat. Accepta denique dataque divina communione in sacram desinit

VARIÆ LECTIONES.

[60] μένουσα, S. D. Ch. et Bud. ita correxit. [61] ἀτελέστατον, D. Sc. [62] ἀπάσῃ, P. D. Ch. [63] εἰ γὰρ καὶ τοῖς ἄλλοις κοινόν, Ch. et V.; πᾶσι τοῖς ἄλλοις κοινὸν ἱερ. D. P. [64] πρῶτον, M. Sc. Sar [65] πρὸς τὴν τῶν, D. Sar. [66] χειραγωγοῦμαι, S. B. [67] interpretes Sc. et Sar., χορου. [68] ψαλμοδικήν, P. [69] ὑπομνήσας, S. B.

gratiarum actionem ; populoque divina tantum symbola contuente, ipse semper Spiritu divino, per beatas ac spiritales contemplationes, hierarchice ad sacrosancta mysteriorum primordia in divini status puritate ducitur.

τασχὼν δὲ καὶ μεταδοὺς τῆς θεαρχικῆς κοινωνίας, εἰς εὐχαριστίαν ἱερὰν καταλήγει, τῶν πολλῶν μὲν εἰς μόνα τὰ θεῖα σύμβολα παρακυψάντων, αὐτοῦ δὲ ἀεὶ τῷ θεαρχικῷ Πνεύματι πρὸς τὰς ἁγίας τῶν τελουμένων ἀρχὰς ἐν μακαρίοις καὶ νοητοῖς [70] θεάμασιν ἱεραρχικῶς ἐν καθαρότητι τῆς θεοειδοῦς ἕξεως ἀναγομένου.

## III. *Contemplatio.*

## III. *Θεωρία.*

### § I.

quod est per essentiam, potius est eo quod est per participationem. Secundo hoc apparet ex ordine sacramentorum ad invicem; nam omnia alia sacramenta ordinari videntur ad hoc sacramentum sicut ad finem; manifestum est enim, quod sacramentum ordinis ordinetur ad eucharistiæ consecrationem, sacramentum vero baptismi ordinatur ad eucharistiæ receptionem, in quo etiam perficitur aliquis per confirmationem, ut non vereatur se subtrahere a tali sacramento. Per pœnitentiam etiam et extremam unctionem præparatur homo ad digne sumendum corpus Christi. Matrimonium etiam saltem sua significatione attingit hoc sacramentum, in quantum significat conjunctionem Christi et Ecclesiæ [k], cujus unitas per sacramentum eucharistiæ figuratur. Tertio hoc apparet ex ritu sacramentorum; **199** nam fere omnia sacramenta, uti Dionysius ait, in eucharistia consummantur. Hinc recens ordinati communicant, et etiam baptizati, si sint adulti. Aliorum autem sacramentorum ad invicem comparatio potest esse multiplex; nam in via necessitatis baptismus est potissimum sacramentorum; in via autem perfectionis sacramentum ordinis, medio autem modo se habet sacramentum confirmationis; sacramentum vero pœnitentiæ et extremæ unctionis sunt inferioris gradus a prædictis sacramentis, quia scilicet ad vitam Christianam non per se, sed per accidens ordinantur, scilicet in remedium supervenientis defectus; inter quæ tamen extrema unctio comparatur ad pœnitentiam, sicut confirmatio ad baptismum, ita scilicet, ut pœnitentia sit majoris necessitatis, sed extrema unctio majoris perfectionis.

Parte undecima agit de ritu hujus sacramenti, sive de sacro missæ sacrificio, in quo venerabile sacramentum consecratur atque conficitur. Ubi nota primo, assignari quinque potissimum partes hujus sacrificii : prima est catechumenorum usque ad oblationem panis et vini; secunda est ipsamet oblatio panis et vini; tertia est consecratio, qua panis et vinum vi verborum Christi in ejus corpus et sanguinem convertuntur; quarta est oblatio corporis et sanguinis Christi, quinta est ipsius sacræ hostiæ consumptio, sive communio. Non facit autem mentionem fractionis hostiæ supra calicem, nec utriusque commistionis. Quænam autem ex his partibus seu actionibus spectent ad essentiam sacrificii, diversimode sentiunt doctores in D. Thomæ p. III, quæst. 83. Communior et verior videtur quæ tenet, sacrificium potissimum consistere in consecratione. Primo, quia sacrificium nostrum offertur in persona Christi; atqui nulla est actio in tota Liturgia, quæ magis fiat in persona Christi, quam consecratio, ergo in ea potissimum consistit. Secundo, quia sacrificium nostrum debet repræsentare sacrificium crucis, quæ repræsentatio fit per consecrationem dum corpus et sanguis, quantum est ex vi verborum, seorsum ponuntur tanquam corpus et sanguis victimæ occisæ. Quod quomodo fiat, vide docte ac clare explicatum a Lessio lib. XII *De perfectionibus divinis*, cap. 13. Qui autem plura hac de re desiderat, legat Gabrielem Vasquez in III p., disputatione 222.

Nota secundo, consecrationem non fieri precibus quibusdam, ut quidam Græci volunt, sed solis verbis Domini sicut definitum est in Florentino concilio, et Tridentino, sess. 13, c. 3. Primo, quia Christus nec dixit nec dici jussit illas preces, quibus ipsi putant confici sacramentum; nam neque Scriptura eas habet, neque traditione constat esse necessario dicendas. Nam in liturgia Latina, quam communis opinio tenet fuisse sancti Petri et Clementis, non habentur illæ preces, nisi ante verba Domini, non autem post; et in liturgia Æthiopum non reperiuntur. Adde, alias fore falsa illa verba Christi : *Hoc est corpus meum*, si ante per preces illas præcedentes facta esset consecratio. Secundo, quia cum hoc sacramentum sit sublimissimum, non decebat illud fieri nisi verbis Dei. Adde, quod si consecratio fieret precibus istis, effectus ejus esset incertus, cum preces istæ non semper exaudiantur. Quod si extrema unctio fiat verbis deprecatoriis, exstat tamen promissio qua promittitur, hanc deprecationem exauditum iri saltem quoad effectum principalem, Jacobi V, nulla autem talis exstat promissio de precibus istis eucharisticis, in quibus ipsi ponunt consecrationem. Tertio, quia sacerdos consecrat in persona Christi, non autem in persona ministri; ergo in consecratione non debet uti verbis deprecatoriis, hoc enim tantum est ministrorum, sed auctoritativis, scilicet tanquam Christus, cujus personam sustinet. Hinc fit, ut cum in omnibus aliis sacramentis sacerdos loquatur tanquam minister Christi, sive per modum exercentis actum, ut in baptismo, confirmatione et pœnitentia; sive per modum imperantis, ut in ordine; sive per modum deprecantis, ut in extrema unctione; in hoc tamen sacramento non loquatur tanquam minister Christi, sed quasi ipsemet esset Christus; seu, ut Chrysostomus ait, Christus per os ejus invisibiliter loquitur, quod etiam dicit Tridentinum sess. 21, c. 2.

Confirmatur hoc etiam ex hoc loco Dionysii, quia ubi, dimissis catechumenis, et panis calicisque oblatione facta, dixit pontificem sacram peragere precationem, et post pacis osculum, et digitorum ablutionem, et hymnologiam, tum demum ait ipsum divinissima consecrare mysteria, manifeste post sacras preces consecrationem collocans, tanquam a precibus istis distinctam.

Ad rationem porro Græcorum, respondendum, illis precibus peti, non ut Spiritus sanctus simpliciter panem efficiat corpus Christi, sed ut sacerdoti cæterisque communicantibus efficiat corpus Christi; id est petit iis qui communicant dari gratiam digne communicandi, ut consequi possint effectum sacramenti. Qui enim manducat indigne, illi non est corpus Christi, sed venenum, nam judicium sibi manducat [l]. In hunc sensum ipsi Græci responderunt in concilio Florentino sessione ultima.

De cæremoniis missæ vide Guilielmum Durandum lib. IV *Rationalis divinorum officiorum*, qui illas prolixe explicat.

Parte III hujus capitis, quæ contemplationem continet, § 1, dicit, sacram **200** communionem esse *pacificam participationem*, etc., quia nimirum pacis symbolum est, et Christus, qui in ea sumitur, est princeps et Deus pacis [m] ac dilectionis [n], cujus, juxta Psalmistam, *Factus est in pace locus ejus* [o]; unde, inquit Dionysius, *jure meritissimo exortem facit eum, qui neque sancte neque animo concordi sacram secum cœnam frequentarat.*

Hinc confirmatur catholica sententia quæ docet, graviter peccare illum qui communicat cum conscientia peccati mortalis, quoniam cibus est vivorum, non mortuorum; quia hoc sacramentum non est institutum in remissionem peccatorum, sed ad alimentum spiritale; ali autem tantum potest, qui vivit spiritaliter. Adde, quod qui cum conscientia peccati mortalis accedit, quantum ex se est, falsam reddit hujus sacramenti significationem; significat enim, eum qui sumit esse de corpore Christi mystico, quæ est societas sanctorum fide ac charitate Christo adhærens. Hinc quoque infra § 6 et 7, docet, catechumenos et energumenos cum peccatoribus ab hac sacra communione tanquam indignos arceri.

In Græcis enim liturgiis clamabat diaconus : Τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, id est *sancta sanctis*, iisque verbis prolatis, catechumeni, energumeni, et notorii peccatores pellebantur, uti etiam testatur sanctus Chrysostomus, homil. 61, ad populum Antiochenum, et Justinus *Apolog.* I. Imo nec videre permittebantur

[k] Ephes. V, 29. [l] I Cor. XI, 29. [m] Isa. IX, 6. [n] II Cor. XIII, 11. [o] Psal. LXXV, 3.

catechumeni sacram eucharistiam ante susceptum baptismi sacramentum, ut aperte tradit S. August. tract. XI *in Joan.*, exponens illa Christi verba : *Jesus autem non se credebat illis.* Hinc dicitur ***Missa catechumenorum*** illa celebrationis sive sacrificii pars, quæ est ab Introitu usque ad Offertorium, quando catechumeni emittebantur. Hinc concilium Carthaginense IV ait : « Nullum prohibeat episcopus usque ad missam catechumenorum, nec hæreticum, nec Judæum, ecclesiam ingredi, et audire verbum Dei ; » siquidem Evangelium et lectiones recitabantur præsentibus catechumenis. Unde S. Augustinus, sermone 237, *De tempore*, « Ecce, inquit, post sermonem fit missa catechumenorum. Post offertorium autem, et tempore consecrationis aut communionis catechumenis illicitum erat interesse divinis.

Nota hic differentiam inter hoc sacramentum et baptismum ; quia ad baptismum, etsi non liceat accedere cum affectu peccati mortalis, licet tamen ad ipsum accedere cum conscientia peccati mortalis. Ideo enim acceditur ad baptismum, ut peccata mortifera omnia, etiam ea quorum nobis conscii sumus, deleantur. Unde baptismus per se delet peccatum mortale, quia ad hoc est institutus, et in hunc finem suscipitur. Secus est de eucharistia, quæ non ad hoc instituta est, neque ideo recipitur, sed ut gratiam jam inventam augeat. Is enim qui accedit ad sacram synaxim, debet esse in gratia, vel probabiliter existimare se esse in gratia.

Hinc ulterius breviter collige effectus venerabilis eucharistiæ. Quorum primus est, ex institutione sua per se gratiam augere ; secundus per accidens conferre, nempe si aliquem inveniat sine affectu peccati mortalis, qui sufficientem in se examinando adhibuerit diligentiam, sit tamen in aliquo peccato occulto ; vel si quis conscius peccati, cum desit copia confessarii, et instet necessitas communicandi vel celebrandi, probabiliter æstimat se contritum, cum tantum sit attritus ; tali enim ex opere operato quoque conferet gratiam justificationis. Tertius effectus est, præservare a lapsu peccatorum, partim augendo habitum charitatis, unde nos reddit robustiores et propensiores ad divina ; partim protegendo ab insidiis, et minuendo fomitem peccati ; partim præveniendo nos inspirationibus sanctis, quibus contra tentationes præmunimur ; horum enim omnium auxiliorum eucharistia est causa quæ necessaria sunt ad vitam spiritalem conservandam. Quartus effectus est, delectatio spiritalis ; excitat enim ad lætitiam spiritus. Quintus, gloriosa resurrectio corporum. Corpus enim Christi gloriosum ; quod in ea sumitur, nostro corpori junctum, relinquit in eo quasi quoddam semen gloriosæ resurrectionis. Sextus denique effectus est, quod prosit etiam aliis per modum impetrationis et satisfactionis.

Nota tamen, hos omnes effectus simul et per totam vitam non sufficienter præstare unicam Eucharistiæ sumptionem ; quare sæpius iteranda est, uti hic infra § 12, Dionysius ait, dicens, hanc divinam similitudinem, ad quam per sacram communionem efformamur in nobis minime perseverare, nisi sacris istis mysteriis jugiter innovetur. Idem quoque dicendum de eucharistia quatenus est sacrificium, quod idcirco quotidie in Ecclesia offertur in commemorationem sacrificii crucis, cujus efficacia nobis ex divina institutione applicari debet per sacramenta et per sacrificium eucharistiæ. Etsi enim Christus unica sui oblatione, quantum est ex parte sua, et in præparatione divina consummavit genus humanum, quia apud Deum promeruit hominibus remissionem peccatorum, justitiam et glorificationem ; tamen quotidianum eucharistiæ sacrificium non est supervacaneum, sed necessarium ; quia per illud applicatur nobis portio aliqua virtutis sacrificii crucis cujus oblatio ita Deo grata fuit et accepta, ut paratus sit omnibus hominibus propter eam dare peccatorum **201** remissionem, justitiam et vitam æternam, quibus ejus virtus per media a Christo instituta applicaretur. Atque hoc modo dicitur per oblationem crucis facta esse remissio omnium peccatorum totius mundi, scilicet in præparatione divini favoris ; quia sufficiens pretium a Christo oblatum est, ob quod Deus paratus est omnia mundi peccata remittere, si illud hominibus debite applicetur. Et sic non requiritur nova oblatio, qua novum pretium acquiratur, necessaria tamen est oblatio jugis sacrificii, qua pretium crucis Christi nobis applicetur.

Nota item ex § XII et XIII, sacrificium eucharistiæ esse sacrificium *laudis et honoris* ; quia est excellentissimus cultus Dei. Nulla enim re Deum magis honorare possumus, quam digna oblatione hujus sacrificii, tum quia est omnium donorum Dei præstantissimum, tum quia per hoc protestamur ipsum esse primum fontem salutis nostræ, et auctorem bonorum omnium supernaturalium ; tum vel maxime, quia hæc actio est actio Christi tanquam sacerdotis principalis. Est etiam *eucharisticum*, quia per illud Deo gratias agimus pro omnibus beneficiis ab initio mundi collatis, et præcipue redemptione per Christi mortem, et omnibus salutis nostræ præsidiis, quæ nobis ex ejus morte provenerunt. Est insuper *propitiatorium* seu expiatorium peccatorum, et *impetratorium* beneficiorum Dei, ut pulchre ostendit Lessius lib. XII *De perf. divinis*, c. 14. Plura, qui volet, consulat scholasticos in part. III, quæst. 83.

—

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (24).

Εὖγε, ὅτι ταύτης ἐπεμνήσθημεν τῆς τελετῆς, δηλαδὴ τῆς συνάξεως, (ταύτην δὲ καὶ κοινωνίαν λέγει διὰ τὸ τότε κοινωνεῖν τοὺς ἀξίους πάντας τῶν μυστηρίων,) ἣν οὐ θεμιτὸν παραδραμεῖν, καὶ πρὸ ταύτης ἑτέραν τῶν τελετῶν ὑμνῆσαι, (ταύτην γὰρ ἔλεγε καὶ ὁ κλεινὸς Ἱερόθεος τελετὴν τελετῶν,) καὶ χρὴ πρὸ τῶν ἄλλων αὐτὴν ἱερογραφικῶς, τοῦτ' ἔστι κατὰ τὴν ἱερὰν διαγραφὴν τῶν ἐμφανῶς τελουμένων ἐκθέμενον, ἔπειτα ἀναχθῆναι πρὸς τὴν καθ' ἕκαστον θεωρίαν. Καὶ πρῶτον τοῦτο ζητοῦμεν, ἵνα τί τὸ κοινὸν καὶ ταῖς ἄλλαις

A Age, quoniam hujus sacramenti, scilicet synaxeos, mentionem fecimus (hanc vero etiam communionem vocat, eo quod dignis omnibus mysteria communicet), quam prætcrire, aut præ illa aliud sacramentum celebrare, nefas (nam eam inclytus Hierotheus sacramentum sacramentorum appellavit), oportet præ cæteris ipsa hierographice, id est, sacra quadam descriptione, eorum quæ in ea peraguntur expressa, ad quamlibet deinde ejus contemplationem adduci. Et primum illud quæri-

(24) Vide Schol. S. Maximi tom. II, cap. 3 *Eccles. hier.*

mus, quam ob causam id quod aliis quoque sacramentis commune est, huic appropriétur, vocetur-
que proprie communio et synaxis, cum quodlibet sacramentum, sive baptisma sive ordinem dixeris, etiam illud utique habeat, ut et congreget, et ad communionem unionemque inducat : in omni namque sacramento hæc initiatis conferuntur, v. g. in baptismo, cum hoc quoque sacramentum divisam hominis vitam, id est sæcularem, et in multa distractam, ad uniformem colligit deificationem, ac secundum hoc etiam synaxis dici possit : et rursum, in istiusmodi collectione divisorum sæculariumque motuum ad unum, scilicet Deum, communionem elargitur, atque adeo communio non immerito dici possit. Cur itaque, præsens sacramentum istiusmodi nomina proprie sibi vindicat? Dicimus, istorum sacramentorum perfectionem ex hujus muneribus existere : nam non licet aliquod sacramentum hierarchicum perficere, nisi videlicet divinissima eucharistia cum uno, id est **202** Deo conjunctionem operetur; hoc enim est præcipuum quod in singulis celebratur. Si itaque unumquodque sacramentum, hisce mysteriis frustratum, sit imperfectum, et nec proprie sacramentum dicatur, neque cum uno illo communicet copuletve, merito etiam huic soli proprium hoc nomen synaxeos attribuitur. Synaxis porro minime intelligenda populi congregatio, prout aliqui nunc temporis vocem illam accipiunt, sed cum Deo conjunctio communioque. Idem quoque quis inveniat in divini baptismatis sacramento : nam licet alia quoque sacramenta illuminent, huic tamen proprie nomen hoc illustrationis impositum est, quod omnium divinarum illustrationum principium existat. Nam nisi quis divino baptismate fuerit initiatus, ejusdemque illustratione dignus sit habitus, non potest alterius cujuspiam illustrationis particeps existere. His dictis, consideremus ipsam hujus sacramenti consecrationem, quomodo videlicet mysterium synaxeos celebretur; deinde vero contemplationem ejus indagemus.

A τελεταῖς αὕτη ἰδιοποιήσατο, καὶ καλεῖται ἰδίως κοινωνία καὶ σύναξις, ἑκάστης τελετῆς, κἂν τὴν τοῦ βαπτίσματος εἴποις, κἂν τὴν τῶν ἱερατικῶν τελειώσεων, ἐχούσης τοῦτο δὴ τὸ συνάγειν καὶ εἰς κοινωνίαν ἄγειν καὶ ἕνωσιν· ἅπασα γὰρ τελετὴ ταῦτα δωρεῖται τοῖς τελουμένοις, ὡς φέρε εἰπεῖν ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος· καὶ γὰρ ἡ τοιαύτη τελετὴ τὴν μεριστὴν ζωὴν τοῦ ἀνθρώπου, δηλονότι τὴν κοσμικὴν, καὶ εἰς πολλὰ πληθυνομένην, εἰς ἑνοειδῆ συνάγειν θέωσιν, καὶ κατὰ τοῦτο σύναξις ἂν λέγοιτο· καὶ πάλιν ἐν τῇ τοιαύτῃ συμπτύξει τῶν διαιρετῶν καὶ κοσμικῶν κινήσεων τὴν πρὸς τὸ ἓν, τὸν Θεὸν δηλαδὴ, κοινωνίαν δωρεῖται, ἰδοὺ καὶ κοινωνία οὐκ ἀπεικότως λέγοιτο ἄν. Ἵνα τί γοῦν ἡ προκειμένη τελετὴ τῶν τοιούτων ὀνομάτων ἰδίως μετείληχε; Καὶ φαμὲν, ὅτι ἡ τῶν τελετῶν ἐκείνων τε-
B λείωσις ἐκ τῶν ταύτης δωρεῶν ἐστι· καὶ γὰρ οὐκ ἔστι τινὰ τελεσθῆναι ἱεραρχικὴν τελετὴν, μὴ τῆς θειοτάτης Εὐχαριστίας, τῆς τῶν μυστηρίων δηλαδὴ, ἱερουργούσης τὴν ἐπὶ τὸ ἓν, τὸν Θεὸν δηλαδὴ, συναγωγήν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ κεφαλαιωδέστερον ἐπὶ τοῖς καθ' ἕκαστα τελουμένοις. Εἰ τοίνυν ἑκάστη τῶν τελετῶν ἀπολειπομένη τὴν * μυστηρίων, ἀτελὴς ἐστι, καὶ οὐκ ἔχει κυρίως οὔτε τὸ τελετὴ λέγεσθαι, οὔτε μὴν τὴν πρὸς τὸ ἓν κοινωνίαν καὶ σύναξιν, εἰκότως ταύτῃ καὶ μόνῃ ἐπιτίθεται ἡ κυρία ἐπωνυμία τῆς συνάξεως. Σύναξιν δὲ νοητέον οὐ τὴν τοῦ λαοῦ, καθὼς τὴν λέξιν τινὲς σήμερον ἐκλαμβάνονται, ἀλλὰ τὴν πρὸς Θεὸν συναγωγὴν καὶ κοινωνίαν. Οὕτως εὕροι τις ἂν καὶ ἐπὶ
C τῆς τελετῆς τοῦ θείου βαπτίσματος· καὶ γὰρ καὶ αἱ ἄλλαι φωτίζουσι τελεταὶ, ἀλλ' ὅμως ταύτῃ ἰδίως ἐπετέθη τὸ ὄνομα τοῦ φωτίσματος, διὰ τὸ εἶναι ταύτην πασῶν τῶν θείων φωταγωγιῶν ἀρχήν. Εἰ γὰρ μὴ τελεσθείη τις τῷ θείῳ βαπτίσματι, καὶ τοῦ ἐντεῦθεν φωτισμοῦ καταξιωθείη, οὐ δύναται ἄλλου τινὸς φωτισμοῦ μετοχὴν δέξασθαι. Ταῦτα εἰπόντες, κατίδωμεν μὲν τέως τὴν τῆς τοιαύτης τελετῆς ἱερουργίαν, δηλονότι ὅπως τελεῖται τὸ μυστήριον τῆς συνάξεως, μετέπειτα δὲ τὰ τῆς θεωρίας ἐρευνήσωμεν.

### II. *Mysterium synaxeos.*

Hierarcha precem sacram (illum inquam introitum) ad altare celebrans, et ab ejusdem suffitione initium faciens, universum templi ambitum circuit : exinde rursum ad divinum altare rediens, D una cum aliis infit psalmorum melos : postea vero per lectores (hos liturgos vocat) divinarum Scripturarum, ut Prophetiarum, apostoli et Evangelii divini lectio recitatur : qua finita, catechumeni arcentur, et ante hos energumeni, qui nimirum a dæmonibus infestantur, et pœnitentes ; manent autem qui digni sunt. Porro e liturgis, subdiaconibus inquam, alii quidem fores custodiunt, alii vero aliud quidpiam agunt; qui autem primarii sunt, scilicet diaconi, una cum sacerdotibus divino altari panem sacrum, et calicem benedictionis imponunt, et deinde communis hymnologia profertur; habebant enim etiam tum aliquod documentum ac fidei

* ἴσως τῶν.

### II. *Μυστήριον συνάξεως.*

Ὁ μὲν ἱεράρχης, εὐχὴν ἱερὰν ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου ποιησάμενος, (αὐτὸν δὴ οἶμαι τὸν εὐλογητόν,) καὶ ἐξ αὐτοῦ τοῦ θυμιᾶν ἀρξάμενος, περιέρχεται πᾶσαν τὴν περιοχὴν τοῦ ναοῦ· εἶτα, ἀναλύσας πάλιν ἐπὶ τὸ θεῖον θυσιαστήριον, ἀπάρχεται μετὰ τῶν ἄλλων τῆς ψαλμῳδίας· ἐξῆς δὲ διὰ τῶν ἀναγνωστῶν (τούτους γὰρ λέγει λειτουργοὺς) τῶν θείων Γραφῶν, τῶν προφητειῶν, τοῦ Ἀποστόλου, τοῦ θείου Εὐαγγελίου, ἡ ἀνάγνωσις γίνεται· μετὰ ταῦτα ἐκβάλλονται οἱ κατηχούμενοι, πρὸ τούτων οἱ ἐνεργούμενοι, δηλονότι οἱ δαιμονῶντες, καὶ οἱ ἐν μετανοίᾳ ὄντες, μένουσι δὲ οἱ ἄξιοι. Ἀπὸ δὲ τῶν λειτουργῶν, φημὶ τῶν ὑποδιακόνων, οἱ μὲν τὰς πύλας φυλάσσουσιν, οἱ δὲ ἄλλο τι διαπράττονται· οἱ δὲ ἔγκριτοι, δηλονότι οἱ διάκονοι, σὺν τοῖς ἱερεῦσιν ἐπὶ τοῦ θείου θυσιαστηρίου τὸν ἄρτον προτιθέασι, καὶ τὸ τῆς εὐλογίας ποτήριον, καὶ ἔπειτα προομολογεῖται ἡ κοινὴ ὑμνολογία. Εἶχον γὰρ καὶ τότε

μάθημά τι καὶ συμμάθημα πίστεως. Πρὸς οἷς ὁ ἱεράρχης, εὐχὴν ποιησάμενος, τὴν εἰρήνην διαγγέλλει, δηλονότι τό· *Εἰρήνη πᾶσι*· καὶ εὐθὺς ἀσπασαμένων, ἀναγινώσκονται τὰ δίπτυχα. Καὶ νιψαμένων, ὁ ἱεράρχης, μέσον ἱστάμενος, ἔχει περιισταμένους κἀκείνους τοὺς τῶν λειτουργῶν ἐκκρίτους, καὶ ὑμνήσας, ἱερουργεῖ τὰ θειότατα, καὶ ὑπ' ὄψιν ἄγει τὰ ὑμνημένα, σαφηνίζων, ὡς Χριστοῦ εἰσι τὰ τοιαῦτα σύμβολα· ὅτι μετὰ τὸ δεῖπνον λαβὼν ἄρτον, καὶ τὰ ἑξῆς· καὶ ὅτι *Τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν*. Ὑποδείκνυσι δὲ, ἤγουν ἀνυψοῖ τότε, ἀποκαλυπτομένων τῶν παναγίων δώρων μετὰ τὰς εὐχὰς, μενόντων δὲ κεκαλυμμένων ἕως καιροῦ μεταλήψεως. Μετὰ ταῦτα αὐτός τε μεταλαμβάνει, καὶ τοὺς ἄλλους προτρέπεται. Μετασχὼν δὲ καὶ μεταδοὺς, εἰς εὐχαριστίαν καταλήγει. Καὶ πολλοὶ μὲν εἰς μόνα τὰ θεῖα παρακύπτουσι σύμβολα, ἄτε μὴ δυνάμενοι ὑψηλότερόν τι ἐννοῆσαι· αὐτὸς δὲ ὁ ἱεράρχης πρὸς ἐκεῖνα τὰ πρωτότυπα αὐτὸ τὸ τοῦ Κυρίου τίμιον σῶμα καὶ αἷμα, ἀνάγεται, πιστεύων, ὅτι καὶ τὰ προκείμενα εἰς ἐκεῖνα μετεβλήθησαν τῷ ἁγίῳ καὶ παντουργῷ Πνεύματι.

institutionem. Ad hæc pontifex, sacram peragens precationem, pacem apprecatur, dicendo scilicet: *Pax omnibus;* dumque illico se salutant, sacræ tabulæ recitantur. Et postquam loti sunt, hierarcha stans in medio selectos illos diaconos sibi habet assistentes, hymnoque dicto divinissima **203** consecrat sacramenta, et sub aspectum ducit ea quæ celebrata sunt, declarans ea Christi esse symbola, quoniam post cœnam *accepto pane* [p], et quæ sequuntur. Item : *Hoc facite in meam commemorationem* [q]. Ostendit autem, id est, tunc detecta sancta dona post preces attollit seu elevat, de cætero tecta manent usque ad tempus sumptionis. Exinde communicat ipse, aliosque invitat. Accepta denique dataque communione, in gratiarum actionem desinit. Cumque plerique divina tantum symbola contueantur, eo quod sublimius quid considerare nequeant; ipse tamen hierarcha ad ipsamet prototypa, sacrum videlicet corpus ac sanguinem Domini, adducitur, credens, res propositas in illa sancto ac omnifico Spiritu mutata esse.

### III. *Θεωρία.*

§ I. Ἐπὶ τὴν θεωρίαν ἤδη μεταβαίνων τῶν κατὰ σύναξιν τελουμένων, ὅπερ ἐπὶ τοῦ μυστηρίου τοῦ φωτίσματος πεποίηκε, καὶ τοὺς ἀτελειώτους ἔτι ἐψυχαγώγει διὰ τῆς αἰσθητῆς τῶν συμβόλων ποικιλίας· οὕτω καὶ ἐνταῦθα ποιεῖ εἰς ψυχαγωγίαν τῶν ἔτι τελειουμένων καὶ οὐ τῶν τελείων ἐναρμόνιον, δηλονότι προσήκουσαν τῇ δυνάμει τῆς αὐτῶν ἕξεως. Ποικιλίαν δὲ καὶ σύνθεσιν διὰ συμβόλων λέγει. Ἐπεὶ γὰρ ἡ θεωρία ἁπλῆ καὶ ἐνιαία, εἰκότως τὰ σύμβολα ποικιλία καὶ σύνθεσις· οἱ γὰρ τοῖς συμβόλοις προσέχοντες οὐκ ἔχουσι τὴν ἐνιαίαν καὶ ἁπλῆν γνῶσιν· ἀλλ' ἄλλως ἄλλος ἀνάγει, ἄλλως ἄλλος τὰ τῆς ἀλληγορίας λέγει, ὡς βούλεται. Εἰσὶ δ' οἵτινες, καὶ τοῖς συμβόλοις ἐναπολειφθέντες, καθ' αὑτὰς· ἐκδέχονται τὰ ὑπὲρ αὐτοὺς, καὶ ψευδῶς ὑπονοοῦσι· καθ' ὃ δὴ ψεῦδος καὶ μερίζονται καὶ ποικίλλονται. Ἐνταῦθα γοῦν φησιν ὁ Πατήρ· Ὡς οὐδ' αὐτὴ ἡ ποικίλη διὰ συμβόλων σύνθεσις ἀνόητος ὑπάρχει τοῖς τελουμένοις, καὶ μέχρι τῶν αἰσθητῶν φαινομένη μόνον· αἱ γὰρ ἀναγνώσεις τῶν λογίων, ὅπου καὶ ἀναγωγὴν οὐκ εἶχον, διδασκαλίαν ἐναρέτου ζωῆς ὑφηγοῦνται· καὶ ἀποκάθαρσιν τῆς κακίας. Ἡ δὲ κοινὴ καὶ ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ ἄρτου καὶ ποτηρίου μετάδοσις ὁμοτροπίαν νομοθετεῖ· τὸ γὰρ ὁμοδίαιτον καὶ ὁμότροπον καὶ ἔτι εἰς μνήμην ἄγει τοῦ Κυριακοῦ δείπνου, ὃ καὶ *ἀρχισύμβολον* λέγει, οἱονεὶ ἀρχικοινωνικόν. Σύμβολον γὰρ ὁ ἔρανος, καὶ ὁ ἐντεῦθεν κοινὸς οἰκονομούμενος δεῖπνον λέγεται· ἐξ οὗ καὶ σύμβολον τὸ διδόμενον, καὶ ἀσύμβολος ὁ ἀσυντελής· καθ' ὃ καὶ αὐτὸς ὁ τῶν συμβόλων δημιουργὸς (ἢ δηλαδὴ τῆς κοινωνίας, ἢ τῶν συμβαλλομένων εἰς τὸ κοινόν· εἴτι γὰρ ἂν εἴη τὸ συμβαλλόμενον, Θεοῦ ἐστι δημιούργημα·) ἀποκληροῖ καὶ ἀποδιαστέλλει δικαιότατα τὸν οὐχ ὁσίως συνδειπνήσαντα Ἰούδαν. Καὶ αὐτῷ γὰρ τοῦ μυστικοῦ ἄρτου καὶ τοῦ ποτηρίου μεταδοὺς, τὰ μυστήρια μόνοις τοῖς μαθηταῖς, μετὰ τὸ ἐξελθεῖν ἐκεῖνον ἐκ τοῦ δείπνου, παρ-

### III. *Contemplatio.*

§ I. Ad contemplationem modo transiens eorum quæ in synaxi celebrantur, uti in baptismatis sacramento rudiores adhuc animas per sensilem signorum varietatem instituit, sic et hic, ad commodam eorum qui adhuc perficiuntur et necdum perfecti sunt instructionem, similiter facit, id est virtuti habitus ipsorum convenientem. Variam autem vocat et compositam, propter symbola. Cum enim contemplatio simplex sit et unimoda, merito symbola varietas sunt et compositio : qui enim symbolis intendunt, non habent unitam et simplicem cognitionem, sed alius aliter adducit, atque alius aliter allegorias tradit, prout vult. Quinimo sunnonnulli, qui symbolis inhærentes, secundum illa accipiunt ea quæ supra ipsa sunt, et falsum opinantur; secundum quam falsitatem etiam dividuntur et multiplicantur. Hic itaque Pater ait : Ne diversa illa symbolorum compositio insipida existat iis qui initiantur, si rerum sensilium tantum esse videatur : Scripturarum enim lectiones ut etiam anagogen non haberent, probæ tamen vitæ disciplinam et pravitatis innuunt expiationem. Communis autem unius ejusdemque panis ac calicis participatio morum conformitatem præcipit : nam etiam Dominicæ cœnæ convivium ac conformitatem in memoriam reducit, quam et *archisymbolam* vocat, quasi primitus communicatam. Symbolum enim convivium dicitur, et cœna, quodque illic in commune confertur, unde etiam symbolum est id quod datur, et asymbolus **204** est imperfectus seu inutilis; juxta quod etiam ipsemet symbolorum auctor (sive communionis scilicet, sive eorum quæ in commune conferuntur; quidquid enim in commune confertur, Dei creatura est) jure meritissimo exsortem facit et excludit Judam, qui non sancte

[p] Luc. xxii, 19. [q] Ibid. [*] Ἴσως κατ' αὐτά

cœnam frequentabat. Cum enim ipsi mysticum panem calicemque tradidisset, mysteria solis discipulis tradidit, postquam Judas, quod iis indignus esset, a cœna surrexisset. Utquid itaque Judam exsortem facit divinorum mysteriorum, cum tamen una cœnarit? Ut ostenderet, non satis esse corporaliter tantum adesse ac concœnare (neque enim hoc perinde est ad communionem), sed secundum mentem adesse oportet. Quoniam illa, quæ secundum habitum quasi ex scientia fit accessio, vera est, id est ut quis animo sic constitutus sit, ut per fidem ex affectu accedat, quod veram facit communionem : quod utique Judæ deerat, tametsi corpore præsens erat, atque una cœnabat.

A ἔδωκεν, ὡς ἀναξίου τούτων ὄντος τοῦ Ἰούδα. Διὰ τί τοίνυν τὸν Ἰούδαν ἀποκληροῖ τῶν θείων μυστηρίων, καίτοι γε συνδειπνήσαντα; Πάντως διδάσκων, ὡς οὐκ αὐταρκες τὸ σωματικῶς μόνον συμπαρεῖναι καὶ συνδειπνεῖν, (οὐδὲ γάρ ἐστι τοῦτο πρὸς τὴν κοινωνίαν ὅμοιον,) ἀλλὰ τὸ κατὰ διάνοιαν συνεῖναι· ἡ γὰρ καθ' ἕξιν οἱονεὶ κατ' ἐπίγνωσιν ἀληθῆς προσέλευσις, τουτέστι τὸ ἐνδιαθέτως, οὕτως ἔχειν, καὶ κατὰ τὴν διάνοιαν διὰ πίστεως εἰσιέναι, τῇ ἀληθινῇ κοινωνίᾳ ἐμποιεῖ· ὅπερ οὐκ ἦν τότε τῷ Ἰούδᾳ καὶ συμπαρόντι σωματικῶς καὶ συνδειπνοῦντι.

§ II. Cæterum hæc, ut dixi, propter eos qui adhuc imperfecti sunt, et hinc ad sublimitatem contemplationis ascendere non valent, sensibilius dicta sint, ad convenientem ipsorum animis erudiendis institutionem. Nos autem iis quæ præ foribus sunt relictis, ad ipsammet contemplationem ingrediamur, ab effectis ad causas, id est, ab iis quæ visibiliter geruntur ad invisibilia mysticaque, quæ causæ sunt et exemplaria eorum quæ sub sensum cadunt. Porro effectus dicuntur, ea quæ aliunde causam habent ut quoquo modo sint. Vel causas dicit eas, quæ quodammodo ad ultimum bonum spectant, et quarum gratia ac intuitu hos effectus idque propter ipsas perficimus. Sed o divinissimum ac sacrosanctum sacramentum! ipsum enim tanquam animatum alloquitur, idque merito, cum etiam theologus ille magnus Gregorius dicat : Sed o pascha magnum ac sanctum! nostrum enim pascha, ut, et hoc sanctum sacramentum, ipsemet Dominus noster Jesus Christus est, ad quem hic sanctus sermonem habet, ut revelet involucra, unicoque lumine mentem impleat.

B § II. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ἐῤῥέθησαν αἰσθητικωτέρως διὰ τοὺς ἔτι ἀτελειώτους, καὶ μὴ δυναμένους εἰς τὸ ὕψος ἀπεντεῦθεν τῆς θεωρίας ἀνάγεσθαι εἰς ψυχαγωγίαν αὐτῶν καὶ προσήκουσαν αὐτοῖς μάθησιν. Ἡμεῖς δὲ, τὰ προπύλαια καταλιπόντες, ἐντὸς τῆς θεωρίας εἰσέλθωμεν ἀπὸ τῶν αἰτιατῶν εἰς τὰ αἴτια, τουτέστιν ἀπὸ τῶν ὁρατῶς τελουμένων ἐπὶ τὰ ἀόρατα καὶ μυστικά, ἅπερ τῶν ἐν αἰσθήσει αἰτιά εἰσι καὶ ἀρχέτυπα. Αἰτιατὰ δὲ λέγονται τὰ ἑτέρωθεν τὴν αἰτίαν τοῦ ὁπωσοῦν εἶναι ἔχοντα. Ἡ αἰτια λέγει τὰ ὡσανεὶ τελικά, καὶ ὧν ἕνεκα, πρὸς ἃ ἀφορῶντες, ταῦτα δὴ τὰ αἰτιατὰ, καὶ τὰ ἕνεκα ἐκείνων, τελοῦμεν. Ἀλλ' ὦ θειοτάτη καὶ ἱερὰ τελετή! ὡς ἐμψύχῳ γὰρ αὐτῇ διαλέγεται· καὶ εἰκότως, καθὰ καὶ ὁ θεολόγος μέγας Γρηγόριος· Ἀλλ', ὦ πάσχα τὸ μέγα καὶ ἱερόν! Τὸ ἡμέτερον γὰρ πάσχα, καὶ ἡ τοιαύτη ἱερὰ τελετὴ, αὐτός ἐστιν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς. πρὸς ὃν ποιεῖται τὸν λόγον ὁ ἅγιος, ἵνα ἀποκαλύψῃ τὰ ἀμφιέσματα, καὶ ἀποπληρώσῃ τοῦ ἑνιαίου φωτός.

§ III. Primum itaque, quandoquidem ingressi sumus, simulacrum detegendum est. Simulacra autem vocat imagines rerum mysticarum sicut etiam in libro *De divinis nominibus* id planius accepimus. Primum porro horum synaxeos sacramentum appellavit, cujus sensum, sive id quod per contemplationem significatur, postulat **205** explanari. Cum igitur episcopus sit typus Dei, videamus quomodo incipiat incensum adolere ab altari usque ad extremitates templi, iterumque ad divinum altare revertatur. Itaque Dei bonitas a semetipsa ad omnia quæ providentia reguntur procedit; sed propter hæc, secundum essentiam suam, nunquam a propria statione recedit, cujus utique essentiæ arcanum significat altare illud inaccessum, ad quod episcopus revertitur. Ad hunc itaque modum sese habet synaxeos sacramentum, quoniam hic duplex est ratio anagoges. Estque hæc prima. Quod, licet divinum synaxeos sacramentum et unicum, et simplex, et compactum habeat principium, multiplicetur tamen pro symbolorum varietate; atque uniformiter iterum ex his ad propriam colligatur unitatem, unificetque illos qui ad se sancte accedunt. Secunda vero ratio est, quod divinus pontifex, tametsi symbolis utatur, et ab unica scientia,

C

D § III. Δεῖ δὴ οὖν, ἐπειδὴ ἐντὸς ἐγενόμεθα, τὸ πρῶτον τῶν ἀγαλμάτων ἀπογυμνῶσαι. Ἀγάλματα δέ φησι τὰς εἰκόνας τῶν μυστικῶν, καθὼς καὶ ἐν τῷ *Περὶ θείων ὀνομάτων* πλατύτερον διελάβομεν. Πρῶτον δὲ τούτων τὸ τῆς συνάξεως μυστήριον ἀπεκάλεσεν, οὗτινος τὸ νοητὸν, ἤγουν τὸ κατὰ θεωρίαν δηλούμενον, ἀπογυμνοῦν ἐπαγγέλλεται. Ἐπειδὴ τοίνυν τύπος ἐστὶ τοῦ Θεοῦ ὁ ἐπίσκοπος, ἴδωμεν πῶς ἄρχεται θυμιᾶν ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἕως τῶν ἐσχάτων, καὶ πάλιν ἐπαναστρέφει εἰς τὸ Θεοῦ θυσιαστήριον. Ἡ τοίνυν ἀγαθότης τοῦ Θεοῦ ἀφ' ἑαυτῆς ἐπὶ πάντα τὰ προνοούμενα πρόεισιν, ἀλλ' οὐκ ἔξω, διὰ τούτων, τῆς κατ' οὐσίαν στάσεως γίνεται, ἧς δὴ οὐσίας τὸ κρύφιον δηλοῖ, τὸ ἄδυτον θυσιαστήριον, εἰς ὃ ἐπαναστρέφει ὁ ἐπίσκοπος. Τοῦτον οὖν τὸν τρόπον ἔχει καὶ ἡ τῆς συνάξεως τελετή· διττὸς γὰρ τῆς ἐνταῦθα ἀναγωγῆς ὁ τρόπος. Καὶ ἔστιν οὗτος πρῶτος, ὅτι κἂν ἡ θεία τῆς συνάξεως τελετὴ καὶ ἑνιαίαν καὶ ἁπλῆν καὶ συνεπτυγμένην ἔχῃ ἀρχὴν, πληθύνεται εἰς τὴν ἱερὰν ποικιλίαν τῶν συμβόλων, καὶ ἑνοειδῶς αὖθις ἐκ τούτων εἰς τὴν οἰκείαν μονάδα συνάγεται, καὶ ἑνοποιεῖ τοὺς ἐπ' αὐτὴν ἱερῶς ἀναγομένους. Δεύτερος δὲ τρόπος· ὅτι ὁ θεῖος ἱεράρχης, εἰ χρῆται τοῖς συμβόλοις, καὶ ἀπὸ τῆς ἑνιαίας ἐπιστήμης πληθύνεται διὰ τὴν τῶν ὑποβεβηκότων πρόνοιαν, ἀλλ' οὖν ὡς ἀπόλυτος πάντη

τοῦ τῶν συμβόλων πλήθους καὶ μὴ ἐπικοινωνῶν τοῖς χείροσιν, εἰς τὴν οἰκείαν ἀρχὴν ἐπάνεισι, καὶ τὴν εἰς τὸ ἓν νοερὰν εἴσοδον ποιησάμενος, ὁρᾷ νοητῶς τοὺς τῶν τελουμένων ἐνοειδεῖς λόγους, πέρας τῆς εἰς τὰ δεύτερα προόδου, τὴν εἰς τὰ πρῶτα ἐπιστροφὴν ποιούμενος

A propter subditorum providentiam, multiplicetur, nihilominus, ceu absolutus omnino a symbolorum multitudine, neque rebus sequioribus communicans, ad proprium principium revertatur, et ad unum spiritalem faciens introitum, cernat spiritaliter uniformes sacramentorum rationes, dum sui ad inferiora progressus finem, diviniorem ad prima facit reversionem.

§ IV. Ἐνταῦθα λέγει, τί δηλοῖ ἡ σύμφωνος ψαλμῳδία. Ὅρα δὲ τὸ συνουσιωμένη, ὅτι καὶ τὸ σχεδὸν προσέθηκεν· οὐ γὰρ ἀλλήλοις ἥνωνται ταῦτα κατ' οὐσίαν, ἀλλὰ τῷ πρὸς ἕνα σκοπὸν τὰ πάντα συντελεῖν, τουτέστιν εἰς τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν, ἔφη τὸ συνουσιωμένη, ὅθεν εὐθὺς ἐπήγαγε τὸ σχεδὸν, κολάζων τὴν ἀπὸ τῆς λέξεως ἐναντίωσιν. Κατωτέρω δὲ μίαν ἔμπνευσίν φησι, τουτέστι μίαν σύμπνοιαν, ὃ δηλοῖ τὸν ἕνα πάντων σκοπόν. Πῶς τοίνυν ἔμελλε διαχωρίζεσθαι ἡ ἱερὰ ψαλμῳδία τῶν μυστηρίων, καὶ μὴ παρευθὺς συναρτᾶσθαι, ἐπεὶ πρὸς ἕνα σκοπὸν ἀφορῶσι πάντα, καὶ ἕν τι τῶν εἰς σωτηρίαν ἀγόντων ὑφηγοῦνται; Ὅρα δὲ τῶν τῆς Παλαιᾶς βιβλίων ὡς ἐν συντόμῳ ἐπίμνησιν. Ἡ γοῦν τῆς ὑπὸ γένεσιν ὑπάρξεως δέλτος ἡ Γένεσίς ἐστιν· ἡ τῆς νομικῆς ἱεραρχίας, τὸ Λευιτικόν ἐστι καὶ τὸ Δευτερονόμιον· ἡ τῆς κληροδοσίας, τὸ τῶν Ἀριθμῶν βιβλίον· ἡ τῶν Βασιλέων, ἡ τῶν Κριτῶν ἐστι βίβλος. Παλαιοὺς δὲ ἄνδρας λέγει τὸν Μωϋσῆν, τὸν Ἰησοῦν, τὸν Ἠλίαν, καὶ τοὺς καθεξῆς· θεῖα δὲ ᾄσματα τὸν Ψαλτῆρά φησι· καὶ εἰκόνας, τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων, καθὸ ὁ Χριστὸς νυμφίος, καὶ νύμφη ἡ Ἐκκλησία εἰκονίζεται· προαναῤῥήσεις τῶν ἐσομένων, τὰς προφητείας. Ἐντεῦθεν τὰ τῆς Νέας εἰσάγει, τοῦ Ἰησοῦ τὰς ἀνθρωπικὰς θεουργίας, ἃς Θεὸς ὢν, διεπράττετο ἀναστρεφόμενος μετὰ σώματος· τὰς τῶν μαθητῶν Πράξεις καὶ διδασκαλίας, ὅσα γὰρ ἐποίησαν, καὶ ὅσα ἐδίδαξαν, φησί. Τὴν μυστικὴν δὲ ἐποψίαν οἶμαι λέγειν τὴν Ἀποκάλυψιν τοῦ θείου Ἰωάννου καὶ εὐαγγελιστοῦ· ὑπερκόσμιον δὲ θεολογίαν, τὸ κατ' αὐτὸν Εὐαγγέλιον.

B

C

§ IV. Dicit hic etiam, quid consona psalmodia significet. Observa vero illud συνουσιωμένη (consubstantiata), cui etiam *fere* addit: neque enim hæc inter se per substantiam conjuncta sunt, sed eo quod ad unum omnia scopum pertineant, id est, ad hominum salutem, dixit illud συνουσιωμένη, seu *consubstantiata*, unde statim subjunxit *fere*, dictionis repugnantiam corrigendo. Paulo autem infra ait unam inspirationem, id est, unam conspirationem, quod declarat unum finem esse omnium. Quomodo itaque sacra psalmodia propter mysteria dissideret, et non statim conveniret, quandoquidem omnia spectent ad unum scopum, unumque quid rerum ad salutem conducentium explanent? Observa autem librorum omnium Antiqui Testamenti quasi compendio commemorationem. Textus itaque qui conditam describit substantiam, est Genesis; qui legalem hierarchiam, est Leviticus et Deuteronomium; qui hæreditatum distributiones, est liber Numerorum; est et Regum Judicumque liber. Priscos autem viros vocat Moysen, Josue, Eliam, et qui sequuntur; divina vero Cantica appellat **206** Psalter; et imagines, Canticum canticorum, ubi Christus sponsus et Ecclesia sponsa figuratur; futurorum prædictiones vocat prophetias. Deinde introducit ea quæ sunt Novi Testamenti, ut humanas Jesu actiones, quas Deus exsistens, cum in corpore versaretur, exercuit; discipulorum Actus atque doctrinas: recenset enim quæ gesserunt atque docuerunt. Mysticam vero visionem existimo vocare Apocalypsin divi Joannis evangelistæ: porro supramundialem theologiam, ejusdem Evangelium.

§ V. Ἃ δὴ ταῦτα πάντα ἡ ἱερολογία ταῖς ἁγίαις τελεταῖς συνερῥίζωσεν· οὐδὲν γὰρ τελεῖται σιωπηλῶς πάντη, εἰ μὴ δι' ὕμνων θείων καὶ ψαλμῶν. Ὁ γοῦν τῶν ψαλμῶν ἐστι σκοπὸς τὸ ὑμνῆσαι Θεόν τε, καὶ τοὺς τῷ Θεῷ γνησίους ἄνδρας, ὑπαγορευτικὴν τῶν τοιούτων καὶ περιεκτικὴν ἐχόντων δύναμιν, ἥτις, φησὶν, ἀναγκαίως ἐν πᾶσι τοῖς ἱεραρχικῶς τελουμένοις παραλαμβάνεται, ἔμμονον τὴν τῶν ψαλλομένων μνήμην ἐμποιοῦσα τοῖς ψάλλουσι, καὶ τὰς ψυχικὰς ἡμῶν ἕξεις ἐναρμονίως διατιθεῖσα πρὸς τὰ μικρὸν ὕστερον τελεσθησόμενα μυστήρια. Λάβε δὲ καὶ τὸ τῆς ψαλμῳδίας σύμφωνον, εἰς διδασκαλίαν τῆς πρὸς Θεὸν καὶ πρὸς ἀλλήλους καὶ πρὸς ἑαυτὴν ὁμοφροσύνης. Ὅταν γοῦν ταῦτα γένηται, καὶ ἡ ὑμνολογία καλῶς διαθήσῃ τὰς ἡμετέρας ψυχὰς, καὶ εἰς ὁμοφροσύνην συνάξῃ, ὡς ἂν διὰ μιᾶς καὶ ὁμολόγου χορείας τὴν ἀνεκλάλητον ἡμῶν νοερὰν ψαλμῳδίαν (ἣν καὶ συντετμημένην καὶ συνεσκιασμένην λέγει· τὸ μὲν, ὡς νοερὰν καὶ ἐνιαίαν, τὸ δὲ, ὡς ἀφανῆ καὶ κατὰ

D

§ V. Hæc utique omnia sacræ paginæ cum sanctis sacramentis conjunxerunt: nihil enim omnino tacite celebratur, neque aliter quam per divinos hymnos et psalmos. Itaque psalmorum scopus est laudare Deum, virosque Deo gratos ad ejusdem laudes excitandi, et in iis conveniendi vim habent, quæ, inquit, necessario adhibetur omnibus iis quæ hierarchice geruntur, eo quod psallentibus constantem eorum quæ psalluntur memoriam ingeneret, et animales nostras affectiones congrue disponat ad mysteria, quæ paulo post sunt celebranda. Quinetiam psalmodiæ concentum accipe, ad eam quæ cum Deo et ad invicem, et cum semetipso est concordiam edocendam. Hæc ubi peracta sunt, et hymnologia recte nostras animas composuit, et veluti unica concordique chorea concordavit ineffabilem illam nostram spiritalem psalmodiam (quam et concisam et obumbratam dicit: illud quidem, tanquam spiritalem unicamque, hoc vero, tan-

quam obscuram et secundum animam) pluribus imaginibus explicavit (alia est enim figura psalmodiæ, et alia lectionis) : quare etiam per lectiones istiusmodi hymnologia dilatatur. Rursus in hisce lectionibus qui ad sensum attendit, videbit quomodo rite omnia et ut oportet ordinata sint, idque secundum inspirationem et instinctum divini vivificique Spiritus. Leguntur enim primum ea quæ sunt Veteris Testamenti, deinde quæ sunt Novi similiter : quoniam illud quidem de Christo disseruit, hoc vero ipsum exhibuit ; atque illud quidem figuras descripsit, hoc vero manifeste veritatem demonstravit; atque illud item theologia vocari possit seu sermo de Deo, hoc vero θεουργία seu opus Dei, quoniam ipsummet Deum in corpore exhibuit.

A ψυχὴν) διὰ πλειόνων ἐξαπλώσῃ εἰκόνων, (ἄλλη γαρ εἰκὼν τῆς ψαλμῳδίας, καὶ ἄλλη τῆς ἀναγνώσεως·) εὑρύνεται πάντως ἡ τοιαύτη ὑμνολογία καὶ διὰ τῶν ἀναγνώσεων. Πάλιν ἐν ταύταις ταῖς ἀναγνώσεσιν ὁ κατὰ νοῦν βλέπων, ὄψεται πῶς τὰ πάντα καλῶς καὶ ὡς δεῖ ἐτάχθησαν, καὶ κατὰ ἔμπνευσιν καὶ κίνησιν τοῦ θείου καὶ ζωαρχικοῦ Πνεύματος. Ἀναγινώσκονται γὰρ τὰ τῆς Παλαιᾶς Διαθήκης πρότερον, εἶθ' οὕτως τῆς Νέας· ὅτι ἡ μὲν εἶπε τὰ περὶ Χριστοῦ, ἡ δὲ ἐτέλεσε· καὶ ἡ μὲν εἰκόνας ἔγραψεν, ἡ δὲ τρανῶς ὑπέδειξε τὴν ἀλήθειαν· καὶ ἡ μὲν θεολογία καλοῖτο ἄν, ἡ δὲ Νέα θεουργία, ὅτι Θεὸν ὑπέδειξε μετὰ σώματος.

§ VI. Qui quidem sacrarum harum lectionum tubarumque spiritalium penitus **207** exsortes sunt, ne ipsas quidem imagines contuentur : nam oculos semel ad lumen salutis occluserunt, Deoque ipsos vocanti obstrepunt : Vias tuas scire nolo. Tubas autem accipit, vel propter spiritale bellum fidelium quod habent cum adversario, vel propter illam populi in Sina congregationem secundum ordinem dignitatis; nam ultimi illorum voces ac tubas audiebant. Porro tres ordines hos, catechumenorum, et a spiritibus obsessorum, pœnitentiumque, sacra quidem sanctio permittit audire lectiones, verum arcet a sequentibus mysteriis. Quin et ordo status eorum secundum justitiam definitus est ; atque ultimus quidem ordo attributus est catechumenis, utpote nullo adhuc sacramento initiatis, et secundum Deum necdum perfecte natis. Quemadmodum enim in rebus corporeis accidit, ut imperfectos fetus et abortus nemo dixerit in lucem esse editos, eo quod imperfecti materno utero exciderint (nam physicus medicusque dicent, lucem in iis nihil operari, cum a natura habeat, ut operetur in iis quæ lucis sunt capacia); eodem modo in spiritalibus se res habet : catechumeni enim adhuc Eloquiis informantur, neque dum perfectam formam acceperunt, sed perfecti erunt, quando divino baptismate fuerint regenerati ; tunc autem iis, tanquam lucis excipiendæ capacibus, divinorum mysteriorum lumina collucebunt ; nunc vero arcentur, hierarchia sacrorumque ordine sic providente, ne quibuslibet propaletur, etiam catechumenis, qui tempore opportuno, ubi per baptisma renascuntur, vitam spiritalem divinaque lumina recipiunt. Quare catechumenorum ordo est postremus.

B § VI. Τούτων τῶν ἱερῶν ἀναγνώσεων οἱ μὲν τελέως ἔξω που τῶν πνευματικῶν σαλπίγγων ἱστάμενοι, οὐδὲ τὰς εἰκόνας ὁρῶσιν· ἀπέμυσαν γὰρ ἅπαξ πρὸς τὸ φῶς τῆς σωτηρίας, καὶ ἀπολέγουσι καὶ ἀντιφθέγγονται πρὸς τὸν καλοῦντα Θεόν· Τὰς ὁδούς σου εἰδέναι οὐ βούλομαι. Σάλπιγγας δὲ παραλαμβάνει ἢ διὰ τὸν πνευματικὸν τῶν πιστῶν πόλεμον, ὃν ἔχουσι πρὸς τὸν ἀντικείμενον, ἢ διὰ τὴν ἐπὶ τοῦ Σινᾶ συναγωγὴν τοῦ λαοῦ καὶ τὴν ἐκεῖσε κατ' ἀξίαν τάξιν· οἱ γὰρ ἔσχατοι ἐκείνων τῶν φωνῶν καὶ τῶν σαλπίγγων κατήκουον. Ταύτας δὲ τὰς τρεῖς τάξεις, τῶν κατηχουμένων, τῶν ὑπὸ πνευμάτων ἐνεργουμένων, καὶ τῶν ἐν μετανοίᾳ ὄντων, ἐφίησι μὲν ὁ ἱερὸς θεσμὸς ἐπακούειν τῆς ἀναγνώσεως, ἀπείργει δὲ τῶν ἑξῆς μυστηρίων. Πλὴν καὶ ἡ τάξις τῆς στάσεως τούτων C κατὰ δικαιοσύνην ἐτάχθη· καὶ ἐσχάτη μὲν τάξις τοῖς κατηχουμένοις ἀπονενέμηται, ὡς ἀμυήτοις ἔτι, καὶ μὴ τελείαν τὴν κατὰ Θεὸν ἀπότεξιν ἔχουσιν· ὡς γὰρ ἐπὶ τῶν σωματικῶν ἔχει, ὅτι τὰ ἠλιτόμηνα καὶ ἐκτρώματα οὐκ ἄν τις πρὸς τὸ φῶς ἀναχθῆναι εἴποι, διότι τῆς μητρικῆς γαστρὸς ἀτέλεστα ἐκπεπτώκασι (φαίη γὰρ ὁ φυσικῶς καὶ ἰατρικῶς ἔχων, ὡς οὐκ ἂν εἰς αὐτὰ τὸ φῶς ἐνεργήσειε, φύσιν ἔχον εἰς ἐκεῖνα ἐνεργεῖν, ἃ δὴ καὶ φωτὸς δεκτικά εἰσιν·) οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν πνευματικῶν ἔχει· ἔτι γὰρ οἱ κατηχούμενοι ὑπὸ τῶν Λογίων μορφοῦνται, καὶ οὐ τελείαν ἀπέλαβον μόρφωσιν, τελεσφορηθήσονται δὲ, ὅταν θείῳ ἀναγεννηθῶσι βαπτίσματι· τότε καὶ ὡς δεκτικοῖς αὐτοῖς τοῦ φωτὸς οὖσιν, ἐπιλάμποι ἂν τὰ τῶν θείων μυστηρίων φῶτα· νῦν δὲ ἀποδιαστέλλονται, προνοουμένης τῆς ἱεραρχίας καὶ τῆς εὐκοσμίας τῶν ἱερῶν, ἵνα μὴ καὶ τοῖς τυχοῦσι κατάδηλα ᾖ. καὶ αὐτῶν δὴ τῶν κατηχουμένων, τῆς κατὰ πνεῦμα ζωῆς, κατὰ καιρὸν τὸν προσήκοντα μελλόντων ἐν τῷ γεννηθῆναι διὰ βαπτίσματος, καὶ τὰ θεῖα ἀπολαβεῖν φῶτα. Ἡ γοῦν τῶν κατηχουμένων τάξις ἐσχάτη ἐστίν.

VII. Qui vero a spiritibus immundis agitantur, ordinis sunt secundi et anterioris, id est superioris. Siquidem hic ordo secundus est a catechumenis, sed superior, quoniam hi initiati sunt et minime exsortes sacramenti, ut illi, tametsi et illis quoque, qui corporeis illecebris aut passionibus perturbationibusque irretiti sunt, divina communio subtrahitur ; eumque ordinem recte se habere a contrario confirmat. Nam si verum est, inquit, divinum pror-

§ VII. Ἡ δὲ διὰ τῶν πνευμάτων ἐνεργουμένων δευτέρα καὶ ἐμπροσθία· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ πρὸς τὸ ἄνω· εἰ γὰρ καὶ δευτέρα ἐστὶ πρὸς τοὺς κατηχουμένους, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἄνω, ὅτι οὗτοι ἐτελέσθησαν, καὶ οὐκ ἀμύητοί εἰσιν, ὡς ἐκεῖνοι, εἴ τι ἡ θεία κοινωνία συστέλλεται, καὶ ἀπὸ τῶν ἐνισχημένων σωματικοῖς θελκτηρίοις, ἤγουν πάθεσι καὶ ταραχαῖς ἡδονῶν· καὶ ἐπικρίνει καλῶς ἔχειν τὴν τάξιν ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐπιχειρῶν. Εἰ γάρ ἐστι, φησὶν, ἀληθὲς, ὡς ὁ κατὰ Θεὸν

ἄνθρωπος, οὐδὲν τῶν σαρκὸς ἐνεργήσει παρὰ τὰ κατὰ φύσιν ἀναγκαιότατα, τὸ φαγεῖν, τὸ πιεῖν, τὸ ὑπνῶσαι, καὶ ταῦτα παρέργως, ναὸς δὲ ἔσται καὶ ὁπαδὸς κατὰ πάντα τοῦ πνεύματος· εὔδηλον ὡς ὁ τοιοῦτος ἅτε θεῷ ἡνωμένος, οὐκ ἐνεργηθήσεται ὑπὸ ἀκαθάρτου πνεύματος· γελάσεται δὲ μᾶλλον αὐτὸ καὶ καταπαλαίσει, καὶ ἐκδιώξεται καὶ δράσει μᾶλλον εἰς αὐτὸ παρ' ὃ πείσεται παρ' αὐτοῦ· μᾶλλον δὲ καὶ ἑτέροις ἰατρὸς πνευματικὸς ὀφθήσεται. Ἔτι μᾶλλον δὲ ἀκριβῶς οἶδα, ὡς ἡ τῶν ἱεραρχικῶν ἀμιγὴς τῶν χειρόνων ἁπάντων διάκρισις μᾶλλον ἔχει δαιμονῶντας τοὺς ἀσελγεῖς, ἢ τοὺς ὑπὸ πνευμάτων καταπίπτοντας· καὶ γὰρ οἱ τοιοῦτοι τἀόντως ὄντα προήκαντο διὰ τὴν αἰσχίστην ἡδονὴν, καὶ τὴν ἀβέβαιον ἐν τοῖς ἀλλοτρίοις οὐκ οὖσαν, ἀλλὰ δοκοῦσαν εὐπάθειαν. Ἀλλότρια δὲ λέγει τὰ πρὸς ἁμαρτίαν· οὐ γὰρ φυσικὴ ἡ ἁμαρτία. Ἢ ἀλλότρια φησὶ τὰ κατὰ κόσμον, ὡς οὔ τινος ἰδικὰ ἰδίως, ἀλλ' ἐξ ἄλλων εἰς ἄλλους μεταπίπτοντα· ἢ καὶ ὡς οὐκ οὔσης ἐν τούτοις διὰ παντὸς τῆς ἡμετέρας διαγωγῆς, ἀλλὰ πρὸς ἕτερον βίον ὁρώσης, ἐφ' ᾧ καὶ γεγόναμεν. Διὰ γοῦν τοῦτο κυριωτέρως οὗτοι τῶν ὑπὸ πνευμάτων καταπιπτόντων τῆς κοινωνίας ἀφορισθήσονται· οὐ γὰρ θεμιτὸν αὐτοῖς ἑτέρου τινὸς ἱεροῦ μετασχεῖν ἢ τῆς τῶν Λογίων ἀναγνώσεως, ὡς ἂν δι' αὐτῶν ἐπιστρέφοιντο ἐπὶ τὰ ἐξ ὧν ἐξέπεσον. Ταῦτα δὲ πάντα εἴρηται τῷ ἁγίῳ περὶ τῶν ἐμπαθῶν, καὶ ἔτι μενόντων ἀμετανοήτων, ὡς ἔχει τὸ ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπιφερόμενον ἐπιχείρημα. Φησὶ γάρ· Εἰ γὰρ καὶ τοὺς πρὸς αὐτῇ τῇ μετανοίᾳ ὄντας ἡ τῶν θείων ἱερουργία ἀπωθεῖται, οὐ προσιεμένη τούτους διὰ τὸ μὴ εἶναι παντελῶς ἱερωτάτους, προσφωνοῦσα, οἷον, ὡς ἀθέατός εἰμι καὶ ἀκοινώνητος πᾶσι τοῖς μὴ ἀξίοις εἰς κοινωνίαν, πολλῷ γε μᾶλλον ἀπειρχθήσονται ταύτης οἱ ἔτι ἀμετανόητοι. Ἐπεὶ δὲ τοῦ θείου ναοῦ γεγόνασιν ἔξω, καὶ οἱ ἀμύητοι κατηχούμενοι, καὶ οἱ ἐμπαθεῖς, ὡς ἀποστάται τῆς θείας ζωῆς· προσέτι δὲ καὶ οἱ ὑπὸ πνευμάτων ἐνοχλούμενοι, πρόστιμον ἔχοντες καὶ οὗτοι, καὶ οὐκ ἔχοντες ἀπολογίαν τὸ ἀκουσίως πάσχειν, αὐτοὶ γὰρ ἔδωκαν ἑαυτοὺς τοῖς ἀκαθάρτοις πνεύμασι, μὴ συντονίαν πρὸς τὰ θεῖα καὶ στερρότητα κεκτημένοι· εἶτα σὺν τούτοις καὶ οἱ μετανοήσαντες μὲν ἐπὶ τοῖς ἰδίοις σφάλμασι, καὶ τῆς ἐναντίας ἀποστάντες ζωῆς, οὔπω δὲ τελέως καθαρθέντες· καὶ μετ' αὐτοὺς οἱ μὴ ἄμωμοι πάντη καὶ ἀλώβητοι, καθὼς καὶ ἐν τῷ νόμῳ τὸ εἰς θυσίαν ἐζητεῖτο πρόβατον· οἶμαι δὲ λέγειν τούτους, τοὺς μὴ ἱερωσύνῃ διαπρέποντας· οὐ γὰρ καὶ οὗτοι ἔξω που ἵστανται, ἀλλ' ἔξω μόνον τοῦ θυσιαστηρίου ἱστάμενοι, ἀπείργονται τῆς ἱερᾶς ἐποψίας διὰ τῶν ἀναμέσον ἐφαπλουμένων παραπετασμάτων· τότε οἱ πανίεροι φιλοθεάμονες, ἐποπτεύοντες, ὑμνοῦσιν ὑμνολογίαν καθολικὴν, ἢ ὡς ὑπὸ πάντων ᾀδομένην, ἢ ὡς ὑπὲρ καθολικῆς χάριτος γινομένην. Τοῦτον τὸν ὕμνον οἱ μὲν ὑμνολογίαν, οἱ δὲ τῆς θρησκείας τὸ σύμβολον λέγουσιν· ἄλλοι δὲ θειοτέρως ἱεραρχικὴν εὐχαριστίαν φασὶν, ὡς περιεκτικὴν ἁπάσης ὑπὲρ πάντων εἰς ἡμᾶς ἀγαθῶν εὐχαριστίας· περιέχει γὰρ τὰ εἰς ἡμᾶς θεόθεν ἀφικνούμενα ἱερὰ δῶρα, καὶ καλῶς ὁ ὑπὲρ πάντων λόγος εὐχαριστία ἐκλήθη, ὅτι πᾶν ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἐπραγματεύθη. Καὶ γὰρ καὶ

A sus virum ea quæ carnis sunt minime curaturum citra naturæ necessitatem, ut in comedendo, bibendo, dormiendo, et hæc obiter, sed templum sectatoremque spiritus **208** per omnia futurum; manifestum est, virum ejusmodi, utpote Deo unitum, nequaquam ab immundo spiritu agitandum; sed potius ipsum irrisurum et subacturum, insectaturumque, illaturumque potius aliquid quam ab eo passurum; quinimo quoque aliis se medicum spiritalem exhibebit. Præterea compertum habeo sincerissimum sacrorum ordinum judicium magis dæmoniacos existimare illos qui inertia diffluunt, quam qui spiritibus succumbunt; siquidem qui tales sunt, propter turpissimam voluptatem, et eam quæ in alienis minime est, sed esse videtur, felicitatem, vera bona prodegerunt. Aliena autem vocat quæ ad peccatum pertinent; non enim peccatum est quid naturale. Vel aliena dicit ea quæ mundi sunt, quod nullius proprie sint propria, sed ab aliis ad alios transeant; aut etiam quod in his nequaquam omnino posita sit nostra vivendi ratio, sed aliam vitam spectet, cujus etiam gratia nati sumus. Cum itaque hi magis proprie spiritibus subjaceant, merito a communione excluduntur: neque enim eis licet alterius cujusquam participes esse, præterquam lectionis Scripturarum, ut per eas revertantur ad ea quibus exciderunt. Hæc autem omnia dicta sunt a viro sancto de iis qui passionibus obnoxii sunt, et adhuc manent impœnitentes, tanquam si a majori inferens argumentaretur. Si enim, inquit, illos qui in ipsa adhuc pœnitentia versantur sacrorum divinorum celebratio repellat, eo quod non omnino sanctissimi sint, nequaquam eos admitteus, proclamando quodammodo se omnibus sua communicatione indignis invisibilem incommunicabilemque exsistere, multo magis ab ea arcebuntur qui adhuc impœnitentes sunt. Ubi autem a divino templo exclusi sunt catechumeni, qui necdum sacris initiati sunt, quique passionibus obnoxii sunt, et a divina vita defecerunt; atque insuper etiam qui a spiritibus vexantur, et hanc pœnam subeunt, nec excusationem habent, quod hæc inviti sustineant, quoniam semetipsos spiritibus immundis tradiderunt, cum nec intentionem neque firmitatem in divinis obtineant. Deinde cum his quoque *illi*, quos erratorum quidem suorum pœnitet, et contrariæ vitæ nuntium miserunt, nondum tamen perfecte puri sunt, et secundum hos ii qui non omnino immaculati sunt et intemerati, prout in lege quoque, ad sacrificium agnus requirebatur: opinor autem significari illos qui non sunt **209** apti sacerdotio; siquidem hi non stant foris, sed solum, cum non astent altari, a divino aspectu arcentur per velamina quæ in medio expanduntur. Tum demum sacratissimi spectatores hostiam contemplantes universale quoddam laudis canticum concinunt, quod vel ab universis canitur, vel pro universali quasi gratia offertur. Hunc hymnum autem, alii quidem hymnologiam, alii religionis symbolum appellant:

alii vero divinius, hierarchicam eucharistiam vocant, ut quæ omnem pro omnibus erga nos bonis gratiarum actionem complectatur; continet enim illa sacra munera quæ divinitus ad nos dimanant, recteque pro omnibus gratiarum actio nuncupata est, quia quidquid ad salutem nostram spectat, operata est. Etenim primum a bono Deo conditi, et primigeniis pulchritudinibus ad deiformitatem efformati sumus. Primigenia vero vocat ea quæ in divina natura conspiciuntur, quorum homines pro captu modoque suo Deus participes effecit, et in paradiso diviniori ad superna modo subrigebamur : cæterum cum imprudentia nostra bonis illis excidissemus, præparatis hisce bonis ad pristinum nos statum revocare minime dubitavit (præparata porro vocat bona illa; quoniam cum essemus peccatores, gratia salvati et ornati sumus), et omnimoda assumptione, perfectæ inquam humanitatis, propriorum nos bonorum participes effecit. Hoc est quod et magnus Gregorius ait : *Assumpsit deterius, ut daret id quod est melius.*

A πρώτως παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ ὑπέστημεν, καὶ τοῖς ἀρχετύποις κάλλεσι πρὸς τὸ θεοειδὲς ἐμορφώθημεν. Ἀρχέτυπα δέ φησι τὰ τῇ θείᾳ φύσει ἐπιθεωρούμενα, ὧν τὴν κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον μετουσίαν τοῖς ἀνθρώποις Θεὸς ἐδωρήσατο, καὶ θειοτέρας ἀναγωγῆς ἐν τῷ παραδείσῳ κατηξιώθημεν. Εἶτα, ἐπεὶ ἐξ ἀπροσεξίας τῶν ἀγαθῶν ἐκείνων ἐξώσθημεν, ἐπισκευαστοῖς ἀγαθοῖς εἰς τὸ ἀρχαῖον ἔγνω ἀνακαλέσασθαι, (ἐπισκευαστὰ δὲ λέγει τὰ ἀγαθά, ὅτι, ἁμαρτωλοὶ ὄντες, χάριτι ἐκαλλωπίσθημεν καὶ ἐσώθημεν[a]) καὶ διὰ τῆς παντελοῦς προσλήψεως, τῆς τελείας λέγω ἐνανθρωπήσεως, τὴν τῶν οἰκείων μετάδοσιν ἀγαθουργῆσαι. Τοῦτο λέγει καὶ ὁ μέγας Γρηγόριος· *Προσέλαβε τὸ χεῖρον, ἵνα δῷ τὸ βέλτιον.*

§ VIII. Nota vero ut summatim his complexus sit sacram omnem hymnologiam secundum quam benignitate Dei collaudata, propositis muneribus coopertis, salutatio ac tabularum recitatio finitur. Ac salutatio quidem designat, quomodo ad unum aliquem statum per sacram communionem adducendi sint illi qui vel secum ipsi, vel cum aliis in aliquo dissidebant. Nos itaque salutatio sibi invicem conjungi significat. Quomodo autem secum? Quia nimirum ipse secum quilibet unitur, et ad unum affectum fertur, verbi gratia, fraternam conspirationem. Nisi enim ad unum quis sese colligat, ut talem aliquem affectum concipiat, nunquam ipsum exprimet. Hæc autem geruntur, quasi minime decorum sit, eos qui in altari congregati conjunguntur, iterum dilabi in divisas cupiditates, e quibus omnino perturbatæ contra naturam inimicitiæ suscitantur. Adversus autem æquales dicit, id est hominum adversus homines. Illud autem **210** ad id quod secundum naturam est, id est ad bonum; humanum enim bonum omne est secundum naturam, sicut malum contra naturam. Vel etiam æqualem vocat ejusdem naturæ hominem, sive proximum.

invitarunt. Nequaquam igitur divinissimus **221** cœlestium essentiarum ordo ignorabat, Jesum divinissimum sanctificationis ergo descendisse; verum sciebat, ipsum, propter divinam et ineffabilem bonitatem suam, sancte se ad nostra demisisse, et ab ipsomet Patre Spirituque humano more sanctificatum cernens, proprium agnoscebat principium in iis quæ divinitus agebat secundum essentiam invariatum. Quare traditio sacrorum symbolorum, dum divinum unguentum consecratur, seraphim apponit, ut Christum denotet ac describat, in universa naturæ humanæ nostræ assumptione in se immutatum permansisse. Et quod divinius est ad omnem rei sacræ consecrationem divino utitur unguento, manifeste demonstrans, juxta Scripturas, eum qui sanctificandum sanctificat, ut qui semper sibi ipsi similis, atque idem sit in omni divinæ benignitatis operatione; quapropter etiam divinæ regenerationis donum et gratia perficiens divinissimi unguenti consecrationibus consummatur. Unde, ut opinor, etiam in baptisterium expiatorium unguentum, aspersionibus in crucis formam expressis, infundens pontifex, mentalibus oculis sub aspectum ponit, ut ad mortem usque Jesus in cruce pro divina nostra regeneratione demersus, divino illo et insuperabili descensu in morte sua baptizatos secundum oraculum arcanum, ex antiqua mortis corruptibilis dejectione benigne vindicarit, et ad divinum æternumque statum innovarit.

A τάξις, οὐκ ἠγνόηκε τὸ θεαρχικώτατον Ἰησοῦν εἰς τὸ ἁγιάζεσθαι κατελθηλυνότα· νοεῖ δὲ αὐτὸν ἱερῶς ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἑαυτὸν ὑφέντα διὰ θείαν καὶ ἄῤῥητον ἀγαθότητα, καὶ πρὸς τοῦ Πατρὸς, αὐτοῦ [36] τε καὶ τοῦ Πνεύματος, ἀνθρωποπρεπῶς ἁγιαζόμενον ὁρῶσα, τὴν οἰκείαν οἶδεν ἀρχὴν, ἐν οἷς ἂν θεαρχικῶς δρᾷ, τὸ κατ' οὐσίαν ἀναλλοίωτον ἔχουσαν. Ὅθεν ἡ τῶν ἱερῶν συμβόλων παράδοσις ἁγιαζομένῳ τῷ θείῳ [37] μύρῳ τοὺς σεραφὶμ παρίστησιν, ἀπαράλλακτον εἰδυῖα καὶ διαγράφουσα τὸν Χριστὸν, ἐν τῇ καθ' ἡμᾶς ὁλικῇ πρὸς ἀλήθειαν ἐνανθρωπήσει. Καὶ προσέτι τὸ θειότερον, ὅτι τῷ θείῳ μύρῳ χρῆται πρὸς παντὸς ἱεροῦ τελεσιουργίαν, ἐναργῶς ὑποδεικνύουσα [38], κατὰ τὸ Λόγιον, ἁγιάζοντα τὸν ἁγιαζόμενον, ὡς ἀεὶ ταὐτὸν ὄντα [39] ἑαυτῷ κατὰ πᾶσαν τὴν θεαρχικὴν ἀγαθουργίαν. B Διὸ καὶ τῆς ἱερᾶς θεογενεσίας ἡ τελεσιουργὸς δωρεὰ καὶ χάρις, ἐν ταῖς τοῦ μύρου τελεῖται θειοτάταις τελειώσεσιν. Ὅθεν, ὡς οἶμαι, καὶ τῷ καθαρτικῷ βαπτιστηρίῳ τὸ μύρον ἐν σταυροειδέσι βολαῖς ἐπιχέων ὁ ἱεράρχης, ὑπ' ὄψιν [40] ἄγει τοῖς θεωρητικοῖς ὀφθαλμοῖς, ἄχρις ἂν [41] καὶ αὐτοῦ θανάτου διὰ σταυροῦ τὸν Ἰησοῦν ὑπὲρ τῆς ἡμῶν θεογενεσίας καταδυόμενον αὐτῇ τῇ θείᾳ καὶ ἀκρατήτῳ καθόδῳ, τοὺς εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ κατὰ τὸ κρύφιον λόγιον βαπτιζομένους, ἐκ τῆς τοῦ φθοροποιοῦ θανάτου παλαιᾶς καταπόσεως ἀγαθοπρεπῶς ἀνασπῶντα καὶ ἀνακαινίζοντα πρὸς ἔνθεον καὶ αἰώνιον [42] ὕπαρξιν.

## § XI.

Quin etiam ei qui sanctissimo divinæ regenerationis sacro initiatus est consummans illa unctio divini Spiritus illapsum elargitur, sacra, uti reor, symbolorum fictione hoc sub oculos ponente, quomodo ab ipso, qui propter nos humano more Spiritu Dei principali sanctificatus, essentiali divinitatis suæ statu invariato, divinissimus ille Spiritus donetur.

C Ἀλλὰ μὴν καὶ αὐτῷ τῷ τελεσθέντι τὴν ἱερωτάτην τῆς θεογενεσίας τελετὴν τὴν τοῦ θεαρχικοῦ Πνεύματος ἐπιφοίτησιν, ἡ τοῦ μύρου δωρεῖται τελειωτικὴ χρίσις, ὑποτυπούσης, ὡς οἶμαι, τῆς ἱερᾶς τῶν συμβόλων εἰκονογραφίας, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ δι' ἡμᾶς ἀνθρωποπρεπῶς τῷ θεαρχικῷ Πνεύματι καθαγιασθέντος, ἀναλλοιώτῳ τῆς οὐσιώδους θεότητος ἕξει, τὸ θειότατον Πνεῦμα χορηγούμενον.

## § XII.

Hoc etiam sancte observa, ut sacratissimorum illa lex mysteriorum purissimis unguenti sacratissimi affusionibus divini quoque altaris consecrationem perficiat. Est utique supracœlestis ac supersubstantialis hæc divina operatio universæ divinitus nobis præstitæ sanctificationis initium et essentia virtusque perfectiva. Etenim si Jesus, qui est altare nostrum divinissimum divina est divinarum mentium consecratio, in quo secundum Scripturam sanctificati, et mystice in morem holocausti concremati, accessum obtinemus, supramundanis oculis **222** divinissimum illud altare

Καὶ τοῦτο δὲ ἱεραρχικῶς ἐννόησον, ὅτι καὶ τοῦ θείου θυσιαστηρίου τὴν ἱερὰν τελείωσιν ἡ τῶν ἁγιωτάτων τελεῶν θεσμοθεσία [43], ταῖς τοῦ ἱερωτάτου μύρου τελετουργεῖ [44] παναγέσιν ἐπιχύσεσιν. Ἔστι δὲ ὑπερουράνιος [45] καὶ ὑπερούσιος ἡ θεωρία [46], πάσης τῆς θεουργικῆς ἡμῶν ἁγιαστείας [47] ἀρχὴ καὶ οὐσία καὶ τελεσιουργὸς δύναμις. Εἰ γάρ ἐστι τὸ θειότατον ὑμῶν θυσιαστήριον Ἰησοῦς, ἡ θεαρχικὴ τῶν θείων νοῶν ἀφιέρωσις, ἐν ᾧ κατὰ τὸ Λόγιον ἀφιερούμενοι, καὶ μυστικῶς ὁλοκαυτούμενοι, τὴν προσαγωγὴν ἔχομεν, ὑπερκοσμίοις ὀφθαλμοῖς ἐποπτεύσωμεν αὐτὸ τὸ θειότατον θυσιαστήριον (ἐν ᾧ

### VARIÆ LECTIONES.

[36] ἑαυτοῦ, D. S. P. [37] θείῳ non habent M. D. Sc. S. P. [38] ὑποδεικνῦσα, Ch. D. S. P. [39] ὄντα non est in Ch. [40] ὑπὲρ ὄψιν, M. Sc. [41] ἂν non habet D. S. P. [42] πρὸς θείαν, M. αἰωνίαν, Ch. [43] τελετῶν θεσμοθεσία lege. [44] τελεσιουργεῖ, P. D. Ch. [45] ὑπερουρανία, M. S. D. Ch. [46] θεουργία, S. D. Ch. [47] θεουργίας ἡμῶν καὶ ἁγιαστείας, M. Sc.

τὰ τελούμενα τελεῖται, καὶ ἁγιάζεται) πρὸς αὐτοῦ τοῦ θειοτάτου μύρου τελούμενον· ἁγιάζει γὰρ [38] ὑπὲρ ἡμῶν ἑαυτὸν ὁ παναγιώτατος Ἰησοῦς, καὶ πάσης ἡμᾶς [39] ἁγιαστείας ἀποπληροῖ, τῶν ἐπ' αὐτῶν [40] τελουμένων οἰκονομικῶς εἰς ἡμᾶς, ὡς θεογεννήτους, λοιπὸν ἀγαθουργικῶς διαβαινόντων. Ὅθεν, ὡς οἶμαι, κατὰ νοῦν ἱεραρχικὸν θεοπαραδότως οἱ θεῖοι τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας καθηγεμόνες τὴν πάνσεμνον ταύτην ἱερουργίαν μύρου τελετὴν ἐκ τοῦ τελουμένου πραγματικῶς ὀνομάζουσιν, ὡς ἄν τις φαίη Θεοῦ τελετὴν, ἑκατέρῳ νῷ τὴν θείαν αὐτῆς τελετουργίαν [41] ὑμνοῦντες. Ἔστι γὰρ αὐτοῦ τελετὴ καὶ τὸ δι' ἡμᾶς ἀνθρωποπρεπῶς ἁγιάζεσθαι, καὶ τὸ θεουργικῶς ἅπαντα τελεῖν καὶ ἁγιάζειν τὰ τελούμενα. Τὸ δὲ ἱερὸν τῆς τῶν θεολήπτων προφητῶν ἐπιπνοίας μελῴδημα, φασὶν οἱ τὰ Ἑβραίων εἰδότες, τὸ αἶνος Θεοῦ δηλοῦν, ἢ τὸ *Αἰνεῖτε τὸν Κύριον*. Ἀπάσης οὖν ἱερᾶς θεοφανείας καὶ θεουργίας [42] ἐν τῇ ποικίλῃ συνθέσει τῶν ἱεραρχικῶν συμβόλων ἱερογραφουμένης, οὐκ ἀνάρμοστόν ἐστι μεμνῆσθαι τῆς θεοκινήτου τῶν προφητῶν ὑμνολογίας· διδάσκει γὰρ εὐαγῶς τε ἅμα καὶ ἱεροπρεπῶς, αἴνων ἱερῶν ἀξίας εἶναι τὰς θεαρχικὰς [43] ἀγαθουργίας.

A intueamur (in quo ea quæ initianda sunt, consecrantur ac sanctificantur) ipsomet unguento divinissimo initiatum : sanctificat enim semetipsum pro nobis sanctissimus ille Jesus, nosque omni replet sanctitate, dum ea quæ in eo geruntur per dispensationem, ad nos, veluti a Deo genitos, beneficе dimanant. Unde, ut opinor, juxta sensum hierarchicum qui a Deo traditus est, divini isti sacri nostri ordinis duces sanctum hoc unguenti mysterium τελετήν, id est *consecrationem* vocant, quod re ipsa consecret atque consummet; ut si quis dixerit Dei consecrationem, utroque sensu divinam ejus perfectionem prædicando. Est enim Dei consecratio, cum quod propter nos humanitus sanctificetur, tum quod divinitus cuncta, quæ consecranda sunt ipse B consecret et sanctificet. Porro melos illud sacrum prophetarum divinitus afflatorum, aiunt hi qui Hebraice norunt, Dei laudem significare, sive *Laudate Dominum*. Cum igitur sacra omnis Dei apparitio actioque in diversa hierarchicorum symbolorum compositione sit descripta, nequaquam absre fuerit, meminisse laudationis prophetarum quam divinitus didicerunt : docet enim præclare simul ac sancte, divina beneficia præcipua laude digna esse.

—

## ADNOTATIONES CORDERII.

Nota primo, parte prima hujus capitis, mysterium unguenti seu chrismatis dici coordinatum esse mysterio synaxeos, quia nonnisi intra missarum solemnia consecrari potest; in Ecclesia autem usus obtinuit, ut hæc consecratio in quinta feria majoris hebdomadæ celebretur, cujus rei rationem ac ritum vide apud Guillelmum Durandum in *Rationali divinorum officiorum*, lib. VI, cap. 74.

Nota secundo, in Ecclesia triplex tunc oleum consecrari. Primum est oleum catechumenorum, in cujus exorcismo præcipitur diabolo ut recedat a catechumeno, qui adhuc reputatur mortuus, quousque non est baptizatus. Secundum est oleum chrismatis, quod jam viventes significat, et adhibetur baptizatis, et in confirmationis ordinisque sacramentis, aliisque consecrationibus. Tertium est oleum infirmorum, quod jam sauciatis medelam præstat, et quoniam dolor sequitur ægritudinem, hinc in ejus consecratione rogat pontifex isti oleo virtutem tribui, ad evacuandum omnes dolores, et omnem ægritudinem, juxta illud Jacobi V, 14 : *Infirmatur quis in vobis ? Inducat presbyteros Ecclesiæ, et orent super eum, ungentes eum oleo, in nomine Domini : et oratio fidei salvabit infirmum, et alleviabit eum Dominus, et si in peccatis sit, remittentur ei.* Plura qui volet, de his consulat Guillelmum Durandum loco supra citato, et in libro *De divinis officiis* Alcuinum, et Amalarium diversis in locis, præsertim in officio quintæ feriæ majoris.

Parte undecima tradit ritum benedicendi unguentum, cui suppares fere eucharistiæ consecrationi cæremoniæ adhibentur. Unde Cyrillus Hierosolymitanus catechesi 3, *Mystagogi* hanc consecrationem ita exaggerat, ut eam cum consecratione eucharistiæ conferre videatur, verum comparatio accipienda est per quamdam similitudinem vel proportionem, non æqualitatem. Quoad aliquid tamen hæc benedictio seu consecratio dignior videri posset, quatenus ad eam episcopalis auctoritas **223** necessaria est ; ita ut absque illa nihil fiat in hoc mysterio : pertinet enim ad potestatem ordinis episcopalis, neque eam habet ex vi ordinis simplex sacerdos. An vero pontifex eam committere possit simplici sacerdoti, disputatur a theologis in parte III D. Thomæ, quæst. 72, art. 3 et 4, et probabilius videtur, non posse. Vide Suarez, parte III, q. 72, art. 4, disp. 33, sect. 2.

Porro hujus unguenti seu sacri chrismatis usus (uti hic quoque in fine mysterii docet Dionysius) valde varius est in Ecclesia ; maxime vero solemnis et essentialis est in sacramento confirmationis, cujus est materia necessaria, uti D. Thomas in III parte, quæst. 72, art. 3, et cum eo theologi docent. Infantibus quoque et catechumenis, postquam fuerint baptizati, vertex capitis chrismate inungitur, quam cæremoniam in primitiva Ecclesia adhibitam fuisse, patet ex S. Dionysio supra cap. II, parte II, § 9, et parte III, § 9. Altaria quoque, et calices, aliaque vasa sacra, dum benedicuntur, chrismate inunguntur, exemplo veteris benedictionis, juxta quam altare, tabernaculum, ejusque vasa ex mandato Dei ungebantur, Exod. XXX.

## VARIÆ LECTIONES.

[38] ἁγιάζει τε γάρ, S. P. Ch. [39] variant exemplaria in scriptura hujus nominis; nam aliquando habent ἁγιαστίας, aliquando utrobique in penultima ει, quod semel dictum sit, et ubique intelligatur. [40] ἐπ' αὐτῷ, P. S. Ch. D. [41] τελεσιουργίαν, Ch. Eadem varietas reperitur fere ubique in hac voce. [42] δημιουργίας, M. Sc. [43] θεουργικάς, M. S. Ch. Sc.

Parte III, § 1, ubi ait : *Nullam virtutem agunt, ut ab hominibus videantur*, alludit ad illud Matthæi : *Attendite ne justitiam vestram faciatis coram hominibus, ut videamini ab eis* [a], etc. Et ad illud : *Omnia vero opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus* [a], de Scribis et Pharisæis hypocritis loquens. Non ita viri sancti, qui soli Deo placere satagunt, et hominibus placere nolunt, juxta illud Pauli dicentis : *Mihi autem pro minimo est, ut a vobis judicer, aut ab humano die* [b]; et alibi : *Si adhuc hominibus placerem, servus Christi non essem* [c].

§ 4. *Dicimus igitur unguenti compositionem, collectionem quamdam esse fragrantium materiarum*, etc. Unde patet, chrisma sive unguentum hoc non esse simplex, sed confectum ex pluribus rebus, saltem ex veteri Ecclesiæ sensu et usu, uti ex hoc loco patet, et ex Innocentio III, cap. *Pastoralis*, *Extrav. De sacram. non iterand.*, ubi chrisma distinguit ab oleo simplici benedicto. Unde colligitur, fuisse mistum balsamo, quod optimum odorem spirat. Hinc Cyprianus serm. *De unctione chrismatis*, ait : « Hodie in Ecclesia sacrum chrisma conficitur, in quo mistum oleo balsamum sacerdotalis et regiæ dignitatis exprimit unitatem ; » et sanctus Gregorius papa, cap. 1 *in Cantica* meminit chrismatis ex oleo et balsamo. Docuit autem Ecclesiam suam hanc chrismatis confectionem in ultimo illo sermone quem ante cœnam cum apostolis habuit Christus, quando etiam plura alia ad suavem Ecclesiæ suæ gubernationem fecit et dixit, etiamsi non omnia in particulari sint litteris commendata, uti S. Joannes Evangelium suum concludens testatur, dicens : *Sunt autem et alia multa quæ fecit Jesus : quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros* [d]. Manavit itaque hæc chrismatis confectio ex apostolica traditione Christique institutione, ad quem spectavit instituere essentialia sacramentorum. Esse autem chrisma materiam essentialiter requisitam ad sacramentum confirmationis, definitur in concilio Florentino et Tridentino. Unde illud sacramentum nonnunquam a materia vocatur chrisma, vel sacramentum chrismatis, idque ab antiquissimis Patribus.

Ibidem paulo infra, *Unguenti*, inquit, *mystica compositio quasi in figuratione rerum infigurabilium ipsummet Jesum nobis depingit*, ut qui Act. x, 38, dicitur a Deo fuisse unctus Spiritu sancto. Unde apud ecclesiasticos scriptores unctio significat Spiritum sanctum, qui proinde spiritalis unctio nuncupatur.

§ 10. Ubi ait : *Ad omnem rei sacræ consecrationem divino utitur unguento*, nota varium olim et modo usitatum ungendi ritum. Sic Exod. xxix, præcepit Deus certum modum ungendi sacerdotes, qui completus describitur cap. VIII Levitici, ubi Moyses consecravit Aaronem, fundendo in illum unguentum quod erat compositum ex myrrha, cinnamomo, casia, et oleo olivarum, ut constat ex Exod. xxx, v. 23 et 30. Effusio autem unguenti odoriferi propria erat pontificis, ad denotandam gratiæ plenitudinem, Spiritus et potestatis abundantiam. Item monebat pontificem misericordiæ, cujus symbolum est oleum, charitatis, atque aliarum virtutum. Sic et in nova lege episcopi in sua consecratione unguntur in capite, sacerdotes in manibus, ut patet ex *Pontificali Romano*. Prophetæ quoque et reges ungi solent, ut patet III Reg. XIX, 16, et I Reg. X, quod etiammum in solemni regum coronatione observatur ; et patet ex *Pontificali Romano*, ubi formula unctionis præscribitur.

—

## 224 PARAPHRASIS PACHYMERÆ (25).

A Tanta sunt spectacula spiritalia sacræ synaxeos. Nota vero quod synaxin solam vocet liturgiam, secundum quam divinis mysteriis communicant qui sunt digni ; nam et hinc nomen accipit, non quod populum congreget, ut aliquis putabit, sed propter illam cum uno communionem, secundum quam Salvatori Christo, tanquam membra capiti, coaptamur. Verumtamen est et aliud illi affine sacramentum unguenti : nam et hoc quoque divina consecratione conficitur. Hujus itaque partibus, secundum ordinem cujusque, prout nimirum hæc et illa atque illa conficitur (quas et imagines appellat), perspectis, sic ad illud ejus unum, scilicet intellectile ac spiritale, evehemur. Minime vero, quandoquidem spiritale illud unum vocat, sensibiles imagines appellat partes, utpote B sensibiliores, secundum quas nostra cognitio dividitur, et non partes quæ circa singula sacramenta fiunt, ut supra dicebamus.

I. Τοσαῦτα τὰ νοητὰ θεάματα τῆς ἱερᾶς συνάξεώς εἰσι. Σημείωσαι δὲ, ὅτι σύναξιν μόνην τὴν λειτουργίαν φησὶ, καθ' ἣν τῶν θείων μυστηρίων κοινωνοῦσιν οἱ ἄξιοι· ἐπὶ τούτῳ γὰρ καὶ τὸ ὄνομα λαμβάνει, οὐ διὰ τὸ συνάγεσθαι τὸν λαὸν, καθὼς οἰηθείη τις, ἀλλὰ διά τὴν πρὸς τὸ ἓν κοινωνίαν, καθ' ἣν τῷ Σωτῆρι Χριστῷ, ὡς μέλη τῇ κεφαλῇ συναγόμεθα. Ἀλλὰ ἔστιν ὁμοταγὴς ταύτης ἡ τοῦ μύρου ἑτέρα τελετή· καὶ αὕτη γὰρ ἐν τῇ θείᾳ ἱερουργίᾳ τελεῖται. Τὰ μέρη τοίνυν αὐτῆς τὴν καθ' ἕκαστον τάξιν, πῶς τόδε δηλαδὴ πράττεται, καὶ τόδε, καὶ τόδε (ταῦτα γὰρ λέγει καὶ εἰκόνας) ἐπισκοπήσαντες, οὕτως ἐπὶ τὸ ἓν αὐτῆς, τοῦτ' ἔστι τὸ νοητὸν καὶ πνευματικὸν, ἀναχθησόμεθα. Μήποτε δὲ, ἐπεὶ τὸ νοητὸν ἓν λέγει, τὰς αἰσθητὰς εἰκόνας μέρη φησὶν ὡς αἰσθητικωτέρας, καθ' ἃς ἡ ἡμετέρα γνῶσις μερίζεται, καὶ οὐ μέρη τὰ καθ' ἕκαστα τῆς τελετῆς, καθὼς ἐλέγομεν ἀνωτέρω.

### II. *Mysterium.*

Sicut dicebamus in synaxi, episcopum omnem ecclesiam, ab altari inchoando et in altari desinendo, incensare, et cantica lectionesque recitari,

### II. *Μυστήριον.*

Καθὼς ἐλέγομεν ἐν τῇ συνάξει, ὅτι θυμιᾷ ὁ ἐπίσκοπος πᾶσαν τὴν ἐκκλησίαν, ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀρχόμενος καὶ καταλήγων εἰς τὸ θυσιαστήριον,

[a] Matth. VI, 1. [a] Matth. XXIII, 5. [b] I Cor. IV, 3 [c] Gal. I, 10. [d] Joan. XXI, 25.

(25) Vide Scholia S. Maximi tom. II, cap. 4 *Eccles. hier.*

αἵ τε ᾠδαὶ, καὶ αἱ ἀναγνώσεις, καὶ ἡ τῶν κατηχουμένων ἀπόλυσις γίνεται· τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἐνταῦθα τὰ τοιαῦτα τελοῦνται. Εἶτα, τὸ μύρον ὁ ἱεράρχης λαβὼν, ἐπιτίθησι τῷ θείῳ θυσιαστηρίῳ, περικεκαλυμμένον ῥιπίσιν ἁγίαις ὡς πτέρυξι δυοκαίδεκα, ἀναβοώντων πάντων τὸ Ἀλληλούϊα (τοῦτο γὰρ λέγει μελῴδημα τῆς ἐν τοῖς προφήταις ἐπιπνοίας τοῦ παναγίου Πνεύματος), καὶ ἀποπληρώσας τὴν ἐπ' αὐτῷ εὐχὴν, χρῆται λοιπὸν πρὸς πᾶσαν σχεδὸν ἱεραρχικὴ τελεσιουργίαν.

A ac catechumenos dimitti, eodem quoque hic modo ista fiunt Deinde pontifex accipiens unguentum, imponit illud divino altari, duodecim sacris alis seu pennis obvelatum, omnibus Alleluia conclamantibus (hoc enim vocat Canticum sancti Spiritus et aspirationis prophetarum), completaque super eo oratione, postea illo utitur ad omnem propemodum hierarchicam consecrationem.

### III. *Θεωρία.*

§ I. Καθὼς καὶ ἐν τοῖς πρωτοῦ πεποίηκε, καὶ πρῶτον ἔλεγε τὴν εἰσαγωγικὴν ἀναγωγὴν πρὸς ψυχαγωγίαν τῶν ἔτι τελουμένων, καὶ μὴ δυναμένων πρὸς ὑψηλοτέραν ἀναχθῆναι θεωρίαν· οὕτω ποιεῖ καὶ ἐνταῦθα. Ἡ γοῦν τοῦ θείου μύρου, φησὶ, περικάλυψις κατὰ ἀναγωγὴν εἰσαγωγικὴν, ἐκεῖνο, οἶμαι, δηλοῖ, τὸ περικεκαλύφθαι πᾶσαν κατὰ νοῦν πρᾶξιν εὐώδη· ἥτις δὲ ἡ ἀναγωγὴ ἐγκελεύεται, μὴ φαινομένας ἔχειν ἐπὶ δόξῃ κενῇ τὰς νοητὰς εὐωδίας, καὶ ἀφομοιώσεις τοῦ κρυφίου Θεοῦ. Ἄχραντοι γάρ εἰσιν ἀπὸ τῶν τοῦ κόσμου, καὶ μόνοις τοῖς νοεροῖς ἐμφαίνονται αἱ θεῖαι καὶ εὐώδεις εὐπρέπειαι, καὶ ὁμοειδεῖς θέλουσιν ἔχειν, οὐκ ἀνθρώπους σαρκὶ ζῶντας, ἀλλὰ τὰς ἐν κρυφίαις ψυχαῖς ἀπαραφθάρτους εἰκόνας, ὅτε δηλαδὴ τὸ κατ' εἰκόνα μένει ἀλώβητον· τὸ γὰρ ἄγαλμα τῆς θεοειδοῦς ἀρετῆς οὐκ ἄλλως τὸ ἀπαράγραπτον ἕξει, εἰ μὴ εὖ μιμήσεται, καὶ πρὸς ἐκεῖνο τὸ νοητὸν καὶ εὐῶδες κάλλος τυπώσει ἑαυτό. Ὥσπερ γὰρ ἐπὶ τῶν αἰσθητῶν εἰκόνων, εἰ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον κάλλος ὁ γραφεὺς ἀκλινῶς ἀφορᾷ μὴ περισπώμενος ἔνθεν κἀκεῖθεν, ἐξακριβάσει τὸ μίμημα (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ *διπλασιάσει*· ποιήσει γὰρ καὶ ἄλλο οἷον ἐκεῖνο, πλὴν τοῦ τῆς οὐσίας διαφόρου, τὸ μὲν γὰρ ἀληθινὸν ἔμπνουν, τὸ δὲ τοῦ ζωγράφου ἔργον)· οὕτω καὶ τοῖς γραφεῦσι τοῖς πνευματικοῖς ἡ πρὸς τὸ ἀρχέτυπον καὶ εὐῶδες κάλλος ἀκλινὴς θεωρία τὸ ἀπλανὲς δωρήσεται ἴνδαλμα. Καλῶς οὖν οἱ ὅποτοι γραφεῖς, ἀμεταστρέπτως εἰδοποιοῦντες τὸ ἴδιον, τὸ νοερὸν, οὐ φροντίσουσι τῆς ἔξω περιπλανήσεως. Ἕξουσι γοῦν τὸ θεῖον μύρον περικεκαλυμμένον ὡς εἰκόνα, πρὸς τὰς τῆς Ἐκκλησίας διατάξεις, ἐπὶ τὸ μὴ πομπεύειν ἅπαν ἀγαθὸν ἔργον εἰς κενὴν τῶν ἀνθρώπων δόξαν· διὸ καὶ αὐτοὶ, τὸ κατ' ἀρετὴν ἱερὸν εἴσω τοῦ νοὸς περικαλύπτοντες κατὰ τὸ κεκαλυμμένον μύρον, πρὸς μόνην ἐκείνην τὴν ἀρχέτυπον ἀποβλέπουσι νόησιν. Οὐδὲ γὰρ ἀθέατοι μόνον εἰσὶ τοῖς πολλοῖς, οὓς καὶ ἀνομοίους λέγει· οἱ γὰρ ὅμοιοι, ἀλλήλοις τῆς ἀρετῆς κοινωνήσουσι, καὶ οὐ βλαβήσονται παρ' ἀλλήλων· ἅμα γὰρ καὶ ἀμφότεροι τὴν θείαν διώκουσι δόξαν, καὶ οὐ τὴν τῶν ἀνθρώπων. Οὐ τοίνυν ἀθέατοι μόνον εἰσὶ τοῖς πολλοῖς, ἀλλ' οὐδ' αὐτοὶ οὗτοι ζητοῦσι βλέπειν ἐκείνους, οὐχ ὅτι μὴ προνοοῦντες ἐκείνων, ἀλλ' ὅτι μὴ ζητοῦντες παρ' ἐκείνων ὠφεληθῆναι· ὅθεν ἀκολούθως τῇ ἰδίᾳ ἕξει οὐκ ἐρῶσι τῶν δοκούντων, ἀλλὰ τῶν ὄντων (ἐπεὶ γὰρ τῶν ἄλλων διίστανται, πῶς ζητήσουσι τὸ δοκεῖν, μὴ ὄντων τῶν δοκούντων μηδόλως;) ἀλλὰ τὸ καλὸν καὶ τὸ μὴ ἐφ' ἑαυτοῦ· καὶ καθὼς ἔχει φύσεως κρίνοντες, ἀγάλματα τῆς θείας εὐωδίας εἰσὶν, ἥγουν αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, ὃς δὴ τὸ καλὸν ἐφ' ἑαυτοῦ ποιῶν, εἰς πάντας οὐκ

### III. *Contemplatio.*

§ I. Quemadmodum etiam antea faciebat, et primum proponebat introductoriam anagogen, ad institutionem eorum qui adhuc initiantur, nec ad sublimiorem contemplationem adduci possunt, sic B etiam hic facit. Hæc igitur, inquit, divini unguenti obvelatio secundum anagogen introductoriam, existimo, significat fragrantem omnem mentalem actionem **225** esse obvelandam; siquidem hæc anagoge jubet, minime ad inanem gloriam apparentes habere fragrantias spiritales, et occulti Dei similitudines. Puræ enim sunt a sæculo, solisque viris spiritalibus apparent illæ divinæ ac fragrantes venustates, et requirunt uniformes homines, non qui secundum carnem vivant, sed qui in reconditis animis incorruptibiles gerant imagines, dum nimirum id quod imaginem Dei refert manet immaculatum; nam virtutis deiformis simulacrum illud incircumscriptum non aliter habebit, nisi idem rite C fuerit imitatus, et ad ipsum spiritalem suam et fragrantem pulchritudinem efformarit. Sicut enim in sensilibus imaginibus, si pictor ad primævam speciem constanter intendat, nequaquam hinc inde distractus, accurate exprimet id quod imitatur (hoc enim est illud *replicabit;* nam faciet aliud sicut illud citra substantiæ differentiam; siquidem id vere est animatum, hoc vero opus ad vivum expressum); sic etiam pictoribus spiritalibus, archetypi et suaveolentis pulchritudinis intenta constansque contemplatio conferet illis infallibilem similitudinem. Recte igitur pictores sancti, dum imaginem suam spiritalem non retroversa facie exprimunt, extraneam deceptionem minime attendent. Divinum itaque unguentum obvelatum habebunt D tanquam imaginem ordinum ecclesiasticorum, ne omne opus bonum ad inanem hominum gloriam ostentent; atque ideo quidquid in virtute sacrum est intra mentem recondentes, juxta coopertum unguentum ad primævam duntaxat intelligentiam intueantur. Neque enim inaspectabiles tantum sunt multitudini, quam et inæqualem vocat ac dissimilem: nam qui æquales sunt, virtutem sibi mutuo communicabunt, neque sibi mutuo nocebunt, quoniam utrique divinam gloriam sectantur, et non hominum. Non itaque duntaxat inaspectabiles sunt multitudini, sed ne hi ipsi quidem illos videre volunt, non quod illis non consulant, sed quod nolint ab illis emolumentum aliquod accipere; unde consequenter ex se non amant ea quæ apparent,

sed quæ sunt (cum enim ab aliis dissideant, quo modo quærunt apparere, cum ea quæ apparent non sint omnino?), sed bonum quoque, quod a se ipso non est, judicantes, et sicut natura sua se habet, simulacra quædam sunt divinæ fragrantiæ, id est ipsius Dei, qui bonum per se faciens ad omnes minime convertitur, id est **226** minime curat, inani gloria ductus, eos qui aliquando non suscipiunt ejus decreta : non enim studet gloriam ab hominibus habere.

A ἐπιστρέφεται, τοῦτ' ἔστιν, οὐ φροντίζει κενοδόξως τῶν μὴ ἀποδεχομένων ἔσθ' ὅτε τὰς παρ' αὐτοῦ κρίσεις· οὐ γὰρ ἐπιτηδεύει δόξαν ἔχειν παρὰ ἀνθρώποις.

§ II. Cæterum, inquit, cum introductoriam contemplationem attulerimus, agedum deinceps *divinio-rem* sublimioremque *ejus pulchritudinem intueamur*, ipsamque per se lucem spiritalem, *sublatis velaminibus, contemplemur*, et ipsius fragrantia repleamur. *Neque enim unguenti confectio*, quod a multitudine non videatur, idcirco etiam hierarchæ, et iis qui cum ipso sunt, inspectabilis exsistet : sed cum in his quidem excellat ejus contemplatio, ipsimet illam tanquam pretiosam, et vulgi captum excedentem abscondunt et a multitudine secernunt. Sæpe enim in libro *De divinis nominibus* explanavimus, quid sit intellectile et quid intelligens. Hoc igitur etiam hic dicit, sanctis illis, qui episcopo præsto sunt tanquam intellectili luci cognatis (siquidem diei lucisque filii sunt) Deum non per alterius doctrinam, sed per semetipsum illos illustrando mysterium contemplationis revelare ; quocirca ipsis non circumjacet velum in divino unguento, sed revelata facie, secundum Apostolum, mysteria contemplantur ; non perfectis autem opus est signis. Idcirco ipsi sunt, qui unguentum sacris aliis contegunt, et a multitudine secernunt. Episcopos autem vocat speculatores, quandoquidem etiam a Græcis gentilibus sic nuncupabantur qui præpositi erant ab omnibus, ut de futuris Deum interrogarent, et hostias pro ipsis offerrent ac propitium redderent. Ἀνομοίους autem vocat minus perfectos in populo ; is enim ei mos est. Neque enim, inquit, sic ad sacerdotes sicut ad multitudinem obtectum et absconditum sacramentum procedit, sed ab illis propter multitudinem occultur, ut et ipsa pro captu statuque suo per ænigmata sursum adducatur.

B § II. Ἐπειδὴ τὴν εἰσαγωγικὴν θεωρίαν εἴπομεν, φησὶ, φέρε λοιπὸν εἰς *τὸ θειότερον* καὶ ὑψηλότερον *κάλλος αὐτῆς ἀποβλέψωμεν*, καὶ ἀποκαλυψάμενοι τὰ παραπετάσματα, *αὐτὴν τὴν νοητὴν αἴγλην θεασώμεθα*, καὶ τῆς ἐκεῖθεν εὐωδίας ἐμφορηθῶμεν. *Οὐδὲ γὰρ*, ἐπειδὴ τοῖς πολλοῖς ἐστιν ἀθέατος *ἡ τοῦ μύρου τελεσιουργία*, ἤδη καὶ τῷ ἱεράρχῃ οὕτως ἔσται, ἢ τοῖς περὶ αὐτόν· ἀλλ' αὐτὴ μὲν ἄχρις αὐτῶν διαφέρει τὴν περὶ αὐτῆς θεωρίαν, αὐτοὶ δὲ ὡς τιμίαν ἐκείνην καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς περικαλύπτουσι, καὶ ἀπὸ τῶν πολλῶν διαστέλλουσι. Πολλάκις γὰρ ἐν τῷ *Περὶ τῶν θείων ὀνομάτων* ἐδηλώσαμεν, τί νοητὸν καὶ τί νοερόν. Τοῦτο οὖν καὶ ἐνταῦθά φησιν, ὅτι τοῖς περὶ τὸν ἐπίσκοπον ἁγίοις οὖσιν, ὡς συγγενέσι τοῦ νοητοῦ φωτὸς, (υἱοὶ γὰρ ἡμέρας οὗτοι καὶ τέκνα φωτός,) ἀποκαλύπτει ὁ Θεὸς, οὐ δι' ἑτέρου διδασκαλίας, ἀλλ' αὐτὸς αὐτοὺς φωτίζων τὸ μυστήριον τῆς θεωρίας· διὸ αὐτοῖς οὐ περίκειται κάλυμμα κατὰ τοῦ θείου μύρου, ἀλλ' ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, θεωροῦσι τὰ μυστήρια· τοῖς δὲ μὴ τελείοις χρεία συμβόλων. Διὸ αὐτοί εἰσιν οἱ τὸ μύρον ταῖς ἱεραῖς πτέρυξι περισκέποντες, καὶ τῆς πληθύος ἀποδιαστέλλοντες. Θεωροὺς δὲ καλεῖ τοὺς ἐπισκόπους, ἐπειδὴ καὶ παρ' Ἕλλησι C θεωροὶ ἐκαλοῦντο οἱ προβαλλόμενοι παρὰ πάντων ἐπερωτᾷν Θεὸν περὶ μελλόντων, καὶ θυσίας ὑπὲρ αὐτῶν προσφέρειν, καὶ ἐξιλεοῦσθαι ὑπὲρ αὐτῶν. Ἀνομοίους δὲ καλεῖ τοὺς ἀτελεῖς τοῦ λαοῦ· τοῦτο γὰρ αὐτῷ ἔθος. Οὐδὲ γὰρ καὶ τοῖς ἱερωμένοις, φησὶ, πρὸς τὸ ὑφειμένον καὶ περικεκαλυμμένον ἡ τελετὴ πρόεισιν, ὥσπερ τοῖς πολλοῖς· ἀλλὰ παρ' ἐκείνων διὰ τοὺς πολλοὺς συγκαλύπτεται, ἵνα καὶ αὐτοὶ διὰ τῶν αἰνιγμάτων ἀναλόγως τῇ ἰδίᾳ ἕξει ἀνάγωνται.

§ III. Est igitur hæc sacra consecratio quoque una ex hierarchicis ordinibus atque virtutibus, quapropter etiam ejusdem rationis est cum synaxeos sacramento. Quin et hic pontificem quoque videas ab altari incensationem ordientem, et circumeundo in eodem rursum desinentem, hocce ritu docentem, divinam illam participationem ad omnes promanantem, secundum semetipsam imminutam permanere, neque quidquam a propria identitate desciscere. Similiter etiam psalmodiæ lectionesque fiunt, quæ et imperfectis **227** obstetricantur, et obsessos a spiritibus retrahunt, et adversariam pressuram (hoc enim vocat pavorem et illecebras peccatorum) repellunt, insinuando ipsis, et modum ostendendo adversarios superandi, ut et aliis imitando Deum medici exsistant ; et non tantum ipsi adversus contrarios pavores ac timorem efficacitatem habeant, verum etiam aliis conversis ac pœnitentibus vim addant, ne denuo subigantur ; eos autem, quibus ad omnimodam puritatem ali-

§ III. Ἔστιν οὖν καὶ ἡ τοιαύτη ἱερὰ τελετὴ, μία τῶν ἱεραρχικῶν τάξεων καὶ δυνάμεων, διὸ καὶ ὁμοταγής ἐστι τῇ τῆς συνάξεως τελετῇ. Καὶ ὅψει κἀνταῦθα τὸν ἀρχιερέα ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀρχόμενον θυμιᾶν, καὶ περιερχόμενον, καὶ εἰς αὐτὸ πάλιν καταλήγοντα, D καὶ διδάσκοντα ἐντεῦθεν, τὴν θείαν μετουσίαν, ἐπὶ πάντας προερχομένην, καθ' ἑαυτὴν ἀμείωτον μένειν, καὶ μηδὲν τῆς οἰκείας ταυτότητος ἐξίστασθαι. Ἐπίσης αἱ ψαλμῳδίαι καὶ αἱ ἀναγνώσεις γίνονται, καὶ τοὺς ἀτελέστους μαιευόμεναι, καὶ τοὺς ἐνεργουμένους ὑπὸ πνευμάτων ἐπιστρέφουσαι, καὶ τὴν ἐναντίαν σύμπτυξιν (τοῦτο γὰρ λέγει πτοίαν καὶ θέλξιν τῶν ἐν ἁμαρτίαις) ἀφαιρούμεναι, ὑποδεικνῦσαι τούτοις, καὶ διδάσκουσαι πῶς περιγενήσονται τῶν ἐναντίων οὗτοι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἰατροὶ θεομιμήτως φανήσονται, καὶ μὴ μόνον ἔξουσιν ἐφ' ἑαυτοῖς τὸ κατὰ τῆς ἐναντίας πτοίας καὶ φόβου δραστήριον, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις δωρήσονται τοῖς ἐπιστρεφομένοις καὶ μετανοοῦσι, δύναμιν ἐντιθέμεναι πρὸς τὸ μὴ καὶ αὖθις ἁλῶναι, τοὺς ἔτι ἐνδεεῖς πρὸς τὸ πάναγνον (οὓς δὴ καὶ τῶν λαϊκῶν ἐλέγομεν ἄνωθεν),

τελέως ἀποκαθαίρουσαι, τοὺς δὲ ἱεροὺς ἑστιῶσαι· διὰ ταῦτα γὰρ καὶ κοινῶς αἱ ψαλμῳδίαι καὶ αἱ ἀναγνώσεις γίνονται.

A quid desit (quos nimirum antea quoque laicos appellabamus) perfecte expient, sanctos denique pascant : idcirco enim communiter et psalmodiæ et lectiones fiunt.

§ IV. Τὸ δὲ, *Τί δὲ, οὐχὶ καὶ τὰς μὴ πάντη καθαρὰς*, ἐρωτηματικῶς προσεκτέον, ἵν' ἐπιφέρηται τὸ Ναὶ, πάντως· λέγει γὰρ, *Τί δέ; οὐχὶ καὶ* ἡ τελετὴ αὕτη, κατὰ τὴν τῆς συνάξεως τελετὴν, ἀπολύει ἔξω που τοὺς μὴ καθαροὺς, καὶ πρὸς μόνων τῶν πανιέρων ἐποπτεύεται; Καὶ τοῦτο πάντως. Ἀμιγῶς δὲ εἶπεν, ὡς ἂν εἰ ἔλεγε· Διὰ τοῦτο ἀπολύει τοὺς μὴ καθαροὺς, ἵνα ἀμιγῶς ἀπὸ τούτων ἱερουργῆται παρὰ τῶν καθαρῶν. Ταῦτα πολλάκις ἐρρέθησαν παρ' ἡμῶν, καὶ περιττὸν οἶμαι πάλιν λέγειν περὶ αὐτῶν, μὴ τὸν ἱεράρχην ἐντεῦθεν ὁρῶντας, πῶς ἔχοντα τὸ πάναγνον μύρον ταῖς πτέρυξι περικαλύπτεται. Λέγομεν τοίνυν, ὡς ἡ τοῦ μύρου σύνθεσις ἐξ ὑλῶν εὐωδεστάτων συνάγεται, ἧς οἱ μετασχόντες εὐωδιάζονται κατὰ τὸ ποσὸν τῆς μεθέξεως. Ὁ γοῦν θεαρχικώτατος Ἰησοῦς, οὗ τὸ ὄνομα μύρον ἐκκενωθὲν, ὡς ὑπερουσίως εὐώδης, ἀναπίμπλησι θείας ἡδονῆς τοὺς μετέχοντας. Εἰ γὰρ ἡ τῶν αἰσθητῶν εὐωδῶν [*lσ.* εὐωδιῶν] ἀντίληψις εὐπαθεῖν ποιεῖ, εἰ μόνον ὑγιὲς τὸ ὀσφραντικὸν ἔχομεν, ἀναλόγως φαίη τις ἂν καὶ τὰς νοερὰς ἡμῶν δυνάμεις, καὶ τὸ τῆς ψυχῆς διακριτικὸν, τῆς θείας εὐωδίας ἀντιλαμβάνεσθαι, εἴπερ ἀπαραφθάρτως ἔχουσιν. Ἡ γοῦν τοῦ μύρου σύνθεσις αὐτὸν ἡμῖν ὑπογράφει τὸν ἀμόρφωτον ἐν μορφώσει τὸν δεσπότην Χριστὸν, τὴν πηγὴν τῆς εὐωδίας, ἀναδιδόντα τὰς θείας ἀποφορὰς ταῖς θεοειδέσι ψυχαῖς, ἐφ' αἷς οἱ νόες ἡδόμενοι, χρῶνται τροφῇ νοητῇ τῇ εὐωδίᾳ ταύτῃ.

§ IV. Illud autem : *Quid porro, nunquid etiam non omnino puros*, interrogative legendum, ut inferatur, Omnino, profecto; ait enim : *Quid porro? nunquid etiam* hoc sacramentum, eo modo quo in sacramento synaxeos illos qui non mundi sunt dimittit, et a solis omnino sanctis conspicitur? Utique profecto. Impromiscue autem dixit, ac si diceret : Idcirco dimittit eos qui non sunt mundi, ut mere ab iis qui puri sunt celebretur. Hæc sæpe a nobis dicta sunt adeoque supervacaneum esse arbitror iterum de his verba facere, cum necdum viderimus, quomodo pontifex unguentum sacrum teneat B alis obvelatum. Dicimus itaque unguenti compositionem ex fragrantissimis materiis componi, cujus qui participes exsistunt, pro ratione participationis suavissimo odore reficiuntur. Jesus itaque divinissimus, cujus nomen unguentum effusum est [e], tanquam supernaturaliter fragrans, sui participes divina replet voluptate. Si enim sensibilium perceptio fragrantiarum bene afficit, si modo sanum olfactum obtinemus, eadem utique ratione dicet aliquis, spiritales nostras facultates, animæque judicandi vires, divini odoris suavitatem percipere, modo sint incorruptæ. Hæc itaque unguenti compositio ipsummet infigurabilem nobis in figura exhibet Dominum Christum, suaveolentiæ fontem, deiformibus animis divinas odorum suavC tates afflantem, quibus illæ mentes suaviter affectæ, fragranti ista spiritali alimonia perfruuntur.

§ V. Εἰπὼν δὲ *νόες*, καθολικῶς καὶ ἐπὶ τῶν ἀγγέλων καὶ ἐφ' ἡμῶν λαμβανομένης τῆς λέξεως, ἤδη ποιεῖται καὶ τὴν διαφορὰν, ὅτι ἐκεῖσε μὲν πολλαπλασίως εἰσδύεται, ὡς ἔγγιστα οὖσῶν τῶν οὐρανίων δυνάμεων, καὶ εὐεκτικῶς ἐχουσῶν πρὸς τὴν τοιαύτην θείαν μετάληψιν· πρὸς δὲ τοὺς ἀνθρώπους τοὺς μὴ ὡσαύτως δεκτικοὺς κατ' ἀναλογίαν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ *Ἐν συμμετρίᾳ διαδίδοται*. Τῶν δὲ οὐρανίων δυνάμεων ἡ τόσον ὑπερκειμένη (καὶ ὅρα καὶ ἐνταῦθα πῶς τὰ σεραφὶμ πάντων ὑπερκείμενα λέγει·) ἐν τῇ τῶν πτερύγων δυοκαιδεκάδι σημαίνεται. Καίτοι γε εἰπεῖν τις ἔχει ἐνταῦθα, οὐ δωδεκάδα ἑκάστῳ, ἀλλ' ἑξάδα τῶν πτερῶν ἐπιτίθησιν ἡ Γραφὴ, ἢ δηλονότι διὰ τὸ εἰπεῖν τὸν προφήτην· *Ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ, καὶ ἓξ πτέρυγες τῷ ἑνὶ*, καὶ σύναμα τῶν δύο εἰπεῖν. Αὕτη γοῦν ἡ ὑπερτάτη τάξις τῶν ἁγίων σεραφὶμ περὶ Θεὸν ἱδρυμένη τὴν ἀσίγητον ἀνακράζει θεολογίαν. Ἐξηγούμενος δὲ, τί τὸ ἀσίγητον, ἐπιφέρει· Ἡ γὰρ ἱερὰ γνῶσις ἀκάματός ἐστι, καὶ ἀκατάληκτον ἔχει τὸν θεῖον ἔρωτα, καὶ ὑπέρκειται πάσης κακίας καὶ λήθης· ὥστε μήτε ἀπὸ κακίας σιγῆσαί ποτε ἑκουσίως, μήτε ἀπὸ λήθης ἀκουσίως. Καλῶς δὲ συνῆψε τῇ ἐπιστήμῃ τὴν νόησιν· ἡ γὰρ ἀκριβὴς περὶ οὑτινοσοῦν κατανόησις ἐπιστήμην τούτου ἐργάζεται.

§ V. Dicens vero *mentes*, voce hac universaliter tam de angelis quam de nobis accepta, modo quoque differentiam assignat, quoniam quidem illis multipliciter infunditur, quod nimirum cœlestes istæ virtutes et propinquiores sint, et istiusmodi divinæ **228** participationis capaciores; hominibus vero tanquam minus capacibus, ad eorumdem captum : id enim est, *Proportione quadam distribuitur*. Ordo autem qui cœlestes virtutes valde superat (observa vero quomodo hic seraphim omnibus superiores dicat) in alis duodecim significatur. Verum hic non nemo posset objicere, non duodecim, sed sex alas tantum singulis Scripturam at- D tribuere, cum nimirum propheta dicat : *Sex alæ uni, et sex alæ uni* [f], duosque conjunctos nominet. Supremus igitur ille ordo sanctorum seraphim, qui prope Deum collocatus est, incessanter illud divinæ laudis canticum proclamat. Explicans vero quid sit ἀσίγητον, subdit : Quoniam divina cognitio indefatigabilis est, et divinum amorem habet indeficientem, omnique malitia et oblivione superior exsistit, ita ut præ malitia nunquam sponte sileat, neque per oblivionem invite. Recte autem cognitioni scientiam subjunxit : nam accurata cujuslibet rei cognitio scientiam ejus gignit.

Cant. I, 2. [f] Isa. VI. 2.

§ VI. De sanctis quidem seraphim, et quomodo in Scripturis effigiati spiritaliter explicentur, in libro *De cœlesti hierarchia* pertractavimus : sed quoniam illi quoque qui juxta pontificem consistunt, et unguentum sanctum obtegunt, eamdem dispositionem repræsentant, breviter quoque de illis aliquid dicamus. A

§ VII. Diversæ quidem facies eorum, ut unius quidem humana, alterius vero bovina, et alterius leonis, et alterius aquilæ, quodque alius aliter appareat, eorum videndi vim multiplicem declarat : omnis enim visio fit aliquali vultus detectione. Multi vero pedes denotant perpetuum eorum motum, vimque divinæ cognitionis multa penetrantem; nam quod multa norint, hoc propter pedes fit. Senarum vero alarum compositionem non existimo numerum demonstrare, quod hic numerus perfectus sit, tanquam qui partibus suis constet (tria enim, et duo, et unum, sunt iterum sex, quæ sunt dimidium tertium, et sextum, ut aliis placuit, quin et nos ipsi in libro *De cœlesti hierarchia* id ita diximus explicari), sed quod sex in tres dualitates dividantur. Sunt enim in omnibus quoque simul cœlestibus virtutibus, uti etiam in qualibet dispositione, primæ, et mediæ, et postremæ : hac de causa sex alæ circumponuntur, ut per duplices alas earumdem ad supera ducendi vis significetur, non enim una sufficit. Quin et hoc quoque **229** primas, et medias, et postremas virtutes earum spiritales ad ipsum Deum adduci, et a terrenis absolvi insinuat, uti vox ἀπόλυτα declarat; non quod ipsæ rex alæ dissolutæ sint, sed quod ab humi repentibus rebus absolvantur. Ut itaque divina Scriptura penitus alatas esse insinuet, sursum et deorsum et in medio iis alas adhibet. B C

§ VIII. Verum cur inferiores et superiores alæ saccinguntur, mediæ vero extenduntur? quia nimirum ordo ille sublimiora profundioraque reveretur, sublimiora minime quærendo, et profundiora non scrutando, media vero sibi commensa sectando, sursum fertur, divinæ justitiæ vitam suam submittens, et secundum illam sua dirigens.

§ IX. Quod autem alter ad alterum clamet, notionum abundantem communicationem designat.

§ X. Cæterum cum Hebraica quoque dialecto *incensores* et *calefac entes* interpretentur, hinc significatur vis illorum sursum attollendi per unguenti spiritales distributiones; siquidem omnis fragrantia calore ignis dissoluta vapores excitat; nam suprema illa fragransque natura ab ignitis purissimisque mentibus ad spiritalis suæ aspirationis diffusionem amat provocari, unde etiam illas reddit participes gaudii super uno peccatore pœnitentiam agente. Nequaquam itaque angeli ignorabant ipsum Jesum qui sanctificat, aliquando etiam, cum secundum quod homo est baptizaretur, sanctificatum esse. Nota vero verborum accurationem quomodo quoque carnis differentiam servarit. Nam Jesus, qui ut Deus omnia sanctificat, ut homo quoque sanctifica- D

§ VI. Τὰ μὲν περὶ τῶν ἁγίων σεραφὶμ, καὶ ὅπως ἐν ταῖς Γραφαῖς εἰκονιζόμενοι ἐκφαίνονται νοητῶς, ἐν τῷ *Περὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας* διελάβομεν· ὅμως ἐπειδὴ οἱ περὶ τὸν ἱεράρχην ἱστάμενοι καὶ τὸ μύρον περικαλύπτοντες ἐκείνην ἀποτυποῦσι τὴν διακόσμησιν, εἴπωμέν τι ἐν συντόμῳ περὶ αὐτῶν.

§ VII. Τὸ μὲν ἀπειροπρόσωπον αὐτῶν, ὡς τοῦτον μὲν ἀνθρωπείαν, τοῦτον δὲ βοείαν, κἀκεῖνον λεοντος, καὶ ἄλλον ἀετοῦ, καὶ ἄλλον ἄλλως ἐμφαίνεσθαι τὸ πολυθέαμον αὐτῶν παρίστησι· πᾶσα γὰρ θέα ἐν τῇ ποσῶς ἀνακαλύψει τοῦ προσώπου γίνεται. Τὸ δὲ πολύπουν τὸ ἀεικίνητον καὶ πολύπορον τῆς θείας αὐτῶν νοήσεως· καὶ γὰρ τὸ εἰς πολλὰ νοεῖσθαι διὰ τῶν ποδῶν γίνεται. Τὴν δὲ ἑξαπλῆν θέσιν τῶν πτερῶν οὐκ ἀριθμὸν οἶμαι δηλοῦν, ὅτι οὗτος ὁ ἀριθμὸς τέλειός ἐστιν, ὡς τοῖς οἰκείοις μέρεσι συνιστάμενος, (τρία γὰρ, καὶ δύο, καὶ ἕν, πάλιν ἕξ, ἅτινά εἰσιν ἥμισυ, τρίτον, καὶ ἕκτον, καθὼς ἑτέροις ἔδοξε· καὶ ἡμεῖς δὲ αὐτοὶ οὕτως ἐν τῷ *Περὶ τῆς οὐρανίου ἱεραρχίας* ἐλέγομεν ἐξηγούμενοι·) ἀλλ' ὅτι τὰ ἕξ εἰς τρεῖς δυάδας τέμνονται. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐπὶ πάσαις οὐρανίαις δυνάμεσιν ἅμα, καὶ πάλιν ἐφ' ἑκάστῃ διακοσμήσει, πρῶται καὶ μέσαι καὶ τελευταῖαι· διὰ τοῦτο περιτίθενται ἓξ πτέρυγες, ἵνα δηλωθῇ καὶ τὸ ἀναγωγικὸν αὐτῶν διὰ τῶν διπλῶν πτερύγων, οὐ γὰρ αὐτάρκης ἡ μία. Καὶ τὸ καὶ τὰ πρῶτα, καὶ μέσα, καὶ τὰ τελευταῖα τῶν νοερῶν αὐτῶν δυνάμεων, εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν ἀνάγεσθαι, καὶ τῶν χαμερπῶν ἀπολύεσθαι, τοῦτο γὰρ δηλοῖ τὸ *ἀπόλυτα*, οὐ διότι εἰσὶν ἀπολελυμέναι καὶ αἱ ἓξ πτέρυγες, ἀλλ' ὅτι τῶν χαμερπῶν ἀπολύονται. Τὸ καθόλου οὖν πτερωτὸν αἰνισσομένη ἡ θεία Γραφὴ, περιτίθησι καὶ ἄνω καὶ κάτω καὶ μέσον τὰς πτέρυγας.

§ VIII. Τί δέ ἐστι τὸ τὰς μὲν ἄνω καὶ τὰς κάτω συστέλλεσθαι, τὰς δὲ μέσας ἐκτείνεσθαι; ὅτι εὐλαβής ἐστιν ἡ τάξις περὶ τὰ ὑψηλότερα καὶ βαθύτερα, ὑψηλότερα μὴ ζητοῦσα, καὶ βαθύτερα μὴ ἐρευνῶσα, μόνα δὲ τὰ μέσα καὶ σύμμετρα ζητοῦσα, ἀνάγεται, τῇ θείᾳ δικαιοσύνῃ ὑποτιθεῖσα τὴν οἰκείαν ζωὴν, καὶ παρ' ἐκείνης εὐθετοῦσα τὰ καθ' αὑτήν.

§ IX. Τὸ δὲ κράζειν ἕτερον πρὸς τὸν ἕτερον, τὸ τῆς μεταδόσεως τῶν νοήσεων ἄφθονον παριστᾷ.

§ X. Ἐπεὶ δὲ καὶ *ἐμπρησταὶ* καὶ *θερμαίνοντες* ἐκ τῆς Ἑβραϊκῆς διαλέκτου μεθερμηνεύονται, δηλοῦται ἐντεῦθεν τὸ ἀνακινητικὸν αὐτῶν τῶν τοῦ μύρου νοητῶν διαδόσεων· τῇ θέρμῃ γὰρ τοῦ πυρὸς πᾶν εὐῶδες ἀναλυόμενον τοὺς ἀτμοὺς ἀναδίδωσι· φιλεῖ γὰρ ἡ ὑπερτάτη καὶ εὐώδης οὐσία παρὰ τῶν διαπύρων καὶ καθαρωτάτων νοῶν κινεῖσθαι, εἰς τὴν τῆς νοητῆς αὐτῆς ἐπιπνοίας διάδοσιν, ὅπου γε καὶ κοινωνοὺς τῆς εὐφροσύνης τούτους ποιεῖται ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρτωλῷ μετανοοῦντι. Οὐκοῦν οὐδ' αὐτοὶ οἱ ἄγγελοι ἠγνοήκασιν ὅτι ὁ ἁγιάζων αὐτὸς Ἰησοῦς καὶ ἡγιάσθη ποτὲ κατὰ τὸ ἀνθρώπινον βαπτισθείς. Σημειώσαι δὲ τὴν τῶν *ῥητῶν* ἀκρίβειαν, καὶ πῶς ἐφύλαξε τῆς σαρκὸς τὴν διαφοράν. Ὁ γὰρ ἁγιάζων Ἰησοῦς ὡς Θεὸς πάντα, καὶ αὐτὸς ὡς ἄνθρωπος ἡγιάσθη ὑπὸ τοῦ

Πατρὸς καὶ ὑφ' ἑαυτοῦ, ἐπεὶ καὶ Θεὸς, καὶ ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, εἰδωλίων καὶ τῶν οὐρανίων τάξεων τὴν ἰδίαν ἀρχὴν, τοῦτ' ἔστι τὸν αἴτιον αὐτῶν καὶ δημιουργὸν Ἰησοῦν, ὅτι κἂν ἁγιάζηται, ἀλλ' οὖν καὶ οὕτως ἔχει τὸ κατ' οὐσίαν ἀναλλοίωτον, Θεὸς γάρ. Νοοῦσι γὰρ αὐτὸν ἱερῶς, ὅτι ἐνηνθρώπησε· τὸ γὰρ *ὑφέντα* τὸ ἐνανθρωπήσαντα δηλοῖ. Καὶ εἰ ἁγιάζεται, ἀλλ' οὖν κατὰ τὸ ἀνθρώπινον ἁγιάζεται, διὰ τοῦτο πρόκειται· Καὶ ἁγιάζεται τὸ τίμιον μύρον τὸ σύμβολον τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ, καὶ τὰ σεραφὶμ περίστανται. Ἀπαράλλακτον δὲ εἶπεν, ἢ ὡς πρὸς τὸ κατὰ πάντα τῆς καθ' ἡμᾶς φύσεως ὁμοιωθέντα ἡμῖν, χωρὶς ἁμαρτίας, ἢ ὡς μὴ ὑπομείναντα παραλλαγὴν, ἢ τροπῆς ἀποσκίασμα κατὰ τὴν θεότητα, ἐν τῷ προσλαβεῖν τὸ ἀνθρώπινον. Καὶ τὸ δὴ θειότερον τοῦτό ἐστιν, ὅτι τῷ θείῳ μύρῳ πρὸς πᾶσαν τελεσιουργίαν χρῆται ἡ ἱεραρχία, ὑποδεικνῦσα φανερῶς τὸν ἁγιαζόμενον Ἰησοῦν ἁγιάζοντα. Διὸ καὶ ἡ τοῦ βαπτίσματος χάρις (τοῦτο γὰρ ἐστι τὸ κατὰ Θεὸν γεννηθῆναι·) τελειοῦται διὰ τοῦ μύρου σταυροειδῶς ἐπιχεομένου τῷ βαπτιστηρίῳ παρὰ τοῦ ἱεράρχου θεωροῦντος νοητῶς αὐτὸ τὸ νοητὸν μύρον, τὸν Κύριον ἄχρι καὶ θανάτου καταδυόμενον· τὸν γὰρ θάνατον ἡ κολυμβήθρα δηλοῖ. καὶ ἀνασπῶντα ἐν τῇ ἀκρατήτῳ καθόδῳ, καθότι οὐκ ἦν κρατεῖσθαι ὑπὸ τοῦ θανάτου, τοὺς εἰς τὸν θάνατον αὐτοῦ βαπτιζομένους. Κρύφιον δὲ λόγιον λέγει, ὅτι ἀπόκρυφος τοῖς πολλοῖς ἡ αἰτιολογία τοῦ εἰς Χριστὸν βαπτίσματος.

tus fuit a Patre, et a semetipso, quatenus quoque Deus est, et a Spiritu sancto, scientibus quoque cœlestibus ordinibus proprium principium, id est auctorem suum et creatorem Jesum, quod etsi sanctificetur, tamen etiam sic habet naturæ immutabilitatem, quoniam Deus est. Sancte enim sciunt ipsum esse incarnatum : verbum enim ὑφέντα seu *condescendentem*, designat incarnatum. Et si sanctificetur, utique secundum humanitatem sanctificatur, idcireo additur : Et sanctificatur pretiosum unguentum quod Christi Domini symbolum est, et seraphim circumstant. Dixit autem invariatum, vel quod per omnia naturæ nostræ similis factus est absque peccato, vel quod non subiverit mutationem vel vicissitudinis obumbrationem secundum divinitatem, cum humanam naturam assumpsit. Et quod divinius **230** est, quod hierarchia ad omnem sacram consecrationem divinum unguentum adhibet, manifeste demonstrans Jesum sanctificatum sanctificare. Quapropter quoque gratia baptismatis (hæc enim est secundum Deum generatio) consummatur a pontifice per unguentum in crucis formam baptisterio infusum, dum spiritaliter exhibet ipsummet unguentum spirituale, scilicet Dominum ad mortem usque demersum; siquidem lavacrum hoc mortem significat, et illum qui invicto suo descensu, quo a morte superari non potuit, in morte sua baptizatos attraxit. Arcanum porro vocat oraculum, quia multitudini occulta erat ratio baptismatis Christi.

§ XI. Οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ βαπτισθέντι ἡ τοῦ μύρου χρῖσις τὴν ἐπιφοίτησιν δωρεῖται τοῦ Πνεύματος, δηλουμένου ἐντεῦθεν, ἐπεὶ διὰ τῆς τοῦ μύρου χρίσεως ἐπιφοιτᾷ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Τὸ δὲ μύρον ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ὅτι καὶ ὑπ' αὐτοῦ δὴ τοῦ ἀνθρωποπρεπῶς τῷ ἁγίῳ Πνεύματι καθαγιασθέντος τὸ ἅγιον Πνεῦμα χορηγεῖται ὡς οἰκεῖον αὐτοῦ. Ὥσπερ δὲ ἐπὶ τῶν ἀγγέλων οὐσιώδεις ἀκούοντες ἕξεις, οὐ ποιότητας ἔξωθεν κατὰ συμβεβηκὸς ἐπιγινομένας νοοῦμεν, πολλῷ μᾶλλον τοῦτο ἐπὶ Θεοῦ νοήσομεν· οὐ γὰρ δεξόμεθα ποιότητα ἐπισυμβαίνουσαν τὴν ἕξιν, ἀλλ' ἕξιν οὐσιώδη θεότητος, τὴν φυσικῶς ἔχουσαν ἀφ' ἑαυτῆς τὰ τῆς ἀγαθότητος ἅπαντα, ἐπείτοι γε καὶ ἡ θεότης αὐτὴ οὐκ αὐτοουσία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ δόξα τις τῆς οὐσίας αὐτοῦ.

§ XI. Quin etiam ipsimet baptizato unguenti unctio sancti Spiritus illapsum elargitur, dum hoc modo per unguenti unctionem Spiritus sanctus descendere significatur. Unguentum autem Christus est, quoniam ab ipso quoque humanitus, a Spiritu sancto sanctificato Spiritus sanctus tanquam ipsius Spiritus donatur. Quemadmodum autem cum in angelis substantiales habitus audimus, non qualitates extrinsecus per accidens advenientes intelligimus, multo magis id de Deo cogitabimus; neque enim habitum pro qualitate accidentali accipiemus, sed habitum essentialem divinitatis, qui naturaliter ex se habeat omnia quæ sunt bonitatis, quandoquidem ipsa quoque deitas hic non est ipsamet essentia Dei, sed apparentia quædam ipsius essentiæ.

§ XII. Ἐννόησον πάλιν ἄλλο, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ θεῖον θυσιαστήριον ἐν τῷ τιμίῳ τελειοῦμεν μύρῳ. Ἔστι δὲ ἡ τοιαύτη θεωρία ὑψηλὴ καὶ ὑπερούσιος, καὶ ἀρχὴ πάσης ἁγιαστείας καὶ τελεσιουργὸς δύναμις· ὅτι πως καὶ αὐτὸ τὸ θειότατον θυσιαστήριον ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, πρὸς ὃν ἅπας νοῦς θεῖος ἀφιεροῦται. *Τότε* γάρ, φησὶν ὁ Δαυὶδ, *ἀνοίσομεν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριόν σου μόσχους*, τοὺς θείους δηλαδὴ νόας λέγων. Ὡς γὰρ ὁ μόσχος ἀφιεροῦτο τὸ παλαιὸν, οὕτω καὶ οἱ θεῖοι νόες, ἀφιεροῦνται Θεῷ, ἐν ᾧ τὴν προσαγωγὴν ἔχομεν, πάντως ὁλοκαυτούμενοι μυστικῶς· ἡ γὰρ προσαγωγὴ ἐπὶ τῶν ἐμψύχων θυσιῶν λέγεται, ἐν ᾧ ἁγιάζονται πάντα. Πῶς τὸ τοιοῦτον θυσιαστήριον ὑπὸ τοῦ

§ XII. Considera denuo aliud, ut etiam ipsummet altare divinum pretioso illo unguento consecremus. Est autem hæc contemplatio sublimis et supernaturalis, et origo omnis sanctificationis, virtusque perfectiva; quoniam ipsum quoque altare divinissimum est Dominus noster Jesus Christus, in quo omnis mens divina sanctificatur. *Tunc* enim, inquit David, *imponemus super altare tuum vitulos* [g], divinas nimirum mentes intelligens. Quemadmodum enim vitulus olim sanctificabatur, ita etiam divinæ mentes, mystice in holocausti morem penitus concrematæ, consecrantur Deo, in quo accessum habemus; quoniam adductio viyarum victimarum dicitur

[g] Psal. L, 21.

is in quo sanctificantur universa. Qua ratione ipsum hoc altare per divinum unguentum sanctificatur? Utique manifestum est, quod sicut pro nobis baptizatur, cum ipse nullo modo sit coinquinatus, sed ut nos a sordibus mundaret; **231** necnon patitur et moritur pro nobis, cum ipse non peccasset, sed ut nos a peccatis liberaret : sic utique etiam sanctificat ipse semetipsum pro nobis, unguentum scilicet altare; ac deinceps istiusmodi sanctificatio transit ad nos, qui ipsi per divinum baptismum agnati sumus. Quocirca istiusmodi sanctificationem et unguenti consecrationem a re ipsa τελετήν appellant; antea enim dicebamus, mysterium baptismi et mysterium synaxeos, hic vero mysterium consecrationis unguenti. Si itaque diceremus mysterium unguenti, diceremus utique mysterium Christi, unguentum enim Christus; sed dicimus mysterium consecrationis unguenti, perinde ac si quis dicat mysterium consecrationis Dei. Cum vero consecratio tam consecrantis quam consecrati dicatur, utroque sensu hanc vocem accipimus, cum pro eo quod humano more a nobis consecratur, tum pro eo quod omnia quæ consecrantur sanctificat. Porro melos illud sacrum prophetis divina Spiritus inspiratione afflatum, scilicet Alleluia, qui Hebraice periti sunt, aiunt significare laudem Dei. Omni itaque consecratione perfecta, haud abs re est meminisse Dei. Hoc autem dicit, quia Alleluia canitur in unguenti consecratione.

Θείου ἁγιάζεται μύρου; Ἢ δῆλον, ὅτι ὥσπερ βαπτίζεται ὑπὲρ ἡμῶν, οὐκ αὐτὸς ἐρρυπωμένος ὢν τὸ σύνολον, ἀλλ' ἡμᾶς ἐκκαθαίρων τῶν ῥύπων, καὶ πάσχει καὶ θνήσκει ὑπὲρ ἡμῶν, οὐχ ἁμαρτὼν αὐτός, ἀλλ' ἡμᾶς τῆς ἁμαρτίας λυτρούμενος· οὕτω δὴ καὶ ἁγιάζει αὐτὸς ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν, τὸ μύρον δηλαδὴ τὸ θυσιαστήριον· καὶ λοιπὸν ὁ τοιοῦτος ἁγιασμὸς εἰς ἡμᾶς διαβαίνει συμφύτους γεγονότας αὐτῷ διὰ τοῦ θείου βαπτίσματος. Διὰ τοῦτο τὴν τοιαύτην ἱερουργίαν, καὶ μύρου τελετὴν ἐξ αὐτοῦ πραγματικῶς ὀνομάζουσιν· ἔμπροσθεν γὰρ ἐλέγομεν μυστήριον φωτίσματος καὶ μυστήριον συνάξεως, ἐνταῦθα δὲ μυστήριον τελετῆς μύρου. Εἰ γοῦν ἐλέγομεν μυστήριον μύρου, ἐλέγομεν ἂν μυστήριον Χριστοῦ, μύρον γὰρ ὁ Χριστός· ἀλλὰ μυστήριον τελετῆς μύρου, ὡς ἄν τις φαίη, μυστήριον τελετῆς Θεοῦ. Ἐπεὶ δὲ τελετὴ καὶ τοῦ τελοῦντος καὶ τοῦ τελουμένου λέγεται, ἐν ἑκατέρῳ νῷ ἐκλαμβάνομεν τὴν λέξιν, καὶ ὅτι δι' ἡμᾶς ἀνθρωποπρεπῶς ἁγιάζεται, καὶ ὅτι ἅπαντα τὰ τελούμενα ἁγιάζει. Τὸ δὲ ἱερὸν μελῴδημα τῆς ἐν τοῖς προφήταις θείας ἐπιπνοίας τοῦ Πνεύματος, τὸ Ἀλληλούϊα, φασὶν οἱ τὰ τῶν Ἑβραίων εἰδότες, αἶνον εἶναι Θεοῦ. Ἀπάσης οὖν ἱερουργίας τελουμένης, οὐκ ἀπεικός ἐστι μεμνῆσθαι Θεοῦ. Τοῦτο δὲ λέγει, ὅτι τὸ Ἀλληλούϊα ψάλλεται ἐν τῇ τοῦ μύρου ἱερουργίᾳ.

---

# CAPUT V.

I. *De sacrorum ordinum consecrationibus.*

# ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

I. *Περὶ τῶν ἱερατικῶν* [*τάξεων, δυνάμεών τε αὐτῶν καὶ ἐνεργειῶν*] *τελειώσεων.*

## SYNOPSIS CAPITIS.

*Prima parte hujus capitis ostendit :* I. *Quam sit hierarchia nostra bene ordinata.* II. *Quæ sit consecratio spirituum cœlestium, et quibus data sit legalis hierarchia, et qua de causa, et ubi data sit : atque nostram hierarchiam mediam esse inter legalem ac cœlestem.* III. *Tres esse functiones hierarchiæ, scilicet expiare, illuminare, perficere.* IV. *Ordines inferiores a superioribus ad Deum adduci.* V. *Pontificem esse primum in ordine hierarchico, et ab eo sacrum omnem potestatem ad inferiores derivari.* VI. *Quid sit munus pontificum, sacerdotum, diaconorum.* VII. *Superiores inferiorum facultates habere, et functiones eorum exercere posse, non contra. — Secunda parte tradit ritum consecrandi episcopum, sacerdotem, diaconum. — Tertia parte proponit contemplationem, in qua explicat :* I. *Quæ sint cuique ordini communia, et quæ particularia.* II. *Quid sibi velit accessus ad altare et genuflexio.* III. *Quid manus impositio.* IV. *Quid crucis signatio.* V. *Quid nominum promulgatio, et quomodo nemo sit ad sacra promovendus, nisi a Deo electus.* VI. *Quid insimul finalis salutatio.* VII. *Cur capiti pontificis Scripturæ liber imponatur.* VIII. *Quid sibi velit genuflexio sive unius, sive utriusque poplitis.*

### § I.

Hæc quidem divinissima est unguenti consecratio : modo tempus **232** est, post divinas istas functiones, ipsosmet sacros ordines exponendi, eorumdemque distributiones, ac virtutes, et actiones atque perfectiones, tresque ordines majores qui sub iis continentur, ut ostendatur hierarchiæ nostræ descriptio, quidquid inordinatum et incompositum atque confusum est, nulla cum eo mistione facta, segregare et ablegare, decorem vero atque ordinem ac majestatem in proportionibus sanctorum ordinum suorum exhibere. Ac triplicem quidem

Αὕτη μὲν ἡ θειοτάτη τοῦ μύρου τελετουργία· καιρὸς δ' ἂν εἴη μετὰ τὰς θείας ἱερουργίας, αὐτὰς ἐκθέσθαι τὰς ἱερατικὰς τάξεις τε καὶ ἀποπληρώσεις, δυνάμεις τε αὐτῶν καὶ ἐνεργείας καὶ τελειώσεις, καὶ τὴν ὑπ' αὐτὰς τριάδα τῶν ὑπερβεβηκυιῶν [a] τάξεων, ὅπως ἂν ἀποδειχθείη τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἡ διακόσμησις, τὸ μὲν ἄτακτον καὶ ἀκόσμητον καὶ συμπεφορημένον, ἀμιγῶς ἀποδιαστέλλουσα καὶ ἀποκληροῦσα, τὸ κόσμιον δὲ καὶ τεταγμένον καὶ εὐσταθὲς, ἐν ταῖς κατ' αὐτὴν ἀναφαίνουσα τῶν ἱερῶν τάξεων ἀναλογίαις. Καὶ τὴν μὲν ἁπάσης ἱεραρχίας τριαδικὴν διαίρεσιν

VARIÆ LECTIONES

[a] Ἀποβεβηκυιῶν, D. P.

ἐν ταῖς ἤδη παρ' ἡμῶν ὑμνημέναις ἱεραρχίαις, ὡς οἶμαι, καλῶς ἐξεθέμεθα, φήσαντες ὡς ἡ καθ' ἡμᾶς ἱερὰ παράδοσις ἔχει πᾶσαν ἱεραρχικὴν πραγματείαν εἰς τὰς θειοτάτας [48] τελετὰς διαιρεῖσθαι, καὶ τοὺς ἐνθέους αὐτῶν ἐπιστήμονας καὶ μύστας, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἱερῶς τελουμένους.

A omnis hierarchiæ divisionem in hierarchiis iis, quas pridem celebravimus, congrue satis, uti reor, exposuimus, cum diximus hierarchicam rationem omnem in divina mysteria seu sacra dividi, et in eos qui ea tenent enuntiantque aliis, atque in eos qui ab illis initiantur.

## § II.

Οὐκοῦν ἡ μὲν ἁγιωτάτη [46] τῶν ὑπερουρανίων οὐσιῶν ἱεραρχία τελετὴν μὲν ἔχει τὴν κατὰ δύναμιν οἰκείαν Θεοῦ καὶ τῶν θείων ἀϋλοτάτην νόησιν, καὶ τὴν τοῦ θεοειδοῦς ὁλόκληρον καὶ εἰς, ὡς ἐφικτὸν, θεομίμητον ἕξιν· φωταγωγοὺς δὲ καὶ πρὸς τὴν ἱερὰν ταύτην τελείωσιν ἡγεμόνας, τὰς περὶ Θεὸν πρωτίστας οὐσίας· αὗται γὰρ εἰς τὰς ὑποθεθηκυίας ἱερὰς τάξεις ἀγαθοειδῶς καὶ ἀναλόγως διαπορθμεύουσι τὰς δωρουμένας αὐταῖς ἀεὶ θεουργικὰς γνώσεις ὑπὸ τῆς αὐτοτελοῦς καὶ σοφοποιούντων [47] θείων νοῶν θεαρχίας. Αἱ δὲ τῶν πρώτων οὐσιῶν ὑφειμέναι διακοσμήσεις, ὡς δι' ἐκείνων ἱερῶς ἀναγόμεναι πρὸς τὴν θεουργὸν τῆς θεαρχίας ἔλλαμψιν, αἱ τελούμεναι τάξεις εἰσί τε καὶ ἀληθῶς ὀνομάζονται. Μετ' ἐκείνην δὲ τὴν οὐρανίαν καὶ ὑπερκόσμιον ἱεραρχίαν, εἰς τὰ καθ' ἡμᾶς ἀγαθουργικῶς ἡ θεαρχία τὰς ἱερωτάτας αὐτῆς δωρεὰς προφέρουσα, νηπίοις μὲν οὖσι, κατὰ τὸ λόγιον, ἐδωρήσατο τὴν κατὰ νόμον ἱεραρχίαν, ἀμυδραῖς τῶν ἀληθῶν εἰκόσι, καὶ πορρώτατοις τῶν ἀρχετύπων ἀπεικονίσμασι, καὶ δυσθεωρήτοις αἰνίγμασι, καὶ τύποις οὐκ εὐδιάκριτον ἔχουσι τὴν ἐγκεκαλυμμένην αὐτοῖς θεωρίαν ἀνάλογον φῶς [48], ὡς ἀσθενέσιν ὄψεσιν ἀθλαβῶς ἐπιλάμψασα. Ταύτῃ δὲ τῇ κατὰ νόμον ἱεραρχίᾳ, τελετὴ μὲν ἡ πρὸς τὴν πνευματικὴν λατρείαν ἀναγωγή· χειραγωγοὶ δὲ πρὸς ταύτην οἱ τὴν ἁγίαν ἐκείνην σκηνὴν ὑπὸ Μωσέως ἱερῶς μυηθέντες, τοῦ πρώτου τῶν κατὰ νόμον ἱεραρχῶν μύστου καὶ ἡγεμόνος· πρὸς ἣν ἱερὰν σκηνὴν εἰσαγωγικῶς ἱερογράφων τὴν κατὰ νόμον ἱεραρχίαν, εἰκόνα τύπου δειχθέντος αὐτῷ κατὰ τὸ Σιναῖον [49] ὄρος ἐκάλει πάντα τὰ κατὰ τὸν νόμον ἱερουργούμενα. Τελούμενοι [50] δὲ οἱ πρὸς τῶν νομικῶν συμβόλων ἀναλόγως ἐπιτελεωτέραν μύησιν ἀναγόμενοι. Τὴν τελειοτέραν δὲ μύησιν ἡ θεολογία τὴν καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίαν φησὶν, ἀποπλήρωσιν αὐτὴν ἐκείνης ἀποκαλοῦσα καὶ ἱερὰν λῆξιν. Ἔστι δὲ καὶ οὐρανία καὶ νομικὴ κοινωνικῶς τῇ μεσότητι τῶν ἄκρων ἀντιλαμβανομένη, τῇ μὲν κοινωνοῦσα ταῖς νοεραῖς [51] θεωρίαις, τῇ δὲ ὅτι καὶ συμβόλοις αἰσθητοῖς ποικίλλεται, καὶ δι' αὐτῶν ἱερῶς ἐπὶ τὸ Θεῖον ἀνάγεται. Τὸ τρισσὸν δὲ ὡσαύτως ἔχει τῆς ἱεραρχικῆς διαιρέσεως , εἰς τὰς ἁγιωτάτας τῶν τελετῶν ἱερουργίας διαιρουμένη, καὶ τοὺς θεοειδεῖς τῶν ἱερῶν ὑπηρέτας, καὶ τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἀναλόγως ἐπὶ τὰ ἱερὰ προσαγομένους. Ἑκάστη δὲ τῶν τριῶν τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας διαιρέσεως [52] ἀκολούθως τῇ τε νομικῇ καὶ τῇ θειοτέρᾳ τῶν καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίᾳ, πρώτη καὶ μέση

Itaque sanctissimæ quidem supercœlestium essentiarum hierarchiæ pro consecratione est intelligentia illa quam maxime a materia semota, qua se Deumque norunt, atque deiformitatis integer, quantusque possibilis est, divinæ imitationis status: illuminatores vero et ad istiusmodi sacrosanctam imitationem duces sunt primæ istæ substantiæ quæ circa Deum versantur; hæ enim in inferiores sacros ordines benigne, pro cujusque captu, continuo deificas scientias derivant, quas ipsis impertivit per se perfectus ac sapientificus ille divinarum mentium divinus principatus. Porro primis istis essentiis subditæ distinctiones, utpote quæ per illas sancte ad deificam divini principatus illustrationem adducuntur, vocantur, et sunt vere ordines initiati. Secundum illam autem cœlestem mundoque superiorem hierarchiam divinitas in nos benefice sacratissima sua munera depromens, iis quidem qui infantes erant, ut Scriptura testatur, legalem indulsit hierarchiam, sub exilibus nimirum veritatem imaginibus atque simulacris; quæ ab exemplaribus plurimum dissidebant, obscurisque ænigmatibus et figuris, quæ opertam nec ita facilem dijudicatu intelligentiam habebant, lumen iis proportionatum, tanquam imbecillioribus oculis, innocue affundens. Hujus autem legalis hierarchiæ mysterium introductio quædam fuit ad cultum spiritalem. Duces ejus exstiterunt ii qui sacri illius tabernaculi ritum a Moyse, primo legis pontificum doctore ac duce, didicerant: qui ad sacrum illo tabernaculum institutionis causa hierarchiam legis **233** describens, ad exemplaris, quod illi in monte Sina monstratum fuerat, imaginem et imitationem omnia, quæ in lege sancte fiebant, revocabat. Perficiebantur autem ii, qui a legalibus signis secundum captum suum ad perfectiorem disciplinam promovebantur. Perfectiorem vero mysteriorum disciplinam sacra Scriptura nostram vocat hierarchiam, cum hanc illius consummationem sacrumque finem nominat. Est autem eadem etiam cœlestis et legalis communione quadam mediæ conditionis suæ, qua communicat extremis, cum illa nimirum in spiritalibus contemplationibus, cum hac vero sensibilium varietate signorum, per quæ etiam ad divinum Numen adducitur. Porro triplicem etiam habet sacri ordinis distributionem, quatenus dividitur in sanctissimas

### VARIÆ LECTIONES.

[48] ἁγιωτάτας, M. D. Ch. [46] ἱερωτάτη, D. [47] σοφοποιοῦ τῶν. [48] ἀνάλογον τὸ ἐν αὐταῖς φῶς, Ch. D. M. [49] Σινᾶ, M. [50] προτελούμενοι, M. et mox ἀναγόμεθα. [51] νοηταῖς, Ch. Sar. [52] lege διαιρέσεων.

mysteriorum cæremonias, atque in deiformes sacrorum administros, et in illos qui ab his ad sacra cuique congruentia promoventur. Quælibet autem ex tribus hierarchiæ nostræ partitionibus ad legalis et ejus, quæ nostra hac divinior est, hierarchiæ similitudinem, prima, et media, et extrema statuitur, cum sanctæ proportionis, tum venustissimæ suoque ordini congruæ, ac cuncta connectentis societatis virtute subnixa.

A καὶ τελευταία τάττεται δυνάμει, τῆς τε ἱεροπρεποῦς ἀναλογίας προμυθουμένη, καὶ τῆς ἁπάντων εὐκόσμου καὶ κατὰ τάξιν ἐναρμονίου καὶ συνδετικῆς κοινωνίας.

## § III.

Sanctissima itaque mysteriorum consecratio primam quidem virtutem deiformem habet, qua profanos sacris expiat; mediam vero, qua eos qui jam expiati sunt illuminando initiat; postremam denique, et summam præcedentium, qua sacris initiatos propriarum consecrationum scientia consummat ac perficit. Porro sacrorum ministrorum distinctio virtute prima per mysteria profanos expiat; media vero expiatos illuminat, postrema denique eaque suprema sacrorum ministrorum virtute eos, qui divini luminis participes facti sunt, perfecta visarum illustrationum scientia absolvit. Eorum vero qui initiantur vis prima est, quæ expiatur; media post expiationem, quæ illustratur, et ad quorumdam sacramentorum conspectum admittitur; postrema denique, cæterisque divinior, ea quæ sacrarum quas percipit illustrationum consummante scientia collustratur. Triplex itaque virtus mysteriorum sanctæ consecrationis celebrata est, cum ex Scripturis ostenderimus sacram quidem Dei regenerationem esse simul expiationem et splendorem illustrantem; mysterium autem synaxeos et unguenti, cognitionem esse **234** atque scientiam quæ divina opera consummat, per quam sacrosancte ad divinum principatum et unifica adductio et beatissima fit communio. Nunc autem deinceps exponenda est distinctio sacerdotum, quæ in ordinem expiantem, illustrantem, perficientemque dividitur.

Ἡ μὲν οὖν ἁγιωτάτη τῶν τελετῶν ἱερουργία πρώτην μὲν ἔχει θεοειδῆ δύναμιν τὴν ἱερὰν τῶν ἀτελέστων κάθαρσιν, μέσην δὲ, τὴν τῶν καθαρθέντων φωτιστικὴν μύησιν· ἐσχάτην δὲ, καὶ τῶν προτέρων συγκεφαλαιωτικὴν, τὴν τῶν μυηθέντων ἐν ἐπιστήμῃ τῶν B οἰκείων μυήσεων τελείωσιν. Ἡ δὲ τῶν ἱερουργῶν διακόσμησις ἐν μὲν τῇ δυνάμει τῇ πρώτῃ διὰ τῶν τελετῶν ἀποκαθαίρει τοὺς ἀτελέστους· ἐν τῇ μέσῃ δὲ, φωταγωγεῖ τοὺς καθαρθέντας· ἐν ἐσχάτῃ δὲ καὶ ἀκροτάτῃ τῶν ἱερουργῶν δυνάμεων ἀποτελεῖ τοὺς τῷ θείῳ φωτὶ κεκοινωνηκότας ἐν ταῖς τῶν θεωρηθεισῶν ἐλλάμψεων ἐπιστημονικαῖς τελειώσεσιν [83]. Ἡ δὲ τῶν τελουμένων δύναμις ἡ πρώτη μὲν ἔστιν ἡ καθαιρομένη· μέση δὲ μετὰ τὴν κάθαρσιν ἡ φωτιζομένη, καί τινων ἱερῶν θεωρητική· τελευταία δὲ καὶ θειοτέρα τῶν ἄλλων ἡ τῶν ἱερῶν φωτισμῶν, ὧν ἐγέγονει θεωρὸς, ἐλλαμπομένη τὴν τελειωτικὴν ἐπιστήμην. Τῆς μὲν οὖν ἁγίας τῶν τελετῶν ἱερουργίας ἡ τρισσὴ δύναμις ὕμνηται, τῆς μὲν ἱερᾶς θεογενεσίας ἐκ τῶν λογίων ἀποδειχθείσης καθάρσεως καὶ φωτιστικῆς ἐλλάμψεως· τῆς συνάξεως δὲ καὶ τῆς τοῦ μύρου τελετῆς, C τελειωτικῆς τῶν θεουργιῶν γνώσεως καὶ ἐπιστήμης, δι' ἧς ἱερῶς ἡ πρὸς τὴν θεαρχίαν ἑνοποιὸς [84] ἀναγωγὴ καὶ μακαριωτάτη κοινωνία τελεσιουργεῖται. Νῦν δὲ τὴν ἱερατικὴν διακόσμησιν ἐξῆς ἀφηγητέον, εἰς καθαρτικὴν καὶ φωτιστικὴν καὶ τελειωτικὴν εὐταξίαν διαιρουμένην

## § IV.

Lex quidem hæc est sacrosanctæ summæ Deitatis, ut per prima quæ sequuntur, ad divinissimam ejus lucem adducantur. Annon sensibiles quoque substantias elementorum cernimus primum ad ea, D quæ ipsis magis cognata sunt, accedere, ac per illa deinde efficacitatem suam ad alia derivare? Merito igitur omnis cum invisibilis tum visibilis distinctionis initium ac sedes ad eos, qui deiformiores sunt, deificos suos radios permittit pervenire, atque per illos, utpote limpidiores spiritus, et ad participandum traducendumque lumen magis idoneos, inferioribus pro illorum capacitate illuceseit, et apparet. Istorum igitur est, qui primi Deum cernunt, sequentibus sine invidia, pro modulo cujus-

Θεσμὸς μὲν οὗτός ἐστι τῆς θεαρχίας ὁ πανίερος, τὸ διὰ τῶν πρώτων τὰ δεύτερα πρὸς τὸ θειότατον αὐτῆς ἀνάγεσθαι φέγγος. Ἢ οὐχὶ καὶ τὰς αἰσθητὰς τῶν στοιχείων οὐσίας ὁρῶμεν εἰς τὰ μᾶλλον αὐταῖς συγγενέστερα πρῶτον ἰούσας, καὶ δι' ἐκείνων ἐφ' ἕτερα τὴν οἰκείαν διιούσας [85] ἐνέργειαν; Εἰκότως οὖν ἡ πάσης ἀοράτου καὶ ὁρατῆς εὐκοσμίας ἀρχὴ καὶ ἵδρυσις, εἰς τοὺς θεοειδεστέρους πρώτους ἐνδίδωσι τὰς θεουργικὰς ἀκτῖνας ἰέναι, καὶ δι' ἐκείνων, ὡς διειδεστέρων νοῶν, καὶ πρὸς μετοχὴν φωτὸς καὶ μετάδοσιν οἰκείως ἐχόντων, εἰς τοὺς ὑφειμένους ἀναλόγως αὐτοῖς ἐλλάμπει, καὶ ἐπιφαίνεται. Τούτων οὖν ἐστι τῶν πρώτων [86] θεοπτικῶν τὸ τοῖς δευτέροις ἀφθόνως ἐν συμμετρίᾳ τῇ κατ' αὐτοὺς ὑποδείξαι τὰ πρὸς αὐτῶν ἱερῶς ἐπο-

### VARIÆ LECTIONES.

[83] θεωρήσεσιν, M. Sc. [84] ὡς ἑνοποιός, M. [85] διείσας, P. B. Ch. [86] πρώτως, S. D. et Vien.

πτευθέντα θεῖα θεάματα· καὶ τὸ μυῆσαι τὰ ἱεραρχικὰ τῶν μετ' ἐπιστήμης τελειωτικῆς τὰ θεῖα τῆς κατ' αὐτοὺς ἱεραρχίας ἅπαντα καλῶς μυηθέντων, καὶ τὴν τελεσιουργὸν τοῦ μυῆσαι δύναμιν προσειληφότων· καὶ τὸ μεταδοῦναι κατ' ἀξίαν τὰ ἱερὰ τῶν ἐπιστημονικῶς καὶ ὁλοκλήρως μετασχόντων τῆς ἱερατικῆς τελειώσεως.

A que, sibi sacrosancte perspecta divina spectacula insinuare : docere etiam ea quæ hierarchiæ propria sunt, eorum est, qui cum perficiente scientia divina quæque sacri sui ordinis mysteria probe sunt edocti, consummatamque docendi alios virtutem acceperunt; sacramenta vero pro dignitate tradere illorum est, qui scite atque integre sacerdotalis initiationis participes exsistunt.

## § V.

Οὐκοῦν ἡ θεία τῶν ἱεραρχῶν τάξις πρώτη μέν ἐστι τῶν θεοπτικῶν τάξεων, ἀκροτάτη δὲ καὶ ἐσχάτη πάλιν ἡ αὐτή, καὶ γὰρ εἰς αὐτὴν ἀποτελεῖται [57] καὶ ἀποπληροῦται πᾶσα τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας ἡ διακόσμησις. Ὡς γὰρ ἅπασαν ἱεραρχίαν ὁρῶμεν εἰς τὸν Ἰησοῦν ἀποπεραιουμένην, οὕτως ἑκάστην εἰς τὸν οἰκεῖον ἔνθεον ἱεράρχην. Ἡ δὲ τῆς ἱεραρχικῆς τάξεως δύναμις ἐν πάσαις χωρεῖ ταῖς ἱεραῖς ὁλότησι, καὶ διὰ πασῶν τῶν ἱερῶν τάξεων ἐνεργεῖ τὰ τῆς οἰκείας ἱεραρχίας μυστήρια· ἐκκρίτως δὲ αὐτῇ παρὰ τὰς λοιπὰς τάξεις εἰς αὐτουργίαν ὁ θεῖος θεσμὸς ἀπονενέμηκε τὰς θειοτέρας ἱερουργίας· αὗται δέ εἰσιν αἱ τελεσιουργοὶ τῆς θεαρχικῆς δυνάμεως εἰκόνες, ἀποτελοῦσαι [58] πάντα τὰ θειότατα σύμβολα καὶ πάσας τὰς ἱερὰς διακοσμήσεις. Εἰ γὰρ καὶ πρὸς τῶν ἱερέων τελοῦνταί τινα τῶν σεβασμίων συμβόλων, ἀλλ' οὔ ποτε τὴν ἱερὰν θεογενεσίαν ὁ ἱερεὺς ἐνεργήσει τοῦ θειοτάτου μύρου χωρὶς, οὐδὲ τὰ τῆς θείας κοινωνίας τελέσει μυστήρια, μὴ τῷ θειοτάτῳ θυσιαστηρίῳ τῶν κοινωνικῶν ἐπιτεθέντων συμβόλων· ἀλλ' οὐδὲ αὐτὸς ἱερεὺς ἔσται, μὴ πρὸς τῶν ἱεραρχικῶν τελειώσεων εἰς τοῦτο κεκληρωμένος. Ὅθεν ἡ θεία θεσμοθεσία, τὴν τῶν ἱεραρχικῶν [59] τάξεων ἁγιαστείαν, καὶ τὴν τοῦ θείου μύρου τελείωσιν, καὶ τὴν ἱερὰν τοῦ θυσιαστηρίου τελετουργίαν, ταῖς τῶν ἐνθέων ἱεραρχῶν τελεσιουργοῖς δυνάμεσιν ἐναίσως ἀπεκλήρωσεν.

Pontificum itaque divinus ordo primus est eorum ordinum qui Deum vident, idemque et summus et ultimus, quippe in quo et absolvitur et expletur omnis hierarchiæ nostræ distinctio. Ut enim hierarchiam omnem videmus in Jesum desinere, sic unamquamque in suum divinum pontificem. Porro virtus ordinis hierarchici in sacris omnibus distinctionibus capitur, et per omnes sacros ordines hierarchiæ quæ ipsi propria est mysteria perficit; verum huic excellenter præ cæteris ordinibus in sui ministerium divina lex officia diviniora distribuit, quæ nimirum sunt imagines præcipuæ perficientis virtutis Dei, quibus divinissima quæque symbola sacræque distinctiones omnes consummantur. Licet enim a sacerdotibus veneranda quædam sacramenta conficiantur, numquam tamen sacerdos divinam illam regenerationem sine divinissimo illo unguento consummabit, neque divinæ communionis mysteria consecrabit, nisi communionis sacramenta divinissimo **235** altari fuerint imposita, quin ne sacerdos quidem erit, nisi pontificiis initiationibus ad sortem istam fuerit promotus. Quapropter lex divina hierarchicorum ordinum sanctificationem, et unguenti divini consecrationem, sacramque altaris benedictionem perficientibus divinorum pontificum virtutibus singulariter attribuit.

## § VI.

Ἔστιν οὖν ἡ ἱεραρχικὴ [60] τάξις, ἡ τῆς τελειωτικῆς δυνάμεως ἀναπεπλησμένη, τὰ τελεσιουργὰ τῆς ἱεραρχίας ἐκκρίτως τελετουργοῦσα [61], καὶ τὰς ἐπιστήμας τῶν ἱερῶν ἐκφαντορικῶς μυοῦσα, καὶ ἐκδιδάσκουσα τὰς ἀναλόγους αὐτῶν καὶ ἱερὰς ἕξεις [62] τε καὶ δυνάμεις. Ἡ δὲ τῶν ἱερέων φωταγωγικὴ τάξις ἐπὶ τὰς θείας τῶν τελετῶν ἐποψίας χειραγωγεῖ τοὺς τελουμένους ὑπὸ τῇ τῶν ἐνθέων ἱεραρχῶν τάξει, καὶ μετ' αὐτῆς ἱερουργοῦσα τὰς οἰκείας ἱερουργίας· ἐν οἷς μὲν αὐτὴ δρᾷ τὰς θεουργίας ὑποδεικνύουσα [63] διὰ τῶν ἱερωτάτων συμβόλων καὶ θεωρητικοὺς τοὺς προσιόντας ἀποτελοῦσα, καὶ τῶν ὁσίων τελετῶν κοινωνούς, εἰς τὸν ἱεράρχην [64] δὲ ἀναπέμπουσα τοὺς τῆς

Est igitur pontificatus seu episcopatus ordo, qui, consummante virtute fultus, perficientia quæque sacri ordinis munia præeminenter consummat, atque sacrorum disciplinas interpretando tradit, et edocet quænam ipsis sacræ competant habitudines atque virtutes. Sacerdotum autem ordo, qui illuminat, ad sacra mysteria contuenda initiatos manuducit divinorum ordini pontificum subjectus, cum quo propria sua celebrat officia, atque in iis quidem quæ facit divina opera sanctissimis signis et sacramentis ostendit, spectatoresque eos qui accedunt efficit, et in sanctorum mysteriorum societatem communionemque admittit, sed ad

## VARIÆ LECTIONES.

[57] ἀποτελευτᾷ, S. D. Ch. [58] ἀποτελειοῦσαι, Ch. D. [59] ἱερατικῶν, P. D. [60] ἱερατική, S. [61] ἱερουργοῦσα, Ch. [62] ἀναλόγως, Ch. ἱερὰς τάξεις, S. [63] variat in his verbis scriptura : δεικνῦσα in his libris, in aliis δεικνύουσα, et ita in aliis casibus. Omnes locos notare longum esset. [64] ita legendum est, non τῶν.

pontificem remittit eos qui disciplinam expetunt mysteriorum quæ viderunt. Verum ordo ministrorum seu diaconorum est, qui expiat et dissimilia discernit, antequam ad sacerdotum sacra veniant; accedentes etiam lustrat, ut eos a contrariis immunes reddat, atque sacrorum mysteriorum spectaculo et communione dignos. Itaque in sacra Dei regeneratione diaconi eum, qui ad illam accedit, antiqua veste exuunt atque discalceant, et ad occidentem abrenuntiandi causa sistunt, rursusque traducunt ad orientem (sunt enim purgantis ordinis atque virtutis) hortantes eos qui accedunt, ut prioris vitæ indumenta penitus deponant; errorisque pristini tenebris patefactis docent eos ut obscuris rebus ablegatis, sese transferant ad ea quæ illuminant. Diaconorum itaque ordo est expiatorius, ad præclara sacerdotum sacra ducens eos qui expiati sunt, atque expiat imperfectos, quos etiam fovet purgantibus eloquiorum illustrationibus atque doctrinis; et præterea profanos a sacerdotibus arcet, propter quod pontificio instituto sacris quoque foribus præficitur, ut significetur, eorum qui ad sacra veniunt accessum omnimodis illustrationibus esse expiandum, quandoquidem ad aspectum communionemque sacrorum introducendi munus expiatoriis virtutibus sit commissum, a quibus alii, qui ab omni **236** macula mundati sunt, intromittantur.

A ἐπιστήμης τῶν θεωρηθεισῶν ἱερουργιῶν ἐφιεμένους. Ἡ δὲ τῶν λειτουργῶν τάξις, ἡ καθαρτικὴ καὶ τῶν ἀνομοίων διακριτική, πρὸ[65] τῆς ἐπὶ τὰς τῶν ἱερέων ἱερουργίας προσαγωγῆς, ἀποκαθαίρει τοὺς προσιόντας, ἀμιγεῖς αὐτοὺς ἀποτελοῦσα τῶν ἐναντίων, καὶ πρὸς ἱερουργικὴν ἐποψίαν καὶ κοινωνίαν ἐπιτηδείους. Ὅθεν ἐπὶ τῆς ἱερᾶς θεογενεσίας οἱ λειτουργοὶ τὸν προσιόντα τῆς παλαιᾶς ἀπογυμνοῦσιν ἐσθῆτος, ἔτι μὴν καὶ ὑπολύουσι, καὶ πρὸς δυσμὰς εἰς ἀποταγὴν ἱστῶσι, καὶ αὖθις πρὸς ἕω μετάγουσι, (τῆς καθαρτικῆς γάρ εἰσι τάξεως καὶ δυνάμεως,) ἀποβάλλειν ὁλικῶς ἐγκελευόμενοι τοῖς προσιοῦσι τὰς τῆς προτέρας ζωῆς ἀμφιέσεις, καὶ τὸ τοῦ προτέρου βίου σκοτεινὸν ὑποδεικνύντες, καὶ ἐκδιδάσκοντες αὐτοὺς, ἀποταξαμένους τοῖς ἀλαμπέσιν, ἐπὶ τὰ φωτιστικὰ μεταB ταχθῆναι. Καθαρτικὴ τοίνυν ἐστὶν ἡ λειτουργικὴ διακόσμησις, ἐπὶ τὰς φανὰς τῶν ἱερέων[66] ἱερουργίας ἀνάγουσα τοὺς κεκαθαρμένους, καὶ τοὺς ἀτελέστους ἀποκαθαίρουσα καὶ μαιευομένη ταῖς καθαρτικαῖς τῶν λογίων ἐλλάμψεσι καὶ διδασκαλίαις, καὶ προσέτι τοὺς ἀνιέρους τῶν ἱερέων ἀμιγῶς ἀποδιαστέλλουσα· διὸ καὶ ταῖς ἱεραῖς αὐτὴν ἐφίστησι πύλαις ἡ ἱεραρχικὴ θεσμοθεσία, τὴν πρὸς τὰ ἱερὰ τῶν προσιόντων εἴσοδον ἐν ταῖς παντελέσι καθάρσεσιν αἰνισσομένη, καὶ τὴν ἐπὶ τὰς ἱερὰς αὐτῶν ἐποψίας καὶ κοινωνίας προσαγωγὴν ταῖς καθαρτικαῖς δυνάμεσιν ἐγχειρίζουσα, καὶ διὰ τούτων αὐτοὺς ἀκηλιδώτους εἰσδεχομένη.

## § VII.

Demonstratum est igitur pontificum quidem ordinem perficiendi vim habere, ac reipsa perficere; sacerdotum autem illuminandi vim habere, atque illuminare; ministrorum vero expiandi ac discernendi facultatem obtinere. Siquidem ordo pontificius non perficiendi tantum, sed et illuminandi simul atque expiandi vim habet; ac potestas sacerdotum, præter illuminandi facultatem, expiandi quoque continet scientiam: verum inferiores ad superiorum functiones transilire nequaquam possunt, quare nefas sit eos ad tantam proterviam devenire. Virtutes autem quæ diviniores sunt, præter facultates proprias inferiorum quoque sacras scientias perfectione sua continent. Quoniam tamen ecclesiasticæ descriptiones divinarum imaginesunt actionum, quod ornati distinctique diviD narum actionum ordinis certas ratasque illustrationes in se exhibent, in primas, et medias novissimasque sacras functiones atque ordines in hierarchicis distinctionibus sunt distributæ, quod, uti dixi, divinarum actionum ordinem atque distinctionem in semetipsis exhibent. Cum enim illa summa Deitas mentes eas, quibus se insinuat, primum expiet, ac deinde illuminet, atque illu-

C Δέδεικται τοίνυν ἡμῖν ἡ μὲν τῶν ἱεραρχῶν τάξις τελειωτικὴ καὶ τελεσιουργός· ἡ δὲ τῶν ἱερέων φωτιστικὴ καὶ φωταγωγός· ἡ δὲ τῶν λειτουργῶν καθαρτικὴ καὶ διακριτική, δηλαδὴ τῆς ἱεραρχικῆς τάξεως, οὐ τελεσιουργεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ φωτίζειν ἅμα καὶ καθαίρειν ἐπισταμένης, καὶ τῆς τῶν ἱερέων δυνάμεως ἐχούσης ἐν ἑαυτῇ μετὰ τῆς φωτιστικῆς καὶ τὴν καθαρτικὴν ἐπιστήμην. Αἱ μὲν γὰρ ἥττους ἐπὶ τὰ κρείττω μεταπηδᾶν ἀδυνατοῦσι, πρὸς τὸ[67] μηδὲ θεμιτὸν αὐταῖς εἶναι πρὸς τοιαύτην ἐγχειρεῖν ἁλαζονείαν· αἱ δὲ θειότεραι δυνάμεις μετὰ τῶν οἰκείων καὶ τὰς ὑφειμένας τῆς αὐτῶν τελειότητος ἱερὰς ἐπιστήμας γιγνώσκουσιν. Ὅμως ἐπειδὴ θείων εἰσὶν ἐνεργειῶν εἰκόνες αἱ ἱερατικαὶ διακοσμήσεις τῆς εὐκόσμου καὶ ἀσυγχύτου τῶν θείων ἐνεργειῶν τάξεως, ἐν D ἑαυταῖς δεικνῦσαι τὰς τεταγμένας ἐλλάμψεις εἰς τὰς πρώτας καὶ μέσας καὶ τελευταίας ἱερὰς ἐνεργείας καὶ τάξεις, ἐν διακρίσεσιν ἱεραρχικαῖς ἐτάχθησαν, ἐμφαίνουσαι, καθάπερ ἔφην, ἐν ἑαυταῖς τῶν θείων ἐνεργειῶν τὸ τεταγμένον καὶ ἀσύμφυρτον. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ θεαρχία τοὺς ἐν οἷς ἂν ἐγγένηται νόας ἀποκαθαίρει πρῶτον, εἶτα φωτίζει, καὶ φωτισθέντας ἀποτελεστοῖ πρὸς θεοειδῆ τελεσιουργίαν, εἰκότως ἡ ἱεραρχικὴ τῶν θείων εἰκόνων[68] εἰς διακεκριμένας ἑαυτὴν

### VARIÆ LECTIONES.

[65] πρός. [66] φανοτάτας, M τῶν ἱερῶν, P. et mox τῶν ἱερῶν ἀμιγῶς; astipulatur Ch. D. [67] πρὸς τῷ, M. P. [68] εἰκών, Ch. D.

διαιρεῖ τάξεις τε καὶ δυνάμεις, ἐναργῶς ὑποδεικνῦσα τὰς θεαρχικὰς ἐνεργείας ἐν παναγεστάταις καὶ ἀμιγέσι τάξεσιν εὐσταθῶς καὶ ἀσυγχύτως ἑστηκυίας. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὰς ἱερατικὰς τάξεις τε καὶ ἀποπληρώσεις [69], δυνάμεις τε αὐτῶν καὶ ἐνεργείας εἰρήκαμεν, ὡς ἡμῖν ἐφικτὸν, καὶ τὰς ἱερωτάτας αὐτῶν, ὡς οἷοί τέ ἐσμεν, ἐποπτεύσωμεν τελειώσεις.

A stratas demum ad deiformem quamdam promoveat perfectionem, recte sacer ordo, qui divinis præest imaginibus, in diversos semetipsum ordines virtutesque distinguit; aperte demonstrans, divinas illas præcipuas actiones in sanctissimis purissimisque ordinibus constanter distincteque consistere. Sed quoniam sacerdotum ordines ac munia, virtutesque eorum et actiones pro virili exposuimus, sacratissimas etiam eorum consecrationes, quoad possumus, consideremus.

II. *Μυστήριον ἱερατικῶν τελειώσεων.*

Ὁ μὲν ἱεράρχης, ἐπὶ τὴν ἱεραρχικὴν τελείωσιν προσαγόμενος, ἄμφω τὼ πόδε κλίνας ἐπίπροσθεν τοῦ θυσιαστηρίου [70], ἐπὶ κεφαλῆς ἔχει τὰ θεοπαράδοτα λόγια, καὶ τὴν ἱεραρχικὴν χεῖρα, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ πρὸς τοῦ τελοῦντος αὐτὸν ἱεράρχου ταῖς παναγεστάταις ἐπικλήσεσιν ἀποτελειοῦται. Ὁ δὲ ἱερεὺς, ἄμφω τὼ πόδε κλίνας ἐπίπροσθεν τοῦ θείου θυσιαστηρίου, ἐπὶ κεφαλῆς ἔχει τὴν ἱεραρχικὴν δεξιὰν, καὶ τούτῳ τῷ τρόπῳ πρὸς τοῦ τελοῦντος αὐτὸν ἱεράρχου ταῖς ἱεροποιοῖς ἐπικλήσεσιν ἁγιάζεται. Ὁ δὲ λειτουργὸς, ἕνα τοῖν ποδοῖν κλίνας ἐπίπροσθεν τοῦ θείου θυσιαστηρίου, ἐπὶ κεφαλῆς ἔχει τὴν τοῦ τελοῦντος αὐτὸν ἱεράρχου δεξιὰν, τελειούμενος ὑπ' αὐτοῦ ταῖς τῶν λειτουργῶν τελεστικαῖς ἐπικλήσεσιν. Ἑκάστῳ δὲ αὐτῶν ἡ σταυροειδὴς ἐνσημαίνεται πρὸς τοῦ τελοῦντος ἱεράρχου σφραγὶς, καὶ καθ' ἕκαστον ἀνάῤῥησις ἱερὰ γίγνεται, καὶ τελεωτικὸς ἀσπασμὸς, ἀσπαζομένου παντὸς ἱερατικοῦ παρόντος ἀνδρὸς, καὶ τοῦ τελέσαντος ἱεράρχου τὸν πρός τι τῶν εἰρημένων ἱερατικῶν ταγμάτων ἀποτελεσθέντα.

B

C

II. *Mysterium consecrationis sacrorum ordinum.*

Pontifex quidem qui ad pontificiam consecrationem est evectus utroque genu flexo ante altare, supra caput habet Scripturas a Deo traditas, manumque pontificis, atque hoc modo a pontifice, qui ipsum consecrat, sanctissimis adprecationibus consecratur. Sacerdos vero utroque poplite ante altare flexo, in capite habet dextram pontificis, et hoc modo ab illo pontifice, qui illum consecrat, sanctis invocationibus consecratur. Porro diaconus **237** unum genu flectens ante divinum altare supra caput habet dextram pontificis ipsum consecrantis, et ab eo consecratur invocationibus ad ministrorum consecrationem accommodatis. Unicuique autem eorum signum crucis a consecrante pontifice imprimitur, et singulis sancta prædicatio perficiensque salutatio adhibetur, cunctis præsentibus ecclesiasticis, una cum pontifice consecrante, consalutantibus illum qui in aliquem dictorum ordinum sacrorum est cooptatus.

III. *Θεωρία.*

III. *Contemplatio.*

§ I.

Κοινὰ μὲν ἔστι τοῖς ἱεράρχαις τε καὶ ἱερεῦσι καὶ λειτουργοῖς ἐν ταῖς ἱερατικαῖς αὐτῶν τελειώσεσιν ἡ πρὸς τὸ θεῖον θυσιαστήριον προσαγωγὴ, καὶ ὑπόπτωσις, ἡ τῆς ἱεραρχικῆς χειρὸς ἐπίθεσις, ἡ σταυροειδὴς σφραγὶς, ἡ ἀνάῤῥησις, ὁ τελειωτικὸς ἀσπασμός· ἐξαίρετα δὲ καὶ ἔκκριτα τοῖς ἱεράρχαις μὲν ἡ τῶν λογίων ἐπὶ κεφαλῆς ἐπίθεσις, οὐκ ἐχόντων τοῦτο τῶν ὑφειμένων ταγμάτων· τοῖς δὲ ἱερεῦσιν, ἡ ἀμφοῖν τοῖν ποδοῖν κλίσις, οὐκ ἐχούσης τοῦτο τῆς τῶν λειτουργῶν τελειώσεως· οἱ γὰρ λειτουργοὶ, καθὼς εἴρηται, τὸν ἕνα κλίνουσιν τοῖν ποδοῖν μόνον.

D

Communia quidem sunt et pontificibus, et sacerdotibus, et ministris cum consecrantur, accessus ad divinum altare, genuum flexio, pontificiæ manus impositio, crucis impressio, prædicatio, perficiens salutatio; præcipua vero et episcopis propria est Scripturarum supra caput impositio, quod inferiores ordines non habent; sacerdotibus autem utriusque pedis inclinatio, quo caret consecratio ministrorum, ministri enim, ut dictum est, alterum tantum genu flectunt.

§ II.

Ἡ μὲν οὖν ἐπὶ τὸ θεῖον θυσιαστήριον προσαγωγὴ καὶ ὑπόπτωσις αἰνίσσεται πᾶσι τοῖς ἱερατικῶς τελουμένοις, ὑποτιθέναι καθόλου [71] τελετάρχῃ Θεῷ τὴν οἰκείαν ζωὴν, καὶ τὴν ἑαυτῶν νοερὰν ὁλότητα, πάναγνον αὐτῷ καὶ καθιερωμένην προσαγαγεῖν, καὶ ὁμοειδῆ [72], καὶ, ὡς δυνατὸν, ἀξίαν οὖσαν τοῦ θεαρχικοῦ καὶ παναγεστάτου καὶ ἱερείου καὶ θυσιαστηρίου [73] τοῦ καθιεροῦντος ἱερατικῶς τοὺς θεοειδεῖς [74] νόας.

Itaque accessus ille ad divinum altare genuumque flexio insinuat omnibus iis qui sacris ordinibus initiantur, vitam propriam Deo, consecrationis auctori, penitus subjiciendam, nec non spiritalem integritatem omnino puram purgatamque atque uniformem offerendam esse, ut, quantum fieri potest, digna sit divino templo et altari ejus, qui sanctiori ratione deiformes mentes consecrat.

VARIÆ LECTIONES

[69] ἀποκληρώσεις. [70] τὸ θείου θησίας, Ch. D. [71] add. τῷ. [72] desunt hæc in S. et P. [73] καὶ ἱεροῦ θυσιαστηρίου, S. P. D. [74] θείους.

## § III.

Pontificia autem manus impositio designat hierarchicam protectionem, qua, tanquam sanctos filios, paterno affectu fovet, et statum virtutemque sacri ordinis impertitur, adversariasque potestates procul ab illis abigit: simulque docet, sic consecratos obire sacras omnes ordinis functiones, tanquam qui sub Deo illas obeant, quem in omni re suarum actionum ducem habent.

A Ἡ δὲ τῆς ἱεραρχικῆς[75] χειρὸς ἐπίθεσις ὁμοῦ μὲν ἐμφαίνει τὴν τελεταρχικὴν σκέπην, ὑφ' ἧς ὡς παῖδες ἱεροὶ περιέπονται πατρικῶς, αὐτοῖς μὲν ἕξιν καὶ δύναμιν ἱερατικὴν δωρουμένης, τὰς ἐναντίας δὲ αὐτῶν δυνάμεις ἀπορραπιζούσης[76]· διδάσκει δὲ ἅμα καὶ πάσας τελεῖν τὰς ἱερατικὰς ἐνεργείας, ὡς ὑπὸ Θεῷ πράττοντας τοὺς τελεσθέντας, καὶ τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν αὐτὸν ἔχοντας ἐν παντὶ καθηγεμόνα.

## § IV.

Porro signum crucis designat omnium simul carnalium cupiditatum cessationem, divinæque vitæ imitationem, dum constanter intuentur ad Dei virilem Jesu vitam ad crucem usque et mortem, cum summa prorsus ac divina impeccabilitate transactam, qui pie viventes, tanquam sibi conformes, ad imaginem **238** impeccabilitatis suæ forma crucis insignit.

Ἡ σταυροειδὴς δὲ σφραγὶς τὴν ἁπασῶν ὁμοῦ τῶν σαρκικῶν[77] ὀρέξεων ἀνενεργησίαν, καὶ τὴν θεομίμητον ζωὴν, ἀφορῶσαν ἀκλινῶς εἰς τὴν ἀνδρικὴν Ἰησοῦ θειοτάτην ζωὴν, ἄχρι σταυροῦ καὶ θανάτου B μετὰ θεαρχικῆς[78] ἀναμαρτησίας ἐληλυθότος, καὶ τοὺς οὕτω ζῶντας, ὡς ὁμοιοειδεῖς[79] ἐνσημαίνοντος τῇ σταυροειδεῖ τῆς οἰκείας ἀναμαρτησίας εἰκόνι.

## § V.

Sacram vero ordinationum et eorum qui initiantur promulgationem pontifex proclamat, mysterio declarante, Deo charum sacrorum ordinum collatorem interpretem esse divinæ electionis, eumque non privata gratia eos qui initiantur ad sacrum ordinem promovere, sed afflatu Dei regi in omnibus hierarchicis ordinationibus. Hoc modo Moyses, cum esset legalium collator cæremoniarum, fratrem suum Aaron, quantumvis Deo charum, sacerdotioque dignum, non prius ad sacerdotalem ordinem promovit, quam ad id divinitus excitatus, sub summo consecratore Deo sacerdotalem consecrationem pontificaliter celebraret. Quinimo divinus ille ac primus ordinis nostri collator (hoc enim munus sibi Jesus benignissimus in nostri gratiam assumpsit) non semet ipse clarificavit[h], ut eloquia testantur, sed qui locutus est ad eum: *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech*[i]. Quapropter etiam ipse dum ad ordinem sacerdotis discipulos promovebat, tametsi ut Deus consecrationis auctor exsisteret, simul tamen ad sanctissimum suum Patrem et Spiritum Dei principalem præcipuum sacrosanctæ consecra- D tionis munus referebat, præcipiens discipulis, ut eloquia testantur, *ab Jerosolymis ne discederent, sed exspectarent promissionem Patris, quam audistis, inquit, per os meum; quia vos baptizabimini Spiritu sancto*[k]. Quin et princeps apostolorum, una cum coæquali sibi ac pontificali decade, ad sacrum illum duodenarium discipulorum numeC Τὴν ἱερὰν δὲ τῶν τελειώσεων καὶ τῶν τελουμένων ἀνάῤῥησιν ὁ ἱεράρχης ἀναβοᾷ, τοῦ μυστηρίου δηλοῦντος, ὡς ὁ φιλόθεος ἱεροτελεστὴς ἐκφαντορικός ἐστι τῆς θεαρχικῆς ἐκλογῆς, οὐχ αὐτὸς ἰδίᾳ χάριτι τοὺς τελουμένους ἐπὶ τὴν ἱερατικὴν ἄγων[80] τελείωσιν, ἀλλ' ὑπὸ Θεοῦ κινούμενος εἰς πάσας τὰς ἱεραρχικὰς ἁγιαστείας. Οὕτω Μωσῆς ὁ νομικῶς ἱεροτελεστὴς, οὐδὲ ἀδελφὸν ὄντα τὸν Ἀαρὼν εἰς ἱερατικὴν τελείωσιν ἄγει, καὶ φιλόθεον αὐτὸν εἶναι καὶ ἱερατικὸν οἰόμενος, ἄχρις οὗ θεόθεν εἰς τοῦτο κινηθεὶς, ὑπὸ τελετάρχῃ Θεῷ, τὴν ἱερατικὴν τελείωσιν ἱεραρχικῶς[81] ἐτελεσιούργησεν. Ἀλλὰ καὶ ὁ θεαρχικὸς ἡμῶν καὶ πρῶτος ἱεροτελεστὴς (ἐγεγόνει γὰρ καὶ τοῦτο δι' ἡμᾶς ὁ φιλανθρωπότατος Ἰησοῦς) οὐχ ἑαυτὸν ἐδόξασεν, ὡς τὰ λόγιά φησιν, ἀλλ' ὁ λαλήσας πρὸς αὐτόν· *Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ*. Διὸ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὴν ἱερατικὴν τελείωσιν ἄγων τοὺς μαθητὰς, καίπερ ὑπάρχων ὡς Θεὸς τελετάρχης, ὅμως ἐπὶ τὸν παναγέστατον αὐτοῦ Πατέρα, καὶ τὸ θεαρχικὸν Πνεῦμα, τὴν τελεταρχικὴν ἀνατίθησιν ἱεραρχικῶς τελεσιουργίαν, παραγγέλλων τοῖς μαθηταῖς, ὡς τὰ λόγιά φησιν, *ἀπὸ Ἱεροσολύμων*[83] *μὴ χωρίζεσθαι, ἀλλὰ περιμένειν τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρὸς, ἣν ἠκούσατέ μου, ὅτι ὑμεῖς βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ*. Καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ τῶν μαθητῶν κορυφαῖος, μετὰ τῆς ὁμοταγοῦς αὐτῷ καὶ ἱεραρχικῆς δεκάδος, εἰς τὴν τοῦ δυοκαιδεκάτου τῶν μαθητῶν ἐληλυθὼς ἱερατικὴν τελείωσιν, ἐπὶ τῇ θεαρχίᾳ τὴν ἐκλογὴν εὐλαβῶς καταλέλοιπεν, *Ἀνάδειξον*, φήσας, *ὃν ἐξελέξω*, καὶ τὸν ὑπὸ τοῦ θείου

[h] Hebr. v. [i] Psal. cix, 4. [k] Act. i, 4.

### VARIÆ LECTIONES.

[75] ἱερατικῆς, S. [76] ἀφοριζούσης, M. Sc. [77] πασῶν, D. τῶν σωματικῶν, Ch. [78] θεανδρικῆς, S. [79] ὁμοειδεῖς, P. D. Ch. [80] ἁγίων, D. [81] ἱερατικῶς. Ch. Paulo post pro ἱερατικὴν, ἱεραρχικὴν, Ch. D. [83] Ἱερουσαλὴμ, Ch. D.

κλήρου θειωδῶς ἀναδεδειγμένον εἰς τὸν τῆς ἁγίας δυοκαιδεκάδος ἱεραρχικὸν ἀριθμὸν εἰσεδέξατο. Περὶ δὲ τοῦ θείου κλήρου τοῦ τῷ Ματθίᾳ θειωδῶς ἐπιπεσόντος ἕτεροι [83] μὲν ἄλλα εἰρήκασιν οὐκ εὐαγῶς, ὡς οἶμαι, τὴν ἐμὴν δὲ καὶ αὐτὸς ἔννοιαν ἐρῶ. Δοκεῖ γάρ μοι τὰ λόγια κλῆρον ὀνομάσαι θεαρχικόν τι δῶρον. ὑποδηλοῦν ἐκείνῳ τῷ ἱεραρχικῷ χορῷ τὸν ὑπὸ τῆς θείας ἐκλογῆς ἀναδεδειγμένον· πλήν γε ὅτι τὸν θεῖον ἱεράρχην οὐκ αὐτοκινήτως χρὴ τὰς ἱερατικὰς [84] ποιεῖσθαι τελεσιουργίας, ἀλλ' ὑπὸ Θεῷ κινοῦντι ταύτας ἱεραρχικῶς καὶ οὐρανίως τελεσιουργεῖν.

A rum implendum congregatus, summæ Divinitati electionis munus reverenter cessit, cum ait: *Ostende quem elegeris* [1]; eumque quem divina sors designaverat sacro illi duodenario hierarchico annumeravit. Cum autem de divina illa sorte, quæ divinitus super Matthiam cecidit, alii ab aliis, meo quidem judicio, non recte diversa senserint, meam ipse sententiam exponam. Mihi enim videtur Scriptura sortem appellare divinum illud munus, quo declarabatur choro hierarchico, quisnam divino suffragio electus erat: siquidem divinus pontifex nequaquam motu proprio sacros ordines conferre debet, sed ut decet pontificem eosdem instinctu Dei divinitus celebrare.

## § VI.

Ὁ δὲ πρὸς τῷ τέλει τῆς ἱερατικῆς τελειώσεως ἀσπασμὸς ἱερὰν ἔμφασιν ἔχει. Πάντες γὰρ ὅσοι πάρεισι τῶν ἱερατικῶν ὄντες τάξεων, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ὁ τελέσας ἱερόρχης, ἀσπάζονται τὸν τετελεσμένον. Ὅταν γὰρ ἱερατικαῖς ἕξεσι καὶ δυνάμεσι, καὶ θείᾳ κλήσει, καὶ ἁγιαστείᾳ, πρὸς ἱερατικὴν τελεσιουργίαν ἀφίκηται νοῦς ἱερὸς, ἐραστός ἐστι ταῖς ὁμοταγέσι καὶ ἱερωτάταις τάξεσιν, εἰς τὸ θεοειδέστατον ἀνηγμένας [85] κάλλος, ἐρῶν τῶν ὁμοειδῶν νοῶν [86], καὶ πρὸς αὐτῶν ἱερῶς ἀντερώμενος. Ἔνθεν ὁ πρὸς ἀλλήλους ἱερατικὸς ἀσπασμὸς ἱερουργεῖται, τὴν τῶν ὁμοειδῶν νοῶν ἱερὰν κοινωνίαν ὑποδηλῶν, καὶ τὴν ἐπ' ἀλλήλοις ἐραστὴν εὐφροσύνην, ὡς ὁλοκλήρως [87] ἀποσώζουσαν ἱερατικῇ μορφώσει τὸ θεοειδέστατον κάλλος.

B Porro illa salutatio quæ sub finem sacrarum ordinationum adhibetur, sacri quidpiam innuit. Cuncti enim **239** qui astant ex sacris ordinibus, ipseque qui consecravit pontifex, ita consecratum salutant. Cum enim mens sancta sacrosanctis habitibus et virtutibus, divinaque vocatione ac sanctimonia ad sacri ordinis consecrationem pervenerit, tum amabilis exsistit æqualibus sanctissimisque ordinibus, et ad maxime deiformem provecta pulchritudinem amat et ipsa mentes sui similes, et ab iisdem sancte redamatur. Hinc sancta illa mutua consalutatio in sacris ordinibus celebratur, quæ mentium æqualium sacrosanctam insinuat communionem, amabilemque mutuam lætitiam, quippe quæ deiformem maxime venustatem totius sacri C ordinis conservat.

## § VII.

Ταῦτα μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ἐστὶ τὰ κοινὰ τῆς ὅλης ἱερατικῆς τελειώσεως. Ὁ δὲ ἱεράρχης ἔκκριτον ἔχει τὴν τῶν λογίων ἐπὶ κεφαλῆς ἱερωτάτην ἐπίθεσιν. Ἐπειδὴ γὰρ ἡ τελειωτικὴ τῆς πάσης ἱερατείας δύναμις καὶ ἐπιστήμη τοῖς ἐνθέοις ἱεράρχαις ὑπὸ τῆς θεαρχικῆς δωρεῖται καὶ τελεταρχικῆς ἀγαθότητος, εἰκότως ἐπὶ τῶν ἱεραρχικῶν κεφαλῶν ἐπιτίθεται τὰ θεοπαράδοτα λόγια, τὰ περιεκτικῶς καὶ ἐπιστημονικῶς [88] ἐκφαντορικὰ πάσης θεολογίας, θεουργίας, θεοφανείας, ἱερολογίας, ἱερουργίας, ἑνὶ λόγῳ [89], πάντων τῶν θείων καὶ ἱερῶν ἔργων τε καὶ λόγων τῶν ὑπὸ τῆς ἀγαθουργοῦ θεαρχίας [90] τῇ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίᾳ δεδωρημένων, ὡς τοῦ θεοειδοῦς ἱεράρχου, πάσης μὲν ἱεραρχικῆς δυνάμεως ὁλοκλήρως μεθέξοντος, πασῶν δὲ τῶν ἱεραρχικῶν ἱερολογιῶν τε καὶ ἱερουργιῶν τὴν ἀληθῆ καὶ θεοπαράδοτον ἐπιστήμην, οὐκ ἐλλαμφθησομένου μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις ἀναλογίαις ἱεραρχικαῖς μεταδώσοντος, καὶ τελεσιουργήσοντος ἐν θειοτάταις γνώσεσι, καὶ ἀκροτάταις ἀναγωγαῖς, ἱεραρχικῶς

Atque hæc quidem, uti dixi, communia sunt universæ sacrorum ordinum collationi. Habet vero pontifex peculiarem illam sacratissimam Eloquiorum supra caput impositionem. Cum enim perfectiva quæque sacri ordinis vis atque scientia divinis pontificibus a divino principali ordinumque originali bonitate concedatur, merito pontificum capitibus Eloquia divinitus tradita imponuntur, quæ continent exponuntque scite omnem theologiam, Deique cum operationem tum apparitionem, sacrumque sermonem et actionem; unoque verbo, divina omnia sacraque opera ac verba, quæ a benefico divino principatu sacro nostro ordini indulta, ita ut pontifex deiformis omnis quidem virtutis hierarchicæ plane particeps exsistat, omnium vero sacroprincipalium Eloquiorum et operationum veri atem divinitusque traditam scientiam non tantum per illustrationem accepturus sit, verum etiam in alios, pro cujusque ad res sacras capacitate, transfusurus, D

[1] Act. I, 24.

### VARIÆ LECTIONES.

[83] M. δοθέντος, ἄλλοι, suffragatur Scot. [84] ἱεράρχικάς, Ch. ἱερὰς, S. [85] ἀναγόμενος, Sal. ἠγμένος, M. [86] ἱερῶν νοῶν, Ch. [87] subjungit ἱερως, P. [88] ἐπιστημόνως, Ch. D. M. [89] ἑνί τε λόγῳ, M [90] θεουρ-γίας, D S.

nec non perfectissima quæque totius pontificatus munia divinissimis scientiis et sublimissimis anagogis pontificaliter celebraturus. Sacerdotibus autem utriusque pedis inclinatio peculiaris est, præ ordine ministrorum, qui unum tantum genu flectit, atque hoc situ corporis a pontifice consecratur.

A ἅπαντα τὰ τῆς ὅλης ἱεραρχίας τελεστικώτατα. Τοῖ δὲ ἱερεῦσι τοῖν δυοῖν ποδοῖν ἡ κλίσις ἔκκριτόν ἐστι παρὰ τὴν λειτουργικὴν διακόσμησιν, ὡς τὸν ἕνα κλινούσης ἐκείνης, καὶ τούτῳ τῷ ἱεραρχικῷ σχήματι τελειουμένης.

## § VIII

Ac flectio quidem designat subjectum accessum ejus qui accedit, et subjicit Deo id quod sancte offertur. Quoniam vero tres sunt sacris operantium, uti sæpe diximus, distinctiones, quæ per totidem sanctissimos ritus ac virtutes, tribus eorum qui initiantur ordinibus præsunt, atque salutarem eorum sub divinum jugum promovent accessum, recte ministrorum ordo, ut qui tantum **240** vim expiandi habeat, solummodo eorum qui expiantur accessum procurat, eumque divino altari sistit; in quo nimirum mentes quæ expiantur supra mundanam rationem consecrantur. Sacerdotes vero utrumque genu flectunt, quod ii, qui ab iis sancte promoventur, non solum expientur, verum etiam præclarissimis eorum sacrificiis, vita jam anagogice perpurgata, ad contemplandi statum ac veritatem sacerdotaliter perficiantur. Pontifex autem utrumque genu flectens supra caput habet a Deo traditas Scripturas, eosque, quos ministerialis virtus expiavit, et sacerdotalis functio illuminavit, ad eorum quæ conspexerunt sacrorum pro modulo cujusque scientiam pontificio munere provehit, perficitque eos qui promoventur, ut pro captu suo toti Deo consecrentur.

B

C

Ἡ μὲν οὖν κλίσις ἐμφαίνει τὴν ὑποκειμένην προσαγωγὴν τοῦ προσάγοντος, ὑποτιθέντος Θεῷ τὸ ἱερῶς προσαγόμενον. Ἐπειδὴ δὲ, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν, αἱ τρεῖς τῶν ἱεροτελεστῶν διακοσμήσεις διὰ τῶν τριῶν ἁγιωτάτων τελετῶν καὶ δυνάμεων ἐφεστᾶσι ταῖς τρισὶ τῶν τελουμένων τάξεσι, καὶ τὴν ὑπὸ τὰ θεῖα ζυγὰ σωστικὴν αὐτῶν ἱερουργοῦσι προσαγωγὴν, εἰκότως ἡ λειτουργικὴ τάξις, ὡς μόνον καθαρτικὴ, τὴν μίαν ἱερουργεῖ τῶν καθαιρομένων προσαγωγὴν ὑπὸ τὸ θεῖον αὐτὴν ὑποτιθεῖσα θυσιαστήριον, ὡς ἐν αὐτῷ τῶν καθαιρομένων νοῶν ὑπερκοσμίως ἱερουμένων [91]. Οἱ δὲ ἱερεῖς ἄμφω τὼ πόδε κλίνουσιν, ὡς τῶν ὑπ' αὐτῶν ἱερῶς προσαγομένων οὐ μόνον κεκαθαρμένων, ἀλλὰ καὶ ταῖς φανοτάταις αὐτῶν ἱερουργίαις ἀναγωγικῶς ἀποκεκαθαρμένης ζωῆς, εἰς θεωρητικὴν ἕξιν καὶ δύναμιν ἱερουργικῶς [92] ἀποτελεσθέντων. Ὁ δὲ ἱεράρχης, ἄμφω τὼ πόδε κλίνων, ἐπὶ κεφαλῆς ἔχει τὰ θεοπαράδοτα λόγια, τοὺς ὑπὸ τῆς λειτουργικῆς δυνάμεως ἐκκεκαθαρμένους, καὶ πρὸς τῆς ἱερουργοῦ πεφωτισμένους πρὸς τὴν τῶν ἐποπτευθέντων ὑπ' αὐτῶν ἱερῶν ἀναλόγως αὐτοῖς ἐπιστήμην ἱεραρχικῶς ἄγων, καὶ δι' αὐτῆς ἀποτελειῶν [93] τοὺς προσαγομένους, εἰς τὴν κατ' αὐτοὺς ὁλόκληρον ἀφιέρωσιν.

---

## ADNOTATIONES CORDERII.

Parte prima § I ait hierarchicam rationem omnem in divina mysteria seu **sacra** dividi, et in eos qui ea tenent enuntiantque alios, atque in eos qui ab illis initiantur. Unde in supplemento ad III partem S. Thomæ, quæst. 31, artic. 1, infertur, quod sint quidam exercentes actiones hierarchicas, et quidam recipientes tantum, qui sunt laici. Unde nullius sacramenti dispensatio laicis ex officio competit; sed quod possint baptizare in casu necessitatis, ex divina dispensatione factum est, ut nulli regenerationis spiritalis facultas deesset.

§ II. Ubi ait : *Iis quidem qui infantes erant* alludit ad *Epist. ad Hebræos*, ubi S. Paulus eos qui legalia Moysis acceperant, vocat parvulos [n]. Lex autem illa, inquit, erat illorum captui accommodata, et per umbras ac figuras ad Christum adducebat, juxta quod ait Apostolus : *Lex pædagogus noster fuit in Christo* [n]. « Dupliciter enim (inquit S. Thomas 1-2 quæst. 98, artic. 2) homines ordinabat ad Christum. Uno quidem modo, testimonium Christo perhibendo, unde ipse dicit : *Necesse est impleri omnia quæ scripta sunt in lege Moysi, et prophetis, et psalmis de me* [o]; et Joan. v : *Si crederetis Moysi, crederetis forsitan et mihi : de me enim ille scripsit* [p]. Alio modo, per modum cujusdam dispositionis; dum retrahens homines a cultu idololatriæ concludebat eos sub cultu unius Dei, a quo salvandum erat genus humanum per Christum. Unde Apostolus ait : *Prius autem quam veniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem quæ revelanda erat* [q]. »

Nota autem Dionysium hic distinguere triplicem hominum statum. Primus est veteris legis, secundus novæ legis, tertius est status gloriæ sive patriæ. Sed sicut primus status est figuralis et imperfectus respectu status Evangelii, ita hic status est figuralis et imperfectus respectu status patriæ, quo adveniente, iste evacuatur.

Ibidem : *Perfectiorem vero mysteriorum disciplinam sacra Scriptura nostram vocat hierarchiam*, etc. « Lex enim nova (inquit D. Thomas 1-2, quæst. 107, art. 2) comparatur ad veterem, sicut perfectum ad imperfectum. Omne autem perfectum adimplet id quod imperfecto deest; et secundum hoc lex nova adimplet veterem legem, in quantum supplet illud quod veteri legi deerat. » Plura vide apud sanctum Thomam loco citato.

[n] Hebr. v, 13. [n] Gal. III, 24. [o] Luc. XXIV, 44. [p] Joan. V, 46. [q] Gal. III, 23.

## VARIÆ LECTIONES.

[91] ἱερουργουμένων, S. D. Ch. [92] ἱερουργῶς, M. [93] ἀποτελῶν, P.

§ IV. *Lex quidem hæc est sacrosancta summæ Deitatis, ut per prima quæ sequuntur ad divinissimam ejus lucem adducantur.* Ex hoc loco sanctus Thomas 1ª parte, quæst. 106, art. 3, in corpore, concludit, quod inferiores angeli nunquam illuminent superiores, sed semper ab eis illuminentur. Cujus ratio est, quia nimirum ordo continetur sub ordine, sicut causa continetur sub causa. Unde sicut ordinatur causa ad causam (scilicet secunda ad primam), ita ordo ad ordinem.

Notandum ibidem, quod ecclesiastica hierarchia cœlestem quidem hierarchiam aliqualiter imitetur, sed non perfecte similitudinem ejus assequatur. In cœlesti enim hierarchia tota ratio ordinis est ex propinquitate ad Deum, et ideo **241** illi qui sunt Deo propinquiores, sunt et gradu sublimiores, et scientia clariores; et propter hoc superiores nunquam ab inferioribus illuminantur: sed in ecclesiastica hierarchia interdum qui sunt Deo per sanctitatem propinquiores, sunt gradu infimi et scientia non eminentes, et quidam in uno etiam secundum scientiam eminent, et in alio deficiunt; et propter hoc superiores ab inferioribus doceri possunt.

Nota 1, § 5 et sequentibus a sancto Dionysio describi sacrorum ordinum distinctionem, et eorumdem numerum, differentiam et subordinationem, quæ a summo pontifice descendit. Hæc autem subordinatio confirmatur ex Clemente, in *Apostolicis constitutionibus* libro octavo, capite quadragesimo sexto. *Etenim*, inquit, *si non esset aliqua lex posita, et aliquod discrimen ordinum, satis erat, uno nomine affectos omnia illa ministeria perficere; verum cum a Deo consequentiam rerum didicerimus, episcopis quidem assignavimus et attribuimus quæ ad principatum sacerdotii pertinent, presbyteris vero, quæ ad sacerdotium, deinde diaconis quæ ad ministrandum utrisque: ut pure et caste fiant quæ ad religionem pertinent.* Neque enim fas est diacono sacrificium offerre, aut baptizare, aut benedictionem sive parvam sive magnam facere, neque presbytero ordinationes clericorum facere. Siquidem non licet ordinem invertere, etc., ut ibi Clemens et hic Dionysius § 7 latius probat. Quare ibidem recte infert Turrianus, cum sancti apostoli a Domino didicerint, ut apostolica doctrina testatur, episcopos esse, et dici Ἀρχιερεῖς, id est præsides sive principes sacerdotii, nulla novi nominis ratio efficere potest, quin sit in Ecclesia sacerdotii principatus, qui episcopis convenit, et sacerdotum, qui presbyteri, quibus episcopi præsunt. Ergo licet novatores nostri nomina confundant ad decipiendum, et novas rationes nominum inveniant, nunquam tamen res et rerum differentias mutare poterunt.

Nota 2 ibidem tria duntaxat munia episcopi recenseri, scilicet ordinum collationem, unguenti consecrationem et altaris benedictionem, cum in *Pontificali Romano* sex munera seu officia episcopo attribuantur his verbis: *Episcopum oportet judicare, interpretari, consecrare, ordinare, offerre et baptizare.* Voluit nimirum Dionysius hic duntaxat recensere ea munia episcopi quæ illi propria sunt, et cum nullo alio ordine communia: nam interpretari, offerre et baptizare sacerdotibus quoque ex officio competit; quibus in *Pontificali* quinque munera assignantur, scilicet *offerre, benedicere, præesse, prædicare* et *baptizare.* Plura de his vide apud Vasquez in tertiam partem, disp. 236, cap. 10.

Parte secunda notandum, in consecratione episcopi a Dionysio tria requiri, scilicet impositionem manus, impositionem libri Evangeliorum, et formam consecrationis. Disputant autem theologi, num impositio illa libri Evangeliorum sit materia sacramenti, sicut impositio manus pontificis. Sed bene ostendit Vasquez, quod licet hæc cæremonia a tempore apostolorum in consecratione episcoporum adhiberi consueverit, tamen materiam consecrationis episcoporum non esse; quia materia ab eodem adhiberi debet, a quo proferri potest forma ut legitimo ministro; atqui liber Evangeliorum imponitur scapulis vel cervici consecrandi, non ab episcopis consecratoribus, sed ab uno ex capellanis, ut dicitur in rubrica *Pontificalis*, et antiquitus fiebat a diaconis (ut expresse tradit Clemens lib. VIII *Constitutionum* in fine capitis tertii) qui non sunt ministri ordinationis, neque formam proferre possunt: quare non potest esse materia. Et quamvis in concilio Carthaginensi IV, can. 2, præcipiatur ut duo episcopi teneant librum Evangeliorum, et reliqui manus imponant, tamen cum oppositum sit in usu in Ecclesia Romana, et Clemens tradiderit, conficitur, plane non pertinere ad essentiam ordinationis, ut liber ab episcopis teneatur. Materiam autem a legitimo ministro debere applicari manifestum est, et quidem ab eo a quo forma proferri debet; uti bene docet Vasquez citatus disputat. 237, cap. 2, et disputat. 138, cap. 4. Quamvis autem Clemens loco citato et Dionysius hic meminerint hujus cæremoniæ, neuter tamen eorum dicit esse materiam consecrationis episcopi, aut per illam tradi potestatem, sed illius meminerunt, sicut et aliarum cæremoniarum.

Parte tertia, § V, ubi ait: *Hoc modo Moyses*, etc., alludit ad illud Exodi XXIX, 4: *Et Aaron ac filios ejus applicabis ad ostium tabernaculi testimonii. Cumque laveris patrem cum filiis suis aqua, indues Aaron vestimentis suis, id est linea et tunica, et superhumerali et rationali, quod constringes balteo. Et pones tiaram in capite ejus, et laminam sanctam super tiaram, et oleum unctionis fundes super caput ejus: atque hoc ritu consecrabitur*, etc. Unde patet antiquus ritus consecrandi sacerdotes.

Ibidem. *Eumque quem divina sors designaverat*, etc. Sic Numerorum cap. XVII, intelligimus tribus Israel virgas suas in sortes dedisse, ut qui electus esset a Deo, sacerdos declararetur. Sors autem cecidit super Aaron, cujus solus virga turgentibus gemmis effloruerat. Ita etiam Gedeon divinam sortem petiit, dicens: **242** *Si salvum facis per manum meam Israel sicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area: si ros in solo vellere fuerit, et in omni terra siccitas, sciam quod per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel* [t], etc. Eodem modo libro tertio Regum, cap. XVIII, sortes per Eliam prophetam datæ sunt, ut cognosceretur num ipse an sacerdotes Baal essent veri Dei prophetæ, verique sacerdotes.

Notandum sortes in triplici esse genere. Aliæ enim sunt divisoriæ, ut quando per eas inquiritur, quid cuique tribuendum sit, sive illud sit res possessa, sive honor, sive pœna, sive alia functio. Aliæ consultoriæ, ut quando sortibus inquiritur divinum consilium, ut sciatur in re dubia quid agendum. Aliæ sunt divinatoriæ, ut quando per eas de eventis futuris inquiritur.

Sortes tunc demum illicitæ habentur, cujuscunque tandem generis sint, cum quis actus humanos (ut ait D. Thomas 2-2, quæst. 95, art. 8, et opusc. 25 *De sortibus*) putat sortiri effectum suum secundum dispositionem dæmonum aut dæmonum ingestionem: hæc enim est superstitio. Item cum quis eventum ex fortuna exspectat; quod est vitium vanitatis. Item cum, etiamsi eventum exspectet a Deo, tamen abest necessitas: hæc enim est tentatio Dei. Item cum non adhibetur debita reverentia, vel cum divina oracula convertuntur ad terrena negotia. Denique cum quis sine delectu et peculiari Dei instinctu in electionibus ecclesiasticis sorte utitur. Atque hæ sunt quæ vetantur in cap. *Ecclesia, De sortilegiis.* Attamen cum Dionysio probandæ valde sortes, quæ *Actorum* primo divinitus ab apostolis institutæ, et a Deo singulariter

[t] Jud. VI, 36.

ter directæ fuerunt in Matthiæ electione. Itaque sortes divisoriæ, quæ nec cedunt in injuriam tertii aut reip. aut Ecclesiæ, neque irrogant irreverentiam rebus sacris, ut dum hæreditas profana datur sortibus acceptis ex libro Evangeliorum, etc., licitæ sunt natura sua. Consultoriæ autem et divinatoriæ nequaquam, nisi intercedat inspiratio divina, vel magna necessitate urgente aliter dubium dirimi nequit, tunc enim liceret, præmissa oratione, sorte illud dirimere. Et sic S. August. in psal. xxx dicit, sortes nihil aliud esse, quam in dubitatione humana indicium divinæ voluntatis.

—

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (26).

§ I. Hæc de divino mysticoque unguento; cæterum modo tempus e t exponendi ipsosmet sacros ordines, ac sortitiones seu distributiones. Hac autem voce utitur, quia quilibet ordo ecclesiasticus separatim habet ecclesiastica ministeria sorte quodammodo sibi attributa, quæ præterire nequit. Virtutes autem et actiones uno eodemque sensu accipere liceat, cum idem valeant : siquidem dicendi sunt doctrinaliter expiandi et illuminandi vim et efficaciam obtinere. Primum enim possumus, ac deinde agimus. Liceat quoque aliter distinguere, ac virtutes quidem accipere pro donis spiritalibus ac meritis ; actiones vero pro ministeriis ; perfectiones autem manifestum est, quod in constitutionibus seu ordinationibus accipiemus. S c enim in nostra quoque hierarchia quidquid incompositum et inornatum est, pure segregabitur, rectus autem ordo et ornatus demonstrabitur. Quoniam vero in omni hierarchia triplex est distinctio, sicut pulchre, ut existimo, jampridem ostendimus : siquidem omnis functio hierarchica dividitur in ipsas initiationes et mystas, et eos qui initiantur.

§ II. Itaque cœlestis quidem hierarchia **243** pro initiatione habet quam maxime immaterialem rerum divinarum intelligentiam, quantusque dari potest, divinæ imitationis statum ; pro mystis vero primas illas essentias : hæ enim ad inferiores divina munera benefice derivant ; inferiores autem virtutes sunt illæ quæ initiantur et consecrantur. Post cœlestem vero illam, nostram hanc hierarchiam divina bonitas constituens, quandoquidem infantes eramus, legalem hierarchiam indulsit, imbecillioribus nostris oculis lumen illis proportionatum per obscuras quasdam imagines affundens, quæ non ita dijudicatu facilem intelligentiam habebant. Quoniam vero dixit, omnem hierarchiam habere initiationem, et mystas, et initiatos, ad legalem cultum veniens istiusmodi triadem ostendere cupit. Initiatio itaque huic est, a typis ad spiritalem cultum traductio, quemadmodum etiam Theologus ille Gregorius asseverat : manuductores vero ad hanc, sive mystæ sunt, qui a Moyse, primo doctore ac ductore, edocti sunt tabernaculum illud non manu factum, secundum quod illam legalem hierarchiam describens, legalia illa figuras seu imagines appellabat : audivit enim : *Omnia facies secundum exemplar quod tibi monstratum est in monte* [a]. Initiati ve-

[a] Exod. xxv, 40.

§ I. Ταῦτα τὰ περὶ τοῦ θείου καὶ μυστικοῦ μύρου. καιρὸς δ' ἂν εἴη λοιπὸν μετὰ ταῦτα ἐκθέσθαι τὰς ἱερατικὰς τάξεις καὶ ἀποκληρώσεις. Τοῦτο δὲ λέγει διὰ τὸ ἑκάστην τάξιν ἱερατικὴν ἀφορισμένως ἔχειν τῆς ἱερατείας ὑπηρεσίας ἀποκεκληρωμένας οἷον αὐτῇ, ἃς ὑπερβῆναι οὐ δύναται. Δυνάμεις δὲ καὶ ἐνεργείας ἔνι μὲν λαβεῖν ἐφ' ἑνὸς νοήματος, ὡς ταὐτοδυνάμους· τὴν γὰρ τοῦ καθαίρειν καὶ φωτίζειν διδασκαλικῶς ἐνέργειαν λεκτέον καὶ δύναμιν. Πρῶτον γὰρ δυνάμεθα, καὶ οὕτως ἐνεργοῦμεν. Ἔστι δὲ καὶ ἑτέρως διαστείλασθαι, καὶ δυνάμεις μὲν ἐκλαβέσθαι τὰς πνευματικὰς δωρεὰς καὶ ἀξίας· ἐνεργείας δὲ τὰς λειτουργίας· τὰς δὲ τελειώσεις, πρόδηλον ὡς ἐπὶ τῶν καταστάσεων, ἤγουν χειροτονιῶν ἐκληψόμεθα. Οὕτω γὰρ καὶ ἐπὶ τῆς καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίας τὸ μὲν ἄτακτον καὶ ἀκόσμητον ἀμιγῶς διασταλήσεται, τὸ δὲ εὔταχτον καὶ κόσμιον ἀναφανήσεται. Ὅτι τοίνυν καὶ ἐπὶ πάσης ἱεραρχίας ἡ τριαδικὴ διαίρεσίς ἐστι, καλῶς καὶ πρώην, ὡς οἶμαι, παρεδηλώσαμεν· διαιρεῖται γὰρ πᾶσα ἱεραρχικὴ πραγματεία εἰς αὐτὰς δὴ τὰς τελετάς, εἰς τοὺς μύστας, καὶ εἰς τοὺς μυουμένους.

§ II. Οὐκοῦν ἡ μὲν οὐρανία ἱεραρχία τελετὴν ἔχει τὴν τῶν θείων ἀϋλοτάτην νόησιν, καὶ τὴν, ὡς ἐφικτὸν, θεομίμητον ἕξιν· μύστας δὲ τὰς πρωτίστας οὐσίας· αὗται γὰρ πρὸς τοὺς ὑποβεβηκότας ἀγαθοειδῶς τὰς θείας δωρεὰς μετοχετεύουσιν· αἱ δὲ ὑφειμέναι δυνάμεις μυούμεναί εἰσι καὶ τελούμεναι. Μετὰ γοῦν τὴν οὐρανίαν καθιστῶσα τὴν καθ' ἡμᾶς ἱεραρχίαν ἡ ἀγαθότης τοῦ Θεοῦ, ὅτε μὲν νήπιοι ἦμεν, τὴν κατὰ νόμον ἐδωρεῖτο ἱεραρχίαν ταῖς ἀσθενέσιν ἡμῶν ὄψεσιν ἐπιλάμπουσα τὸ ἀνάλογον φῶς διά τινων ἀμυδρῶν εἰκόνων, καὶ οὐκ εὐδιάκριτον ἐχόντων τὴν θεωρίαν. Ἐπειδήπερ εἶπεν, ὅτι πᾶσα ἱεραρχία τελετὴν ἔχει, καὶ μύστας, καὶ μυουμένους, ἐλθὼν ἐπὶ τὴν νομικὴν ἱερουργίαν, βούλεται δεῖξαι τὴν τοιαύτην τριάδα. Τελετὴ μὲν οὖν ταύτῃ ἐστὶν ἡ ἀπὸ τῶν τύπων ἐπὶ τὴν πνευματικὴν λατρείαν ἀναγωγή, καθὼς καὶ ὁ Θεολόγος ἀνάγει Γρηγόριος· χειραγωγοὶ δὲ πρὸς ταύτην, ἤγουν μύσται, οἱ ὑπὸ Μωσέως τοῦ πρώτου μύστου καὶ ἡγεμόνος μυηθέντες τὴν ἀχειροποίητον ἐκείνην σκηνήν, πρὸς ἣν ἱερογραφῶν τὴν κατὰ νόμον ἱεραρχίαν, εἰκόνα τὰ κατὰ νόμον ἐκάλει· ἤκουε γάρ· *Πάντα ποιήσεις κατὰ τὸν τύπον τὸν δειχθέντα σοι ἐν τῷ ὄρει*. Προτελούμενοι δὲ εἶεν ἄν, οἱ ἀπὸ ταύτης ἐπὶ τελεωτέραν ἀναγόμενοι μύησιν, ἣν καὶ ἀποπλήρωσιν τῆς πρώτης καὶ ἱερὰν λῆξιν αἱ Γραφαὶ λέγουσι. καθὸ

(26) Vide Scholia S. Maximi tom. II, cap. 5 *Eccles. hier.*

καὶ πληρωτὴς νόμου, οὐ καταλυτὴς ὁ Κύριος λέγεται· ὥσπερ καὶ ὁ ἐπὶ σκιάσματι εἰκόνος ἐπιτιθεὶς πολλάκις τὰ χρώματα γραφεὺς, πληρωτὴς τῆς εἰκόνος, οὐ καταλυτὴς λέγοιτ' ἄν. Εἰ δὲ δεῖ Παύλῳ πείθεσθαι πρὸς Ἑβραίους γράφοντι, ἔστι τι μέσον τῆς οὐρανίας ἐκείνης καὶ τῆς κατὰ νόμον λατρείας, ἡ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχία, τῇ μὲν οὐρανίᾳ κοινωνοῦσα, ὅτι καὶ αὐτὴ νοηταῖς θεωρίαις χρῆται· τῇ δὲ κατὰ νόμον, ὅτι καὶ αὐτὴ ὡς ἐκείνη αἰσθητοῖς συμβόλοις ποικίλλεται.

A ro erant, qui ab hac ad perfectiorem disciplinam traducebantur, quam et impletionem primæ sacramque sortem Scripturæ vocant, secundum quod etiam Dominus adimpletor legis, et non solutor dicitur [1]. Quemadmodum etiam pictor, qui dum umbræ imaginis sæpe colores addit, dicetur illam adimplere, et nequaquam solvere. Si vero Paulo credendum est ad Hebræos scribenti, medium quid inter cœlestem illum et legalem cultum nostra est hierarchia; quæ cum cœlesti quidem communicat, quod spiritalibus utatur contemplationibus; cum legali vero, quod ut illa quoque sensilibus signis variegetur.

§ III. Ἔχει δὲ καὶ αὐτὴ τὸ τρισσὸν τῆς ἱεραρχικῆς διαιρέσεως, διαιρουμένη εἴς τε τὰς τελετὰς καὶ εἰς τοὺς ὑπηρέτας τῶν θείων, καὶ ἱερεῖς, καὶ τρίτους εἰς τοὺς προσαγομένους ὑπ' αὐτῶν εἰς τὰ ἱερά. Ἑκάστη δὲ τούτων τριττῶς πάλιν διῄρηται. Τῶν γοῦν τελετῶν πρώτη ἡ κάθαρσις· δευτέρα τῶν καθαρθέντων ὁ φωτισμός· καὶ τρίτη ἡ συμπληρωτικὴ τῶν προτέρων τελείωσις. Πάλιν, ἡ τῶν ἱερουργῶν διακόσμησις πρώτως καθαίρει, εἶτα φωτίζει, καὶ ἔπειτα τελειοῖ. Οἱ διάκονοι καθαίρουσιν, οἱ πρεσβύτεροι φωτίζουσι, καὶ οἱ ἐπίσκοποι τελειοῦσι. Τῶν δὲ τελουμένων οἱ πρῶτοι καθαίρονται διὰ κατηχήσεων, οἱ δεύτεροι φωτίζονται διὰ τοῦ βαπτίσματος, καὶ οἱ τρίτοι τελειοῦνται τὴν τελειωτικὴν ἐπιστήμην λαμβάνοντες, ὧν ἐν τῷ φωτισμῷ θεωροὶ ἐγεγόνεισαν, ἐν μετουσίᾳ τῆς θείας Εὐχαριστίας γινόμενοι. Τὸ οὖν τριττὸν τῆς τῶν τελετῶν ἱερουργίας ὑμνεῖται· τὸ γὰρ θεῖον βάπτισμα ἀπεδείχθη καὶ κάθαρσις καὶ φωτισμός· ἡ δὲ κοινωνία τῆς μεταλήψεως, καὶ ἡ τοῦ μύρου τελετὴ, τῆς τελειωτικῆς γνώσεως καὶ ἐπιστήμης εἶεν γνωρίσματα, δι' ἧς ἱερῶς ἡ πρὸς τὸν Θεὸν κοινωνία τελεσιουργεῖται.

B C

§ III. Habet autem etiam ipsa triplicem hanc hierarchicam distinctionem, divisa in mysteria, et in divinorum mysteriorum administros ac sacerdotes, et in tertios illos qui ab his ad sacra promoventur. Quælibet autem horum functio denuo tripliciter dividitur. Initiationum itaque prima est expiatio, secunda, expiatorum illuminatio, et tertia, quæ priores complet perfectio. Item ordo initiantium primum expiat, deinde illuminat, ac postea perficit; diaconi expiant, sacerdotes illuminant, **244** episcopi perficiunt. Eorum autem qui initiantur, primi expiantur per catechesin, secundi illuminantur per baptismum, et tertii perficiuntur, cum perfectivam scientiam accipiunt eorum quæ in baptismo conspexerunt, divinæ eucharistiæ participes effecti. Triplex itaque sacramentorum sacra functio celebratur: nam divinus baptismus ostensus est esse expiatio et illuminatio, communionis autem participatio et unguenti mysteriorum notiones sunt perfectivæ cognitionis atque scientiæ, qua sacrosancte divina communio celebratur.

§ IV. Νῦν δὲ περὶ τῆς ἱερατικῆς λεκτέον διακοσμήσεως, καὶ ταύτης διαιρουμένης τριχῶς, εἰς κάθαρσιν, εἰς φωτισμὸν, εἰς τελείωσιν· νόμος ἐστὶν οὗτος ἁπάσης ἱεραρχίας πανίερος, τὸ διὰ τῶν πρώτων τὰ δεύτερα ἀνάγεσθαι. Ἢ γὰρ οὐ τοῦτο βλέπομεν, καὶ ἐπὶ τὰ αἰσθητὰ ταῦτα καὶ ὁρατά; (ταῦτα γὰρ στοιχεῖα καλεῖ·) ὡς ἐπὶ τοῦ ὑέλου ἔστιν ἰδεῖν τὸ φῶς δεχομένου, καὶ οὕτω φωτίζοντος· καὶ ἐπὶ τοῦ πυρὸς, ὅπερ καὶ πρότερον τῆς εὐκαταπρήστου ὕλης ἐπιδράττεται, καὶ διὰ ταύτης τὰς ἀνεπιτηδείους πρὸς μετουσίαν αὐτοῦ φύσεις ἐκπυροῖ. Διὰ τοῦτο καὶ πάσης εὐκοσμίας, κἂν τὴν οὐρανίαν εἴπῃς, κἂν τὴν καθ' ἡμᾶς, ἡ ἀρχὴ καὶ ἡ ἵδρυσις εἰς τοὺς πρώτους ἐνδίδωσιν, ὥστε ἰέναι τὰς θείας ἀκτῖνας, καὶ διὰ τούτων καὶ τοῖς ὑφειμένοις ἐπιφαίνεται.

D

§ IV. Nunc autem de ecclesiastico ordine dicendum est, qui cum etiam trifariam, in expiationem, illuminationem, perfectionem dividatur; lex hæc sacrosancta est omnis hierarchiæ, ut per prima secunda adducantur. Annon' etiam illud in rebus sensibilibus et aspectabilibus videmus? (hæc enim elementa vocat) ut in vitro perspicere licet, quod solem recipit, atque hoc modo illuminat; et in igne, qui prius ad materiam, quæ facile comburi potest, accedit, et per hanc etiam minus aptas ad eum recipiendum naturas exurit. Idcirco quoque omnis rectæ ordinationis, sive cœlestem sive nostram dixeris, principium ac sedes in primos ordines divinos suos radios emittit, atque per hos quoque inferioribus collucet.

§ V. Τούτων τῶν πρώτων ἐστὶ τὸ τοῖς δευτέροις ἀφθόνως μεταδιδόναι ὧν αὐτοὶ μετέσχον. Οὐκοῦν ἡ θεία τῶν ἱεραρχῶν τάξις πρώτη ἐστὶ καὶ ἀκροτάτη, καὶ ἐσχάτη ἡ αὐτή· πρώτη, ὅτι ἐξ ἐκείνης τοῖς ἄλλοις μεταδίδονται τὰ οἰκεῖα· ἐσχάτη, ὅτι εἰς αὐτὴν ἀποτελευτᾷ πᾶσα ἱερατικὴ διακόσμησις. Ὥσπερ γὰρ πᾶσα ἱεραρχία εἰς τὸν Σωτῆρα ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἀποπληροῦται, ὁ πρώτιστος γὰρ ἱεράρχης οὗτός ἐστιν· οὕτω καὶ ἑκάστη ἱεραρχία εἰς τὸν οἰκεῖον ἱεράρχην τὴν ἀναφορὰν ἔχει, ὡς αὐτοῦ διὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ταγμάτων πάντα ἐνερ-

§ V. Horum primorum est, posterioribus sine invidia communicare illa quorum ipsi sunt participes. Itaque divinus ordo pontificum idem est et primus et supremus, et ultimus: primus, quoniam ex eo cæteris quæ propria sunt donantur; ultimus, quoniam in ipsum omnis ecclesiasticus ordo desinit. Quemadmodum enim hierarchia omnis in Salvatore nostro Jesu Christo consummatur, ut qui primus hierarcha est; sic etiam quælibet hierarchia in proprium suum hierarcham refertur, ut qui omni

[1] Matth. v, 17.

per ordines sibi subditos operetur, quibus præbuit potestatem hæc agendi (ὁλότητας enim vocat omnes ordines, uti paulo post explicat); attamen præcipue pontifici, ut ipsemet peragat, et non per aliorum ministerium, attributa est unguenti sanctificatio, et altaris consecratio, et ecclesiasticorum ordinatio, quæ etiam perfectionis effectrices imagines divinæ potestatis vocavit : hæ enim sunt quæ divinissima quæque symbola perficiunt. Nisi enim sit unguentum, nisi sit altare, nisi sit **245** summus sacerdos, nihil etiam quod sit muneris sacerdotalis perficietur. Deinde, ac si quis objiceret, quomodo etiam baptisma per sacerdotes conferri possit, ait, neque hoc etiam perfecte per se sacerdotem operari; nam et antistite opus erit, ut unguento inungat baptizatum, siquidem hæc antiqua erat consuetudo. Quomodo autem etiam divina communio fiet non existente altari? Ubi erit sacerdos, nisi episcopus ipsum ordinaverit? Recte itaque diximus, tria hæc mysteria virtutes esse perfectivas, et singulariter episcopo attribui, id est particulariter, et semel simpliciter, non autem secundum quid ac partialiter.

A γοῦντος, οἷς καὶ παρέσχε τὴν δύναμιν τοῦ ταῦτα ἐνεργεῖν (ὁλότητας γὰρ πάσας τὰς τάξεις φησὶν, ὡς εὐθὺς ἐπεξηγεῖται)· τέως δὲ ὅμως ἐξαιρέτως τῷ ἱεράρχῃ πρὸς αὐτουργίαν, καὶ οὐ διὰ τῆς ἑτέρων ὑπουργίας, ἀποκεκλήρωται ὁ τοῦ μύρου ἁγιασμὸς, ἡ τοῦ θυσιαστηρίου καθιέρωσις, καὶ ἡ τῶν ἱερατικῶν χειροτονία, ἄτινα καὶ τελεσιουργοὺς εἰκόνας τῆς θείας δυνάμεως ἀπεκάλεσεν· αὐταὶ γὰρ εἰσιν αἱ ἀποτελειοῦσαι πάντα τὰ θειότατα σύμβολα. Εἰ γὰρ μὴ μύρον, εἰ μὴ θυσιαστήριον, εἰ μὴ ἀρχιερεὺς, οὐκ ἄν τι ἱερατικὸν ἐνεργηθήσεται. Εἶτα ὥσπερ τινὸς ἀνθυποφέροντος, ὅτι καὶ πῶς βάπτισμα διὰ τῶν ἱερέων τελεῖται, φησὶν, ὅτι οὐδὲ τοῦτο τελείως ἐνεργεῖ ὁ πρεσβύτερος· χρεία γὰρ τοῦ ἀρχιερέως ἔσται, εἰς τὸ χρῖσαι τῷ μύρῳ τὸν βαπτισθέντα· αὕτη γὰρ ἦν ἡ ἀρχαία συνήθεια. Πῶς δὲ B καὶ ἡ θεία κοινωνία γενήσεται, μὴ θυσιαστηρίου ὄντος; Ποῦ δὲ ἔσται ὁ ἱερεὺς, εἰ μὴ ἀρχιερεὺς αὐτὸν χειροτονήσει; Καλῶς ἄρα ἐλέγομεν, ὅτι ταῦτα τὰ τρία μυστήρια τελεσιουργικαὶ δυνάμεις εἰσὶ, καὶ ἰνιαίως τῷ ἀρχιερεῖ ἀπεκληρώθησαν, τοῦτ' ἔστι μονομερῶς καὶ ἁπαξαπλῶς, καὶ οὐ κατά τι καὶ μερικῶς.

§ VI. Quoniam divisit ecclesiasticum ordinem in perficientem, in illuminantem, in expiantem, modo tradit quid cuique ordini sit proprium. Ordo itaque episcopalis perficiendi vi pollet, et perficiens et perfectus, ac disciplinas, habitusque, ac virtutes sacrorum conferens. Ordo vero sacerdotum, sive presbyterorum, illuminandi munus obtinet, ad sacrorum conspectum manuducens eos qui initiantur, C dum sacris quidem ipse operatur, et per manus sacerdotum propria divinitatis opera exhibet : verum eos qui divinarum rerum scientiam adipiscendi desiderio tenentur, ad episcopum transmittit. Ministrorum vero, id est diaconorum, ordo est expiatorius, et discretor bonarum et malarum, sive personarum sive rerum; discernunt enim etiam tam personas accedentium, quam virtutes rerum, et qualia bona sint et qualia prava. Unde et ipsi quoque vetus vestimentum deponunt, quod veteris malitiæ symbolum refert, abluuntque et sistunt, et adducunt eum qui ad baptismum accedit; siquidem hæc omnia virtutis et ordinis sunt expiantis. Docent enim illos, ut rebus obscuris renuntiantes, D ad ea quæ illuminant adducantur. Adducit itaque expiatos, expiat imperfectos, fovet institutionibus, secernit sacros a profanis, fores custodit. Diaconi enim tunc fores habebant, nunc vero eas tenent subdiaconi. Lex itaque ecclesiastica diaconos foribus præficit, insinuans qualis et quali futurus sit ad sacra introitus, et virtutibus istis expiatricibus, ipsis, inquam, diaconis ad sacrorum aspectum introducendi munus committens, et per eosdem admittens illos quos ipsi sacrorum aspectu dignos judicaverint.

§ VI. Ἐπεὶ διεῖλε τὴν ἱερατικὴν διακόσμησιν εἰς τελειωτικὴν, εἰς φωτιστικὴν, εἰς καθαρτικὴν, ἤδη δίδωσι τὸ οἰκεῖον ἑκάστῃ τάξει. Ἡ γοῦν ἀρχιερατικὴ τὴν τελειωτικὴν ἔχει δύναμιν, τελεσιουργοῦσα τὰ τελεσιουργὰ, καὶ διδάσκουσα τὰς ἐπιστήμας τῶν ἱερῶν, καὶ τὰς ἕξεις, καὶ τὰς δυνάμεις· ἡ δὲ τῶν ἱερέων, ἤγουν τῶν πρεσβυτέρων, τάξιν τὴν φωτιστικὴν ἔχει, χειραγωγοῦσα εἰς τὰς ἐποψίας τοὺς τελουμένους, ὁρῶσα μὲν καὶ αὐτὴ, καὶ τὰς θεουργίας ὑποδεικνῦσα διὰ τῆς ἰδίας τῶν ἱερῶν μεταχειρίσεως, τοὺς δὲ τῆς ἐπιστήμης τῶν ἱερουργιῶν ἐφιεμένους τῷ ἱεράρχῃ παραπέμπουσα. Ἡ δὲ τῶν λειτουργῶν, δηλαδὴ τῶν διακόνων τάξις, καθαρτική ἐστι καὶ διακριτικὴ τῶν καλῶν καὶ τῶν χειρόνων, εἴτε προσώπων, εἴτε μὴν καὶ πραγμάτων· διακρίνουσι γὰρ καὶ τὰ τῶν προσιόντων πρόσωπα, καὶ τὰς τῶν πραγμάτων δυνάμεις, ποῖα καλὰ καὶ ποῖα χείρονα. Ὅθεν αὐτοί εἰσι καὶ οἱ ἀπογυμνοῦντες τῆς παλαιᾶς ἐσθῆτος, τῆς ἐχούσης σύμβολον τῆς παλαιᾶς κακίας· καὶ οἱ ὑπολύοντες, καὶ ἱστῶντες, καὶ μετάγοντες τὸν τῷ βαπτίσματι προσερχόμενον· ταῦτα γὰρ πάντα, τῆς καθαρτικῆς εἰσιν ἐνεργείας καὶ τάξεως. Ἐκδιδάσκουσι γὰρ αὐτοὺς, ἵνα, ἀποταξάμενοι τὰ ἀλαμπῆ, καταχθῶσιν ἐπὶ τὰ φωτιστικά. Ἀνάγει γοῦν τοὺς κεκαθαρμένους, ἀποκαθαίρει τοὺς ἀτελέστους, μαιεύεται ταῖς διδασκαλίαις, ἀποδιαστέλλει τῶν ἀνιέρων τοὺς ἱεροὺς, τὰς πύλας ἐπιτηρεῖ. Οἱ διάκονοι γὰρ τότε τὰς πύλας εἶχον, νῦν δὲ οἱ ὑποδιάκονοι. Ἐφίστησι τοίνυν τοὺς διακόνους ταῖς πύλαις ἡ ἀρχιερατικὴ νομοθεσία, αἰνισσομένη ὁποία καὶ ὁποίῳ ἔσται ἡ πρὸς τὰ ἱερὰ εἴσοδος, καὶ ἐγχειρίζουσα ταῖς καθαρτικαῖς δυνάμεσιν αὐτοῖς δὴ τοῖς διακόνοις τὴν ἐπὶ τὰς ἱερὰς ἐποψίας προσαγωγὴν, καὶ διὰ τούτων αὐτῶν εἰσδεχομένη, εἴπερ μαρτυρηθείεν, παρ' αὐτῶν δηλαδὴ τῆς ἐποψίας ἄξιοι.

**246** Summatim vero omnia repetendo ait, pontificem quidem perficere, sacerdotem autem illumi-

Ἀνακεφαλαιούμενος δὲ τὰ πάντα φησὶν, ὅτι ὁ μὲν ἀρχιερεὺς τελεστοῖ, ὁ δὲ ἱερεὺς φωτίζει, ὁ δὲ διάκονος

καθαίρει καὶ διακρίνει τὸν πιστὸν καὶ τὸν ἄπιστον, τὸν ἄξιον καὶ τὸν ἀνάξιον, ὅπερ ἰδίως ἔχουσιν οἱ ὑποδιάκονοι. Τέως δὲ ὁ μὲν ἐπίσκοπος, καὶ τὰ τῶν ὑφειμένων ποιεῖ, οὐ μὴν οἱ ἱερεῖς τὰ τῶν ἐπισκόπων· καὶ ἐκ τούτου σημειωθείη, ὡς ἕκαστον οὐ χρὴ κατατολμᾶν τῶν μειζόνων. Αἱ δὲ θειότεραι δυνάμεις καὶ τὰ τῶν ἡττόνων ἔχουσι, καὶ ἠδύνατο πάντα ποιεῖν ὁ ἐπίσκοπος· ἀλλ' ἐπειδὴ θείων εἰσὶν εἰκόνες ἐνεργειῶν αἱ ἱερατικαὶ διακοσμήσεις, δεικνύεται καὶ ἐν ταύταις τὸ εὔκοσμον καὶ ἀσύγχυτον. Πῶς δὲ κατὰ τὴν τάξιν τῶν θείων τὰ ἡμέτερα γίνονται, λέγει. Ὡς ἐπειδὴ ἡ θεαρχία τοὺς ἐν οἷς ἂν ἐγγένηται νόας, εἴτε ἀγγελικοὺς, εἴτε καὶ ἀνθρωπίνους, πρῶτον καθαίρει, εἶτα φωτίζει, καὶ ἔκτοτε τελειοῖ, καὶ ἔστιν ἀεὶ ἀπαράλλακτος καὶ ἐπὶ πᾶσιν ἡ τοιαύτη τάξις, καὶ οὐ μεταπίπτει ποτὲ πρὸς ἀλλοίαν κατάστασιν. Πῶς γὰρ φωτισθήσεται ὁ μὴ καθαρθείς; καὶ πῶς τελειωθήσεται ὁ μὴ φωτισθείς; Διὰ τοῦτο τὴν τοιαύτην τάξιν ἀπαράλλακτον μαθοῦσα ἡ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχία, διαιρεῖ ἑαυτὴν εἰς διακεκριμένας τάξεις τε καὶ δυνάμεις· καὶ τὸ κρεῖττον αὑτῆ παρ' ἑαυτῇ παρακατασχοῦσα, τὸ καθαίρειν καὶ τὸ φωτίζειν τοῖς ἑτέροις κατὰ τάξιν ἀπέδωκεν. Ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ τούτων ἱκανῶς ἐρρέθη, φέρε τὰς ἱερωτάτας αὐτῶν τελεώσεις ἐποπτεύσωμεν.

nare, diaconum vero expiare, ac segregare fidelem ab infideli, et dignum ab indigno, quod proprium est subdiaconorum. Interim episcopus etiam potest obire munera inferiorum, non tamen sacerdos ea quæ sunt episcoporum; ex quo significatur, quomodo nemo debeat majora se præsumere seu attentare. Cæterum virtutes quidem illæ superiores ea quæ inferiorum sunt, habent, et episcopus potest omnia. Quoniam tamen ecclesiasticæ descriptiones divinarum imagines sunt actionum, in illis ipsis quoque rectus ordo distinctioque ostenditur. Denique refert, quomodo hæc nostratia quoque secundum ordinem divinum fiant. Quippe cum illa summa Deitas mentes eas quibus se insinuat, sive angelicas sive humanas, primum expiet, deinde illuminet, atque exinde perficiat, ordo hic etiam semper est inviolatus, et in omnibus servatur, nec unquam invertitur aut in alium transmutatur. Quomodo enim illuminabitur is qui non est expiatus? et quomodo perficietur qui non est illuminatus? Idcirco cum hierarchia nostra sciat, istiusmodi ordinem esse invariatum, semetipsam distinguit in diversos ordines ac virtutes; et quod potissimum est, per semetipsam exsequens, illuminandi et expiandi munus cæteris secundum cujusque ordinem commisit. Sed quoniam de his satis dictum est, age, sacratissimas etiam eorum consecrationes consideremus.

## II. *Μυστήριον.*

Ὁ μὲν ἱεράρχης, προσαγόμενος εἰς τὸ χειροτονηθῆναι, ἄμφω τὼ πόδε κλίνας, ἐπὶ κεφαλῆς ἔχει τὰ θεῖα καὶ ἱερὰ Εὐαγγέλια, καὶ τὴν τοῦ χειροτονοῦντος χεῖρα, καὶ διὰ τῶν παναγεστάτων εὐχῶν ἀποτελειοῦται. Ὁ δὲ ἱερεὺς καὶ αὐτὸς ἄμφω κλίνει τὼ πόδε, καὶ τὴν τοῦ χειροτονοῦντος δεξιὰν ἐπὶ κεφαλῆς ἔχει, καὶ οὕτω καὶ αὐτὸς ταῖς ἱεροποιοῖς εὐχαῖς ἁγιάζεται. Ὁ δὲ διάκονος ἕνα τοῖν ποδοῖν κλίνας, ἐπὶ κεφαλῆς ἔχει καὶ αὐτὸς τὴν τοῦ χειροτονοῦντος δεξιάν, καὶ τελειοῦται ταῖς τῶν λειτουργῶν ἐπικλήσεσι, δηλονότι ταῖς λεγομέναις αἰτήσεσι, συννοουμένου ἔξωθεν καὶ ταῖς τοῦ ἱεράρχου εὐχαῖς. Κοινὸν δὲ τοῖς τρισίν ἐστι τὸ ἐπίπροσθεν τοῦ ἱεροῦ θυσιαστηρίου χειροτονεῖσθαι καὶ ἡ σταυροειδὴς σφραγὶς, καὶ ἡ τοῦ ὀνόματος ἀνάρρησις, καὶ ὁ τελειωτικὸς ἀσπασμός. Ὅρα δὲ ὅτι πάντας λέγει τοὺς ἐν τῷ ἱερατείῳ τὸν χειροτονούμενον ἀσπάζεσθαι.

## II. *Mysterium.*

Hierarcha quidem seu episcopus cum ad ordines suscipiendos adducitur, utrumque genu flectens, supra caput habet divina sacraque Evangelia, et manum consecrantis, ac sanctissimis precibus consecratur. Sacerdos autem utrumque etiam ipse genu flectit, et in capite habet dextram consecrantis, atque ita etiam ipse sanctificantibus precibus sanctificatur. Diaconus vero unum genu flectens, super caput habet et ipse dextram consecrantis, et consecratur invocationibus ministrorum, quæ videlicet in eorumdem consecratione adhiberi solent, hierarcha quoque precibus extrinsecus annuente. Illis tribus itaque commune est, ante divinum altare ordinari, et forma crucis signari, et nomen recitari, et in fine salutari. Observa vero quod dica', **247** omnes qui in sacrario sunt ordinatum salutare.

## III. *Θεωρία.*

§ I. Εἰς θεωρίαν εἰσβάλλων τῶν τελουμένων, πρῶτον τὰ κοινὰ τοῖς τρισὶ καὶ τὰ ἴδια ἑκάστῳ ἀπαριθμεῖται. Κοινὰ γοῦν ἡ ἐπὶ τοῦ θυσιαστηρίου χειροτονία, ἡ σταυροειδὴς σφραγὶς, ἡ τοῦ ὀνόματος ἀνάρρησις, καὶ ὁ τελειωτικὸς ἀσπασμός· ἰδίως δὲ τοῖς μὲν ἱεράρχαις ἐπιτίθεται τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον· τοῖς δὲ ἱερεῦσι τὸ κλίνειν ἐστὶ καὶ ἀμφοτέρους τοὺς πόδας· τοῖς δὲ λειτουργοῖς τὸ κλίνειν τὸν ἕτερον.

§ II. Λέγομεν οὖν πρῶτον περὶ τῆς κοινῆς πρὸς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον προσαγωγῆς τε καὶ ὑποπτώσεως· αἰνίσσεται γὰρ, ὅτι πάντες οὗτοι ὁλικῶς ἀνατιθέασι τῷ τελετάρχῃ Θεῷ τὴν ἰδίαν ζωὴν, ὁμοειδῆ κατὰ τὸ δυνατὸν ὀφείλουσαν εἶναι τῷ παναγεστάτῳ

## III. *Contemplatio.*

§ I. Aggrediens eorum qui consecrantur contemplationem, primum ea quæ tribus ordinibus communia, quæque cuilibet propria sunt, recenset. Communia igitur sunt, ordinatio ad divinum altare, formæ crucis signatio, et nominis recitatio, et finalis salutatio. Propria vero est episcopis sacri Evangelii impositio, sacerdotibus utriusque pedis inclinatio, diaconis alterutrius inflexio.

§ II. Dicimus itaque primum de communi illa ad altare sacrum adductione ac flexione, insinuari per hoc omnes illos consecrationis auctori Deo ex integro vitam suam consecrare, eamque, quoad fieri potest, conformem esse debere sanctissimo illi al-

tari, Salvatori scilicet, Christo ac Domino, qui consecrat mentes deiformes.

§ III. Manus autem impositio partim quidem designat divinam protectionem, quæ ad se accedentes tanquam filios paterne protegit; partim vero docet ita consecratos, tanquam sub Deo sacram suam functionem obire debere. Nam manus symbolum est operationis.

§ IV. Porro signum crucis designat omnium carnalium cupiditatum cessationem, divinæque vitæ imitationem ejus qui ad crucem et mortem venit. Episcopus autem nomen illius qui ordinatur proclamat, quoniam Deo charus ordinum collator tantum explicat divinam electionem, quia non favore, sed a Deo motus, ipsum elegit. Hæc enim promulgatio, manifestatio est divinæ voluntatis.

§ V. Hoc modo etiam legalis ordinum collator Moyses fratrem suum Aaron, quamvis eum sciret isto munere dignum, nequaquam elegit, donec divinitus ad hoc moveretur. Sed quid illum memoro? cum ipsemet primus ordinum collator ac vivificator Jesus ad Patrem clamet : *Pater, clarifica Filium tuum* [u], confirmationem quodammodo inde accipiens, tametsi Deus esset ac Dominus, et in vera gloria simul cum Patre et Spiritu sancto esse nosceretur. Si vero credimus ea quæ prophetæ locuti sunt, verba esse Dei, sicut vere sunt, et a Deo proferuntur; illud : *Tu es sacerdos in æternum* [v], et quæ sequuntur, nequaquam omnino Davidis esse dicimus, sed **248** dictum Dei : accipitur autem de Patre Filio suo testimonium perhibente sacerdotii illius æterni secundum ordinem Melchisedech. Et discipulos, tametsi Deus esset, non a semetipso proprie ordinavit, sed promisit se missurum iis a Patre Spiritum sanctum. Quin et ipsemet princeps apostolorum, una cum decade discipulorum, quando duodenarium illum implere volebat, nequaquam a semetipso ordinabat quemcunque vellet, sed dicebat : *Ostende quem elegeris* [x]; et illum accipiebat quem Spiritus sanctus ostenderat, Matthiam inquam. De divina vero sorte in Actis alii quidem alia tradiderunt, interim tamen non sancte istiusmodi sortes acciperemus, quales sæpe etiam ethnici ponebant, sicut apud Homerum jaciebat Gerenius eques Nestor. Ego autem dico, sortem fuisse signum aliquod revelationis, aut afflationis sanctissimi Spiritus, quod cadebat super eum qui sortiebatur. Unde etiam de Iscariota maximus ille Petrus ait : *Et acceperat nobiscum sortem ministerii hujus* [y]; quanquam usitata vulgo sors non fuit adhibita a Domino cum apostolos elegit. Denique ad propositum dicimus, episcopum a sanctissimo Spiritu motum electiones facere debere.

§ VI. Porro omnes, etiam ipsemet ordinum collator, ordinatum salutant; quoniam cum hoc modo mens sancta, divina vocatione et ecclesiasticis in-

A θυσιαστηρίῳ, τῷ Σωτῆρι Χριστῷ καὶ Δεσπότῃ, τῷ καθιεροῦντι τοὺς θεοειδεῖς νόας.

§ III. Ἡ δὲ τῆς χειρὸς ἐπίθεσις ὁμοῦ μὲν ἐμφαίνει τὴν ἐκ Θεοῦ σκέπην, τὴν φυλάττουσαν πατρικῶς ὡς παῖδας τοὺς αὐτῷ προσανέχοντας· ἅμα δὲ διδάσκει καὶ τὸ ἐποφειλόμενον ἔχειν τοὺς τελεσθέντας τὴν ἑαυτῶν ὑπηρεσίαν τελεῖν ὡς ὑπὸ Θεῷ πράττοντας· σύμβολον γὰρ ἡ χεὶρ πράξεως.

§ IV. Ἡ δὲ σταυροειδὴς σφραγὶς τὴν ἀνενεργησίαν τῶν σαρκικῶν παθῶν, καὶ τὴν θεομίμητον ζωὴν ἐμφαίνει τῇ πρὸς αὐτὸν μιμήσει, ὃς μέχρι σταυροῦ καὶ θανάτου ἐλήλυθεν. Ἀναβοᾷ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ χειροτονουμένου ὁ ἱεράρχης, ὅτι ὁ φιλόθεος ἱεροτελεστὴς μόνον ἐκφαίνει τὴν θείαν ἐκλογήν, ὅτι οὐ χάριτι, ἀλλ' ὑπὸ Θεοῦ κινούμενος αὐτὸν ἐξελέξατο· τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ἐκφώνησις, ἡ ἔκφανσις τῆς θείας βουλῆς.

§ V. Οὕτω καὶ ὁ νομικὸς ἱεροτελεστὴς Μωϋσῆς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἀαρὼν, καὶ εἰδὼς ἄξιον τῆς ὑπουργίας, οὐκ ἐξελέξατο, ἕως οὗ θεόθεν ἐκινήθη εἰς τοῦτο. Καὶ τί λέγω περὶ τούτου; αὐτὸς ὁ πρῶτος ἱεροτελεστὴς ὁ ζωαρχικὸς Ἰησοῦς πρὸς τὸν Πατέρα βοᾷ· *Πάτερ, δόξασόν σου τὸν Υἱόν*· τὴν ἐπικύρωσιν ὡσανεὶ ἐκεῖθεν δεχόμενος, καίτοι Θεὸς ὢν καὶ Δεσπότης, καὶ ἐν τελείᾳ δόξῃ ἅμα τῷ Πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι γνωριζόμενος. Εἰ δὲ πιστεύομεν, ὅτι τὰ ὑπὸ προφητῶν λαλούμενα ῥήματά εἰσι Θεοῦ, καθὼς καὶ εἰσὶ, καὶ ἀπὸ Θεοῦ λέγονται· τὸ, *Σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα*, καὶ τὰ ἑξῆς, οὐ τοῦ Δαυὶδ πάντως φήσομεν εἶναι, ἀλλὰ τοῦ ἐπὶ πάντων Θεοῦ· ἐκλαμβάνεται δὲ ὡς ἀπὸ τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν ἐπιμαρτυροῦντος τούτῳ τὴν εἰς αἰῶνα ἱερωσύνην κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. Καὶ τοὺς μαθητὰς, καίτοι Θεὸς ὢν, οὐκ αὐτὸς ἐχειροτόνησε ἰδίως ἀφ' ἑαυτοῦ, ἀλλ' ἐπηγγείλατο πέμπειν παρὰ τοῦ Πατρὸς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ μὴν καὶ αὐτὸς ὁ τῶν μαθητῶν κορυφαῖος μετὰ τῆς δεκάδος τῶν μαθητῶν, ἐπεὶ ἤμελλεν ἀναπληροῦν τὴν δωδεκάδα, οὐκ ἀφ' ἑαυτοῦ ἐχειροτόνει ὃν ἂν ἐβούλετο, ἀλλ' ἔλεγεν· *Ἀνάδειξον ὃν ἐξελέξω*· κἀκεῖνον ἐδέξατο ὃν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀνέδειξε, τὸν Ματθίαν φημί. Περὶ δὲ τοῦ θείου κλήρου τοῦ ἐν ταῖς Πράξεσιν, ἕτεροι μὲν ἄλλα εἰρήκασι, τέως οὐκ εὐαγῶς ἐκλαβόμενοι ἴσους κλήρους, οὓς πολλάκις ἐτίθουν, καὶ Ἕλληνες κατὰ τὸ παρ' Ὁμήρῳ *πάλλεν δὲ Γερήνιος ἱππότα Νέστωρ*. Ἐγὼ δὲ λέγω, σύμβολόν τι ἐξ ἀποκαλύψεως ἢ ἐνεργήματος τοῦ παναγίου Πνεύματος πῖπτον ἐπὶ τὸν κληρούμενον ὁ κλῆρος ἦν. Ὅθεν καὶ περὶ τοῦ Ἰσκαριώτου φησὶν ὁ μέγιστος Πέτρος, ὅτι *Ἔλαβε σὺν ἡμῖν τὸν κλῆρον τῆς διακονίας ταύτης*· καίτοι συνήθης τοῖς πολλοῖς κλῆρος οὐκ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων γέγονεν ὑπὸ τοῦ Κυρίου τοῦ ἐπιλεξαμένου αὐτούς. Πλὴν πάλιν τὸ προκείμενον λέγομεν, ὅτι χρὴ τὸν ἱεράρχην κινούμενον παρὰ τοῦ παναγίου Πνεύματος τὰς ἐκλογὰς ποιεῖσθαι.

§ VI. Πάντες δὲ ἀσπάζονται, καὶ αὐτὸς ὁ χειροτονήσας, τὸν τελεσθέντα· διότι ὅταν τοιουτοτρόπως ἀπὸ θείας κλήσεως καὶ ἱερατικῶν δυνάμεων πρὸς

[u] Joan. xvii, 1. [v] Psal. cix, 4 [x] Act. i, 24. [y] Ibid., 17.

ἱερωσύνην ἀφίκηται νοῦς ἱερὸς (καὶ σημείωσαι, ὅτι ὥσπερ πρῶτος ὁ νοῦς ἐλλάμπεται ἐπὶ τῶν θείων δωρεῶν, οὕτω καὶ πρῶτος ὁ νοῦς τὴν ἱεροτελεστίαν δέχεται, ὡς θεῖον δῶρον καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον), ἐραστός ἐστι τοῖς ὁμοταγέσι, καὶ ἐρῶν καὶ ἐρώμενος· ὑποδηλοῦται γὰρ ἐντεῦθεν τὸ κοινωνικὸν καὶ ἡ ἐπ' ἀλλήλοις ὡς ὁμοειδέσιν ἐραστὴ εὐφροσύνη· χαίρει γὰρ τῷ ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον.

A structa virtutibus ad sacerdotium accedit (et observa, quod sicut primum mens divinis donis illustratur, sic etiam prima consecrationem suscipit, tanquam divinum quoddam munus, et homine sublimius), amabilis exsistit æqualibus, dum amat et amatur : hinc enim æqualium illa communicatio amabilis mutuaque lætitia insinuatur. Simile enim simili gaudet.

§ VII. Ἐπίκειται δὲ τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον τῷ εἰς ἀρχιερέα τελουμένῳ· διότι πᾶσα δύναμις καὶ ἐπιστήμη δίδοται τούτῳ· καὶ περίκειται τούτῳ τὰ περιεκτικὰ παντὸς ἱεροῦ καὶ λόγου καὶ ἔργου ὡς ὁλοκλήρως πάσης μεθέξοντι τῆς ἱεραρχικῆς δυνάμεως, καὶ μὴ μόνον καθ' αὑτὸν ἐλλαμφθησομένῳ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἄλλοις τῶν δωρημάτων μεταδώσοντι.

§ VII. Imponitur autem Evangelium illi qui in episcopum consecratur; quia omnis ipsi potestas et scientia traditur, ipsique, tanquam universæ potestatis hierarchicæ ex integro participi, insunt quæcunque sacro quolibet sive verbo sive opere continentur; ut qui non in semetipso tantum illustratus sit, verum etiam aliis istiusmodi dona largiatur.

B

§ VIII. Τί δέ ἐστιν, ὅτι ὁ μὲν ἀρχιερεὺς ἄμφω τὼ πόδε κλίνων, ὅμως ἔχει ἐπὶ κεφαλῆς αὐτοῦ τὸ θεῖον Εὐαγγέλιον· ὁ δὲ ἱερεὺς κλίνει καὶ αὐτὸς ἄμφω τὼ πόδε μόνον, ὁ δὲ διάκονος θάτερον τῶν ποδῶν; Συνελὼν λέγω, ὅτι ἐπειδὴ τρεῖς εἰσιν αἱ τελειωτικαὶ δυνάμεις, καθαρτική, φωτιστική, καὶ τελειωτική· καὶ ὁ μὲν διάκονος ἔχει τὴν μίαν, ὁ δὲ πρεσβύτερος ταύτην τε καὶ τὴν φωτιστικήν, ὁ δὲ ἀρχιερεὺς σὺν αὐταῖς καὶ τὴν τελειωτικήν· διὰ τοῦτο ὁ διάκονος, ὡς ἔχων τὴν καθαρτικὴν μόνην, θάτερον τῶν ποδῶν κλίνει· ὁ δὲ ἱερεύς, ὡς ἔχων σὺν αὐτῇ καὶ τὴν φωτιστικήν, καὶ ἄμφω τὼ πόδε κλίνει· ὁ μέντοι γε ἱεράρχης κλίνει καὶ αὐτὸς ἄμφω τὼ πόδε, καθαρτικὸς ὢν καὶ φωτιστικός· ἔπειτα, ἐπεὶ καὶ τελειωτικός ἐστι, καὶ ἀπὸ τῶν θείων Εὐαγγελίων τὴν τελείωσιν ποιεῖται, διὰ τοῦτο ἐπιτίθεται τούτῳ καὶ τὸ ἱερὸν Εὐαγγέλιον. Τέως δὲ ἁπαξαπλῶς ἡ τῶν ποδῶν κλίσις δηλοῖ, ὅτι, εἰ καὶ προσάγοντές εἰσιν, ὁ μὲν ἐν τῷ καθαίρειν, ὁ δὲ ἐν τῷ καθαίρειν ἅμα καὶ τῷ φωτίζειν, ὁ δὲ ἐν τούτοις ἅμα καὶ τῷ τελεισῦν, ἀλλ' οὖν ὑποκείμενοί εἰσι τῷ Θεῷ, καὶ αὐτῷ ὑποτιθεῖσι τὸν προσαγόμενον.

§ VIII. Quid autem sibi vult, quod episcopus utrumque genu flectens, simul in capite divinum habet Evangelium, sacerdos vero utrumque etiam genu flectit, verum diaconus alterum duntaxat? Comprehensim **249** dico, quod cum tres sint virtutes perfectioni servientes, scilicet expians, illuminans et consummans, et diaconus quidem primam habeat, sacerdos autem præter hanc, etiam illuminantem, episcopus vero una cum his obtineat consummantem : idcirco diaconus, tanquam qui expiantem solam habet, alterum genu flectit; sacerdos vero, ut qui cum hac etiam illuminantem teneat, utrumque genu flectit, denique episcopus flectit et ipse utrumque genu, ut qui expiandi et illuminandi vi polleat : ad hæc vero, cum etiam perficiendi vi prædituς sit, et a divinis Evangeliis perfectionem conferat, idcirco ipsi quoque sacrum Evangelium imponitur. Cæterum universim illa pedum inclinatio declarat, quod etsi ductores sint, hic quidem ad expiationem, ille vero ad expiationem simul et illuminationem, denique alius præterea ad perfectionem, attamen subjecti sint Deo, ipsique subjiciant eum quem adducunt.

C

---

# ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ϛ'.

I. *Περὶ τῶν τελουμένων τάξεων.*

# CAPUT VI.

I. *De ordinibus qui initiantur.*

## SYNOPSIS CAPITIS.

*Prima parte capitis dicit.* I. *Quinam ordines expientur.* II. *Quinam illuminentur.* III. *Quinam perficiantur, inter quos sunt monachi primi. — Secunda parte tradit quo ritu monachi consecrentur. Tertia parte subjungit contemplationem; in qua exponit* I. *Cur monachi non flexis genibus, sed stantes consecrentur.* II. *Quid sibi velit eorum renuntiatio.* III. *Quid crucis signatio.* IV. *Quid prioris vestis depositio.* V. *Quid sacra communio.* VI. *Explicat quanam ratione cœlestes ordines expientur.*

## § I.

Αὗται μὲν αἱ ἱερατικαὶ τάξεις τε καὶ ἀποκληρώσεις, δυνάμεις τε αὐτῶν καὶ ἐνέργειαι καὶ τελειώσεις· τὴν δὲ ὑπ' αὐτὰς τριάδα τῶν τελουμένων τάξεων ἑξῆς ἀφηγητέον.

Λέγομεν τοίνυν[94], ὅτι καθαιρόμεναι μέν εἰσι τάξεις

D

Atque ni quidem sunt sacri ordines eorumque distributiones ac virtutes et operationes atque consecrationes : triplex modo genus ordinum initiandorum superest exponendum.

Dicimus igitur, ordines illos qui expiantur, esse

## VARIÆ LECTIONES.

[94] λέγωμεν τοίνυν, M. P.

turbas illas quæ a sacris functionibus et consecrationibus segregantur, quarum superius mentionem fecimus : quorum alius quidem a sacris arcetur, quod adhuc a ministris ad vitalem partum verbis obstetricantibus foveatur atque efformetur; alter vero, quod etiamnum ad eam, a qua defecit, vitæ sanctimoniam adhortatoria sermonum bonorum disciplina revocetur; alius autem, quod adhuc contrariis pavoribus ignaviter terreatur, atque potentibus **250** eloquiis corroboretur; alius vero, quod adhuc ab operibus perversis ad sacras actiones traducatur; alius, quod jam traductus quidem sit, sed nondum constantiam in divinis immutabilibusque scientiis sit consecutus. Hi enim sunt ordines qui cura ministrorum et purgandi vi expiantur, quos ad hoc ministri sacris suis virtutibus provehunt, ut perfecte purgati, ad illuminantem illustrissimorum sacrificiorum contemplationem et communionem traducantur.

A αἱ τῶν ἱερουργιῶν καὶ τελετουργιῶν [95] ἀποδιαστελλόμεναι πληθύες, ὧν ἤδη μνήμην ἐποιησάμεθα· τῆς μὲν, ὡς ἔτι πρὸς τῶν λειτουργῶν τοῖς μαιευτικοῖς λογίοις πρὸς ζωτικὴν ἀπότεξιν μορφουμένης τε καὶ διαπλαττομένης· τῆς δὲ, ὡς ἔτι πρὸς τὴν ἱεράν, ἧς ἀπέστη ζωῆς ἀνακικλησκομένης τῇ τῶν ἀγαθῶν λογίων ἐπιτρεπτικῇ [96] διδασκαλίᾳ· τῆς δὲ, ὡς ἔτι πρὸς τῶν ἐναντίων πτοιῶν ἀνάνδρως ἐκδειματουμένης, καὶ πρὸς τῶν δυναμοποιῶν λογίων ἐπιῤῥωννυμένης· τῆς δὲ, ὡς ἔτι πρὸς τὰς ἱερὰς ἐνεργείας ἐκ τῶν χειρόνων μεταγομένης· τῆς δὲ, ὡς μεταχθείσης [97] μὲν, οὔπω δὲ τὸ πανάγνως ἀνεπίστροφον ἐν θειοτέραις ἕξεσι καὶ ἀσαλεύτοις ἐσχηκυίας. Αὗται γάρ εἰσιν αἱ καθαιρόμεναι τάξεις ὑπὸ τῆς λειτουργικῆς μαιεύσεως καὶ καθαρτικῆς δυνάμεως· ταύτας οἱ B λειτουργοὶ ταῖς ἱεραῖς αὐτῶν δυνάμεσι τελεσιουργοῦσι πρὸς τὸ τελέως [98] ἐκκαθαρθείσας αὐτὰς εἰς τὴν φωτιστικὴν τῶν φανοτάτων ἱερουργιῶν θεωρίαν τε καὶ κοινωνίαν μεταχθῆναι [99]

## § II.

Medius autem ordo est is qui sacrorum quorumdam aspectu gaudet, atque eorumdem pro modulo suo in omni puritate particeps exsistit, qui luminis, accipiendi gratia sacerdotum curæ est commissus. Perspicuum est enim, ut arbitror, hunc ab omni labe nefaria expiatum, et castam atque immobilem mentis suæ sedem adeptum, ad contemplandi scientiam atque virtutem sacerdotum opera promoveri, divinissimisque, quibus illi fas est, sacramentis C communicare, in quorum contemplationibus communionibusque omni sacro gaudio repletur, et ad divinum eorumdem scientiæ amorem per anagogicas virtutes pro virili suo subvolat. Hunc ergo sanctæ plebis ordinem appello; quippe qui per omnem expiationem eo pervenerit, ut sacrosancto præstantissimorum sacramentorum aspectu et communione, quantum fas est, dignus sit habitus.

Μέση δὲ τάξις ἐστὶν ἡ θεωρητικὴ καί τινων ἱερῶν ἀναλόγως ἐν καθαρότητι πάσῃ κοινωνὸς, ἡ τοῖς ἱερεῦσιν εἰς τὸ φωτίζειν αὐτὴν ἀπονεμηθεῖσα. Καὶ γάρ ἐστιν, ὡς οἶμαι, δῆλον, ὡς ἡ καθαρθεῖσα πάσης ἀνιέρου κηλίδος, καὶ πάναγνον ἐσχηκυῖα τὴν τοῦ οἰκείου νοὸς ἀκίνητον ἵδρυσιν, ἐπὶ τὴν θεωρητικὴν ἕξιν καὶ δύναμιν ἱερουργικῶς [100] μετάγεται, καὶ κοινωνεῖ τοῖς κατ' αὐτὴν θειοτάτοις συμβόλοις, ἐν ταῖς θεωρίαις αὐτῶν καὶ κοινωνίαις, ἁπάσης ἱερᾶς εὐφροσύνης ἀποπληρουμένη, καὶ πρὸς τὸν θεῖον τῆς ἐπιστήμης αὐτῶν ἔρωτα ταῖς ἀναγωγικαῖς αὐτῶν δυνάμεσιν ἀναλόγως ἀναπτερουμένη. Ταύτην ἐγώ φημι τὴν τοῦ ἱεροῦ λαοῦ τάξιν, ὡς διὰ πάσης ἐλληλυθυῖαν καθάρσεως, καὶ τῆς ἱερᾶς τῶν φανοτάτων τελετῶν ἐποψίας καὶ κοινωνίας, ὡς θεμιτὸν, ἠξιωμένην.

## § III.

Summus vero eorum omnium qui perficiuntur est ordo sacer monachorum, cum et omni piaculo, tota vi, omnique actionum suarum sanctimonia sit expiatus, et omnis mysterii, quod quidem ei fas sit D aspicere, spectator particepsque sit factus, traditusque perficienti pontificum ordini, cujus divinis illustrationibus pontificiisque institutis sacrorum ad se spectantium mysteriorum consecrationes eruditus, ab eorumdem sacra scientia ad perfectissimam pro suo modulo perfectionem evehatur. Hinc sancti præceptores nostri divinis eos appellationibus sunt prosecuti; alii quidem therapeutas, seu *cultores*, alii vero monachos, cum a sincero Dei æmulatu

Ἡ δὲ τῶν τελουμένων ἁπασῶν ὑψηλοτέρα τάξις ἡ τῶν μοναχῶν ἐστιν ἱερὰ διακόσμησις, πᾶσαν μὲν ἀποκεκαθαρμένην κάθαρσιν, ὁλικῇ δυνάμει καὶ παντελεῖ τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ἀγνότητι, πάσης δὲ, ὅσης θεμιτὸν αὐτῇ, θεωρεῖν ἱερουργίας, ἐν ναερᾷ θεωρίᾳ καὶ κοινωνίᾳ γεγενημένη, καὶ ταῖς τῶν ἱεραρχῶν τελειωτικαῖς δυνάμεσιν ἐγχειριζομένη, καὶ ταῖς ἐνθέοις αὐτῶν ἐλλάμψεσι καὶ ἱεραρχικαῖς παραδόσεσιν ἐκδιδασκομένη τὰς ἐποπτευθείσας τῶν κατ' αὐτὴν ἱερῶν τελετῶν ἱερουργίας, καὶ πρὸς τῆς ἱερᾶς αὐτῶν ἐπιστήμης ἀναλόγως εἰς τελειοτάτην ἀναγομένη τελείωσιν. Ἔνθεν οἱ θεῖοι καθηγεμόνες ἡμῶν ἐπωνυμιῶν αὐτοὺς ἱερῶν ἠξίωσαν, οἱ μὲν θε-

### VARIÆ LECTIONES.

[95] ἱερουργικῶν, P. λειτουργιῶν, M. [96] ἐπιστρεπτικῇ, P. [97] μεταταχθείσης, P. [98] τελείως, S. P. [99] μεταταχθῆναι, S. D. ita etiam Viennensis codex. [100] ἱερουργῶς, M.

ραπευτὰς, οἱ δὲ μοναχοὺς ὀνομάζοντες [1], ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ καθαρᾶς ὑπηρεσίας καὶ θεραπείας, καὶ τῆς ἀμερίστου καὶ ἑνιαίας ζωῆς, ὡς ἑνοποιούσης αὐτοὺς ἐν ταῖς τῶν διαιρετῶν ἱεραῖς συμπτύξεσιν, εἰς θεοειδῆ μονάδα καὶ φιλόθεον τελείωσιν· διὸ καὶ τελεστικὴν αὐτοῖς ἐδωρήσατο χάριν ἡ ἱερὰ θεσμοθεσία, καί τινος αὐτοὺς ἠξίωσεν ἀφιερωτικῆς ἐπικλήσεως, οὐχ ἱεραρχικῆς (ἐκείνη γὰρ ἐπὶ μόναις γίγνεται ταῖς ἱερατικαῖς τάξεσιν), ἀλλ' ἱερουργικῆς ὑπὸ τῶν ὁσίων ἱερέων τῇ ἱεραρχικῇ τελετουργίᾳ δευτέρως ἱερουργουμένης.

A atque cultu, tum ab individua et singulari vita denominantes, quippe quæ sanctis rerum dividuarum conjunctionibus ipsos ad deiformem quamdam unitatem Deoque gratam perfectionem adducat : qua de causa quoque lex sancta perficientem eis gratiam indulsit, eisque consecrantem quamdam adhibet **251** invocationem, non quidem pontificiam, ea enim in solis sacris ordinibus adhibetur, sed consecratoriam aliquam, quæ a sanctis sacerdotibus in hierarchica initiatione secundo loco adhibetur.

II. *Μυστήριον μοναχικῆς τελειώσεως.*

Ὁ μὲν ἱερεὺς ἕστηκεν ἐμπροσθεν τοῦ θείου θυσιαστηρίου, τὴν μοναχικὴν ἐπίκλησιν ἱερολογῶν. Ὁ δὲ τελούμενος ὀπίσω τοῦ ἱερέως ἕστηκεν, οὐκ ἄμφω τὼ πόδε κλίνων, οὐχ ἕνα τοῖν ποδοῖν, οὐκ ἐπὶ κεφαλῆς ἔχων τὰ θεοπαράδοτα λόγια, μόνον δὲ τῷ ἱερεῖ παρεστὼς ἱερολογοῦντι τὴν ἐπ' αὐτῷ μυστικὴν ἐπίκλησιν. Τελέσας δὲ αὐτὴν ὁ ἱερεὺς, ἐπὶ τὸν τελούμενον ἐλθὼν, ἐπερωτᾷ πρῶτον αὐτὸν, εἰ πάσαις ἀποτάσσεται ταῖς διαιρεταῖς οὐ μόνον ζωαῖς, ἀλλὰ καὶ φαντασίαις. Εἶτα τὴν τελειοτάτην αὐτῷ ζωὴν ὑφηγεῖται, μαρτυρούμενος, ὅτι χρὴ τῆς μέσης αὐτὸν ὑπερανεστηκέναι [2]. Ταῦτα δὲ πάντα τοῦ τελουμένου προσεχῶς ὁμολογήσαντος, τῷ σταυροειδεῖ τύπῳ σφραγισάμενος αὐτὸν ὁ ἱερεὺς, ἀποκείρει, τὴν τρισσὴν τῆς θείας μακαριότητος ἐπιβοήσας ὑπόστασιν, καὶ τὴν ἐσθῆτα πᾶσαν ἀπαμφιέσας, ἑτέραν ἀμφιέννυσι, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἱερῶν [3] ἀνδρῶν, ὅσοι πάρεισιν, ἀσπασάμενος, αὐτὸν κοινωνὸν ἀποτελεῖ τῶν θεαρχικῶν μυστηρίων.

B

C

II. *Mysterium monasticæ consecrationis.*

Sacerdos quidem stat ante altare, monasticam sancte recitans invocationem ; is autem qui consecratur stat post sacerdotem, nec utrumque neque etiam alterum genu flectit, nec supra caput habet Scripturas a Deo traditas, sed tantum astat sacerdoti supra illum mysticam invocationem prosequenti. Qua finita, sacerdos ad eum accedens, rogat ipsum primum, an omnibus rebus dividuis renuntiet, non solum vitis, verum etiam imaginationibus. Deinde exponit illi vitam perfectissimam, contestans illum debere mediam vivendi rationem superare. Quæ ubi omnia is qui initiatur continenter professus est, sacerdos eum signo crucis consignatum tondet, tres personas divinæ beatitudinis invocando, omnique veste detracta, eum alia induit, et cum aliis viris sanctis astantibus ipsum salutans, participem facit divinorum mysteriorum.

III. *Θεωρία.*

§ I.

Τὸ μηδένα τοῖν ποδοῖν κλίνειν, μηδ' ἐπὶ κεφαλῆς ἔχειν τὰ θεοπαράδοτα λόγια, παρεστάναι δὲ τῷ ἱερεῖ τὴν ἐπίκλησιν ἱερολογοῦντι, δηλοῖ τὴν μοναχικὴν τάξιν οὐκ εἶναι προσαγωγικὴν ἑτέρων, ἀλλ' ἐφ' ἑαυτῆς ἑστῶσαν ἐν μοναδικῇ καὶ ἱερᾷ στάσει, ταῖς ἱερατικαῖς ἑπομένην τάξεσι, καὶ πρὸς αὐτῶν, ὡς ὀπαδὸν, ἐπὶ τὴν θείαν τῶν κατ' αὐτὴν ἱερῶν ἐπιστήμην εὐπειθῶς ἀναγομένην.

III. *Contemplatio.*

§ I.

Quod neutrum genu inflectat, neque capiti impositas habeat divinitus traditas Scripturas, sed assistat sacerdoti precationem recitanti, declarat, ordinis monastici non esse, alios adducere, sed penes semetipsum manentem in solitario sacroque statu sacerdotales ordines sequi, et ab iis, tanquam asseclam eorum, ad divinam sacrorum quæ illum attingunt scientiam facile traduci.

§ II.

Ἡ δὲ τῶν μεριστῶν οὐ μόνον ζωῶν, ἀλλὰ μὴν καὶ φαντασιῶν ἀποταγὴ, τὴν τελειοτάτην [4] ἐμφαίνει τῶν μοναχῶν φιλοσοφίαν, ἐν ἐπιστήμῃ τῶν ἑνοποιῶν ἐντολῶν ἐνεργουμένην. Ἔστι γὰρ, ὡς ἔφην, οὐ τῆς μέσης τῶν τελουμένων τάξεως, ἀλλὰ τῆς πασῶν ὑψηλοτέρας. Διὸ καὶ πολλὰ τῶν πρὸς τῆς μέσης τάξεως ἀκατακρίτως ἐνεργουμένων ἀπείρηται τρόπῳ παντὶ τοῖς ἑνιαίοις μοναχοῖς, ὡς πρὸς τὸ ἓν αὐτῶν ὀφειλόντων ἑνοποιεῖσθαι, καὶ πρὸς ἱερὰν μονάδα συνάγεσθαι, καὶ πρὸς τὴν ἱερατικὴν, ὡς θεμιτὸν, ἀπομορφοῦσθαι ζωὴν, ὡς τὸ

D Porro divisarum non solum vitarum, verum etiam cogitationum renuntiatio, perfectissimam illam monachorum philosophiam declarat, quæ ex unificorum mandatorum scientia conflatur. Est enim, ut dixi, non medii ordinis eorum qui initiati sunt baptismo, sed celsioris omnibus ordinibus. Quamobrem multa ex iis, quæ a medio ordine sine reprehensione fiunt, monachis istis **252** singularibus omnino interdicta sunt, quippe qui cum uno conjungi debeant, et cum sacra monade copulari, et ad sa-

VARIÆ LECTIONES.

[1] ὀνομάσαντες, D. P. [2] ὑπανεστηκέναι, D. [3] ἱερέων, M. τελεωτάτην, S. P. Variat perpetuo scriptura hujus vocis, sive nomen, sive verbum, sive adverbium sit. Semel hoc intellige, ne longior sim.

cerdotalem, quantum fas est, vitam efformari, tanquam qui præ cæteris initiatis, cum hoc ordine in plurimis conveniunt, majoremque affinitatem habent.

A συγγενὲς αὐτῆς ἔχουσαν ἐν πολλοῖς, καὶ μᾶλλον αὐτῇ παρὰ τὰς λοιπὰς τῶν τελουμένων τάξεις πλησιάζουσαν.

## § III.

Signum vero figuræ crucis, ut dictum est, designat omnium carnalium desideriorum privationem. Tonsura porro capillorum, vitam omnino indicat nullatenus fucatam, neque figuris fictis ascititiisve, quibus mentis deformitas tegatur, calamistratam; sed per seipsam non humanis ornamentis, sed singularibus ac unificis virtutibus ad divinam penitus conformitatem evectam.

Ἡ δὲ τοῦ σταυροειδοῦς τύπου σφραγὶς, ὡς ἤδη παρ' ἡμῶν εἴρηται, δηλοῖ τὴν πασῶν φμοῦ τῶν σαρκικῶν ὀρέξεων ἀνενεργησίαν. Ἡ δὲ τῶν τριχῶν ἀπόκαρσις ἐμφαίνει τὴν καθαρὰν καὶ ἀσχημάτιστον ζωὴν οὐκ ἐπιπλάστοις σχήμασι τὸ κατὰ νοῦν δυσειδὲς ἐπιθετικῶς καλλωπίζουσαν, ἀλλ' αὐτὴν ἐφ' ἑαυτῆς οὐκ ἀνθρωπικοῖς κάλλεσιν, ἀλλ' ἑνιαίοις καὶ μοναχοῖς [5] εἰς τὸ θεοειδέστατον ἀναγομένην.

## § IV.

Prioris autem vestis detractio, et alterius assumptio, significat a media sancta vita ad perfectiorem traductionem, sicut in divina illa regeneratione vestis immutatio declarabat expiatæ vitæ ad contemplandi et intelligendi statum transmigrationem et evectionem. Quod si modo quoque tam sacerdos quam astantes omnes viri sancti initiatum consalutent, ex hoc sanctam intellige virorum deiformium societatem, amice sibi mutuo divina cum lætitia congratulantium.

B Ἡ δὲ τῆς προτέρας ἐσθῆτος ἀποβολὴ, καὶ τῆς ἑτέρας λῆψις, τὴν ἀπὸ μέσης ἱερᾶς ζωῆς ἐπὶ τὴν τελειοτέραν μετάταξιν ἐμφαίνει, καθάπερ ἐπὶ τῆς ἱερᾶς θεογενεσίας ἡ τῆς ἐσθῆτος ἀμειψις ἐδήλου τὴν ἀποκαθαιρομένης ζωῆς εἰς θεωρητικὴν καὶ φωτιστικὴν ἕξιν ἀναγωγήν [6]. Εἰ δὲ καὶ νῦν ὁ ἱερεύς τε καὶ πάντες ὅσοι πάρεισιν ἱεροὶ, τὸν τετελεσμένον ἀσπάζονται, τὴν ἱερὰν τῶν θεοειδῶν ἐννόησον κοινωνίαν, ἀγαπητικῶς ἐν εὐφροσύνῃ θείᾳ συνηδομένων ἀλλήλοις.

## § V.

Sub finem denique sacerdos initiatum invitat ad præcipuam illam Dei communionem, sancte per hoc indicans, eum qui initiatus est, si vere ad monasticum illud singulare institutum pervenerit, non solum eorum quæ ad ipsum pertinent sacrorum spectatorem fore, nec ea duntaxat ratione qua medius ordo ad sanctissimorum sacramentorum communionem accessurum; verum etiam divina illorum quæ percepit sacramentorum cognitione fretum, alio modo quam sanctus populus ad divinæ communionis participationem promovendum. Hanc utique ob causam, sacris etiam ordinibus, sub finem eorumdem sanctissimæ consecrationis, divinissimæ eucharistiæ communio traditur a pontifice qui illos consecravit; non ideireo solum, quod divinorum perceptio mysteriorum sit summa quædam cujuslibet hierarchicæ participationis, verum etiam, ut omnes sacri ordines ipsius, quod communicatur divinissimi muneris pro captu suo participes exsistant, ad suæ deificationis promotionem atque perfectionem. Conclusum igitur a nobis quod sanctæ quidem initiationes sint expiatio, et illuminatio, et perfectio; ministri vero sint ordinis expiatorii, sacerdotes **253** illustrantis, pontifices denique deiformes, consummantis. Ordo autem qui expiatur sacrorum aspectu atque communione frustratur, quod adhuc

Ἐν τέλει δὲ πάντων ὁ ἱερεὺς ἐπὶ τὴν θεαρχικὴν κοινωνίαν καλεῖ τὸν τετελεσμένον, ἐμφαίνων ἱερῶς, ὡς ὁ τελεσθεὶς, εἴπερ ἀληθῶς ἐπὶ τὴν μοναχικὴν ἀφίκοιτο καὶ ἑνιαίαν ἀναγωγὴν [7], οὐ θεωρητικὸς μόνον ἔσται τῶν κατ' αὐτὸν ἱερῶν, οὐδὲ κατὰ μέσην τάξιν ἐπὶ τὴν κοινωνίαν ἥξει τῶν ἱερωτάτων συμβόλων, ἀλλὰ μετὰ θείας τῶν ὑπ' αὐτοῦ μετεχομένων ἱερῶν γνώσεως ἑτέρῳ τρόπῳ παρὰ τὸν ἱερὸν λαὸν ἐπὶ τὴν μετάληψιν ἥξει τῆς θεαρχικῆς κοινωνίας. Διὸ καὶ ταῖς ἱερατικαῖς τάξεσιν, ἐν ταῖς ἱεροτελεστικαῖς αὐτῶν ἁγιαστείαις, ἐν τέλει τῶν ἱερωτάτων αὐτῶν ἀφιερώσεων, ἡ τῆς ἁγιωτάτης εὐχαριστίας κοινωνία μεταδίδοται πρὸς τοῦ τελέσαντος αὐτὰς ἱεράρχου· οὐ μόνον ὅτι τῶν θεαρχικῶν μυστηρίων ἡ μετάληψις ἑκάστης ἱεραρχικῆς μεθέξεώς ἐστι τὸ κεφάλαιον, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτῆς τῆς κοινωνικῆς καὶ θειοτάτης [8] δωρεᾶς ἀναλόγως αὐταῖς καθ' ἑκάστην αἱ ἱεραὶ πᾶσαι τάξεις μετέχουσι πρὸς τὴν οἰκείαν αὐτῶν τῆς θεώσεως [9] ἀναγωγὴν καὶ τελείωσιν. Συνῆκται τοίνυν ἡμῖν, ὡς αἱ μὲν ἅγιαι τελεταὶ κάθαρσίς εἰσι καὶ φωτισμὸς καὶ τελείωσις· οἱ δὲ λειτουργοὶ καθαρτικὴ τάξις, οἱ δὲ ἱερεῖς φωτιστική· τελεστικὴ δὲ οἱ θεοειδεῖς ἱεράρχαι. Καθαιρομένη δὲ τάξις ἡ τῆς ἱερᾶς ἐποψίας καὶ κοινωνίας ἀμέτοχος, ὡς ἔτι καθαιρομένη. Θεωρητικὴ δὲ τάξις ὁ ἱερὸς λαός. Τετελεσμένη δὲ τάξις ἡ τῶν ἑνιαίων μοναχῶν. Οὕτω γὰρ ἡ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχία, ταῖς θεοπαραδότοις τάξεσιν ἱερῶς εὐ-

VARIÆ LECTIONES.

[5] μονάχοις, Ch. P. [6] καὶ ἀναγωγήν, Ch. [7] ἀφίκετο, εἰ ἀγωγήν, D. S. et Vien. [8] κοινωνίας, Ch. M. καὶ θείας, D. [9] θέσεως, M. S.

θετουμένη, ταῖς οὐρανίαις ἱεραρχίαις ὁμοειδὴς ἐστι, τοὺς θεομιμήτους αὐτῆς ὡς ἐνάνδρασιν ἀποσώζουσα [10] καὶ θεοειδεῖς χαρακτῆρας.

A expiationi vacet. Ordo autem cui sacrorum aspectus indulgetur, pius est populus. Ordo autem perfectus est singularium monachorum. Ita enim hierarchia nostra ordinibus a Deo traditis sancte digesta, conformis est cœlestibus hierarchiis, dum deiformes notas signaque Deum exprimentia pro viribus conservat.

## § VI.

Ἀλλ' ἐρεῖς, ὅτι ταῖς οὐρανίαις ἱεραρχίαις ἐλλείπουσι πάντως αἱ καθαιρόμεναι τάξεις (οὐ γὰρ θεμιτὸν, οὐδὲ ἀληθὲς εἰπεῖν, ὡς ἔστι τις οὐρανία διακόσμησις ἐναγής)· ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν ἀλώβητοι παντελῶς εἰσι, καὶ τὸ πάναγνον ὑπερκοσμίως ἔχουσιν, ὁμολογήσαιμι πάντως, εἰ μὴ παντελῶς ἀποπέσοιμι τοῦ ἱερωτάτου νοός. Εἰ γάρ τις αὐτῶν ὑπὸ κακίας ἑάλω, τῆς μὲν οὐρανίας καὶ ἀμιγοῦς ἀποπεπτώκει τῶν θείων νοῶν ἁρμονίας, εἰς τὴν ἀλαμπῆ δὲ τῶν ἀποστατικῶν πληθύων ἐφέρετο πτῶσιν. Ἀλλ' ἔστιν εἰπεῖν ἱερῶς ἐπὶ τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας, ὅτι κάθαρσίς ἐστι ταῖς ὑφειμέναις οὐσίαις ἡ παρὰ Θεοῦ τῶν τέως ἀγνοουμένων ἔλλαμψις, ἐπὶ τελειοτέραν αὐτὰς ἐπιστήμην ἄγουσα τῶν θεαρχικῶν γνώσεων, καὶ τῆς ἀγνοίας ὧν οὔπω τὴν ἐπιστήμην εἶχον, οἷον [11] ἀποκαθαίρουσα διὰ τῶν πρώτων καὶ θειοτέρων οὐσιῶν ἀναγομένας εἰς τὰς ὑπερτέρας [12] τῶν θεοπτιῶν [13] καὶ φανοτέρας μαρμαρυγάς· οὕτω καὶ φωτιζόμεναι τάξεις εἰσὶ καὶ τελούμεναι, καὶ καθαρτικαὶ, καὶ φωτιστικαὶ, καὶ τελεστικαὶ κατὰ τὴν οὐρανίαν ἱεραρχίαν, ὡς τῶν ὑπερτάτων καὶ θειοτέρων οὐσιῶν, τὰς ὑφειμένας ἱερὰς καὶ οὐρανίας διακοσμήσεις ἀγνοίας μὲν ἁπάσης ἀποκαθαιρουσῶν (ἐν τάξεσι καὶ ἀναλογίαις τῶν οὐρανίων ἱεραρχιῶν), πληρουσῶν δὲ αὐτὰς τῶν θειοτάτων ἐλλάμψεων, καὶ τελειουσῶν [14] ἐν τῇ παναγεστάτῃ τῶν θεαρχικῶν νοήσεων ἐπιστήμῃ. Καὶ γὰρ ἤδη πρὸς ἡμῶν εἴρηται, καὶ τοῖς λογίοις θειωδῶς [15] διηγόρευται, τὸ μὴ ταὐτὰς εἶναι πάσας τὰς οὐρανίας διακοσμήσεις, ἐν πάσαις ταῖς ἱεραῖς τῶν θεοπτικῶν ἐλλάμψεων ἐπιστήμαις· ἀλλ' ἐκ Θεοῦ μὲν ἀμέσως τὰς πρώτας, δι' ἐκείνων [16] δὲ πάλιν ἐκ Θεοῦ τὰς ὑφειμένας, ἀναλόγως αὐταῖς ἐλλάμπεσθαι τὰς φανοτάτας τῆς θεαρχικῆς ἀκτῖνος αὐγάς.

Sed objicies, in cœlestibus hierarchiis non esse ordines qui expientur (nefas enim et falsum est dicere, cœlestem quampiam distinctionem esse sceleri obnoxiam); ego vero, nisi a sanctissima prorsus mente aberrem, omnino affirmarim, cœlestes essentias esse penitus immaculatas, atque supramundiali modo omnem habere puritatem. Nam si quæ in vitium prolapsa sit, continuo etiam a cœlesti illa purissimaque divinarum mentium harmonia defecit, et ad obscuram apostaticæ turbæ ruinam pertinet. Sancte tamen etiam fateri liceat, in cœlesti hierarchia, rerum quas hactenus ignorarunt, illustrationem inferioribus naturis esse quamdam velut expiationem, qua et ad perfectiorem rerum divinarum scientiam adducuntur, et a rerum, quarum hactenus scientia caruerunt, ignoratione quodammodo purgantur, dum a primis et divinioribus essentiis ad sublimiores clarioresque divinarum contemplationum illustrationes promoventur: atque ita in cœlesti hierarchia etiam ordines sunt qui illustrantur et qui perficiuntur, sicut qui purgant, et qui illustrant, et qui perficiunt; sic ut naturæ, quæ supremæ ac cæteris diviniores, subordinatas sibi sacras ac cœlestes adornationes ab omni quidem ignoratione (modis scilicet cœlestibus istis hierarchiis accommodatis) purgent; impleant vero ipsas divinissimis illustrationibus, perficiantque liquidissima divinarum intelligentiarum scientia. Etenim jam a nobis dictum est, et ab eloquiis divinis pronuntiatum, non easdem esse omnes cœlestes descriptiones, neque pares in omnibus istis sacris divinarum illustrationum scientiis, sed ex Deo quidem immediate primas, per illas autem rursum ex Deo inferiores, pro ipsarum modulo et captu lucidissimis divini radii splendoribus illuminari.

## 254 ADNOTATIONES CORDERII.

Parte prima, § I. *Dicimus igitur ordines illos qui expiantur*, etc. Nota, catechumenos, peccatores, energumenos et pœnitentes, uti supra cap. 3 declaratum est, a sacris arceri, donec a diaconis sufficienter fuerint expiati. Nam (uti ex hoc loco Dionysii docet S. Thomas, parte III, quæstione 64, art. 1, ad 1, et quæst. 67, art. 1), ad diaconos pertinebat munus expiandi, id est, ejicere immundos, et fideles disponere per admonitiones, ut a sacerdotibus deinde illuminentur, ac digne sacramenta suscipiant.

§ II. *Medius autem ordo*, etc. Intelligit ordinem laicorum, qui baptismo tantum initiati sunt: hi enim medii sunt inter catechumenos qui purgantur ad baptismum, et inter communicantes qui perficiuntur. Hunc autem ordinem plebis sanctæ vocat et contemplativæ; quia nimirum ad contuitum divinorum symbolorum admittitur, cum sit ad illuminandum sacerdotibus commissus, ut fiat aliquarum intelligentiarum pro captu suo et dignitate particeps, quod etiamnum per sacerdotes in concionibus et catholicis institutionibus fit, quæ non debent nimis esse sublimes, sed ad piæ plebis captum accommodatæ, ut hic sanctus Dionysius commendat. Neque enim omnia plebi propalanda sunt, cum nec Moyses neque septuaginta illi arcanæ legis intelligentiæ periti, illam secretam legis intelligentiam in vulgus profuderint.

### VARIÆ LECTIONES.

[10] ἀνασώζουσα, S. [11] οἷον non habent D. S. [12] ὑπερτάτας, D. P. [13] θεοπτικῶν P. S. [14] καὶ τελειώσεων, S. [15] θεοειδῶς, D. [16] ἐκείνας.

§ III. *Summus vero eorum omnium qui perficiuntur est ordo sacer monachorum.* Nota, sanctum Dionysium, cum dicit ordinem monachorum esse celsiorem omnibus ordinibus, eumdem non conferre cum diaconis, qui primi purgant; neque cum presbyteris, qui secundi et medii illuminant, et multo minus cum episcopis, qui tertii et summi perficiunt, sed cum ordinibus eorum qui adhuc purgantur, ex quibus primi sunt catechumeni, qui purgantur ad baptismum per catechesin; secundi, qui sunt in peccato, qui purgantur per doctrinam Scripturæ sanctæ, ut recedant a peccato; tertii sunt energumeni, qui purgantur exorcismis, ut resistant fortiter diabolo et terroribus ejus; quarti sunt publici pœnitentes, qui purgantur, ut non revertantur ad peccatum. His omnibus ordinibus, quin et laicis iis qui sacerdotum doctrinis illuminantur, et sacramentorum participatione perficiuntur, perfectior est ordo monachorum; quia ut monachi sunt, ratione instituti monastici mortui sunt mundo, et *carnem suam cum vitiis et concupiscentiis crucifixerunt* [z]; unde tanquam laicis perfectiores digniorem quoque in ecclesia locum tenent, scilicet prope januas templi, loco proximo post eos qui sunt ordinis ecclesiastici, uti S. Dionysius infra in Epistola *ad Demophilum monachum* scribit.

Ibidem. *Alii quidem therapeutas seu cultores, alii vero monachos*, etc. Notandum, vitæ monasticæ professores sive cultores, a Græcis Patribus quinque potissimum nominibus appellari solitos, scilicet μοναχοὺς, θεραπευτὰς, ἀσκητὰς, ἱκέτας, φιλοσόφους, id est monachos, cultores Dei vel animæ suæ; pugiles seu exercitatores (qua voce Basilius utitur, et sermones suos *De rebus monasticis* appellat asceticos); supplices (scilicet a præcipuo munere eorum, quod est Deum exorare); philosophos, ita eos appellat S. Chrysostomus et Nilus, qui rationem dat, eo quod illos deceat contemnere res temporales, et sapientiæ totos se dedere.

Isidorus lib. VII *Etymol.* cap. 13, et lib. II *De offic. eccles.*, cap. *De monac is*, tria eorum genera constituit, eremitarum nempe, anachoretarum et cœnobitarum: at enim, si Græca nomina consideremus, eosdem prorsus eremitas esse atque anachoretas comperiemus, unde Isidorus tria genera monachorum nomine potius, quam reipsa et vitæ instituto, distinguit. Propterea Cassianus, collat. 18, cap. 4, duo tantum genera bonorum monachorum, videlicet cœnobitarum et anachoretarum, discernit. Eremita enim vocatur, qui in desertis et solitudinibus habitans solitarie vivit; anachoreta vero, qui in solitudinem aliumve desertum locum disjunctum ac remotum ab hominibus vivendi causa secedit. Quare duo tantum monachorum genera constituenda sunt, nempe eremitarum, qui et iidem propemodum sunt qui anachoretæ, et cœnobitarum. Eremitæ igitur sunt, uti diximus, qui solitarie vivunt in montibus, agris, aliisve locis desertis; cœnobitæ vero, qui in unum locum seu conventum aggregati et conjuncti communiter vivunt, a communi quam profitentur vita sic appellati.

Porro monachi vocabulum licet prima sua notione solitarium designet, proindeque idem sit monachus qui eremita vel anachoreta, usu tamen et consuetudine latius usurpari cœpit, ita ut sit commune eremitarum et cœnobitarum. Nomen autem hoc derivat hic Dionysius a vita indivisibili et singulari, qua ad deiformem monadem colliguntur: unde monachi nomen proprie convenit illis qui vitæ contemplativæ **255** dediti sunt. Alii enim religiosi qui in populo versantur, et episcoporum pastorumque coopitulatores sunt in concionibus et sacramentorum administratione, quales sunt ii quos Mendicantes dicimus et Prædemonstratenses, non monachi, sed regulares, a certa vivendi norma nuncupantur.

Parte secunda describit ritum monasticæ consecrationis: unde patet jam inde a temporibus apostolorum, quorum discipulus et coætaneus fuit Dionysius, statum illum in Ecclesia primitiva fuisse celebratum, et non quarto demum post Christum natum sæculo, quod hæretici contendunt, exordia sumpsisse, et partim casu, ut aiunt, partim errore et prava imitatione cœpisse; quin potius ab ipsomet Christo Domino, inter alia salutis monita, eam vivendi formulam suggestam esse, qua homines facilius ad vitam æternam devenirent. Nam adolescenti interroganti quid faciendo vitam æternam consequeretur, postquam præceptorum observantiam ad id necessariam dixisset, et de eorumdem custodia alter non laboraret, ut qui omnia a juventute servaverat, addit: *Si vis perfectus esse, vade, vende quæ habes et da pauperibus* [a], etc. E quibus verbis, juxta B. Augustinum, perfectio Christianæ religionis addiscitur. Hinc tempore apostolorum cœpit religio multitudine credentium propagari: ipsorum enim *erat cor unum, et anima una: nec quisquam eorum, quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erant illis omnia communia. Quotquot enim possessores agrorum aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ vendebant, et ponebant ante pedes apostolorum* [b]. Et ne quis obstrepat, nullam hic promissionem aut votum intervenisse, contrarium suadet objurgatio S. Petri facta Ananiæ et Saphiræ, quod defraudassent de pretio agri venditi, dicebat enim: *Cur tentavit Satanas cor tuum, mentiri te Spiritui sancto, et fraudare de pretio agri? Non es mentitus hominibus, sed Deo* [c]. Statimque de utroque mortis supplicium sumptum est. Quod certe neque dixisset Petrus, neque tam horribili pœna eos affixisset Deus, nisi interposita fuisset obligatio. Recte igitur de illo sæculo Hieronymus ad locum citatum ait: Talis primum credentium fuit Ecclesia, quales nunc monachos esse videmus. Satis igitur verisimile est, temporibus apostolorum monasteria exstitisse: nam legimus de S. Matthæo, quod in Æthiopia regis filiam; de S. Paulo, quod Theclam in Græcia; de S. Clemente, quod Domitillam cum pluribus aliis Deo consecrarunt. S. Martham quoque scimus in Gallia monasteria erexisse; S. Marcum insignia clericorum collegia Alexandriæ instituisse; aliosque apostolorum successores alibi: prout luculenter idem describunt, una cum cæremoniis ac ritibus personarum locorumque consecrationi adhiberi solitis, præter Dionysium, Philo Judæus, Eusebius, Rufinus et alii, quos Suarez in tractatu *De religione*, Azor, Medina, Platus citant. Plura qui volet de statu religioso, videat apud S. Thomam 2-2, quæstione 186, et ejusdem commentatores.

---

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (27).

§ I. Aggressurus mysterium monasticæ consecrationis, cum etiam monachi unus ordo sint eorum A

§ I. Μέλλων εἰσβαλεῖν τῷ μυστηρίῳ τῆς μοναχικῆς τελειώσεως, ἐπεὶ καὶ οἱ μοναχοὶ ἓν τάγμα τῶν τελου-

[z] Galat. v, 24. [a] Matth. XIX, 21. [b] Act. IV, 32. [c] Act. V, 3.

(27) Vide Scholia S. Maximi, tom. II, cap. 6 *Eccles. hier.*

μένων ἐστὶν, ἀνακεφαλαιούμενος τὰς τῶν τελούντων τρεῖς τάξεις, τῶν ἱεραρχῶν, τῶν πρεσβυτέρων, τῶν διακόνων, ὧν ἑκάστῃ ἀποκεκλήρωται ἡ προσήκουσα δύναμις καὶ ἐνέργεια, ἡ καθαρτικὴ, φημὶ, ἡ φωτιστικὴ, καὶ ἡ τελειωτικὴ· εἰ μὴ γὰρ δυνηθεῖεν, οὐκ ἂν ἐνεργήσειε. Λέγει καὶ περὶ τῶν τελουμένων τάξεων, αἵτινές εἰσι καθαιρόμεναι, φωτιζόμεναι, τελειούμεναι· τοιγαροῦν εἰσιν αἱ τῶν κατηχουμένων καὶ τῶν ἐνοχλουμένων καὶ ἔτι τῶν ἐμπαθῶν, καὶ τῶν ἐν μετανοίᾳ πληθύες, ἔστι μὲν εἰπεῖν καὶ κατ' ἀριθμὸν τῶν ἁπλουστέρων, ἐπειδὴ ἐπὶ πλέον τὸ κακὸν, ἐπ' ἔλαττον δὲ τὸ ἀγαθόν ἐστι. Ἔστι δὲ καὶ κρειττόνως εἰπεῖν, ὅτι ἐπειδὴ τοὺς τῷ Θεῷ προσεγγίζοντας ὡς ἑνουμένους τῷ ἑνὶ ἑνοειδεῖς φησιν, εἰκότως οἱ τοῦ ἑνὸς ἀφιστάμενοι, πληθύες ῥηθεῖεν ἄν· καὶ ὅσῳ πορρώτερον, τοσοῦτόν γε πληθυνθήσονται· εἰ καὶ μὴ κατ' ἀριθμόν εἰσιν ἐκτεταμένοι, ἀλλ' ὀλίγοι τινὲς καὶ εὐαρίθμητοι. Διαιρῶν οὖν τὰς τῶν καθαιρομένων τάξεις, τοὺς μὲν κατηχουμένους λέγει μαιεύεσθαι παρὰ τῶν διακόνων, καὶ μορφοῦσθαι εἰς ζωτικὴν τὴν διὰ τῆς κολυμβήθρας ἀπότεξιν· τοὺς δὲ ἐμπαθεῖς ἀναλαλεῖσθαι διὰ τῆς τῶν λογίων ἀναγνώσεως· τοὺς δὲ ἐνοχλουμένους παρὰ τῶν ἐναντίων φόβων ἐπιῤῥωννύεσθαι· τοὺς ἐν μετανοίᾳ ἐκ τῶν χειρόνων μετάγεσθαι, καὶ τοὺς μὴ παντελῶς καθαρθέντας λαμβάνειν τὸ πρὸς τὰ χείρονα ἀνεπίστροφον. Ὑποδιασταλτέον δὲ εἰς τὸ, *οὔπω δέ*, καὶ ἔξωθεν ἐκληπτέον τὸ, *τελέως καθαρθείσης*· οὕτω γὰρ τὸ τῆς ἐννοίας σωθήσεται.

A qui consecrantur, tres illos sacros ordines recenset, scilicet episcoporum, sacerdotum et diaconorum, quorum cuilibet virtus conveniens et operatio est attributa, expiandi, inquam, illuminandi et perficiendi; nisi enim virtute præstarent, nil efficerent. Agit etiam de ordinibus qui consecrantur, ut sunt isti, qui expiantur, illuminantur, perficiuntur; siquidem sunt etiam catechumenorum, et obsessorum, et impotentium et pœnitentium turbæ, sic enim eas liceat appellare respectu numeri innoxiorum, quoniam malum est frequentius, et bonum rarius. Vel potius dicendum, quod cum ad Deum accedentes, tanquam illi uni conjunctos, etiam uniformes vocet, merito qui ab uno illo distant turbæ seu multitudines appellentur, **256** quantoque magis distant, tanto magis multiplicentur; licet secundum numerum non extendantur, sed pauci sint et numeratu faciles. Eorum itaque qui expiantur ordines distinguens, catechumenos quidem ait foveri a diaconis, et ad vitalem partum per lavacrum efformari; passionibus vero obnoxios revocari ait per oraculorum lectionem; eos vero qui contrariis pavoribus vexantur, confirmari; pœnitentes a malis reduci, et qui non omnino puri sunt hoc accipere, ne in deteriora relabantur. Subdistinguendum vero illud *οὔπω δέ*, *sed nondum*, et subintelligendum, *perfecte expiati*; sic enim sensus magis integer erit.

§ II. Εἰπὼν δὲ περὶ τῶν καθαιρομένων τάξεων, ἃς παρὰ τῶν διακόνων εἶπε μαιεύεσθαι, καὶ εἰς ὑποδοχὴν τοῦ φωτὸς εὐτρεπίζεσθαι, ἤδη διαλαμβάνει καὶ περὶ τῆς τῶν φωτιζομένων τάξεως, ἣν καὶ μέσην φησὶ, τῆς τε δηλαδὴ καθάρσεως καὶ τῆς τελειώσεως· καὶ θεωρητικὴν λέγει, ὡς ἠξιωμένην τῆς θείας θεωρίας καὶ ἐποψίας· λέγει δὲ τοὺς ἐν τῷ ἱερῷ λαῷ ὁλοκλήρους καὶ ἀνεπιτιμήτους· οὗτοι γὰρ, ἀποκαθαρθέντες, τοῖς φωτίζουσιν ἐγχειρίζονται. Καὶ γάρ ἐστι δῆλον, ὡς ἡ καθαρθεῖσα τάξις πάσης κηλῖδος, καὶ τὴν τοῦ νοὸς κίνησιν ἀπὸ παντὸς πάθους διαφυλάξασα ἐπὶ τὴν θεωρητικὴν ἕξιν ἀνάγεται, καὶ κοινωνεῖ τοῖς συμβόλοις ἐν θεωρίᾳ καὶ μετοχῇ αὐτῶν γινομένη, καὶ δι' ἀναγωγῆς ἀναπτεροῦται καθ' ὅσον ἔνι πρὸς τὸν θεῖον αὐτῶν ἔρωτα. Ὅσῳ γὰρ τὰ σύμβολα ἀναπτύσσονται, καὶ τὸ ἀπόκρυφον θεωρεῖται, τοσούτῳ ποθεῖ ὁ μετέχων κατά τινα θεῖον καὶ ἀπόῤῥητον ἔρωτα. Εἰπὼν περί τε τῶν καθαιρομένων, περί τε τῶν φωτιζομένων τάξεων, ἐπειδὴ κατὰ τούτους ἡ τῶν τελουμένων ἐστίν. Εἰσὶ δὲ μετὰ πολλοὺς τρόπους οἱ τελούμενοι· καὶ γὰρ καὶ οἱ τῷ βαπτίσματι τελειούμενοι, καὶ οἱ τῶν θείων μυστηρίων μετέχοντες, καὶ οἱ ἱερωσύνην περιτιθέμενοι, καὶ οἱ μοναχικῆς ἀξιούμενοι καταστάσεως, ἅπαντες ὑπὸ τὴν τάξιν τῶν τελουμένων εἰσίν.

§ II. Locutus vero de ordinibus qui expiantur, quos a diaconis foveri dixit, et ad luminis susceptionem præparari, modo agit de ordine illorum qui illuminantur, quem et medium appellat, scilicet inter expiationem et perfectionem, et speculativum vocat, tanquam divina contemplatione et aspectu dignum habitum; intelligit autem eos qui in sacro populo integri et irreprehensibiles exsistunt: hi enim expiati accedunt ad ea quæ illuminant. Et enim manifestum est, ordinem illum omni jam macula expiatum, et mentis motum ab omni perturbatione cohibentem, ad contemplativum habitum adduci, atque ipsismet symbolis, cum contemplando tum participando communicare, et per anagogen ad divinum eorumdem amorem subvolare. Quantum enim symbola explicantur, et quod arcanum est cernitur, tantumdem eorumdem particeps divino quodam et arcano amore flagrat. Dixit de ordinibus qui expiantur et qui illuminantur, quandoquidem post hos sit ordo eorum qui perficiuntur. Multi autem modi sunt quibus perficiuntur: nam et in baptismo aliqui perficiuntur, et in sacrorum mysteriorum participatione, et in sacrorum ordinum susceptione, et in monastico statu, qui sunt omnes sub ordine illorum qui perficiuntur.

§ III. Περὶ τῶν ἄλλων προδιαλαβὼν, νῦν περὶ τῆς μοναχικῆς διέξεισι τελεσιουργίας, ἣν καὶ ὑψηλοτέραν φησὶν, οὐ πρὸς τὴν τῶν τοιούτων τελετῶν τῶν μόνως τελειουμένων σύγκρισιν· ποῦ γὰρ ἡ βαπτίσματος δύναμις, ποῦ δὲ ἡ τῆς ἱερωσύνης ὑπερκειμένη κατάστασις, ὥστε κληθῆναι ταύτην ὑψηλοτέραν; Οὐ τοίνυν

§ III. Cum autem de aliis antea egerit, modo tractat de monastica consecratione, quam et sublimiorem vocat, non comparatione illorum sacramentorum quæ sola consecratione perficiuntur, ubi enim esset virtus baptismatis, ubi sacerdotii eminens ille status, quod hæc sublimior dicatur?

Non itaque comparatione illorum qui sola consecratione perficiuntur sublimior est, sed respectu ritus **257** expiationis et respectu ritus illustrationis, hæc est sublimior. Siquidem hæc tanquam medium, scilicet eorum qui illuminantur, ordinem transcendens, tres etiam in se proprietates continet, expiandi, illuminandi et perficiendi, sicut est superius explicatum. Non dico respectu personarum consecratarum : nam qui baptismate initiati sunt, medii sunt ordinis, et pars sacræ plebis ; quibus etiam multa permittuntur, nempe nuptias celebrare, militare, hujus vitæ negotia tractare. Qui vero sacerdotio ornati sunt, nec ipsi quoque ab omnibus abstinere ac cessare debent : nam sacerdotes alios perficiunt, et hanc ob causam multa agunt. Qui vero monasticum institutum sectantur, omnino mortui esse debent, crucifigendo carnem cum passionibus et concupiscentiis, et vivendo solum Deo et sibi ipsis : hæc enim est totalis expiatio et omnimoda puritas actionum propriarum. Hoc utique non dico, quasi viri sancti scopus eo non spectet ; sed cum aliud sit τελεῖσθαι, seu *initiari*, et aliud τελειοῦσθαι, seu *perfici* ac consecrari (nam initiari est sive per expiationem sive per illuminationem, perfici vero est per solam proprie dictam perfectionem), præfert monachos illis qui simpliciter initiati sunt, expiatis scilicet et illuminatis ; quoniam et ipsi initiati sunt præstantiores, quam catechumeni expiatione, atque insuper illuminatorum ordinem præcedunt, quem et medium appellat, videlicet laicorum. Cum vero nomen initiationis quid universalius sit quam nomen perfectionis, idcirco non ita recte possumus cum eo conferre monachorum consecrationem. Cæterum quoniam monachorum ordo, propter omnimodam sanctitatem, et expiationem et illuminationem complectitur, ostenditur habere expiationem, per quam etiam illuminatorum proprietatem obtinet, imo etiam eorum qui in spiritu perficiuntur ; illuminatorum quidem, quoniam, quantum fas est, omnis actionis sacræ per spiritalem contemplationem et communionem particeps exsistit ; perfectorum vero quia virtutes hierarchicas amplectens, iisdemque exornata, ad scientiæ sacræ perfectionem pro captu adducitur : ita ut jure merito istiusmodi vivendi institutum sublime quid habeat, cum in se tres initiatorum ordines complectatur. Hinc divini præceptores nostri divinis nominibus eos honorarunt, alii quidem cultores, alii vero monachos appellando. Cultores quidem, ut qui divinum **258** Numen sincere colerent ; monachos vero ut qui ad individuam et singularem vitam aspirarent, quæ nimirum illos unificet, et uniformem afferat cognitionem : hanc enim monadem vocat (scientia enim unita est, sicut ignorantia est multitudo rerum in multa diversaque distractarum), unificat autem quodammodo, dum scilicet sacris rerum divisarum collectionibus se perficit. Porro divisa hic dicuntur symbola illa, ut sunt, cucullus, scapulare, cilicium,

A πρὸς σύγκρισιν τῶν μόνως τελειουμένων ὑψηλοτέρα αὕτη, ἀλλὰ πρός τε τὴν τῆς καθάρσεως τελετὴν, καὶ πρὸς τὴν τοῦ φωτισμοῦ τελετὴν, αὕτη ὑψηλοτέρα. Αὕτη γὰρ ὡς ὑπερβεβηκυῖα τὴν μέσην τάξιν, δηλαδὴ τὴν τῶν φωτιζομένων, καὶ τὰς τῶν τριῶν ἰδιότητας φέρει ἐν ἑαυτῇ, τὴν κάθαρσιν, τὸν φωτισμὸν, τὴν τελείωσιν, καθὼς κατωτέρω διέξεισιν. Οὐ λέγω, ὅτι καὶ πρὸς τὴν τῶν τελουμένων προσώπων παράθεσιν· οἵ τε γὰρ τελούμενοι τῷ βαπτίσματι τῆς μέσης εἰσὶ τάξεως, καὶ τῆς ἱερᾶς λαώδους μοίρας, οἷς δὴ καὶ πολλὰ ἐφεῖται, δηλονότι τὸ γάμοις ὁμιλεῖν, τὸ στρατεύεσθαι, τὸ πραγματείας τοῦ βίου μεταχειρίζεσθαι. Οἵ τε τῇ ἱερωσύνῃ κοσμούμενοι, οὐδ' αὐτοὶ πάμπαν τὸ ἐπὶ πᾶσιν ἀκίνητον ὀφείλουσιν ἔχειν καὶ ἀνενέργητον· τελεωτικοὶ γὰρ τῶν ἑτέρων οἱ ἱερεῖς εἰσι, καὶ B διὰ τοῦτο πολλὰ ἐνεργήσουσιν. Οἱ δὲ κατὰ τὴν μοναχικὴν πολιτευόμενοι διακόσμησιν νεκροὶ τὸ σύνολον ὀφείλουσιν εἶναι ἐν τῷ σταυρῶσαι τὴν σάρκα σὺν τοῖς παθήμασι καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις, καὶ ζῆν μόνως Θεῷ καὶ ἑαυτοῖς· τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ ὁλικὴ κάθαρσις καὶ ἡ παντελὴς τῶν οἰκείων ἐνεργειῶν ἀγνότης. Οὐ λέγω γοῦν τοῦτο, ὅτι οὐδ' ὁ τοῦ ἁγίου σκοπὸς εἰς τοῦτο ῥέπει· ἀλλ' ἐπειδὴ ἄλλο ἐστὶ τὸ *τελεῖσθαι*, καὶ ἄλλο τὸ *τελειοῦσθαι* (τελεῖσθαι γὰρ ἔστι καὶ κατὰ τὴν κάθαρσιν, τελεῖσθαι ἔστι καὶ κατὰ τὸν φωτισμόν· τελειοῦσθαι δὲ κατὰ μόνην τὴν κυρίως τελείωσιν) προκρίνει τῶν ἁπλῶς τελουμένων, τῶν τε καθαιρομένων δηλαδὴ καὶ τῶν φωτιζομένων, τοὺς μοναχούς· ὡς τελειουμένους μὲν καὶ αὐτοὺς, ἀλλ' ὑπὲρ τὴν τῶν C κατηχουμένων κάθαρσιν, καὶ ἔτι τῶν φωτιζομένων τάξιν, ἣν καὶ μέσην φησὶ, τὴν τῶν λαϊκῶν δηλαδή. Τὸ δὲ τελεῖσθαι ὄνομα, ἐπεὶ καθολικώτερόν ἐστι τοῦ τελειοῦσθαι, πρὸς ὅπερ οὐκ ἔχομεν λόγον τὴν τῶν μοναχῶν τελετὴν συγκρίνειν. Ἀλλ' ἐπειδὴ ἡ τῶν μοναχῶν τάξις περιληπτική ἐστι καὶ τῆς καθάρσεως καὶ τοῦ φωτισμοῦ, διὰ τῆς παντελοῦς ἀγνότητος, τὴν κάθαρσιν ἔχειν ἐμφαίνεται, μεθ' ἣν καὶ τὸ τῶν φωτιζομένων ἴδιον ἐπικέκτηται, ἔτι δὲ καὶ τῶν τελειουμένων ἐν πνεύματι, τῶν μὲν φωτιζομένων, ὅτι ἐν νοερᾷ θεωρίᾳ καὶ κοινωνίᾳ πάσης, ὅσης θεμιτὸν, ἱερουργίας γίνεται· τῶν δὲ τελειουμένων, ὅτι, ἐγχειριζομένη ταῖς ἱεραρχικαῖς δυνάμεσι καὶ παρὰ τούτων διακοσμουμένη, πρὸς τὴν τῆς ἱερᾶς ἐπιστήμης τελείωσιν ἀναλόγως ἀνάγεται, ὥστε εἰκότως ἡ τοιαύτη D πολιτεία τὸ ὑψηλὸν ἔχει, τὰς τρεῖς τῶν τελουμένων τάξεις ἐν ἑαυτῇ περιφέρουσα. Ἔνθεν οἱ θεῖοι καθηγεμόνες ἡμῶν, θείων ἐπωνυμιῶν αὐτοὺς κατηξίωσαν, οἱ μὲν θεραπευτὰς, οἱ δὲ μοναχοὺς ὀνομάσαντες· θεραπευτὰς μὲν ὡς τὸ Θεῖον καθαρῶς θεραπεύοντας· μοναχοὺς δὲ, ὡς πρὸς ἀμέριστον καὶ ἑνιαίαν ζωὴν καταντῶντας, ἥτις δὴ ἑνιαία ζωὴ ἑνοποιοῦσα αὐτοὺς εἰς ἑνοειδῆ γνῶσιν· ταύτην γὰρ λέγει μονάδα (ἡ γὰρ γνῶσις ἑνιαία, ὡς ἡ ἄγνοια πλῆθος ἐσκεδασμένων εἰς πολλὰ καὶ διάφορα), ἑνοποιοῦσα δέ πως, δηλονότι ἐν ταῖς ἱεραῖς τῶν διαιρετῶν συμπτύξεσι τελειοῖ. Διαιρετὰ δέ εἰσι τὰ ἐνταῦθα σύμβολα, τὸ κουκούλιον, ἡ ἀνάλαβος, τὸ τρίχινον, τὸ μέλαν, καὶ τὰ τοιαῦτα, ὧν ἕκαστον ὑψηλὴν ἔχει καὶ ἑνιαίαν τὴν ἔννοιαν· τοῦτο γάρ ἐστι καὶ *σύμπτυξις*. Ἄλλοι δὲ διαιρετὰ τὰ βιω

τικά φασι, καὶ σύμπτυξιν τὴν ἀπὸ τούτων τελείαν καὶ ὁλόκληρον ἀναχώρησιν. Διὰ τὴν τοιαύτην τελείωσιν ἠξιώθη ἡ τοιαύτη τάξις καὶ ἱερατικῆς τελετῆς, καὶ τῆς διὰ τῶν εὐχῶν ἐπικλήσεως· ὥστε μὴ μόνους ἀφ' ἑαυτῶν ἀμφιέννυσθαί τινας τὸ σχῆμα, ἀλλὰ χερσὶν ἱερατικαῖς καὶ θείᾳ ἐπικλήσει γίνεσθαι τὴν εἰς τοῦτο τελείωσιν· πλὴν χερσὶν οὐχ ἀρχιερέων (τοῦτο γὰρ ἐπὶ μόνων τῶν ἱερατικῶν γίνεται χειροτονιῶν), ἀλλὰ χερσὶν ἱερέων, καὶ δευτέρᾳ μετὰ τὴν ἱερατικὴν τελετήν. Ἐντεῦθεν δὲ σημειούμεθα, ὡς κατὰ τὸν τοῦ Πατρὸς λόγον οὐ δεῖ σχῆμα μοναχοῦ ἐπίσκοπον διδόναι, ἀλλ' ἢ μόνον πρεσβύτερον.

A atra vestis, et similia, quorum quodlibet sublimem habet et singularem intelligentiam; atque hoc sibi vult vox illa σύμπτυξις, seu *collectio*. Alii vero divisa vocant illa quæ ad hanc vitam spectant, et collectionem, perfectum et omnimodum ab his recessum. Propter istiusmodi perfectionem ordo iste ecclesiastica quoque consecratione dignus est habitus, et precum invocatione, ita ut non ipsi tantum se habitu isto induant, sed manibus sacerdotum et invocatione divina istiusmodi consecratio celebretur; non tamen manibus episcoporum (nam hoc in solis sacris ordinationibus fit), sed manibus sacerdotum, et secunda post ecclesiasticos ordines consecratione. Itaque, secundum hujus sancti Patris verba, non debet episcopus dare habitum monasticum, sed solus sacerdos.

### II. *Μυστήριον.*

Ἕστηκε μὲν ὁ ἱερεὺς, οὐχ ὁ ἀρχιερεὺς, τοῦ θείου θυσιαστηρίου ἔμπροσθεν, ἱερολογῶν τὴν εὐχήν· ἕστηκε δὲ ὁ τελούμενος ὀπίσω τοῦ ἱερέως, μήτε κατὰ τὸν ἱερέα ἄμφω τὼ πόδε κλίνων, μήτε κατὰ τὸν διάκονον θάτερον τῶν ποδῶν, μήτε μὴν κατὰ τὸν ἀρχιερέα ἐπὶ κεφαλῆς ἔχων τὸ θεῖον καὶ ἱερὸν Εὐαγγέλιον· μόνον δὲ πλησίον τοῦ ἱερέως ἵσταται ἱερολογοῦντος τὴν ἐπ' αὐτῷ εὐχήν. Ὁ μέντοι γε ἱερεὺς τὴν εὐχὴν τελέσας, ἐπὶ τοῦτον ἐλθὼν, πρῶτον μὲν ἐπερωτᾷ εἰ ἀποτάσσεται πάσαις μὲν διαιρεταῖς καὶ ποικίλαις ζωαῖς, ἤγουν ἐμπορίαις, πραγματείαις, συναλλάγμασι, καὶ τοῖς ἄλλοις· πάσαις δὲ φαντασίαις, ὥστε μηδὲ φαντάζεσθαι ταῦτα, ἀλλ' ὡς νεκρὸν μένειν καὶ ἀνενέργητον ἐπὶ τούτοις ἅπασιν. Ἔπειτα διδάσκει τὴν τῆς μοναχικῆς πολιτείας ἀκρίβειαν, μαρτυρόμενος, ὅτι χρὴ τοῦτον ὑπερανεστηκέναι κατὰ πολὺ τῆς μέσης τῶν λαϊκῶν τάξεως. Ταῦτα δὲ ἐκείνου ὁμολογήσαντος προσεχῶς, κατὰ τὸ ἀπολυπραγμόνητον *καὶ*, τῷ σταυροειδεῖ τύπῳ σφραγισάμενος, ἀποκείρει εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ ἀπαμφιάσας τὴν ἐσθῆτα μέλαιναν ἀμφιέννυσι, καὶ μετὰ τῶν ἄλλων ἱερῶν ἀνδρῶν ὅσοι πάρεισιν ἀσπασάμενος, τῆς θείας ποιεῖται κοινωνὸν μεταλήψεως.

B

### II. *Mysterium.*

Sacerdos, non episcopus, stat ante divinum altare celebrans orationem; is autem qui consecratur stat post sacerdotem, nec utrumque ut sacerdos, neque alterum, ut diaconus genu flectit, neque ut episcopus divinum ac sanctum evangelium supra caput habet, sed tantum astat sacerdoti supra ipsum mysticam invocationem recitanti. Ea vero finita, sacerdos ad eum accedens rogat ipsum primum, an omnibus rebus dividuis et vitis variis renuntiet, scilicet mercaturis, negotiis, contractibus, et similibus; item omnibus phantasiis seu imaginationibus rerum similium, ut ne de iis quidem cogitare, sed tanquam mortuus, ab iis omnibus penitus abstinere velit. Deinde docet monastici instituti accurationem, contestans illum debere mediam vivendi rationem superare. Quæ ubi omnia is qui initiatur continenter professus est, sacerdos eum, veluti jam a negotiorum multitudine liberum, signo crucis consignans tondet in nomine Patris, et Filii, **259** et Spiritus sancti; et detractis vestimentis, nigra eum veste induit, et cum aliis viris sanctis astantibus ipsum salutans, participem facit divinæ communionis.

### III. *Θεωρία.*

§ I. Ἐπειδήπερ ἡ τῶν ποδῶν κλίσις τὴν ὑποκειμένην ἐδήλου προσαγωγὴν, εἴτε διὰ μιᾶς τῆς καθάρσεως, εἴτε διὰ δυοῖν αὐτῆς τε καὶ τοῦ φωτισμοῦ· ἐδήλου δὲ, ὅτι Θεῷ ὑποκείμενοι οἱ τελοῦντες, αὐτῷ δὴ τῷ τελετάρχῃ Θεῷ προσάγουσι τὸν τελούμενον. Ἐνταῦθα, ἐπεὶ μὴ παρά τινος προσάγεται, ἀλλὰ παρ' ἑαυτοῦ ἀπὸ τῆς μέσης ζωῆς εἰς ὑψηλοτέραν ζωὴν καὶ κρείττονα καὶ ἀπὸ ἱερᾶς εἰς ἱερὰν, καθὼς ὁ Πατὴρ σαφηνίζει, οὐδέτερον κλίνει τοῖν ποδοῖν ὁ τελούμενος, ἵσταται γὰρ ἐν ἱερᾷ καὶ μοναδικῇ τάξει. Καὶ ὅρα καὶ ἄλλως ὁρισμὸν μοναδικῆς τάξεως, καὶ τί ἐστι τὸ μοναχικὸν πρὸς τὸ μοναδικόν. Πρώην γὰρ ἐλέγομεν, ὅτι, ἐπεὶ ἀπὸ τῶν διαιρετῶν, δηλονότι τῶν βιωτικῶν ἐμπαθῶν, ἐνίζεται εἴς τινα σύμπτυξιν καὶ θεοειδῆ μονάδα, διὰ τοῦτο τὴν τοῦ μοναχοῦ ὀνομασίαν ἐκληρώσατο· νῦν δὲ καὶ ἄλλως λέγομεν τοῦτο, ὅτι δηλαδὴ μόνος καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ προσάγεται, καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ μοναδικῶς ἵσταται ἑπομένως τῷ ἱερεῖ ὡς

C

### III. *Contemplatio.*

§ I. Quandoquidem pedum inclinatio subditam significabat adductionem, sive per unicam expiationem, sive per duas, eam ipsam et illuminationem, innuebat vero quod Deo subditi initiantes, ipsimet initiationis principi Deo initiandum adducerent. Hic autem, cum a nemine adducatur, sed ipse per se a media vivendi ratione ad sublimiorem ac præstantiorem, et a sacro statu ad sacrum statum transeat, ut hic Pater declarat, is qui initiatur neutrum genu flectit, quoniam in sacro solitarioque ordine consistit. Observa etiam aliam monastici ordinis definitionem, et quid sit μοναχικὸν ad μοναδικόν. Antea enim dicebamus, quod cum quis a dividuis, scilicet sæcularibus perturbationibus, ad collectionem quamdam et deiformem unitatem redigeretur, per hoc nomen monachi sortiretur: nunc autem aliam quoque damus rationem; ex eo quod solus per semetipsum adducatur, et per

D

se μοναδικῶς seu *solitarie* consistat post sacerdotem, tanquam assecla qui ad sacrorum scientiam humiliter aspirat. Unde τὸ μοναχικὸν dicitur proprie de ordine, μοναδικὸν vero de statu. Monadicus nimirum seu solitarius status dicitur, quia solus secundum monadem consistit. Monachicus seu monasticus ordo quia simpliciter et uniformiter, et non dupliciter, vel tripliciter, vel multipliciter instituitur ac gubernatur. Hoc etiam illa vestis atra quæ circumponitur significat : siquidem colores alii in alios facile mutantur, et omnes in nigrum test.

§ II. Divisarum autem ac sæcularium vitarum atque insuper imaginationum renuntiatio perfectissimam declarat philosophiam : quoniam a dividuis recedens, unicis illis Christi Domini mandatis unificatur. Neque enim est medii ordinis initiatorum, scilicet illuminatorum et sacrorum laicorum : multa enim monachi facere prohibentur, quorum facultas et potestas laicis est, ut sunt, nuptias, militiam et commercia frequentare, et similia, quæ in laico non damnantur. Ubi nota dictum quoddam **260** utile contra Lampetianos, sive Masalianos, aut Adelphianos, vel, quod idem valet, Marcianistas, qui triennium solum tribuunt competenti sanctificationi, ac postea permissam existimant esse omnem lasciviam, cum sensu spoliati istiusmodi laborent passione. Verum monachi præ cæteris debent ad sacerdotalem vivendi rationem efformari, quippe qui præ cæteris initiatis cum isto ordine majorem habeant affinitatem, uti supra diximus, nequaquam facta comparatione cum initiatis iis qui suprema consecratione initiati sunt, id est perfectis (perfecti enim sunt qui per baptismum, qui per unctionem, qui per communionem, qui per ordinationem sunt consummati) sed cum iis qui initiantur, id est qui expiantur, docentur, illuminantur. Quoniam omnis quidem qui perficitur initiatur, non omnis autem qui initiatur etiam perficitur.

§ III. Signum vero figuræ crucis designat cessationem carnalium desideriorum ; tonsura, vitam puram et minime fucatam : a supervacaneis enim expiatur, ita ut non liceat ascititium comæ ornamentum assumere, sed venustatem maxime deiformem, mentalem scilicet et unitam.

§ IV. Vestes insinuant vivendi rationes : illa quidem quæ deponitur, priorem illam laicam, illa vero quæ assumitur, perfectiorem hanc et meliorem : sicut etiam in baptismo vestis illa permutatio designabat ejus, qui per institutionem expiatus fuerat, vitam ad contemplandi et illuminandi statum traduci. Omittenda hic prima illa catechumenorum denudatio, siquidem illa sordium externorum et erroris depositionem exhibet, quocirca fit eminus, et extra sacrum templum. Cæterum agnosco hic societatem illam ac divinam lætitiam per osculum seu amplexum designatam.

§ V. Sub finem denique communicat is qui re-

A ὀπαδὸς ἐπὶ τὴν τῶν ἱερῶν ἐπιστήμην εὐπειθῶς ἀγόμενος. Ὅθεν τὸ μοναχικὸν ἐπὶ τῆς τάξεως λέγοιτο ἂν κυρίως, τὸ δὲ μοναδικὸν ἐπὶ τῆς στάσεως. Μοναδικὴ στάσις, ὅτι μόνος κατὰ μονάδα ἵσταται· μοναχικὴ τάξις, ὅτι μοναχῶς καὶ ἑνοειδῶς, καὶ οὐ διχῶς, ἢ τριχῶς, ἢ πολλαχῶς πολιτεύεται. Τοῦτο γὰρ δηλοῖ καὶ τὸ ἀμφιεννύμενον μέλαν· τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῶν χρωμάτων εἰς ἕτερα μεταπεσοῦνται ῥᾳδίως καὶ πάντα εἰς τὸ μέλαν, τὸ δὲ μέλαν οὐκ ἔστι μεταβληθῆναι εἰς ἕτερον χρῶμα πώποτε.

sed niger color in alium nunquam mutari po-

§ II. Ἡ δὲ ἀποταγὴ τῶν μεριστῶν καὶ κατὰ κόσμον ζωῶν, ἔτι δὲ καὶ φαντασιῶν, τὴν τελειοτάτην ἐμφαίνει φιλοσοφίαν· ἑνοποιεῖται γὰρ ταῖς ἑνιαίαις ἐντολαῖς B τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ τῶν μεριστῶν ἀφιστάμενος. Οὐδὲ γὰρ τῆς μέσης τῶν τελουμένων ἐστὶ τάξεως, δηλονότι τῶν φωτιζομένων καὶ ἱερῶν λαϊκῶν· πολλὰ γὰρ κωλύεται ὁ μοναχὸς ποιεῖν, ὧν οἱ λαϊκοὶ τὴν ἐπιτροπὴν καὶ τὴν ἐξουσίαν ἔχουσι· τὸ δέ εἰσιν ὁ γάμος, καὶ τὸ στρατείαις καὶ ἐμπορίαις ὁμιλεῖν, καὶ ἑτέροις, ἐν οἷς ὁ λαϊκὸς οὐ κατακρίνεται. Καὶ σημείωσαι τὸ ῥητὸν, ὅτι χρήσιμον κατὰ Λαμπετιανῶν, ἤτοι Μασαλιανῶν ἢ Ἀδελφιανῶν, ταὐτὸν δὲ εἰπεῖν Μαρκιανιστῶν, οἵτινες τριετίαν μόνην νομοθετοῦσι, καὶ ὑπὲρ τὸ προσῆκον ἁγνίζεσθαι, καὶ μετὰ ταῦτα ἐφειμένην ἔχουσι πᾶσαν ἀσέλγειαν, ἀναισθήτως νοσοῦντες τὴν ἐμπάθειαν. Ἀλλ' οἱ μοναχοὶ πρὸς τοῖς ἄλλοις ὀφείλουσι πρὸς τὴν ἱερατικὴν ἀπομορφοῦσθαι ζωὴν, ὡς μᾶλλον αὐτῇ πλησιάζοντες παρὰ τὰς λοιπὰς τῶν C τελουμένων τάξεις, καθὼς ἐλέγομεν ἔμπροσθεν, οὐ πρὸς τὰς τελετὰς τῶν ἄκρως τελουμένων, δηλονότι τῶν τελειουμένων τῆς συγκρίσεως γινομένης· οὐ γὰρ εἶπε τῶν τελειουμένων (τελειοῦμενοι γάρ εἰσιν οἱ διὰ τοῦ βαπτίσματος, οἱ διὰ τῆς χρίσεως, οἱ διὰ τῆς μεταλήψεως, οἱ διὰ τῆς χειροτονίας), ἀλλὰ τελουμένων, δηλαδὴ καθαιρομένων, διδασκομένων, φωτιζομένων. Ὥστε πᾶς τελειούμενος καὶ τελεῖται, οὐ μὴν δὲ πᾶς τελούμενος τελειοῦται.

§ III. Ἡ σταυροειδὴς δὲ πάλιν σφραγὶς, τὴν ἀνενεργησίαν δηλοῖ τῶν σαρκικῶν ὀρέξεων· ἡ ἀπόκαρσις, καθαρὰν καὶ ἀσχημάτιστον ζωήν· καθαίρεται γὰρ τῶν περιττωμάτων, καὶ οὐκ ἔστι διὰ τῆς κόμης ἐπιθετικὸν κάλλος λαμβάνειν, ἀλλὰ κάλλος θεοειδέστατον D κατὰ νοῦν καὶ ἑνιαῖον.

§ IV. Αἱ ἐσθῆτες τὰς ζωὰς ὑπεμφαίνουσιν· ἡ μὲν ἣν ἀποβάλλεται, τὴν προτέραν καὶ λαϊκὴν· ἡ δὲ ἣν ἀμφιέννυται, τὴν τελειοτέραν ταύτην καὶ κρείττονα· καθάπερ καὶ ἐπὶ τοῦ βαπτίσματος τὴν ἀπὸ τῆς καθαιρομένης διὰ τῆς διδασκαλίας ζωῆς εἰς θεωρητικὴν καὶ φωτιστικὴν ἕξιν ἀναγωγὴν ἡ τῆς ἐσθῆτος ἐδήλου ἀντάμειψις. Ἑατέον νῦν ἐκείνην τὴν προτέραν τῶν κατηχουμένων ἀπαμφίασιν· ἐκείνη γὰρ τὴν τῶν ἔξωθεν ῥυπασμάτων καὶ τῆς πλάνης ἀπόθεσιν παριστᾷ, καὶ διὰ τοῦτο καὶ πόρρω που καὶ ἔξω τοῦ ἱεροῦ ναοῦ γίνεται. Τὴν μέντοι γε κοινωνίαν καὶ τὴν θείαν εὐφροσύνην διὰ τοῦ ἀσπασμοῦ δηλουμένην μάνθανε.

§ V. Ἐπὶ τέλει δὲ καὶ τῶν ἱερῶν μυστηρίων κοι-

νωνεῖ ὁ τελεσθεὶς ἤδη, ὅτι καὶ ὑπὲρ τὴν μέσην τάξιν (ἣν θεωρητικὴν, ὡς θεωρεῖν τῶν θείων, φησὶ, τὴν τοῦ ἱεροῦ λαοῦ δηλαδή) ὁ τοιοῦτός ἐστι· μετέχει γὰρ καὶ γνώσεως ἱερᾶς, καὶ καθ' ὅσον ἔνι πρὸς τὴν ἱερατικὴν ἐπιστήμην ἀφομοιοῦται. Διὸ καὶ ἐπὶ τῶν ἱερουργῶν ἔστιν ἰδεῖν, ὅτι μεθ' ὃ πληρώσουσι πᾶσαν τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἁγιαστείας, ἐν τέλει τῶν μυστηρίων κοινωνοῦσι· μὴ μόνον, ὅτι πάσης ἱερᾶς μεθέξεως ἡ τῶν θείων μυστηρίων μετάληψίς ἐστι τὸ κεφάλαιον, ἀλλ' ὅτι καὶ αὐτῆς τῆς κοινωνικῆς καὶ θειοτάτης δωρεᾶς αἱ ἱεραὶ μετέχουσι τάξεις, κατὰ τὴν ἀναλογίαν τῆς ἀναγωγῆς αὐτῶν. Ἔχει δὲ τοῦτο διαφορὰν πρὸς τὸ πρότερον, ὅτι ἐκεῖ λέγει, διὰ τοῦτο τῶν μυστηρίων μεταλαμβάνουσιν, ὅτι τοῦτό ἐστι τὸ κεφάλαιον τῆς ὅλης αὐτῶν ἱερᾶς πράξεως, ὡς χωρὶς τῆς μεταλήψεως τυχὸν, μὴ οἷόν τε εἶναι τελειωθῆναι τὴν ἱερὰν αὐτῶν πρᾶξιν· ἐνταῦθα δὲ λέγει, διὰ τοῦτο τὴν κοινωνίαν γίνεσθαι, ὡς δωρεὰν δηλαδὴ τοῦ ἱεροῦ αὐτῶν κόπου καὶ τῆς θείας ὑπηρεσίας. Κατὰ ταῦτα γοῦν κοινωνεῖ καὶ ὁ τελεσθεὶς μοναχὸς τῶν μυστηρίων, ἢ συγκεφαλαίωσιν ἔχων ἁπάντων τῶν καθ' αὐτὸν τὴν ἱερὰν μετάληψιν, ἢ μὴν τὴν θείαν δωρεὰν δεχόμενος, ἀνθ' ὧν εἰς τοιαύτην πολιτείαν κατέστη. Συνάγει τοίνυν, ὡς αἱ τελεταὶ κάθαρσίς εἰσι, καὶ φωτισμὸς, καὶ τελείωσις· καὶ αἱ τάξεις ἡ μὲν τῶν διακόνων καθαρτικὴ, ἡ δὲ τῶν ἱερέων φωτιστικὴ, ἡ δὲ τῶν ἀρχιερέων τελεστική· καὶ οἱ τελούμενοι, οἱ καθαιρόμενοι, ἔτι καὶ τῆς κοινωνίας καὶ τῆς ἐποψίας ἀμέτοχοι, οἱ κατηχούμενοι, οἱ θεωρητικοὶ, ὁ λαὸς, οἱ τετελεσμένοι, οἱ μοναχοί· οὕτω γὰρ ἡ καθ' ἡμᾶς ἱεραρχία τῇ οὐρανίᾳ ὁμοειδὴς ἐστι, κατὰ τὰς τοιαύτας τριάδας, ὡς ἐν ἀνθρώποις ἀποσώζουσα χαρακτῆράς τινας τῆς ἐκεῖσε θεοειδείας.

A cens initiatus est, quoniam medium illum ordinem, sacri scilicet populi (quem divinis mysteriis aspiciendis contuentem seu contemplantem vocat) excedit : nam et sacræ cognitionis particeps exsistit, et quantum fas est, ad sacerdotalem scientiam accedit. Quapropter videmus etiam in sacris ordinibus, sub finem eorumdem sanctissimæ consecrationis communionem quoque tradi, non idcirco solum quod divinorum perceptio mysteriorum sit summa quædam cujuslibet hierarchicæ participationis, verum etiam ut **261** sacri ordines ipsius quod communicatur divinissimi muneris pro captu suo participes exsistant, ad sui ad supera traductionem. In hoc autem differt a priori, quod idcirco dicat eos sacris his mysteriis communicare, B eo quod hæc summa sint universæ ipsorum sacræ functionis, ita ut sine sacra ista communione illorum functio nequeat consummari; hic autem ait, communionem frequentari per modum muneris, videlicet sacri laboris eorum ac divinæ servitutis. Secundum hæc itaque monachus qui consecratus est, divinis illis mysteriis communicat, vel ut sacram communionem habeat per modum summarii omnium ad se spectantium, vel per modum divini doni percipiat, eo quod istiusmodi vivendi rationem sit amplexus. Concludit itaque, quomodo sacræ cæremoniæ sint expiatio, et illuminatio, et perfectio, et ordines; ac diaconorum quidem ordo sit expiatorius; sacerdotum vero illuminatorius, epi- C scoporum autem perfectivus; et τελούμενοι sint illi qui expiantur : præter quos etiam divini aspectus et communionis exsortes sunt catechumeni; qui vero sacrorum aspectu fruuntur, sunt populus, perfecti sunt monachi : sic enim hierarchia nostra, secundum istiusmodi terniones, cœlesti conformis est, quantum in hominibus fieri potest, deiformes quasdam notas conservans.

§ VI. Ἀλλ' εἴποις, ὅτι, ἐπεὶ πρὸς ἐκείνην τὴν ἱεραρχίαν ἡ ἡμετέρα ἀπευθύνεται, ὤφειλον εἶναι κἀκεῖσε αἱ καθαιρόμεναι τάξεις· ἀλλ' οὐκ εἰσίν· οὐ γὰρ θεμιτὸν εἰπεῖν τὴν οὐρανίαν διακόσμησιν ἐναγῆ. Ἐγὼ δὲ πρὸς τοὺς τοιούτους λόγους ὁμολογῶ, πάναγνοι γάρ εἰσι καὶ ἀλώβητοι· καὶ εἴτις ἑάλω, δηλονότι ὁ Σατανᾶς καὶ οἱ περὶ αὐτὸν, ἐκπεπτώκεισαν καὶ τῆς ἀγγελικῆς εὐθὺς τάξεως, καὶ ἐν τῇ ἀλαμπεῖ μεμενήκεισαν πτώσει. Ἕτεροι δὲ τοὺς χρόνους τοῦ τε ὑπερ- D συντελικοῦ τοῦ *ἀπεπτώκει*, καὶ τοῦ παρατατικοῦ τοῦ *ἐφέρετο*, κυριολεκτικῶς ἐκλαβόμενοι, καὶ τὸ *ἄν* ἔξωθεν νοοῦντες, οὕτως ἐξηγοῦνται τὴν τοῦ ῥητοῦ ἄγνοιαν, καὶ μετὰ ταῦτα, πρὸς τοῦτο τὴν ἰδίαν ἐξήγησιν ἐπιφέρουσιν. Εἰ γάρ τις, φησὶν, ἑάλω, ἀποπεπτώκει ἄν καὶ ἐφέρετο εἰς τὴν ἀλαμπῆ πτῶσιν, ὡσανεὶ, φασὶ, λέγων· Ὅτι εἴ τις ἁλοίη, οὐ κάθαρσιν δέξεται, ἀλλὰ πρὸς τὴν πτῶσιν ἀπενεχθήσεται, καθὼς καὶ ἐπὶ τοῦ Σατᾶν γέγονεν, ὡς πεφυκότος τυχὸν γενέσθαι τοιούτου τινός. Οὕτω τὴν ἔννοιαν ἐκλαβόμενοι, ἐξηγοῦνται λέγοντες· Ἀλλ' οὐδεὶς αὐτῶν μετὰ τὴν τῶν δαιμόνων ἀπόπτωσιν ἑάλω ποτέ· τοῦτο γὰρ οὐδὲ παρὰ τῆς θείας Γραφῆς ἔγνωμεν, οὐδέ τις τῶν θεοσόφων Πατέρων εἴρηκεν. Οὕτω δὲ ὁ ἅγιος, φασὶ, κατὰ συγ-

§ VI. Sed objicies, quod cum hæc nostra ad hierarchiam istam componatur, debere etiam ibi esse ordines expiantes, qui utique non sunt : neque enim fas sit dicere cœlestem hierarchiam esse sceleri obnoxiam. Ego quidem istiusmodi sermonibus assentior, quoniam omnino puri sunt et intemerati; et si qui, nimirum Satanas et socii ejus, pravitate capti sunt, illi ab ordine angelico exciderunt, et in tetro lapsu permanserunt. Alii autem tempora præteriti plusquam perfecti verbi, *exciderat*, et imperfecti, *ferebatur*, in propria significatione accipientes, atque illud *ἄν* ἔξωθεν expendentes *, sic interpretantur dicti hujus ignorantiam, et ad hæc deinde propriam suam inferunt explicationem. Si quis enim, inquit, pravitate captus exciderat, et ad obscuram ruinam ferebatur; ac si, inquiunt, dicat : Si quis vitio captus sit, non admittet expiationem, sed ad ruinam adducetur, sicut in Satana contigit; quasi vero talis aliquis jam dari possit. Hoc itaque sensu id accipientes interpretantur, dicentes : Verum nullus eorum post dæmonum **262** lapsum, vitio captus est unquam : hoc enim neque ex divina Scriptura cognovimus, neque quisquam e Pa-

* Vertere mallem : *atque τὸ ἄν de suo imaginantes*. EDIT. PATROL.

tribus divina sapientia conspicuis id dixit. Sic autem sanctus per concessionem hoc ait; ac si aliquis dicat, sanctissimos quidem eos esse et immaculatos, nec expiationis indigere : sed si demus in aliquo eorum labem fuisse, plane ad contrarias virtutes se conferebat, ita ut reliquæ sine labe eodem modo se habeant, et similiter non opus habeant expiatione. Et se hoc dicere, manifeste declaravit : ad objectionem enim suam dicens sententiam, et veram pronuntians, quod nimirum omnino sancti et immaculati exsisterent, subjunxit illud : *Si enim quis*, pro : *Quod si quis* etiam det aliquem perversum fuisse, confestim ex hoc choro decidit; quod ita non est, sed contrarium, quoniam omnino sancti semper permanserunt, nam a supposito aberrarem si hoc dicerem. Ne quis igitur Origenistarum putet, hunc sermonem suæ perversæ fidei sententiam defendere, secundum Origenem dicens, semper lapsum, et revocationem atque immutationem mentium cœlestium existere, quoniam diximus in cœlestibus virtutibus esse expiationem, quando ab iis quæ ignorabant ad diviniorem scientiam evehuntur atque illustrantur : nam ab ignorantia quodammodo expiantur, dum a superioribus illis divinis essentiis ad clarissimas istas coruscationes adducuntur. Hac ratione ibi ordines sunt qui expiantur, et perficiuntur, qui videlicet inferiores sunt : et rursum, qui expiant, et illuminant, et perficiunt, scilicet superiores. Etenim jam et a nobis traditum in libro *De cœlesti hierarchia*, et in divina Scriptura pronuntiatum est, non easdem, quoad illuminationes, esse omnes cœlestes dispositiones; sed primæ quidem immediate a Deo illuminantur, secundæ vero mediantibus illis, et posteriores per præcedentes; et sic etiam ibi ordo manet inconfusus.

A χώρησιν αὐτό φησιν, ὡς ἂν εἴποι τις, Πάναγνοι μέν εἰσι καὶ ἀλώβητοι, καὶ οὐ δέονται καθάρσεως· πλὴν εἰ καὶ δῶμεν ἔν τινι βλάβην γενέσθαι αὐτῶν τινα, πάντως εἰς τὰς ἐναντίας ἐχώρει δυνάμεις, ὥστε τὰς λοιπὰς ὡσαύτως τὸ ἀλώβητον ἔχειν, καὶ ὁμοίως μὴ δεῖσθαι καθάρσεως. Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι, φασὶ, σαφῶς ἔδειξεν· εἰπὼν γὰρ πρὸς τὴν ἀντίθεσιν τὴν ἰδίαν γνώμην καὶ ἀληθῆ, ὅτι πάναγνοί εἰσι καὶ ἀλώβητοι, ἐπήγαγε τό· *Εἰ γάρ τις*, ἀντὶ τοῦ, *Εἰ δὲ καί τις* δοίη τινὰ παρατραπῆναι, εὐθὺς τοῦ χοροῦ τούτου ἐξέπεσεν· ὅπερ οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ τοὐναντίον, ὅτι πάναγνοι διαμένουσιν ἐσαεί· ἐπεὶ ἐκπέσοιμι τοῦ καθεστῶτος νοὸς, εἰ ταῦτα λέγοιμι. Μὴ οὖν τις τῶν Ὠριγενιαστῶν οἰέσθω, τὸν τοιοῦτον λόγον συνηγορεῖν τῇ κακοπίστῳ αὐτῶν δόξῃ, φάσκων κατὰ τὸν Ὠριγένην, ὅτι ἀεὶ πτῶσις καὶ ἀνάκλησις καὶ μετάπτωσις τῶν B οὐρανίων γίνεται νοῶν· ἀλλὰ κάθαρσιν λέγομεν γίνεσθαι καὶ παρὰ ταῖς οὐρανίαις δυνάμεσιν, ὅτε ἀπὸ τῶν ἀγνοουμένων ἐπὶ θειοτέραν ἐπιστήμην ἀνάγονται καὶ ἐλλάμπονται· οἷον γὰρ τὴν ἄγνοιαν ἀποκαθαίρονται διὰ τῶν πρὸ αὐτῶν θείων οὐσιῶν εἰς τὰς φανοτάτας μαρμαρυγὰς ἀναγόμεναι. Οὕτως εἰσὶν ἐκεῖσε καὶ καθαιρόμεναι, καὶ φωτιζόμεναι καὶ τελειούμεναι τάξεις, αἱ ὑφειμέναι δηλαδή· καὶ πάλιν καθαίρουσαι, καὶ φωτίζουσαι, καὶ τελειοῦσαι, αἱ ὑπερβεβηκυῖαι δῆλον. Καὶ γὰρ καὶ παρ' ἡμῶν ἐν τῷ *Περὶ οὐρανίας ἱεραρχίας* εἴρηται, καὶ ἐν τῇ θείᾳ Γραφῇ εὕρηται, τὸ μὴ ταὐτὰς κατὰ τὰς ἐλλάμψεις εἶναι πάσας τῶν οὐρανίων διακοσμήσεις· ἀλλ' αἱ πρῶται μὲν ἀμέσως ἐκ Θεοῦ ἐλλάμπονται, αἱ δεύτεραι δὲ διὰ τῶν μέσων, καὶ αἱ μετ' αὐτὰς διὰ τῶν πρὸ αὐC τῶν· καὶ οὕτω μένει κἀκεῖσε τῆς τάξεως τὸ ἀσύγχυτον.

---

## 263 CAPUT VII.

1. *De iis quæ fiunt circa defunctos.*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

1. *Περὶ τῶν ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τελουμένων.*

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Prima parte hujus capitis tradit.* I. *Sanctos ex hac vita lætos decedere futuræ beatitudinis spe plenos; et eorum corpora in resurrectione futura gloriosa.* II. *Recenset diversorum errores circa mortuos, et assignat rationem, cur tristes moriantur ii qui male vixerunt.* III. *In morte sanctorum fideles etiam lætari. — Secunda parte describit ritum sepeliendi mortuos, sive ecclesiasticos, sive sæculares fideles. — Tertia parte subjungit contemplationem, in qua exponit* I. *Quid sibi velit fidelium sepultura.* II. *Quid cantica et lectiones.* III. *Cur ad sepulturam admittantur ordines qui vacant expiationi, exclusis solis catechumenis.* IV. *Quid sibi velint preces antistitis super defuncto, et cur illum salutet.* V. *Quales promissiones factæ sint defunctis piis; et quid sinus Abrahæ significet.* VI. *Cur pro defunctis oretur; et quibus defunctis preces prosint.* VII. *Ait antistitem, tanquam Dei interpretem, defuncto promissa a Deo præmia addicere: et ibidem explicat, quam habeat potestatem ligandi et solvendi.* VIII. *Cur defunctus inungatur.* IX. *Agit de loco sepulturæ; et exponit quid sibi velit illa finalis affusio unguenti.* X. *Ait invocationes consecrationis non esse propalandas.* XI. *Disputat, cur infantes adhuc rationis incapaces baptizentur.*

### § I.

His ita constitutis, necessario etiam dicendum arbitror de his quæ circa defunctos a nobis sancte fiunt. Neque enim hoc sacris profanisque commune est; sed, sicut diversa est utrorumque vitæ forma, sic dum ad mortem pergunt hi quidem qui sanctam

D Τούτων δὲ διωρισμένων, γκαῖον εἰπεῖν, ὡς οἶμαι, καὶ τὰ πρὸς ἡμῶν [17] ἱερῶς ἐπὶ τῶν κεκοιμημένων τελούμενα. Καὶ γὰρ οὐδὲ τοῦτο κοινόν ἐστι τοῖς ἱεροῖς τε καὶ ἀνιέροις, ἀλλ' ὥσπερ ἀλλοῖον εἶδός ἐστι τῆς ἑκατέρων ζωῆς, οὕτω καὶ πρὸς θάνατον ἰόντες, οἱ μὲν

### VARIÆ LECTIONES.

[17] πρὸ ἡμῶν, D.

ἱερὰν ἐσχηκότες ζωήν, εἰς τὰς ἀληθεῖς ἐπαγγελίας τῆς θεαρχίας ἀποσκοποῦντες, ὡς τὴν ἀλήθειαν αὐτῶν ἐν τῇ καθ' αὐτὴν ἀναστάσει τεθεαμένοι, μετὰ βεβαίας καὶ ἀληθοῦς τῆς ἐλπίδος [18] ἐν εὐφροσύνῃ θείᾳ πρὸς τὸ τοῦ θανάτου πέρας ἴασιν, ὡς ἐπὶ τέλος ἱερῶν ἀγώνων, ἐν παντελεῖ καὶ ἀτελευτήτῳ ζωῇ καὶ σωτηρίᾳ, τὰ κατ' αὐτοὺς ἔσεσθαι πάντως εἰδότες διὰ τῆς ἐσομένης αὐτῶν ὁλικῆς ἀναστάσεως. Αἱ μὲν γὰρ ἱεραὶ ψυχαὶ πρὸς τὴν ἐπὶ τὰ χείρω κατὰ τὸν τῇδε βίον δυνάμεναι καταπίπτειν τροπὴν [19], ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ τὴν ἐπὶ τὸ ἄτρεπτον ἕξουσι θεοειδεστάτην μετάταξιν. Τὰ δὲ καθαρὰ τῶν ἱερῶν ψυχῶν, ὁμόζυγα καὶ ὁμοπόρευτα σώματα συναπογραφέντα καὶ συναθλήσαντα κατὰ τοὺς θείους αὐτῶν ἱδρῶτας, ἐν τῇ τῶν ψυχῶν ἀτρέπτῳ κατὰ τὴν θείαν ζωὴν ἱδρύσει, συναπολήψεται τὴν οἰκείαν ἀνάστασιν· ἑνωθέντα γὰρ αἷς ἤνωντο κατὰ τὸν τῇδε βίον ἱεραῖς ψυχαῖς, ὡς μέλη Χριστοῦ γεγονότα, τὴν θεοειδῆ καὶ ἄφθαρτον ἀθάνατόν τε καὶ μακαρίαν ἀπολήψεται λῆξιν. Ἐν τούτοις μὲν οὖν ἡ τῶν ἱερῶν ἐστι κοίμησις ἐν εὐφροσύνῃ καὶ ἀσαλεύτοις ἐλπίσιν, εἰς τὸ τῶν θείων ἀγώνων ἀφικνουμένη πέρας.

A vitam traduxerunt, ad veras Dei promissiones intuentes, quarum veritatem quodammodo in resurrectione jam conspexerunt, cum firma et vera spe, gaudioque divino ad mortis terminum, tanquam ad finem certaminum proficiscuntur ; quod certo sciant sua omnia, propter futuram suam resurrectionem, in tuto fore in illa perfecta æternaque vita et beatitudine. Nam sanctæ quidem animæ cum in hac vita degentes adhuc perverti possint, in regeneratione illa ad statum immutabilem Deoque maxime conformem transferentur. Pura vero illa corpora, quæ sanctis animabus copulata cum iisdem simul et ambularunt, et descripta sunt, atque una certarunt, pro divinis sudoribus, in animarum secundum divinam vitam firmitate, sibi quoque B propriam resurrectionem sortientur : sanctis enim animabus copulata, quibus in hac vita conjuncta fuerant, ut quæ jam Christi membra facta sint, deiformem et incorruptam, **264** atque immortalem beatamque requiem consequentur. Hinc fit ut sanctorum obdormitio sit in lætitia certisque spebus, dum ad certaminum divinorum finem venit.

## § II.

Τῶν δὲ ἀνιέρων οἱ μὲν εἰς ἀνυπαρξίαν ἀλόγως οἴονται χωρεῖν, οἱ δὲ τὴν σωματικὴν εἰσάπαξ ἀπορρήγνυσθαι τῶν οἰκείων ψυχῶν συζυγίαν, ὡς ἀνάρμοστον αὐταῖς, ἐν θεοειδεῖ [20] ζωῇ καὶ μακαρίαις λήξεσιν, C οὐκ ἐννοήσαντες, οὐδὲ ἱκανῶς ἐν ἐπιστήμῃ θείᾳ μυηθέντες, ἀρχθεῖσαν ἤδη τὴν καθ' ἡμᾶς ἐν Χριστῷ θεοειδεστάτην ζωήν [21]. Ἄλλοι δὲ σωμάτων ἄλλων ἀπονέμουσι ταῖς ψυχαῖς συζυγίας, ἀδοκοῦντες [22] τὸ ἐπ' αὐτοῖς, ὡς οἶμαι, τὰ συμπονήσαντα ταῖς θείαις ψυχαῖς, καὶ τῶν ἱερῶν ἀντιδόσεων οὐκ εὐαγῶς ἀποστεροῦντες τὰ πρὸς τὸ πέρας ἐλθόντα τῶν θειοτάτων δρόμων. Ἄλλοι δὲ, οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπὶ προσύλους ἐννοίας ἀποκλιθέντες, εἰρήκασιν ὁμοειδῆ [23] τοῦ τῇδε βίου τὴν τοῖς ὁσίοις ἐπηγγελμένην ἁγιωτάτην καὶ μακαριωτάτην [24] λῆξιν, καὶ τροφὰς οἰκείας ἀλλοιωτῷ βίῳ τοῖς ἰσαγγέλοις ἀθεμίτως ἀπέρριψαν. Ἀλλ' οὐκ ἀποπεσεῖταί [25] τις ποτε τῶν ἱερωτάτων ἀνδρῶν εἰς τὰς τοιάσδε πλανήσεις· ἀλλ' ὅλους αὐτοὺς ἀπολήψεσθαι τὴν Χριστοειδῆ λῆξιν εἰδότες, ὅταν ἐπὶ τὸ D πέρας ἔλθωσι τοῦ τῇδε βίου, τὴν εἰς ἀφθαρσίαν αὐτῶν ὁδὸν, ὡς ἐγγυτέραν ἤδη γεγενημένην, ἐμφανέστερον ὁρῶσι, καὶ τὰς δωρεὰς τῆς θεαρχίας ὑμνοῦσι, καὶ θείας ἡδονῆς ἀποπληροῦνται, τὴν ἐπὶ τὰ χείρω τροπὴν οὐκέτι δεδοικότες, ἀλλ' εὖ εἰδότες, ὅτι τὰ κτηθέντα καλὰ βεβαίως καὶ αἰωνίως ἕξουσιν. Οἱ δὲ μολυσμῶν ἀνάπλεοι καὶ ἀνιέρων κηλίδων, εἴπερ ἱερᾶς τινος τετυχήκασι μυήσεως, αὐτοὶ δὲ ταύτην ἐκ τοῦ

Profanorum autem alii quidem sine ratione putant corpora nostra penitus aboleri ; alii vero censent corporeum hoc cum propriis suis animabus conjugium repudio semel dirimendum, tanquam illis in deiformi vita beataque requie parum consentaneum ; nequaquam intelligentes, neque scientia divina eruditi, nos jam deiformem in Christo vitam inchoasse. Alii autem animabus aliorum corporum conjugia attribuunt, in quo, mea quidem sententia, quantum in ipsis est, injuriam irrogant corporibus, quæ cum divinis animabus collaborarunt, eademque sacris suis præmiis defraudant, cum divinum cursum consummarint. Alii porro, nescio quo pacto, ad terrenas cogitationes dilapsi, dixerunt, præsenti vitæ similem beatis promissam esse sanctissimam beatissimamque sortem, cibosque vitæ variabili proprios iis qui angelis æquales sunt, nefarie applicuerunt. Sed absit, ut unquam sanctus vir quispiam in istiusmodi errores incidat ! verum illi sancti, qui se totos Christiformem sortem percepturos cognoverunt, ubi ad hujus vitæ finem accesserint, viam suam ad incorruptionem, quasi jam propinquiorem factam, intuentes, summi Dei munera collaudant, divinaque voluptate adimplentur, non jam amplius perverti metuentes, sed probe cognoscentes, se bona parta firmiter perpetuoque possessuros. Verum qui iniquitatibus ne-

### VARIÆ LECTIONES.

[18] articulus τῆς non est in S. P. D. [19] subjungunt P. D. Ch. μὴ ἐλθοῦσαι. Scot. sequitur. [20] antiqua in M. libro lectio est, ὡς ἀνάρμοστον αὐταῖς οὖσαν τὴν θεοειδῆ ζωὴν καὶ μακαρίαν λῆξιν, quam reddit Scot. [21] in dandi casu corrigitur in codice Sal. τῇ θεοειδεστάτῃ ζωῇ. [22] lege ἀδικοῦντες, codicibus consentientibus. Ita etiam editio Lansellii Parisiis 1615. [23] ὁμοιοειδῆ, P. Sar. [24] μακαριστήν, S. P. D. [25] ἀποπέσειε, D. Sar.

ariisque scelcribus sunt cooperti, siquidem aliquam sacram hauserint instructionem, eaque ex animo perniciose abjecta ad corruptrices voluptates sponte sua devoluti fuerint, cum jam ad vitæ finem pervenerint, non jam eis lex divina æque despicabilis apparebit, sed perniciosas passionum suarum voluptates aliis longe oculis aspicientes, sanctamque vitam, quam imprudenter neglexerunt, beatam prædicantes, miseri et inviti ex hac vita decedunt, propter vitam suam pessimam nulla sancta spe fulti.

A οἰκείου νοὸς ὀλεθρίως ἀπορραπίσαντες, ἐπὶ τὰς φθοροποιοὺς ἠὐτομόλησαν ἐπιθυμίας, ὅταν ἐπὶ τὸ τέλος ἔρχωνται τῆς ἐνθάδε ζωῆς, οὐκ ἔτι ὁμοίως αὐτοῖς εὐκαταφρόνητος φανεῖται [26] τῶν λογίων ἡ θεία θεσμοθεσία, τὰς ὀλλυμένας δὲ τῶν οἰκείων παθῶν ἡδονὰς ἑτέροις ὀφθαλμοῖς ἐπισκοπήσαντες, καὶ τὴν ἱερὰν ζωὴν, ἧς ἀνοήτως ἐκπεπτώκασι, μακαρίσαντες, ἐλεεινῶς καὶ ἀβουλήτως ἀποσχίζονται τοῦ τῇδε βίου, πρὸς μηδεμίαν ἱερὰν ἐλπίδα χειραγωγούμενοι διὰ τὴν χειρίστην ζωήν.

## § III.

Quoniam autem in sanctorum obdormitionibus nihil horum accidit, is qui properat ad finem certaminum suorum sancta quadam lætitia completur, magnaque cum jucunditate sacræ regenerationis iter ingreditur. Propinqui autem ejus qui defunctus **265** est, pro jure divinæ propinquitatis ac morum similitudine, beatum ipsum, uti vere est, prædicant, quod ad optatum victoriæ bravium pervenerit, auctorique victoriæ cantica gratiarum solvunt, atque sibi similem sortem optant; denique assumentes ipsum ad antistitem portant, quasi sacris coronis munerandum; qui libenter eum suscipit, eaque justa peragit, quæ divino instituto exhibentur iis qui sancte obdormierunt.

B Τούτων δὲ οὐδενὸς γιγνομένου κατὰ τὰς κοιμήσεις τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν, αὐτὸς μὲν ὁ πρὸς τὸ πέρας ἐρχόμενος τῶν οἰκείων ἀγώνων εὐφροσύνης ἱερᾶς ἀποπληροῦται, καὶ σὺν ἡδονῇ πολλῇ πρὸς τὴν ὁδὸν ἐπιβαίνει τῆς ἱερᾶς παλιγγενεσίας. Οἱ δὲ τοῦ κοιμηθέντος οἰκεῖοι, κατὰ τὴν θείαν οἰκειότητα καὶ ὁμοτροπίαν, αὐτόν τε, ὅστις ἐστὶ [27], μακαρίζουσι, πρὸς τὸ νικηφόρον εὐκταίως ἀφικόμενον τέλος [28], καὶ τῷ τῆς νίκης αἰτίῳ χαριστηρίους ᾠδὰς ἀναπέμπουσι, προσέτι καὶ αὐτοὺς ἀφικέσθαι πρὸς τὴν ὁμοίαν εὐχόμενοι λῆξιν· λαβόντες δὲ αὐτὸν, ἐπὶ τὸν ἱεράρχην ἄγουσιν, ὡς ἐπὶ στεφάνων ἱερῶν δόσιν· ὁ δὲ ἀσμένως ὑποδέχεται, καὶ τελεῖ τὰ κατὰ θεσμὸν ἱερῶν ἐπὶ τοῖς ὁσίως [29] κεκοιμημένοις τελούμενα.

II. *Mysterium super his qui sancte obdormierunt.*

Coacto cœtu sacro, divinus antistes, si quidem C in sacris fuerat qui obdormivit, ante divinum altare illum inclinans, infit orationem ad Deum et gratiarum actionem; sin autem sanctis monachis sanctove populo annumeratus fuerat, ad venerandum sacrarium ante sacerdotum introitum collocat. Præsul deinde peragit ad Deum precem et gratiarum actionem; deinceps vero diaconi, verissimis de resurrectione promissis, quæ divinis Scripturis inserta sunt, recitatis, iisdem consona atque æquivalentia Psalmorum cantica concinunt: tum archidiaconus catechumenos dimittit, sanctosque jam defunctos commemorat, quibus recens vita functum consimili commemoratione censet aggregandum, hortaturque omnes, illi ut beatum in Christo finem petant; tum accedens divinus antistes precem su- D per eo sacratissimam peragit, qua finita, ipsemet antistes defunctum salutat, et cum illo præsentes omnes. Quo peracto, antistes defunctum oleo perfundit, et pro omnibus prece facta, honorato loco corpus collocat una cum æqualibus aliis corporibus sanctis.

II. *Μυστήριον ἐπὶ τῶν ἱερῶς κεκοιμημένων.*

Συναγαγὼν ὁ θεῖος ἱεράρχης τὸν ἱερὸν χορὸν [30], εἰ μὴν [31] ἱερατικῆς ἐγεγόνει τάξεως ὁ κεκοιμημένος, ἐπίπροσθεν τοῦ θείου θυσιαστηρίου κατακλίνας αὐτὸν, ἀπάρχεται τῆς πρὸς Θεὸν εὐχῆς καὶ εὐχαριστίας· εἰ δὲ τοῖς εὐαγέσι μοναχοῖς ἢ τῷ ἱερῷ λαῷ κατετέτακτο [32], παρὰ τὸ τίμιον ἱερατεῖον αὐτὸν κατακλίνει πρὸ τῆς ἱερατικῆς εἰσελεύσεως. Εἶτα τελεῖ τὴν πρὸς Θεὸν εὐχαριστήριον εὐχὴν ὁ ἱεράρχης· ἐξῆς δὲ οἱ λειτουργοὶ τὰς ἐν τοῖς θείοις λογίοις ἐμφερομένας ἀψευδεῖς ἐπαγγελίας περὶ τῆς ἱερᾶς ἡμῶν ἀναστάσεως ἀναγνόντες, ἱερῶς ᾄδουσι τὰς ὁμολόγους καὶ ταὐτοδυνάμους τῶν ψαλμικῶν λογίων ᾠδάς· εἶτα τῶν λειτουργῶν ὁ πρῶτος ἀπολύει τοὺς κατηχουμένους, καὶ ἀνακηρύττει τοὺς ἤδη κεκοιμημένους ἁγίους, μεθ' ὧν ἀξιοῖ τὸν ἄρτι τελειωθέντα τῆς ὁμοταγοῦς ἀναρρήσεως, καὶ προτρέπεται πάντας αἰτῆσαι τὴν ἐν Χριστῷ μακαρίαν τελείωσιν· εἶτα προσελθὼν ὁ θεῖος ἱεράρχης, εὐχὴν ἱερωτάτην ἐπ' αὐτῷ ποιεῖται, καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν αὐτός τε ὁ ἱεράρχης ἀσπάζεται τὸν κεκοιμημένον, καὶ μετ' αὐτὸν οἱ παρόντες [33] ἅπαντες. Ἀσπασαμένων δὲ πάντων, ἐπιχέει τῷ κεκοιμημένῳ τὸ ἔλαιον ὁ ἱεράρχης, καὶ τὴν ὑπὲρ πάντων εὐχὴν ἱερὰν ποιησάμενος, ἀποτίθησιν ἐν οἴκῳ τιμίῳ τὸ σῶμα μεθ' ἑτέρων ὁμοταγῶν ἱερῶν σωμάτων.

III. *Contemplatio*

## § I.

Hæc quidem si aspexerint profani, vel a nobis fieri inaudiverint, profuse, ut existimo, ridebunt,

III. *Θεωρία.*

Ταῦτα μὲν [34] εἴπερ ἴδοιεν ἢ ἀκούσαιεν οἱ ἀνίεροι πρὸς ἡμῶν τελούμενα [35], πλατὺ γελάσουσιν, ὡς οἶ-

VARIÆ LECTIONES.

[26] φαίνεται, S. Scot. Sar. [27] οἷός ἐστι, D. [28] εὐκτῶς, M. πέρας, D. [29] ὁσίοις, M. Sc. [30] articulum τὸν non habent S. P. D. [31] μέν. [32] κατατέτακτο, P. D. [33] παρεστῶτες, P. [34] ἀλλὰ ταῦτα, M. Sc. [35] ἱερουργούμενα, D.

Hoc igitur cum scirent theologi, Deum laudant et tanquam nomine carentem, et ab omni nomine. Tanquam nomine carentem, ut cum aiunt, Deum ipsum in una ex mysticis visionibus symbolicæ apparitionis Dei increpasse eum qui dixerat: *Quod est nomen tuum* [t]? et tanquam ab omni divino nomine abducentem, dixisse: *Quare interrogas de meo nomine? et hoc est admirabile* [u]. Annon est hoc vere nomen admirabile, quod est supra omne **289** nomen, quod caret nomine, quod est collocatum super *omne nomen, quod nominatur, sive in hoc sæculo, sive in futuro* [v]? Multorum vero nominum faciunt, ut cum ipsum Deum introducunt dicentem: *Ego sum qui sum* [x], vita, lux, Deus, veritas; et cum sapientes ipsum Deum omnium effectorem ab omnibus effectis laudant, ut bonum, ut pulchrum, ut sapientem, ut dilectum, ut Deum deorum, ut Dominum dominorum, ut Sanctum sanctorum, ut æternum, ut eum qui est, ut auctorem sæculorum, ut largitorem vitæ, ut sapientiam, ut mentem, ut Verbum, ut cognitorem, ut superlate habentem omnes thesauros omnis scientiæ, ut potentiam, ut potentem, ut Regem regum, ut antiquum dierum, ut non senescentem et immutabilem, ut salutem, ut justitiam, ut sanctificationem, ut redemptionem, ut magnitudine omnia superantem, et ut in aura tenui. Atqui et in mentibus eum esse dicunt, et in animis et corporibus, et in cœlo et in terra, et simul in eodem eumdem, in mundo circa mundum, super mundum, supracœlestem, suprasubstantiam, solem, stellam, ignem, aquam, spiritum, rorem, nubem, per se lapidem, petram, omnia quæ sunt, et nihil eorum quæ sunt.

A Τοῦτο γοῦν εἰδότες οἱ θεολόγοι, καὶ ὡς ἀνώνυμον αὐτὴν ὑμνοῦσι, καὶ ἐκ παντὸς ὀνόματος. Ἀνώνυμον μὲν ὡς ὅταν φασὶ [43], τὴν θεαρχίαν αὐτὴν ἐν μιᾷ τῶν μυστικῶν τῆς συμβολικῆς [44] θεοφανείας ὁράσεων ἐπιπλῆξαι τῷ φήσαντι [45]· *Τί τὸ ὄνομά σου;* καὶ ὥσπερ ἀπὸ πάσης αὐτὸν θεωνυμικῆς γνώσεως ἀπάγουσαν, φάναι τό· *Καὶ ἱνατί ἐρωτᾷς τὸ* [46] *ὄνομά μου; καὶ τοῦτ' ἔστι θαυμαστόν.* Ἢ οὐχὶ τοῦτο ὄντως ἐστὶ τὸ θαυμαστὸν ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, τὸ ἀνώνυμον, τὸ *παντὸς ὑπεριδρυμένον ὀνόματος ὀνομαζομένου, εἴτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, εἴτε ἐν τῷ μέλλοντι;* Πολυώνυμον δὲ, ὡς ὅταν αὖθις αὐτὴν εἰσάγωσι φάσκουσαν· *Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν·* ἡ ζωὴ, τὸ φῶς, ὁ Θεὸς, ἡ ἀλήθεια, καὶ ὅταν αὐτοὶ τῶν πάντων αἴτιον [47] οἱ θεόσοφοι πολυωνύμως ἐκ πάντων τῶν αἰτιατῶν ὑμνῶσιν, ὡς ἀγαθὸν, ὡς καλὸν, ὡς σοφὸν, ὡς ἀγαπητὸν, ὡς Θεὸν θεῶν, ὡς Κύριον κυρίων; ὡς Ἅγιον ἁγίων, ὡς αἰώνιον, ὡς ὄντα, καὶ ὡς αἰώνων αἴτιον· ὡς ζωῆς χορηγὸν, ὡς σοφίαν, ὡς νοῦν, ὡς Λόγον, ὡς γνώστην, ὡς ὑπερέχοντα [48] πάντας τοὺς θησαυροὺς ἁπάσης [49] γνώσεως, ὡς δύναμιν, ὡς δυνάστην, ὡς Βασιλέα τῶν βασιλευόντων, ὡς παλαιὸν ἡμερῶν, ὡς καὶ ἀγήρω καὶ ἀναλλοίωτον, ὡς σωτηρίαν, ὡς δικαιοσύνην, ὡς ἁγιασμὸν, ὡς ἀπολύτρωσιν, ὡς ἐν μεγέθει πάντων ὑπερέχοντα, καὶ ὡς ἐν αὔρᾳ λεπτῇ. Καί γε καὶ ἐν νόοις [50] αὐτὸν εἶναί φασι, καὶ ἐν ψυχαῖς καὶ ἐν σώμασι, καὶ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν γῇ, καὶ ἅμα ἐν ταὐτῷ τὸν αὐτὸν, ἐγκόσμιον, περικόσμιον, ὑπερκόσμιον, ὑπερουράνιον, ὑπερούσιον, ἥλιον, ἀστέρα, πῦρ, ὕδωρ, πνεῦμα, δρόσον, νεφέλην, αὐτόλιθον, καὶ πέτραν, πάντα τὰ ὄντα, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων.

## § VII.

Sic igitur ei qui omnium rerum causa est, et supra omnia, congruit carere nomine, et congruunt rursus omnia rerum omnium nomina, ut sit perfecte regnum universitatis rerum, et circa ipsum sint omnia, ex ipso, tanquam ex causa, principio et fine cuncta pendeant, et ipse sit, ut ait Scriptura, *omnia in omnibus* [y], vereque laudetur, ut omnia procreans, inchoans, perficiens, continensque, custodia ac domicilium, eademque ad se convertens, atque hæc conjuncte, invicte, excellenter; non enim solum est causa continendi omnia, vitæque ac perfectionis, ita ut ab hac sola, aut ab alia provident-

Οὕτως οὖν, τῇ πάντων αἰτίᾳ καὶ ὑπὲρ πάντα οὔσῃ, καὶ τὸ ἀνώνυμον ἐφαρμόσει, καὶ πάντα τὰ τῶν ὄντων ὀνόματα, ἵνα ἀκριβῶς ᾖ τῶν ὅλων βασιλεία [51], καὶ περὶ αὐτὴν ᾖ τὰ πάντα, καὶ αὐτῆς ὡς αἰτίας, ὡς ἀρχῆς, ὡς πέρατος, ἐξηρτημένα, καὶ αὐτὴ, κατὰ τὸ λόγιον, *ᾖ τὰ πάντα ἐν πᾶσι*, καὶ ἀληθῶς ὑμνῆται πάντων ὑποστάτις, ἀρχηγικὴ [52], καὶ τελειωτικὴ, καὶ συνεκτικὴ, φρουρὰ καὶ ἑστία, καὶ πρὸς ἑαυτὴν ἐπιστρεπτικὴ, καὶ ταῦτα ἡνωμένως, ἀσχέτως, ἐξῃρημένως· οὐ γὰρ συνοχῆς, ἢ ζωῆς, ἢ τελειώσεως αἰτία μόνον ἐστὶν, ἵνα ἀπὸ μόνης ταύτης, ἢ τῆς ἑτέρας προνοίας, ἡ ὑπερώνυμος ἀγαθότης ὀνομασθείη· πάν-

[t] Gen. xxxii, 29. [u] Jud. xiii, 18. [v] Ephes. i, 21. [x] Exod. iii, 14. [y] I Cor. xv, 28.

### VARIÆ LECTIONES.

[43] φῶσι, D. [44] γρ. συμβολικῶν τῆς μυστικῆς. [45] φωνήσαντι, S. [46] γρ. αὐτό. [47] τὸν πάντων, M. [48] ὡς περιέχοντα, M. S. D. [49] ἀπὸ πάσης, M. [50] γρ. [51] βασίλεια, D. [52] ἀρχική D.

τα δὲ ἁπλῶς καὶ ἀπεριορίστως ἐν ἑαυτῇ τὰ ὄντα προείληφε, ταῖς παντελέσι τῆς μιᾶς αὐτῆς καὶ παναιτίου προνοίας ἀγαθότησι, καὶ ἐκ τῶν ὄντων ἁπάντων ἐναρμονίως ὑμνεῖται, καὶ ὀνομάζεται. A tia, bonitas, quæ omne nomen superat, nominetur; sed universa simpliciter et incircumscripte in se anticipavit perfectis bonitatis ipsius unicæ et omnium effectricis providentiæ, et ab omnibus rebus apte laudatur, et nominatur.

## § VIII.

Καὶ γοῦν οὐ ταύτας μόνας οἱ θεολόγοι τὰς θεωνυμίας πρεσβεύουσι, τὰς ἀπὸ τῶν παντελῶν ἢ τῶν μερικῶν προνοιῶν, ἢ τῶν προνοουμένων, ἀλλὰ καὶ ἀπό τινων ἔσθ' ὅτε θείων φασμάτων ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνακτόροις ἢ ἄλλοθί που τοὺς μύστας, ἢ τοὺς προφήτας καταλαμψάντων, κατ' ἄλλας καὶ ἄλλας αἰτίας τε καὶ δυνάμεις ὀνομάζουσι τὴν ὑπερφαῆ καὶ ὑπερώνυμον ἀγαθότητα, καὶ μορφὰς αὐτῇ, καὶ τύπους ἀνθρωπικοὺς, ἢ πυρινοὺς, ἢ ἠλεκτρίνους [53] περιτιθέασι, καὶ ὀφθαλμοὺς αὐτῆς, καὶ ὦτα, καὶ πλοκάμους, καὶ B πρόσωπα, καὶ χεῖρας, καὶ μετάφρενα, καὶ πτερὰ, καὶ βραχίονας, καὶ ὀπίσθια, καὶ πόδας ὑμνοῦσι· στεφάνους τε καὶ θώκους, καὶ ποτήρια, καὶ κρατῆρας αὐτῇ, καὶ ἄλλα ἄττα μυστικὰ περιπλάττουσι, περὶ ὧν ἐν τῇ Συμβολικῇ θεολογίᾳ κατὰ δύναμιν ἐροῦμεν· νῦν δὲ, ὅσα τῆς παρούσης ἐστὶ πραγματείας, ἐκ τῶν λογίων συναγαγόντες, καὶ ὥσπερ τινὶ κανόνι τοῖς εἰρημένοις χρώμενοι, καὶ πρὸς αὐτὰ σκοποῦντες, ἐπὶ τὴν ἀνάπτυξιν τῶν νοητῶν θεωνυμιῶν προΐωμεν· καὶ ὅπερ ἀεὶ κατὰ πᾶσαν ἡμῖν θεολογίαν ὁ ἱεραρχικὸς θεσμὸς ὑφηγεῖται, θεοπτικῇ διανοίᾳ τὰς θεοειδεῖς [54] ἐποπτεύσωμεν (κυρίως εἰπεῖν) θεωρίας· καὶ ὦτα ἱερὰ ταῖς τῶν ἱερῶν θεωνυμιῶν ἀναπτύξεσι παραθώμεθα, τοῖς ἁγίοις τὰ ἅγια, κατὰ τὴν θείαν παράδοσιν, C ἐνιδρύοντες, καὶ τῶν ἀμυήτων [55] αὐτὰ γελώτων καὶ ἐμπαιγμῶν ἐξαιρούμενοι, μᾶλλον δὲ αὐτοὺς ἐκείνους, εἴπερ ὅλως εἰσὶ τοιοίδε τινὲς ἄνθρωποι, τῆς ἐπὶ τούτῳ θεομαχίας ἀπολυτρούμενοι. Σοὶ μὲν οὖν ταῦτα φυλάξαι χρεὼν, ὦ καλὲ Τιμόθεε, κατὰ τὴν ἱερωτάτην ὑφήγησιν, καὶ μήτε ῥητὰ, μήτε ἔκφορα τὰ θεῖα ποιεῖν εἰς τοὺς ἀμυήτους. Ἐμοὶ δὲ δοίη [56] ὁ Θεὸς θεοπρεπῶς ὑμνῆσαι τὰς τῆς ἀκλήτου καὶ ἀκατονομάστου θεότητος ἀγαθουργικὰς πολυωνυμίας [57], καὶ μὴ περιέλοι λόγον ἀληθείας ἀπὸ τοῦ [58] στόματός μου.

Siquidem theologi non hæc solum divina nomina celebrant, quæ a providentiis universalibus aut particularibus, aut ab iis quæ providentiam capiunt, ducuntur, sed etiam a quibusdam divinis visis, quæ aliquando **290** in sacris templis, aut forte alibi, magistros mysteriorum vel prophetas illuminarunt, ob multiplicem causam et vim nominant bonitatem divinam, quæ omne nomen omnemque splendorem superat, formasque ei figurasque humanas, aut igneas, aut electri inducunt; et oculos ejus, atque aures, capillos, facies, manus, scapulas, alas, brachia, posteriora, et pedes laudant; tum coronas, sedes, pocula, et crateras, et quædam alia ei affigunt, de quibus in Symbolica theologia pro virili parte dicemus; modo autem omnibus quæ hujus instituti sunt ex eloquiis divinis collectis, iis quæ dicta sunt quasi regula quam intuemur utentes, ad spiritalia Dei nomina reseranda veniamus; et, quod in omni theologia lex semper præcipit, deiformes (ut proprie dicam) contemplationes divina mente intueamur; et sacras aures sacris divinorum nominum interpretationibus adhibeamus, sanctis sancta, ut divina scripta tradunt, proponentes, a profanorum irrisionibus illusionibusque illa vindicemus, quinimo illos ipsos, si qui sint homines istiusmodi, a bello, quod hac ex parte cum Deo gerunt, revocemus. Hæc tibi servanda sunt, optime Timothee, juxta sacratissimam sanctionem, ne res divinas coram profanis efferas, aut evulges. Mihi autem det Deus, ut Divinitatis, quæ vocari nominarique non potest, multa variaque nomina pro Dei dignitate celebrem et non auferat sermonem verum ab ore meo.

---

## ADNOTATIONES CORDERII.

*Modo, vir beate, post theologicas informationes.* Hinc patet, sanctum Dionysium quemdam alium tractatum edidisse de divinis informationibus, qui magno sane Ecclesiæ damno, et theologorum luctu vel intercidit, vel certe alibi inter Turcas vel schismaticos in tenebris delitescit. Optimo autem ordine, post divinas informationes, scribit de divinis nominibus : quoniam mens nostra prius debet divinitus illustrari atque informari, antequam de Deo congrue loqui possit. Hinc etiam hic, ut in prima generali observatione notavimus, profitetur se nihil nisi ex Scripturis sacris allaturum.

Ibidem : *Sicut ea quæ sub intelligentiam cadunt*, etc. Hinc divus Thomas prima parte, q. 12, a. 2, concludit, divinam essentiam non per aliquam speciem ex parte divinæ essentiæ ab intellectu creato conspici, sed ex parte intellectus creati, aliqua similitudine confortati (lumine videlicet gloriæ) apprehendi et videri; ut ibidem fusius probat, et scholastici disputant. Item q. 88, art. 2, occasione hujus loci quærit utrum intellectus noster per cognitionem rerum materialium possit pervenire ad intelligendum substantias immateriales; et resolvit, cum quidditas rei materialis, quam abstrahit intellectus noster a materia, sit omnino alterius rationis a substantiis immaterialibus, non posse nos per substantias materiales perfecte **291** substantias immateriales intelligere : et simul conciliat cum hac resolutione locum capitis primi *De cœlesti hierarchia*, ubi § 3, dicitur, fieri non posse, ut mens nostra ad immaterialem illam cœlestium hierarchiarum contemplationem excitetur, nisi materiali usa fuerit manuductione.

## VARIÆ LECTIONES.

[53] ἢ πυρίους, D. M. S. ἠλεκτρικούς, S. P. [54] Θεοφανεῖς, M. D. P. [55] ἀμύστων, S. P. [56] γρ. δώῃ. [57] γρ. Θεωνυμίας. [58] ἐκ τοῦ, M. Sc.

Licet enim, inquit, ex materialibus ascendere possimus ad aliqualem cognitionem rerum immaterialium, non tamen perfectam : quia non est sufficiens comparatio rerum materialium ad immateriales. Nam similitudines, si quæ a materialibus ad immaterialia intelligenda accipiuntur, sunt multum dissimiles, ut Dionysius hoc loco docet.

Notandum hic, quomodo Deus non possit intelligentia comprehendi. Etenim, inquit S. Maximus ad hunc locum, si quæ incorporeæ substantiæ sunt, et simplices, et intellectiles, et unitæ, non solum non subjiciuntur sensibus, ut angeli et animæ, ut per eos cognosci possint, sed neque per sensilia, quæ inferioris ordinis sunt, cognitione eas comprehendere, nec earum essentiam spectare possumus, quanto magis excellit Deus, sensus, et sensilia, qui non est substantia, sed supra substantia; neque simplex, sed supra quam simplex; neque intellectus, sed supra intellectum; neque unitas, sed supra unitatem; nec ullo termino circumscriptus, sed infinitate sua omnibus solutus : qui ut in se est, neque ratione investigari, nec intelligi, neque nominari potest. Cum igitur audis in Scriptura formam Dei, et speciem, et faciem, intellige per anagogen, id est elevate et supra corpora, ut Deo dignum est : cum vero unitatem audis, ne intelligas quasi varia quædam ad unionem concurrant : non enim de his nunc sermo fit, sed de Deo, qui nec est principium numerorum, neque compositus, sed supra simplices substantias unitus. Unitas effectrix unitatis. Postquam autem Dionysius ea quæ de Deo sunt, ex omnibus quæ in rerum natura sunt exemit, deinceps sequens linguæ nostræ modum (non enim supra hunc ferri possumus) ex illis ipsis Deum laudat, e quibus eum exemit : et unitatem vocat sed effectricem unitatum, id est simplicium substantiarum, ut angelorum, et animarum : et mentem non intellectilem, id est quæ a nulla mente intelligitur. Si enim simile a simili cognoscitur, si mens esset, oporteret ut a mentibus cognosceretur : *At quis novit mentem Domini* [a]? Est igitur mens supra mentem, et nomen supra omne nomen. *Et nomen, inquit, meum non manifestavi eis* [a]. Quamobrem omnibus est sine nomine. Imo nec ens est. Etenim si ea quæ sunt ex nihilo creat, non est igitur ex iis quæ sunt, sed supra ea quæ sunt. Quod si dicit : *Ego sum qui sum* [b], intellige ut decet, esse scilicet sine principio et sine fine, quin etiam inscrutabilem, et similiter in aliis quæ Deo natura conveniunt. Dicit etiam Deum vacare ratione et intelligentia, sicut infra cap. 7, Paulum imitatus, sapientiam Dei ratione vacantem et stultam vocat, ut excellentiam ejus significaret, quod ita antecellat rationem nostram, ut a ratione aliena habeatur, ita mentem, ut amentia et stultitia putetur; sic hoc loco, quia cognitio Dei infinito intervallo rationem creaturæ, et intellectum, et nomina quæ de Deo dicuntur superat; cum alioqui Deus ex omnibus creaturis per rationem investigari possit, et intelligi ac nominari; dicit tamen esse cum ἀλογίαν, et ἀνοησίαν, et ἀνωνυμίαν, id est ἄλογον, ἄνουν, et ἀνώνυμον, hoc est, ratione, mente et nomine vacantem, scilicet propter superfluentem substantiæ et intelligentiæ. Sicut lumen excellens aciem oculorum efficitur nobis tenebræ; et sonus item excellens sensum auditus, surditas. Vide quæ dicta sunt in observationibus generalibus septima, octava, nona. Joannes Cyparissiota in præmeditatione *Expositionis materiatæ* primum hoc ponit axioma. Unum esse Deum, impartibilem, infinitum, expertem coloris, inaspectabilem, ex nulla naturali repræsentatione cognitum, qui notionem, quando aut quomodo sit, omnino repellit; quem nullo modo quamvis parte mens capere potest, nisi tantum per fidem ex creaturis ejus quod sit, non autem quid sit. Ad quem locum P. Turrianus in Scholiis : Ex nulla, inquit, naturali repræsentatione cognoscitur Deus, sicut lapis cognoscitur per speciem et similitudinem quæ est in oculo, quia ἀνείδεος est, ut Dionysius ait, id est omni specie caret, et similitudine; ipse enim nullius creaturæ similitudinem habet, nec habere potest. Deum itaque non cognoscimus videntes, quod est cognoscere ἐποπτικῶς, sed ἐπιστητῶς ex creaturis per rationem, id est ex similitudinibus Dei quæ in creaturis cernuntur, cognoscitur Deus, non quid sit, sed quod sit. Cum autem ait, quod nullo modo quamvis parte potest mens Deum capere nisi per fidem, tantum quod sit, non quid sit; non negat, quin ratione naturali cognosci possit Deus, quod sit, siquidem demonstrari hoc potest ex effectis ejus, illud Sap. XIII : *A magnitudine enim speciei et creaturæ poterit cognoscibiliter creator horum videri*; sed loquitur de cognitione altiore necessaria, cujusmodi est fides, juxta illud Sap. IX : *Et si quis fuerit consummatus inter filios hominum, si ab eo abfuerit sapientia tua, Domine, in nihilum computabitur. Nam sine fide impossibile est placere Deo* [c]. Hanc cognitionem Dei vocat beatus Basilius **292** comprehensionem intellectilem per fidem. Sic enim ait, edisserens, illud, *Attende tibi* : Ne in Deo quæras cognitionem per oculos, sed menti fidem committe, et intellectilem de Deo comprehensionem habe. Græce dixit κατάληψιν. Similiter locutus est sanctus Maximus in prima centuria theologica cap. 8, sic enim ait : Quæcunque sunt intellecta nominantur, et habent in seipsis demonstrabilia principia cognitionis. Deus autem non nominatur intellectus a nobis; sed ex creaturis, inquit, intellectis a nobis solum esse creditur. Cum dicit, *solum esse creditur*, non negat quin naturali etiam ratione ex creaturis esse cognoscatur; sed loquitur de cognitione per fidem, quam in nobis requirit Deus tanquam necessariam, quam quidem ipse dat omni demonstratione firmiorem, de qua Apostolus ait : *Accedentem ad Deum oportet credere, quia est, et quia remunerator est* [d]. Non dixit, oportet scire quia est, tametsi demonstrari hoc et sciri potest, quia demonstrationes non omnes capere possunt; credere autem omnes possunt, adjuvante Deo, et debent. Principia autem hujus cognitionis per fidem non sunt demonstrabilia, ut ait idem sanctus Maximus : « Quia, inquit, fides est eorum quæ sunt supra mentem et rationem. » Idem c. 11 primæ centuriæ : « Res, inquit, omnes quæcunque sunt intelligentia prius perceptas nominamus, quæ in seipsis habent principia notitiarum demonstrabilia; at Deus non cognitus nominatur, quin potius ex iis tantum quæ intelligentia percipiuntur, creditur esse; quamobrem nihil eorum quæ intelliguntur cum eo quacunque ex parte confertur. Omnia enim quæ intelliguntur habent in se principium cognitionis, quia vel sunt in sensibilibus; quorum sunt phantasmata, a quibus abstrahuntur species intelligibiles, quibus intellectus informatus intelligit; aut sunt incorporea, quæ in se haberent unde comparentur cum sensibilibus, ad quorum phantasmata, quæ sunt imagines et similitudines eorum ad animos pervenientes, se convertit intellectus, ut aliquid de incorporeis intelligat. Sunt autem similitudines principia sentiendi et intelligendi, ut ait sanctus Thomas, p. 1, quæst. 84 art. 3. Deus autem non potest sic cum creatura sensibili comparari; unde non sic intelligitur, sed tanquam causa et per excessum, ut ait S. Thomas eadem q. 84, art. 7.

Quibus autem modis Deus incomprehensibilis exsistat, vide apud Lessium, lib. 1 *De perfectionibus divinis*, cap. 2.

§ II. *De hac igitur*, etc. Denuo hic inculcat Dionysius, nihil de rebus divinis asseverandum esse, nisi quantum divina Scriptura confirmat. Sic etiam Plato in *Timæo*, « De rebus divinis credendum, inquit,

[a] Rom. XI, 34. [a] Exod. VI, 3. [b] Exod. III, 14. [c] Heb. XI, 6. [d] Ibid.

Dei filiis, etiamsi nullas afferant rationes. » In legibus quoque theologiæ inventa jubet oraculis confirmari.

Ibidem : *Ejus quid sit scientia et contemplatio est omnibus inaccessa.* Nobis enim, quandiu sumus extra patriam, summa Dei cognitio est intelligentia, quæ divinam naturam nondum attingit. Tantum vero de divina cognitione consequimur, quantum divinæ revelationis radius per serenas sanctorum mentes transmissus ostenderit; in quibus sane, tanquam in corporibus diaphanis, divinum illum solem percipimus, quem capere in seipso non possumus. Quamobrem recte docet sanctus Dionysius, nos circa divinarum rerum contemplationem certis quibusdam limitibus coerceri. Primo quidem, quia nihil ultra pertingere possumus, quam radius ille offerat. Secundo, quia radius ille in nos sub mensura descendit; non quidem ostensurus nobis naturam ipsam divinam, vel quæcunque Deus conspicit in seipso, vel omnia saltem quæ penes Deum angeli contuentur; sed pauciora et inferiora quædam, quamvis pretiosissima procul dubio, si cum cæteris conferantur. Tertio, quoniam radius ille unicuique se pro subjecti duntaxat capacitate demonstrat, justa quadam ubique pro meritis distributione servata. In quo certe Sol divinus perinde se habet, ac si sol cœlestis lumen suum singulis passim oculis attemperaret. Deus ergo se quasi finitum mentibus finitis offert, infinitatem interea suam occultens in seipso. Denique docet, unumquemque circa divinum istum radium ita sibi moderari debere; ut nec per ignaviam ab illius excellentia decidat in deterius, neque temere per superbiam quidquam supra vires attentet.

§ III. *Eas ergo divinas lances*, etc. Docet, id quod in Deo supra essentiæ et intelligentiæ limites relucet, non tam perscrutandum quam venerandum esse, et mentis oculos, immensam hanc lucem minime sustinentes, ad sacras litteras, tanquam ad cœlos quosdam, flectendos esse, in quibus nomina divina lucent quasi stellæ oculis nostris accommodatæ : ex quibus sane stellis nobis emicant propriæ Dei virtutes, et appellationes, laudesque divinæ, non secus ac solis virtutes in stellis. Unde duo potissimum consequimur. Primum quidem, quod divinos radios hinc haurimus nostro ingenio congruentes; secundum, quod divinum solem, radiorum ejusmodi fontem, rite laudemus. In nominibus autem appellationibusque divinis mirabiles latere virtutes, tum ad divina mysteria declaranda, tum ad mirabilia **293** perpetranda, Hebræi omnes existimant, et Zoroaster Jamblicusque confirmant. Male tamen et superstitiose multi in amuletis et præstigiis sacrosanctis nominibus abutuntur, de quibus hic nihil attinet dicere.

Ibidem : *Ut quod omnium sit causa et origo*, etc. Gregorius Nyssenus in *Explanatione Cantici canticorum* : « Omnia, inquit, mira quæ in universo contemplamur, materiam divinorum nominum præbent, quibus Deum sapientem, potentem, bonum, sanctum, beatum, æternum, judicem, salvatorem, et alius hujusmodi nominamus. » Et Damascenus libro primo *De fide orthodoxa* : « Deus, inquit, propter ineffabilem bonitatem voluit de nostris rebus et nostro more nominari, ne simus funditus notitiæ ejus expertes. » Magnus Basilius libro primo *contra Eunomium* : « Unus, inquit, Dominus cum sit, et una substantia simplex et expers compositionis, alias aliter se nominat; aptans sibi nominationes quæ nostris cogitationibus inter se differunt. Diversa enim nomina sibi imponit, ut sunt diversæ operationes subjectæ, et diversa earum ad ea quæ fiunt habitudo; nos vero ex operationibus Deum nostrum cognosci dicimus, ad essentiam tamen ejus appropinquare non promittimus. Operationes enim Dei descendunt ad nos; at essentia ejus manet inaccessa. » Gregorius item Nyssenus disputans contra Eunomium : « Ego, inquit, quod ex Scriptura sancta didici fideliter pronuntio, eum qui est supra omne nomen fieri nobis multorum nominum cum pro varietate beneficiorum varie nominatur. Lumen enim dicitur, cum caliginem ignorantiæ depellit; vita, cum immortalitatem largitur; via, cum ab errore ad veritatem deducit. Sic turris fortitudinis, et civitas munita, et fons, et petra, et vitis, et medicus, et resurrectio, et omnibus hujusmodi nominibus appellatur. » Rursus idem : « Deus quidem est secundum se id quod demum esse creditur; nominatur autem ab iis qui eum appellant non id ipsum quod est, (non enim explicari potest natura ejus) quin potius ex iis quæ ad vitam nostram pertinentia operari creditur, homonymias seu nomina quædam æquivoca habet. » Et Basilius Magnus : « Naturam inquit, divinam quatenus est, nihil eorum quæ excogitantur declarat. Ex his igitur liquet, fieri nobis Deum multorum nominum, quoniam multis beneficiis ejus ad custodiendam vitam indigemus, nosque sumus qui difficultatibus circumplicamur, et in eis Deum excogitatis et adinventis nominibus imploramus. Quare hoc etiam efficitur manifestum, quod licet Deus ex infinitis operationibus multis nominibus afficiatur, quam tamen naturam habeat, funditus intelligentia nostra non assequatur. Cum enim duplex sit quæstio, quod sit Deus, et quid sit; illud quidem, id est esse, omnino inter omnes convenit, quid vero sit, et qua natura, solis beatis notum est.

§ IV. *Hæc ex Scripturis didicimus*, etc., *divina nomina formare secundum divinæ bonitatis emanationes*, etc. Sanctus Thomas prima parte, q. 13, art. 6 : « Hæc, inquit, nomina Dei, bonus, sapiens, et similia, quantum ad rem significatam per prius dicuntur de Deo quam de creaturis, quia a Deo hujusmodi perfectiones in creaturas manant, sed quantum ad impositionem, inquit, nominis impesita sunt creaturis quas prius cognoscimus, significant enim bonitatem creatam, bonus, et sapientiam creatam, sapiens, etc., quæ de Deo per essentiam conveniunt ἐξηρημένως, id est elate et eminenter. »

Ibid. art. 2, sic interpretatur Dionysius ut voluerit significare, nomina Dei, *bonus*, *sapiens* et alia ejusmodi, imposita quidem esse a processionibus sive providentiis Dei in creaturas manantibus, sed significare ipsum rerum principium, quatenus in eo est prius bonitas, et vita, et sapientia, et quidem excellentius quam a nobis intelligatur et significetur. Aliud enim est a qua re imponitur nomen, et aliud in qua re imponitur. Sic nomina Dei imposita sunt a providentiis, quas alii vocant processus, ad significandam substantiam Dei, licet non perfecte eam significent : sicut perfecte hoc nomen *homo* significat substantiam sive essentiam hominis, quia quid sit Deus comprehendi intelligentia non potest, ut potest comprehendi quid sit homo; est enim animal rationale, quæ est perfecta essentia hominis quam homo significat. Imo illud etiam est advertendum, vocabulum ipsum *eminentia* et *eminenter*, quibus sanctus Thomas uti solet cum de nominibus Dei loquitur, et quid in Deo significent explicat, ex Dion. sumpsisse qui ἐξηρημένως, ut paulo ante notavi, dicere solet, quod varie licet interpretari, *elate*, *exsuperanter*, *eminenter*, *eximie*, *excellenter*, *separate*.

§ V. *Neque nomen, neque sermo.* Quia nimirum nec uno nomine, nec sermone, qui pluribus vocibus constat, explicari Deus potest. Et quavis appellatione potiorem dicit; quia nullo nomine totum quod in ipso est, exponi potest. Intelligit autem respectu cujuscunque intellectus creati natura sua considerati, quia non videt Deum sicuti est, et ita neque nomine aliquo potest Deus ei integre significari.

Ad eumdem modum Justinus in *Apologia secunda pro Christianis* non longe a **294** fine, ait, Deo nomen imponi non posse, quod si quis id contendat, summæ demeutiæ esse. Nazianzenus similiter oratione tricesima quarta quæ est secunda de Theologia, refert sententiam Platonis in *Timæo* dicentis, difficile esse Deum intellectu percipere, eloqui vero impossibile. Ipse vero Nazianzenus suam nobis sententiam ex-

ponit, dicens, Deum nullis verbis explicari posse, mente autem comprehendi multo minus. Quæ loca recte concordat Vasquez, tom. I, in prim. part., disput. 57, q. 13, artic. 1, cap. 3 : « Nec contradicit, inquit, ullo modo Platoni, qui docuit difficilius esse eloqui Deum, quam percipere; quia hoc dicit esse difficile, illud vero impossibile. Nazianzenus vero utrumque esse impossibile, et multo magis Deum comprehendere. Nam Plato loquebatur de cognitione Dei, qualis viatoribus conceditur, obscura, et hac vere dixit difficile esse percipere absque falsitate Deum, et quæ de ipso dicuntur, eloqui vero ipsum et explicare exacte sicuti est (id enim significare voluit, cum dixit *eloqui*) impossibile. » Nazianzenus autem dicit, impossibile esse Deum explicare non solum quidditative et sicut est, sed etiam omnia quæ sub velamine de ipso dici possent; semper enim superest aliquid addendum : at ipsum videre sicuti est, quod vocat *comprehendere*, certe magis est impossibile; id enim magis adhuc remotum est a cognitione viatorum, quam Deum exacte explicare sub velamine et obscuritate fidei. Contra vero Augustinus de alio modo cognitionis ait : « Verius cogitatur Deus quam dicitur; sed verius est quam cogitatur (30). » Id autem intelligitur in viatoribus, qui aliquando plura de Deo contemplatione concipiunt quam explicare queant; cum tamen adhuc melius et verius in se sit Deus, quam a nobis cogitatur. Hæc tamen non obstant, quo minus, si loquamur ex parte ejus qui nomina aut sermonem de Deo audit, æqua sit illi nominum aut sermonis significatio atque cognitio, quam ipse de Deo habet; nam cognitio audientis metitur significationem nominis. Unde sicut beati proprium de Deo verbum et conceptum formant, ita puri viatores nullo ipsum verbo proprie quid sit significare, neque conceptu mentis assequi possunt; uti eleganter Nazianzenus *Oratione de fide*, quæ est quadragesima nona, sic ait : « Certe hoc est Deus, quod cum dicitur, non potest dici; cum æstimatur, non potest æstimari; cum definitur, ipsa definitione crescit. » Dixit autem Deum ipsa definitione crescere; quia licet definitio dicatur terminus rei, quia ea veluti termino et fine res clauditur, tamen cum Deum definire et determinare contendimus, ita se habet, ut semper aliquid illius extra maneat; eo quod natura ejus ab intellectu creato propria virtute cognosci nequeat, nec viatori satis explicari, et definitione describi. Vide hæc fusius apud Vasquez, tom. I, in 1 part., disput. 57, q. 13, art. 1, cap. 3, unde hæc compendio desumpta sunt.

Ibidem : *Illam igitur*, etc. Negat hic Dionysius de Deo, quæcunque formali aliqua ratione pertinent ad proprietates rerum naturalium, animarumque et mentium, vel etiam entis illius universi, in quo Platonici essentiam, vitam, intellectum, collocant; item motum, statum, identitatem, diversitatem, tanquam genera rerum; rursus infinitatem atque terminum, veluti prima omnium elementa. Utitur etiam epistola Platonis quæ dicit : « Circa Regem omnium cuncta sunt, ipsius gratia omnia, ipse causa est bonorum omnium. » Nota autem, ad excellentiam causæ duo pertinere; primum quidem, ut quo præstantior causa est, eo sit a subditorum conditionibus segregatior; secundum vero, ut pro excellentiæ suæ gradibus vires suas actionesque longius latiusque diffundat. Quamobrem prima omnium causa separatissima est ab omnibus, et interim præsentissima; inde *unum*, hinc *bonum* a Platonicis nominatur. Inde quidem nihil habet simile cum effectibus atque commune; hinc rursum agit omnia, agit in omnia, conservat assidue. Deus enim, uti supra docet, omnia amplectitur, complectitur et anticipat. Amplectitur quidem per excellentiam potestatis, velut extrinsece circumfusus; complectitur autem, penes se natura sua unice colligens singula, quantumlibet inter se diversa, anticipat denique, quoniam et antequam sint possidet ipse, et gradu longe præstantiore quam sint. Hinc etiam probat Dionysius *bonum* esse Deo accommodatissimum nomen, tum ratione principii, quoniam ad ipsum bonum amplissima diffusio pertinet; tum ratione finis, quia omnia bonum appetunt.

§ VI. *Hoc igitur cum scirent theologi, Deum laudant*, etc. Docet qua ratione negari omnia de Deo ac pariter firmari possint. Confirmatur hic sententia Mercurii Trismegisti dicentis, Deum nihil esse omnium et Deum esse omnia; item Deum nullum habere nomen, habere omne nomen. Ita enim res omnes in Deo fere pariter sunt, atque non sunt, sicut domus in architecto, formæ membrorum in vegetali seminariaque natura, igneus calor in sole, in unitate numeri, longitudo lineæ in puncto unde Pythagorica ratione producitur, lineæ in centro circulari, radii omnes in centro solis, in lumine vero calores. Merito igitur Parmenides **295** etiam Pythagoricus apud Platonem, omnia de ipso uno rerum principio negat pariter et affirmat.

Nota cum D. Thoma hic, ex quibus Scripturæ locis ista Dei nomina desumpta sint. *Vita et veritas*, Joannis XIV, 6 : *Ego sum via, veritas et vita. Lux*, Joan. VIII, 12 : *Ego sum lux mundi. Deus*, Exodi III, 6 : *Ego sum Deus patris tui. Bonus*, Lucæ XVIII, 19 : *Nemo bonus nisi solus Deus. Pulcher*, Cant. I, 16 : *Ecce tu pulcher es, dilecte mi. Sapiens*, Job IX, 4 : *Sapiens corde est. Dilectus*, Cant. II, 16 : *Dilectus meus mihi. Deus deorum*, Psal. XLIX, 1 : *Deus deorum Dominus locutus est. Dominus dominorum*, Apocalypseos XVII, 14 : *Dominus dominorum est. Sanctus sanctorum*, Danielis IX, 24 : *Et ungatur Sanctus sanctorum. Æternus*, Baruch. IV, 7 : *Exacerbastis eum qui fecit vos, Deum æternum. Qui est*, Exod. III, 14 : *Qui est misit me ad vos. Auctor sæculorum*, Ecclesiastici XXIV, 14 : *Ab initio et ante sæcula*, etc. *Vitæ largitor*, Act. XVII, 25 : *Cum ipse det omnibus vitam et inspirationem. Sapientia*, I Corinth. I, 30 : *Factus est nobis sapientia. Mens*, Isaiæ XIV, et ad Rom. XI : *Quis cognovit sensum Domini?* Græce est νοῦν, id est *mentem. Verbum*, Osee I : *Verbum Domini quod factum est ad Osee*; et Joel I : *Verbum Domini quod factum est ad Joel.* Et similiter in aliis prophetis; quod, ut Cyrillus in *Commentariis in Osee* caput primum ait, nihil aliud significat, quam cognitionem futurorum instar luminis illustrasse mentem ejus prophetæ ad quem factum est verbum Domini, id est sanctæ Trinitatis. Quod autem ejusmodi revelatio non lingua ac verbis more nostro fieret in prophetis, docet (inquit idem Cyrillus ibidem) Paulus cum ait : *An experimentum quæritis ejus qui in me loquitur Christus* [a]*? Cognitor*, II Timoth. II, et Danielis XIII. *Superlate*, sive exsuperanter, *habens omnes thesauros omnis scientiæ*, Col. II. *Potentia*, I Cor. I, ubi interpres *virtutem* vocat. *Potens*, Psal. XXIII. *Rex regum*, Apoc. XIX. *Antiquus dierum*, Danielis VII. *Non senescens*, Psal. CI. *Immutabilis*, Isa. I. *Salus*, Matth. I : *Ipse enim*, inquit, *salvum faciet populum a peccatis eorum*; a salute enim dicitur Deus Salvator. *Justitia, sanctificatio, redemptio*, I Cor. XI. *Magnitudine omnia superans*, Psal. XCIV. *Ut in aura tenui*, III Reg. XIX. Atqui et *in mentibus eum esse* dicunt, Ephes. III (mentes enim vocat ibi Paulus corda); et *in animis*, Sap. VII : *Et in animas*, inquit, *sanctas se transfert*; et *in corporibus*, I Cor. VI, et I Thess. V : *Ut integer spiritus vester, et anima et corpus sine querela servetur*; hoc autem fit habitante Deo in mente, et anima, et corpore (mentem vocat hic Paulus spiritum), et II Corinth. VI : *Et inhabitabo in illis*, scilicet in mentibus, et animis, et corporibus. Et *in cœlo et in terra*

[a] II Cor. XIII, 3.

(30) Lib. VII, *De Trin.*, c. 4.

Jeremiæ XXIII. Et *simul in eodem eumdem*, hoc exponit Dionysius cap. 9, de magno et parvo, et eodem, etc. *In mundo*. Joan. I. *Circa mundum*, Ecclesiastici XLIII. *Super mundum*, Isaiæ LXVI. *Supracœlestem et suprasubstantiam*, Psal. CXII : *Super cœlos gloria ejus. Solem*, Malach. IV. *Stellam*, Apoc. ultimo. *Ignem*, Deut. IV. *Aquam*, Joan. VII. *Spiritum*, Joan. IV. *Rorem*, Osee XIV. *Nubem*, Osee VI. *Per se lapidem, αὐτόλιθον*, Psal. LXXX. Esse enim fundamentum proprie virtutis et per se, Christo convenit propter divinitatem, quæ una et eadem est in tribus Personis, quæ fecit in ipso Christo, summo lapidem angulari [1], utraque unum, cui convenit esse αὐτόλιθον. *Petram*, I Corinth. X. Est igitur B. Petrus (ut hæreticis nostri temporis occurramus) petra Ecclesiæ, ut Evangelium testatur [6]; non tamen est αὐτόλιθος nec αὐτοπέτρα, id est per se lapis, vel per se petra : neque sic unquam in Scripturis vocatur, ut Christus Deus noster, qui sic est αὐτοθεμέλιος, id est per se fundamentum, præter quod per se fundamentum aliud nemo potest ponere, sicut Apostolus ait I Corinthiorum III, de hoc enim per se fundamento loquitur.

§ VII. *Sic igitur ei*, etc. Docet Deum esse omnia in omnibus. Sic etiam Plato in *Epistolis* ait, omnia a Deo regente pendere, tanquam ab efficiente pariter atque fine. Præterea in quarto *Legum* idem confirmat his verbis : Ὁ μὲν δὴ Θεὸς, ὥσπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, εὐθεῖαν παρατείνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος, id est *Deus, ut prisci tradunt, Principium et finem et media omnium comprehendens, recta via peragit, et secundum naturam omnia circuit.* In *Timæo* etiam atque *Parmenide* omnia deducit ab uno. Hinc etiam Plotinus, Jamblicus, cæterique Platonici, quamvis res, virtutes et eventus differentes in causas quoque differentes proxime referant, omnes tamen effectus et causas in primam redigunt causam causarum, unde causæ omnes habent ut et sint, et causæ sint, et sua quæque naturaliter agant, et certo quodam ordine moveantur. Quin etiam astrologi tradunt, per aspectum quemdam lunæ ad solem vires summatim congregatas stellarum omnium hauriri ; quod nimirum vires omnium et exsistant a sole, et in sole consistant, per lumen usquequaque diffusum singulis virtutes singulas conferente. Itaque non solum quidquid stellæ faciunt, sol quoque facit, sed etiam virtutes in stellis differentes sunt, quasi sol ipse verbi gratia, **296** in Saturno solis lumen est ipsa Saturnia firmitas, in Jove virtus alma, in Marte motus efficax, in Venere gratia, in Mercurio agilitas et industria, in Luna vividus humor, in cæterisque similiter est, et cætera. Quid ergo mirum, si Deus sit nominibus omnium appellandus, cum ipse Deus in essentia sit ipsum essentiæ firmamentum ; in vita vero sit ipse ad universalem motum vigor intimus ; in intellectu perspicacia pariter atque claritas ; in omnibus denique summitas cujusque boni ? Huc spectant quæ Dionysius de universali Dei actione et regno et providentia disputat. Ita vero universale et absolutum est Dei regnum, ut non solum omnia in omnibus agat, sed ipse quoque excellenter sit in omnibus omnia.

Nota verba ista, *universa simpliciter et incircumscripte in se anticipavit*, Græce, *Πάντα δὲ ἁπλῶς καὶ ἀπεριορίστως ἐν ἑαυτῇ τὰ ὄντα προείληφε*, id est ita in se omnia anticipavit, et omnia est, ut cum eis non sit coagmentatus, neque corporee unitus ; hoc est simpliciter et incircumscripte omnia esse in eo, et ipsum esse omnia, contra quam aiebat Manichæus, Deum omnibus corporibus, συνουσιωμένον id est, ut ita vertamus, *consubstantiatum*. Non enim (inquit Lessius libro primo *De perfectionibus divinis*, cap. 1, § 6), sicut mundus complectitur omnem perfectionem rerum creatarum per diversas sui particulas et formas, ita Deus per aliquam diversitatem formarum vel partium continet omnia, sed per unam simplicissimam rationem suæ deitatis, per quam est omnia formaliter vel eminenter. Nam per rationem suæ deitatis non solum est Deus, sed etiam est omnipotentia, bonitas, et cætera. Deinde per eamdem continet omne bonum angelorum et hominum, et totius creaturæ non solum exsistentis, sed etiam possibilis. Pulchre in hanc sententiam Gregorius Nazianzenus in quodam carmine :

| | |
|---|---|
| *Σοὶ ἔνι* * *πάντα μένει, σοὶ δ' ἀθρόα πάντα θοάζει.* | *In te omnia permanent, ad te confestim festinant omnia.* |
| *Σὺ πάντων τέλος ἐσσὶ, καὶ εἷς, καὶ πάντα, καὶ οὐδέν.* | *Tu omnium finis, tu unus et omnia, et nihil rerum :* |
| *Οὐχ ἕν ἐὼν, οὐ πάντα, πανώνυμε, τί σὲ καλέσσω, Τὸν μόνον ἀκλῄϊστον ;* | *Cum neque unum sis, neque omnia, quem te appellem, Qui es solus innominabilis, et omninomius ?* |

Dicitur esse *omnia*, quia omnia in ipso continentur, ita ut sit omnia formaliter vel eminenter. Dicitur esse *nihil rerum*, quia est supra omnia quæ a nobis concipi possunt. Simili modo dicitur *innominabilis* et *omninomius* ; etsi enim plurimis nominibus appelletur, ut a nobis aliquo modo concipi possit, nullum tamen nomen nullaque conceptio nostra illum exprimere potest, prout est in seipso. Vide hæc fusius exposita apud Lessium loco citato.

§ VIII. Notandum, divina nomina non solum a providentiis universalibus aut particularibus, sed etiam a quibusdam visis sumi. Nomina autem quæ a providentiis universalibus sumuntur, sunt, inquit sanctus Maximus, *Rex, creator, omnipotens*, hæc enim sunt nomina divinæ Providentiæ in genere. A particularibus vero providentiis dicitur *Deus deorum, Dominus dominorum, Rex regum*, non enim omnes, sed quidam dicuntur dii, domini, reges. A visis autem sumi dicit nomina revelationum Dei in symbolis, quæ aliquando in templis apparuisse scribit, alludens ad illud visum Isaiæ, c. VI, videturque dicere Isaiam vidisse in templo visum illud de sedente in solio, et de seraphinis supra illud. Quæ vero deinceps in Dionysio hic sequuntur, dicta sunt de visione Ezechielis c. I, et de alia c. X. Ait autem a Scripturis frequenter Deo tribui humana membra, ut *oculos*, Psal. XXXII : *Oculi ejus super pauperem respiciunt. Aures*, Jacob. V ;

* Sic scribitur ista particula, quando postponitur suo regimini. Cf. *Iliad.*, A, 225 et 409, ed. Ernesti, necnon Henr. Stephani *Thesaurum*. Sed parum recte allegat P. Corderius versus sancti theologi. Carmine XΘ' *Poematum dogmaticorum*, t. II, p. 286 ed. Bened., exstant hoc modo, absque ulla varia lectione :

Σοὶ ἑνὶ πάντα μένει· σοὶ δ' ἀθρόα πάντα θοάζει.
Καὶ πάντων τέλος ἐσσὶ καὶ εἷς, καὶ πάντα, καὶ οὐδείς,
Οὐχ ἕν ἐὼν, οὐ πάντα· πανώνυμε, πῶς σὲ καλέσσω,
Τὸν μόνον ἀκλῄϊστον ;
Tibi uni omnia permanent : et ad te cuncta simul festinant.
Et omnium finis es, et unus, et omnia, et nihil horum,
Non unum es, non omnia ; qui omnia nabes nomina, qui te appellabo,
Qui solus appellari nequis?

DRACH

[1] Ephes. II, 20. [6] Matth. XVI, 18.

*Clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit. Capillos*, Dan. VII : *Et capilli capitis ejus quasi lana alba. Faciem*, Psal. XXXII : *Facies Domini super facientes mala. Manus*, Job X : *Manus tuæ fecerunt me. Scapulas*, Psal. XC : *Scapulis suis obumbrabit tibi. Alas*, Psal. XVI : *Sub umbra alarum tuarum protege me. Brachia*, Psal. LXXXVIII : *Brachium meum confortabit eum. Posteriora*, Exod. XXXIII : *Posteriora mea videbis. Pedes*, Gen. III : *Et audierunt vocem Domini deambulantis in paradiso. Coronas*, Psal. LXIV : *Benedices coronæ anni benignitatis tuæ. Sedes*, Psal. LXXXVIII : *Thronus tuus Deus in sæculum sæculi. Calicem*, Psal. LXXIV : *Calix Domini in manu ejus. Craterem*, Prov. IX : *Miscuit craterem*, apud LXX.

## 297 PARAPHRASIS PACHYMERÆ (31).

Præsentem librum magnus Dionysius scribit ad A sanctum Timotheum, magni Pauli discipulum, Ephesi episcopum ab ipso constitutum. Qui, quod tum in Ionia philosophorum hæreses pullularent, multæque dialecticæ argutationes ei ab illis objicerentur; cum probe nosset magnum Dionysium non externa minus quam divina sacraque sapientia præditum, ut qui magni Pauli discipulus exstiterat, et divinis Scriptis multum vacaverat, petit ab eo proposita edoceri; quod et fit. Vocat itaque ipsum magnus Dionysius compresbyterum, id est coepiscopum, sicut semetipsum vocat presbyterum, id est episcopum. Sic enim etiam in Actis sanctorum apostolorum declaratur, ubi magnus Christi apostolus Paulus Asiæ Ecclesiis nonnulla præscribit. Cum autem hic tractatus sit de divinis nominibus, B sciendum, universim et in omnibus nomina non significare substantias, et quid aliquid sit, hoc enim est definitionis, sed nomen etymologia quædam est ex iis quæ rei nominatæ adsunt, verbi gratia, ἄνθρωπος, id est *homo*, ab ἄνω ἀθρεῖν, id est, ab eo quod sursum tueatur vel aspiciat, nomen accipit. Hoc igitur quid sit esse divini numinis etiam ipsismet angelis est inscrutabile. Quod autem ex quibusdam effectis suis (Deus v. g. bonus, salvator, quam theologiam affirmantem vocant) uti et illam quæ ex rebus nostris sumitur, negantem theologiam dicunt, (ut quod sit incomprehensus, expers formæ, immortalis) quod ex hisce, inquam, denominetur, nequaquam ab ipsius sanctimonia abhorret; non enim C naturam ejus multiplicamus, quod fieri non potest, sed quemadmodum ex sacris quibusdam quasi compositis Dei descriptionibus ad simplicitatis ejus æqualem cognitionem promovemur, sic etiam ex istiusmodi nominibus et eorumdem usurpatione, ad id quod innominabile est adducimur. Hinc si quis aliquid de Deo dixerit, est supra id quod dicit; omni enim nominabili nomine est eminentius. Idcirco in his excogitata est a theologis loquendi formula per præpositionem ὑπέρ et αὐτό : atque ita dicitur Deus supra quam bonus, et per se bonus, et supra quam infinitus, et per se infinitus. Illud quidem dicitur, quoniam supra ea quæ dicuntur incomparabiliter eminet; hoc vero, quia proprie et primario, et non secundum participationem **298** vel habitudinem vel comparationem est; nam nomen vel corpus vel rem significat, supra hæc autem divinum numen incomprehensibiliter et eminenter exsistit.

§ 1. Nunc autem, o beate, secundum gratiam et D participationem ejus, qui beatus, et nequaquam

Τὸ παρὸν βιβλίον ὁ μέγας συντίθησι Διονύσιος πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Τιμόθεον, τὸν τοῦ μεγάλου Παύλου μαθητὴν, Ἐφέσου ἐπίσκοπον παρ' ἐκείνου καταστάντα. Ὅς, ἐπειδὴ τότε αἱ τῶν ἐν Ἰωνίᾳ φιλοσόφων αἱρέσεις ἤκμαζον, καὶ πολλὰς εἶχε τὰς διαλεκτικὰς ἐπηρείας παρ' ἐκείνων ὁ ἅγιος, γινώσκων τὸν μέγαν Διονύσιον σοφὸν καὶ τὴν ἔξω σοφίαν, σοφὸν καὶ τὴν θείαν καὶ ἱεράν, τῷ μεγάλῳ Παύλῳ κατὰ ταύτην μαθητεύσαντα, καὶ πολλὰ ἐσχολακότα ταῖς θείαις Γραφαῖς, ἀξιοῖ παρ' αὐτοῦ διδαχθῆναι τὰ ὑποτεταγμένα· ὃ δὴ καὶ γίνεται. Καλεῖ γοῦν αὐτὸν ὁ μέγας Διονύσιος συμπρεσβύτερον, οἱονεὶ συνεπίσκοπον, ὡς καὶ ἑαυτὸν πρεσβύτερον, δηλονότι ἐπίσκοπον. Οὕτω γὰρ δηλοῦται ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἁγίων ἀποστόλων, ἔνθα ἐν Ἀσίᾳ συντάττεται ταῖς Ἐκκλησίαις αὐτῶν ὁ μέγας τοῦ Χριστοῦ ἀπόστολος Παῦλος. Ἐπειδὴ δὲ περὶ θείων ὀνομάτων ἡ πραγματεία ἐστὶν, ἰστέον, ὅτι καθολικῶς καὶ ἐπὶ πᾶσι τὰ ὀνόματα οὐ σημαίνουσιν οὐσίας, καὶ τὸ τί ἦν εἶναι, τοῦτο γὰρ τοῦ ὁρισμοῦ ἐστι· τὸ δὲ ὄνομα ἐτυμολογία τίς ἐστιν ἐκ τῶν προσόντων τῷ ὀνομαζομένῳ πράγματι· οἷον ἄνθρωπος, ἐκ τοῦ *ἀνω ἀθρεῖν*, ἤτοι θεωρεῖν, ὀνομάζεται. Τὸ γοῦν, τί ἦν εἶναι τοῦ Θείου, καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀγγέλοις ἀνεξιχνίαστον. Τὸ δὲ, ἔκ τινων ἐνεργειῶν αὐτοῦ (ὡς τὸ, Θεὸς ἀγαθὸς, σωτὴρ, ἣν δὴ καὶ καταφατικὴν θεολογίαν λέγουσι) καὶ πάλιν ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς κατὰ ἀπόφασιν, ἣν δὴ καὶ ἀφαιρετικὴν θεολογίαν φασὶν (ὡς τὸ, ἀκατάληπτος, ἀνείδεος, ἀθάνατος), τὸ γοῦν ἐκ τούτων ὀνομάζεσθαι, οὐκ ἔστιν ἀπᾴδον τῇ ἱερᾷ ἁγιστείᾳ· οὐ γὰρ τὴν φύσιν αὐτοῦ πολυπραγμονοῦμεν, τοῦτο γὰρ ἀδύνατον· ἀλλ' ὥσπερ ἐκ τῶν ἱερογραφιῶν τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐκ συνθέτων τινῶν, ἐπὶ τὸ ἁπλοῦν τῆς ὁπωσοῦν γνώσεως ἀναγόμεθα, οὕτω καὶ ἐκ τῶν τοιούτων ὀνομασιῶν, καὶ τοῦ ἐπὶ τούτοις συνεθισμοῦ, ἐπὶ τὸ ἀνωνόμαστον ἀναγόμεθα. Τέως δὲ εἴτι ἄν τις εἴποι ἐπὶ Θεοῦ, ὑπὲρ τοῦτό ἐστι· παντὸς γὰρ ὀνομαζομένου ὀνόματος ἐπέκεινά ἐστι. Διὰ τοῦτο ἐπενοήθη τοῖς θεολόγοις ἐπὶ τούτοις, ἡ ὑπὲρ προσθήκη, καὶ τὸ *αὐτό*· καὶ λέγεται ὁ Θεὸς ὑπεράγαθος, καὶ αὐτοάγαθος, καὶ ὑπεράπειρος, καὶ αὐτοάπειρος. Τὸ μὲν, ὅτι ὑπὲρ ταῦτα καὶ ἀσυγκρίτως ἐστί· τὸ δὲ, ὅτι κυρίως καὶ πρώτως, καὶ οὐ κατά τινα μετοχὴν ἢ σχέσιν ἢ σύγκρισιν· τὸ γὰρ ὄνομα ἢ σῶμα ἢ πρᾶγμα σημαίνει· ὑπὲρ ταῦτα δὲ ἀκατανοήτως καὶ ἐξῃρημένως τὸ Θεῖόν ἐστι.

§ I. Νῦν δὲ, ὦ μακάριε, κατὰ χάριν καὶ μετοχὴν τοῦ ὄντος μακαρίου, καὶ μὴ κηρὶ καὶ θανάτῳ ὑπο-

(31) Vide Scholia S. Maxim., tom. II, cap. I *De divinis nominibus*.

κειμένου Θεοῦ, Τιμόθεε, μετὰ τὰς θεολογικὰς ὑποτυπώσεις καὶ προεισαγωγάς. Ἕτερα γὰρ πρὸ ταύτης πραγματεία τῷ ἁγίῳ πεπόνηται, στοιχειώδης τῶν περὶ Θεοῦ ἐν ταῖς Γραφαῖς εἰρημένων, ἧς τινος κατὰ ἀκολουθίαν ἡ παροῦσα ἐπραγματεύθη. Κατὰ γοῦν ἐκείνην, ἐπὶ τὴν τῶν θείων ὀνομάτων διασάφησιν μετελεύσομαι. Ἀνάπτυξιν γοῦν εἶπε τὴν *διασάφησιν*, ὡς ἐχόντων τῶν τοιούτων θείων ὀνομάτων τοῦ φαινομένου βαθύτερον. Ἔστω δὲ καὶ ἐνταῦθα προδιωμολογημένον, ὅτι τὴν τῶν περὶ Θεοῦ λεγομένων ἀλήθειαν οὐ καταδοῦμεν, καὶ καταδεσμοῦμεν ἐν ἀνθρωπίνης σοφίας πειθοῖ καὶ λόγῳ· ἄνετος γὰρ καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα ἐστὶν, ὥστε μὴ ἐκ τούτων ποτὲ συλλογισθῆναι· ἡ γὰρ ἀνθρωπίνη σοφία ἐκ τῶν αἰσθητῶν τὰς ἀποδείξεις ἐρανίζεται. Εἴπερ δὲ καὶ αὐτὴν εἴποις τὴν ἄμεσον πρότασιν, ἥτις ἐστὶν αὐτόπιστος, καὶ αὕτη ἐκ τῶν μερικῶν αἰσθήσεων τῷ νῷ συνάγεται· ἐπὶ δὲ τῶν ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν πῶς ἄν τις λογικῶς ἐπιστήσειεν, εἰ μὴ μόλις τῷ ἀκροτάτῳ ἄνθει τοῦ νοῦ διὰ τῆς εἰλικρινοῦς εὐσεβείας ἀλαλήτως συννοεῖν δύναιτο; Οὐχ οὕτω γοῦν καὶ εὐσοβοῦμεν τὴν ἀλήθειαν ἐν πειθοῖ ἀνθρωπίνης σοφίας, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει τῆς τῶν θεολόγων δυνάμεως, καθ' ἣν τοῖς ἀφθέγκτοις καὶ ἀγνώστοις συναπτόμεθα νοερῶς· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ *ἀφθέγκτως* καὶ *ἀγνώστως*. Εἴ τι γὰρ ἂν φθέγξαιτό τις διὰ διδασκαλίαν, καὶ εἴ τι γνώσεται διὰ μάθησιν, οὐκ ἔστι κατάλληλον ταῖς περὶ Θεοῦ ἐννοίαις, εἰ μή πως ἐνδυναμωθείη τῶν νοερῶν ἡμῶν ταῖς πνευματοκινήτοις δεωλογίαις, ἐπὶ τῷ διατεθῆναι εἰς τὴν τοιαύτην ἄφθεγκτον σύναψιν, κατὰ τὴν κρείττονα ἕνωσιν τῆς καθ' ἡμᾶς λογικῆς καὶ νοερᾶς δυνάμεως, καθ' ἣν δυνάμεθα εἰπεῖν τι καὶ νοῆσαι, καὶ ἐνεργείας, καθ' ἣν λέγομεν ἢ νοοῦμεν. Τοῦτο δέ ἐστι, ὅτι τῷ ὁμοίῳ ἐστὶ νοῆσαι τὸ ὅμοιον. Τὰ γοῦν καθ' ἡμᾶς διὰ λογικῆς μεθόδου καὶ ἐπιστήμης γινώσκομεν, λέγοντες, καὶ διὰ νοερᾶς δυνάμεως καὶ ἐνεργείας, κατὰ τὴν προσήκουσαν ἀναλογίαν τῆς γιγνωσκομένης νοοῦμεν καὶ οἷον τούτοις συναπτόμεθα καὶ ἑνούμεθα. Ὡς γὰρ ἐπὶ τῆς αἰσθήσεως ἔχει, ὅτι τότε αἰσθανόμεθα, ὅτε τῷ αἰσθητῷ ἑνοῦται ἡ αἴσθησις· οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς νοήσεως ἔχει· καὶ γὰρ τῷ νοητῷ ἑνοῦται ὁ νοῦς, ὅτε τούτου ἀντιλαμβάνεται. Καὶ ταῦτα μὲν ἐπὶ τῶν ἄλλων· ἐπὶ δέ γε τοῦ θείου, ἐπειδήπερ οὐκ ἔχομέν τι Θεοῦ οἰκειότερον λόγου καὶ νοῦ, πάλιν τούτων τὰ κρείττω καὶ οἷον ἄνθη, καὶ ταῦτα κεκαθαρμένα παραλαμβάνονται, ὡς ἂν ὁ νοῦς μὲν ποσῶς γνῷ, ὁ δὲ λόγος ἐξαγγείλῃ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς.

Causa omnium, et quæ omnia implet, est Jesu divinitas, quæ servat partes toti consentientes; et neque pars neque totum est, et est totum et pars, quatenus omne et totum et partem in seipsa comprehendit et suprahabet, et antehabet. Perfecta quidem est in imperfectis, tanquam principalis causa perfectionis; imperfecta autem in perfectis, tanquam supraquam perfecta et ante perfecta : forma formæ effectrix in iis quæ carent forma, tanquam principalis causa formæ; sine forma in ipsis formis, utpote supra formam substantia totis substantiis insistens impollute, et ab omni substantia supra substantiam abstracta; tota principia et ordines definiens, supra omne principium et omnem ordinem collocata. Rerum est mensura, sæculumque et supra sæculum, et ante sæculum; D plena est in iis quæ egent, in iis quæ plena sunt exuberat; ineffabilis est et inexplicabilis, supra sensum, supra vitam, supra substantiam, supernaturaliter habet supernaturalitatem, et supersubstantialiter substantiam excedit. Unde, quoniam

C Ἡ πάντων αἰτία, καὶ ἀποπληρωτικὴ, τοῦ Ἰησοῦ[16] θεότης, ἡ τὰ μέρη τῇ ὁλότητι σύμφωνα διασώζουσα καὶ οὔτε μέρος οὔτε ὅλον οὖσα, καὶ ὅλον καὶ μέρος, ὡς πᾶν καὶ μέρος καὶ ὅλον ἐν ἑαυτῇ συνειληφυῖα, καὶ ὑπερέχουσα, καὶ προέχουσα, τελεία μὲν[17] ἐστιν ἐν τοῖς ἀτελέσιν, ὡς τελετάρχις· ἀτελὴς δὲ ἐν τοῖς τελείοις, ὡς ὑπερτελὴς καὶ προτέλειος· εἶδος εἰδοποιὸν ἐν τοῖς ἀνειδέοις, ὡς εἰδεάρχις, ἀνείδεος ἐν τοῖς εἴδεσιν, ὡς ὑπὲρ εἶδος· οὐσία ταῖς ὅλαις οὐσίαις ἀχράντως[18] ἐπιβατεύουσα, καὶ ὑπερούσιος, ἁπάσης οὐσίας ἐξῃρημένη, τὰς ὅλας ἀρχὰς καὶ τάξεις ἀφορίζουσα, καὶ πάσης ἀρχῆς καὶ τάξεως ὑπεριδρυμένη. Καὶ μέτρον ἐστὶ τῶν ὄντων, καὶ αἰῶν, καὶ ὑπὲρ αἰῶνα, καὶ πρὸ αἰῶνος· πλήρης[19] ἐν τοῖς ἐνδεέσιν· ὑπερπλήρης ἐν τοῖς πλήρεσιν[20], ἄῤῥητος, ἄφθεγκτος, ὑπὲρ νοῦν, ὑπὲρ ζωὴν, D ὑπὲρ οὐσίαν· ὑπερφυῶς ἔχει τὸ ὑπερφυὲς, ὑπερουσίως τὸ ὑπερούσιον. Ὅθεν ἐπειδὴ καὶ ἕως φύσεως[21] ὑπὸ φιλανθρωπίας[22] ἐλήλυθε, καὶ ἀληθῶς οὐσιώθη, καὶ ἀνὴρ ὁ ὑπέρθεος ἐχρημάτισεν (ἴλεως δὲ εἴη τὰ πρὸς ἡμῶν[23] τὰ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον ὑμνούμενα)· κἂν τούτοις ἔχει τὸ ὑπερφυὲς καὶ ὑπερούσιον, οὐ μόνον ᾗ ἀναλλοιώτως

### VARIÆ LECTIONES.

[13] παραδέδοται· ἀγνοεῖται δέ, S. [14] ἐπεπορεύετο, D. S. [15] ὑμνεῖται, S. Sc. [16] τοῦ Υἱοῦ, S. P. [17] καὶ τελεία, P. [18] ἀχράντοις, M. Sc. [19] καὶ πλήρης, S. P [20] πληθεσιν, M. Sc. [21] ἡμῶν. [22] ὑπὲρ φιλανθρωπίας, M. S. P. [23] Ἵλεως δὲ πρὸς ἡμῶν, P. τὰ non habent præter P. M S D.

ταῖς θεολογικαῖς ὑποτυπώσεσιν, ἰδίᾳ περὶ ἑκάστου διαλαβόντες, ὡς ἐφικτὸν, ἐξεθέμεθα, τὰ μὲν ἀνελίξαντες[2] τῷ ἀληθεῖ λόγῳ καὶ ἀναπτύξαντες, καὶ τὸν ἱερὸν καὶ τὸν ἀνεπιθόλωτον νοῦν ἐπὶ τὰ φανὰ τῶν λογίων[3] θεάματα προσαγαγόντες· τοῖς δὲ, ὡς μυστικοῖς κατὰ τὴν θείαν παράδοσιν ὑπὲρ νοερὰν ἐνέργειαν ἐπιβαλόντες[4]. Πάντα γὰρ τὰ θεῖα, καὶ ὅσα ἡμῖν ἐκπέφανται, ταῖς μετοχαῖς μόναις γινώσκεται· αὐτὰ δὲ, ὁποῖά ποτέ ἐστι κατὰ τὴν οἰκείαν ἀρχὴν καὶ ἵδρυσιν, ὑπὲρ νοῦν ἐστι καὶ πᾶσαν οὐσίαν καὶ γνῶσιν. Οἷον, εἰ τὴν ὑπερούσιον κρυφιότητα Θεὸν, ἢ ζωὴν, ἢ οὐσίαν, ἢ φῶς, ἢ λόγον ὀνομάσαιμεν, οὐδὲν ἕτερον νοοῦμεν, ἢ τὰς εἰς ἡμᾶς ἐξ αὐτῆς προαγομένας δυνάμεις[6], ἐκθεωτικὰς, ἢ οὐσιοποιοὺς, ἢ ζωογόνους, ἢ σοφοδώρους· αὐτῇ δὲ κατὰ τὴν πασῶν[6] τῶν νοερῶν ἐνεργειῶν ἀπόλυσιν ἐπιβάλλομεν, οὐδεμίαν ὁρῶντες θέωσιν, ἢ ζωὴν, ἢ οὐσίαν, ἤτις ἀκριβῶς ἐμφερὴς ἐστι τῇ πάντων ἐξῃρημένῃ κατὰ πᾶσαν ὑπεροχὴν αἰτίᾳ[7]. Πάλιν, ὅτι μὲν ἔστι πηγαία θεότης ὁ Πατὴρ, ὁ δὲ Ἰησοῦς[8] καὶ τὸ Πνεῦμα, τῆς θεογόνου θεότητος, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, βλαστοὶ θεόφυτοι, καὶ οἷον ἄνθη καὶ ὑπερούσια φῶτα, πρὸς τῶν ἱερῶν λογίων παρειλήφαμεν· ὅπως δὲ ταῦτά ἐστιν, οὔτε εἰπεῖν, οὔτε ἐννοῆσαι δυνατόν.

A mus, in institutionibus theologicis, seorsum de singulis disserentes, uti potuimus, explicuimus, partim quidem eas vera ratione enodando, et exponendo, atque ita purum ac tranquillum animum perquam lucidis eloquiorum contemplationibus admovendo; partim vero, ceu mysticis, ex divina traditione supra intellectus operationem intendendo. Divina enim omnia, etiam illa quæ nobis apparuerunt, solis participationibus cognoscuntur; porro ipsa, cujusmodi in suo principio suaque sede propria exsistant, nullus sensus attingit, nulla natura nullaque cognitio penetrat. Veluti cum arcanum illud supereſſentiale, vel Deum, vel vitam, vel substantiam, vel lucem, vel Verbum appellamus, nihil aliud quam vel deificas, vel substantificas, vel vivificas, B vel sapientificas virtutes intelligimus, quæ ab eo in nos dimanant; ipsum autem omnium mentis operationum cessatione contingimus, cum nullam cernamus divinitatis effectionem, nullam vitam, aut essentiam, quæ plane similis sit causæ illi, quæ cunctis per omnem excellentiam antecellit. Rursum a Scripturis sacris accepimus, Patrem quidem esse originem in divinis, Jesum vero et Spiritum sanctum, quasi Dei prolem, vel, si dictu fas sit, quasi germina divina, floresve ac lumina supersubstantialia exsistere: quonam autem pacto sese habeant, neque eloqui neque intelligere valemus.

## § VIII.

Ἀλλὰ μέχρι[9] τούτου πᾶσα τῆς καθ' ἡμᾶς νοερᾶς ἐνεργείας ἡ δύναμις[10], ὅτι πᾶσα θεία πατριὰ καὶ υἱότης ἐκ τῆς πάντων ἐξῃρημένης πατριαρχίας καὶ υἱαρχίας δεδώρηται καὶ ἡμῖν καὶ ταῖς ὑπερουρανίαις δυνάμεσιν, ἐξ ἧς καὶ θεοὶ, καὶ θεῶν υἱοὶ, καὶ θεῶν πατέρες οἱ θεοειδεῖς γίγνονται καὶ ὀνομάζονται νόες, πνευματικῶς δηλαδὴ τῆς τοιᾶσδε πατρότητος καὶ υἱότητος ἐκτελουμένης, τοῦτ' ἔστιν ἀσωμάτως, ἀΰλως, νοητῶς, τοῦ θεαρχικοῦ Πνεύματος, ὑπὲρ πᾶσαν νοητὴν[11] ἀΰλίαν καὶ θέωσιν ὑπεριδρυμένου, καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, πάσης πατριᾶς καὶ υἱότητος θείας, ὑπεροχικῶς ἐξῃρημένων. Οὐδὲ γάρ ἐστιν ἀκριβὴς ἐμφέρεια τοῖς αἰτιατοῖς καὶ τοῖς αἰτίοις· ἀλλ' ἔχει μὲν τὰ αἰτιατὰ τὰς τῶν αἰτίων ἐνδεχομένας εἰκόνας, αὐτὰ δὲ τὰ αἴτια τῶν αἰτιατῶν ἐξῄρηται καὶ ὑπερίδρυται, κατὰ τὸν τῆς οἰκείας ἀρχῆς λόγον· καὶ ἵνα τοῖς καθ' ἡμᾶς χρήσωμαι παραδείγμασιν[12], ἡδοναὶ καὶ λῦπαι λέγονται ποιητικαὶ τοῦ ἥδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι· αὐταὶ δὲ οὔτε ἥδονται, οὔτε λυποῦνται· καὶ τὸ πῦρ θερμαῖνον καὶ καῖον οὐ λέγεται καίεσθαι καὶ θερμαίνεσθαι. Καὶ ζῆν εἴ τις φαίη τὴν αὐτοζωὴν, ἢ φωτίζεσθαι τὸ αὐτόφως, οὐκ ὀρθῶς ἐρεῖ κατὰ τὸν ἐμὸν λόγον, εἰ μή που καθ' ἕτερον ταῦτα εἴποι τρόπον, ὅτι περισσῶς καὶ οὐσιωδῶς προένεστι τὰ τῶν αἰτιατῶν τοῖς αἰτίοις.

Cæterum hactenus omnis intellectus nostri studium eo tendit, ut intelligat, quomodo divina omnis C paternitas et filiatio, ex supraeminenti omnium patriarchatu filiique principatu, tam nobis quam supra cœlestibus virtutibus indulta sit, ex qua fit, ut etiam dii deorumque filii ac patres sint ac nominentur **321** mentes deiformes, quibus ejuscemodi paternitas ac filiatio spiritaliter confertur, modo scilicet incorporeo a materia segregato, intellectilique, quo tamen Spiritus divinus, ut supra omnem quæ concipi potest materiæ vacuitatem ac deificationem constitutus, eminentior exsistit, uti, et Pater Filiusque, ab omni simili paternitate ac filiatione divina eminenter exempti. Non enim est perfecta et absoluta similitudo eorum quæ effecta sunt et causarum; quin potius habent quidem effecta causa- D rum, quoad fieri potest, imagines; ipsæ vero causæ ex effectis exemptæ sunt et pro ratione principatus sui supra locatæ ac fundatæ: et ut nostratibus exemplis utar, voluptates ac dolores efficere dicuntur, ut homines lætentur vel doleant, tamen ipsæ nec lætantur nec dolent; ignis etiam cum calefaciat et comburat, non tamen comburi et calefieri dicitur. Et si quis vitam ipsam vivere aut illuminari lucem dixerit, mea quidem sententia, non omnino recte locutus fuerit, nisi forte hæc alio modo dicat, quod nimirum abundantius, et secundum essentiam, ea quæ sunt effectuum prius sint causæ.

## VARIÆ LECTIONES.

[2] ἀναλέξαντες, M. Sc. ἀναδείξαντες, S. [3] φανὰ τῶν non habet D. P. φανερά est in M. [4] ἐπιβάλλοντας, S. ἐνωθέντες, M. Sar. [5] μεθέξεις, S. [6] αὐτῇ, P. Sc. αὕτη, S. πάντων, S. P. D. [7] ὑπεροχικὴν αἰτίαν, P. [8] ὁ δὲ Υἱός, S. P. D. Sc. Sar. [9] ἄχρι, S. [10] ἡ πρόοδος, S. P. [11] νόησιν, M. [12] πράγμασι, D.

ἡμῖν καὶ ἀσυγχύτως κεχοινώνηκε, μηδὲν πεπονθὼς εἰς τὸ ὑπερπλῆρες αὐτοῦ, πρὸς τῆς ἀφθέγκτου κενώσεως· ἀλλ' ὅ τι καὶ τὸ πάντων καινῶν καινότατον [24], ἐν τοῖς φυσικοῖς ἡμῶν ὑπερφυὴς ἦν, ἐν τοῖς κατ' οὐσίαν ὑπερούσιος [25], πάντα τὰ ἡμῶν ἐξ ἡμῶν ὑπὲρ ἡμᾶς ὑπερέχων [26].

A ad nostram usque naturam ex humani generis amore se demisit, nostramque vere substantiam assumpsit, summusque ille Deus appellatus est homo (propitiationis profecto illa sunt omnem intellectum rationemque superantis, quæ modo prædicamus), in his quoque naturam substantiamque superat, quod non tantum sine sui immutatione naturæve confusione nobis sese communicarit, nihil in exuberanti sua plenitudine ex ineffabili exinanitione perpessus, verum etiam, quod novis omnibus magis novum accidit, ea quæ naturæ nostræ sunt, supra naturæ ordinem substantiamque, supra substantiæ modum participarit, nostra omnia ex nobis et supra nos excellenter habens.

## § XI.

Τούτων μὲν οὖν ἄλις· ἐπὶ δὲ τὸν τοῦ λόγου σκοπὸν προΐωμεν, τὰ κοινὰ καὶ ἡνωμένα τῆς διακρίσεως τῆς θείας ὀνόματα, κατὰ τὸ ἡμῖν ἐφικτὸν, ἀνελίττοντες. Καὶ ἵνα σαφῶς περὶ πάντων ἑξῆς [27] προδιορισώμεθα, διάκρισιν θείαν φαμὲν [28], ὡς εἴρηται, τὰς ἀγαθοπρεπεῖς τῆς θεαρχίας προόδους. Δωρουμένη γὰρ πᾶσι τοῖς οὖσι, καὶ ὑπερχέουσα τὰς τῶν ὅλων [29] ἀγαθῶν μετουσίας, ἡνωμένως [30] μὲν διακρίνεται, πληθύεται δὲ [31] ἑνικῶς, καὶ πολλαπλασιάζεται ἐκ τοῦ ἑνὸς ἀνεκφοιτήτως· οἷον, ἐπειδὴ ὢν ἐστιν ὁ Θεὸς ὑπερουσίως, δωρεῖται δὲ τὸ εἶναι τοῖς οὖσι, καὶ παράγει τὰς ὅλας οὐσίας, πολλαπλασιάζεσθαι λέγεται τὸ ἓν ὂν ἐκεῖνο τῇ ἐξ αὐτοῦ παραγωγῇ τῶν πολλῶν ὄντων. μένοντος δὲ [32] οὐδὲν ἧττον ἐκείνου, καὶ ἑνὸς ἐν τῷ πληθυσμῷ, καὶ ἡνωμένου κατὰ τὴν πρόοδον, καὶ πλήρους ἐν τῇ διακρίσει, τῷ [33] πάντων εἶναι τῶν ὄντων ὑπερουσίως ἐξῃρημένον, καὶ τῇ ἐνιαίᾳ τῶν ὅλων προσαγωγῇ [34], καὶ τῇ ἀνελαττώτῳ χύσει τῶν ἀμειώτων αὐτοῦ μεταδόσεων. Ἀλλὰ καὶ ἓν ὢν, καὶ παντὶ μέρει καὶ ὅλῳ, καὶ ἑνὶ καὶ πλήθει, τοῦ ἑνὸς μεταδοὺς [35], ἔν ἐστιν ὡσαύτως ὑπερουσίως, οὔτε μέρος ὂν [35*] τοῦ πλήθους, οὔτε ἐκ μερῶν ὅλον· καὶ οὕτως οὔτε ἕν ἐστιν, οὔτε ἑνὸς μετέχει, οὐδὲ τὸ ἓν ἔχει· πόρρω δὲ τούτων ἕν ἐστιν, ὑπὲρ τὸ ἕν, τοῖς οὖσιν ἕν, καὶ πλῆθος ἀμερὲς, ἀπλήρωτον ὑπερπλῆρες, πᾶν ἓν καὶ πλῆθος παράγον, καὶ τελειοῦν, καὶ συνέχον. Πάλιν τῇ ἐξ αὐτοῦ θεώσει, τῷ κατὰ δύναμιν ἑκάστου θεουσθαι θεῶν πολλῶν γιγνομένων [36], δοκεῖ μὲν εἶναι καὶ λέγεται τοῦ ἑνὸς Θεοῦ διάκρισις καὶ πολλαπλασιασμὸς, ἔστι δὲ οὐδὲν ἧττον ὁ ἀρχίθεος καὶ ὑπέρθεος ὑπερουσίως εἷς Θεὸς, ἀμέριστος ἐν τοῖς μεριστοῖς, ἡνωμένος ἑαυτῷ [37], καὶ τοῖς πολλοῖς ἀμιγὴς καὶ ἀπλήθυντος. Καὶ τοῦτο ὑπερφυῶς ἐννοήσας ὁ κοινὸς ἡμῶν καὶ τοῦ καθηγεμόνος ἐπὶ τὴν θείαν φωτοδοσίαν χειραγωγὸς, ὁ πολὺς τὰ θεῖα, τὸ φῶς τοῦ κόσμου, τάδε φησὶν ἐνθεαστικῶς ἐν τοῖς ἱεροῖς αὐτοῦ γράμμασι· *Καὶ γὰρ εἴπερ εἰσὶ λεγόμενοι θεοὶ, εἴτε ἐν οὐρανῷ, εἴτε ἐπὶ γῆς, (ὥσπερ οὖν εἰσὶ θεοὶ πολλοὶ, καὶ κύριοι πολλοὶ,) ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, ἐξ οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς*

Sed de his satis; modo sermonis nostri scopum prosequamur, communia et unita divinæ distinctionis nomina, prout possumus, explicando. Atque ut plane de omnibus deinceps explicemus, distinctionem divinam esse dicimus, quemadmodum dictum est, benignissimas Dei emanationes. Dum enim rebus omnibus ubertim bonorum omnium consortia impertit et infundit, tum conjuncte **323** quidem distinguitur, amplificatur autem unice, multiplexque fit ex uno, nec ab unitate discedit: ut puta, quoniam Deus superessentialiter est essentia, cunctasque producit essentias, secundum illud unum quod est multiplicari dicitur, dum multas ex se producit entitates; verumtamen in seipso manet in multiplicatione unus, et in emanatione unitus, atque in distinctione perfectus, quod sit ab essentiis omnibus superessentialiter exemptus, tam singulari productione omnium quam indiminuta suarum indeficientium profusione communicationum. Quinetiam cum quid unum ipse sit, omnique parti et toti, et uni et multitudini, unius sui consortium largiatur, vel ut sic etiam supra substantiam exsistit unus, cum neque pars sit multitudinis, neque ex partibus totum; nam hoc modo non est quid unum, neque sic unum participat, habetve unitatem; sed longe ab his alia ratione quid unum est, supra unum, quod rebus unum est, et multitudo individua, inexplebilis superplenitudo, omne unum multitudinemque producens ac perficiens atque complectens. Rursus dum ejus deificientia deiformi pro cujusque virtute plures dii fiunt, videtur quidem diciturque unius Dei divisio multiplicatioque, verumtamen ipse est principium istiusmodi divinitatis et eminenter Deus, et superessentialiter unus Deus, indivisus in dividuis, in se unus, et in multis istis neque mistus neque multiplicatus. Quod cum supernaturaliter intellexisset communis noster ac præceptoris nostri ad divinam illustrationem manuductor, qui multum in divinis rebus exer-

### VARIÆ LECTIONES.

[24] καινότερον, S. P. Sar. [25] ὑπερουσίως, P. Sar. [26] τά non habent S. P., ut in D. non est ἐξ ἡμῶν, et pro ὑπερέχων scribitur ἔχων, ut in Sar. [27] τῶν ἑξῆς, S. P. [28] εἶναί φαμεν, D. P. Sar. [29] ἄλλων. [30] ἡνωμένοις, S. [31] πληθύνεται δέ, S. P. variat ad hunc modum hoc verbum sæpissime: locos notare longum esset. [32] ὄντος μὲν ὄντος δέ, S. Sc. μένοντος δέ, non habet M. D. [33] τό, P. [34] παραγωγῇ, D. P. Sc. Sar. προαγωγῇ, S. [35] μεταδιδούς, P. [35*] *l.* ὢν ut supra. [36] γενομένων, D. [37] ἐν τοῖς ἀμερίστοις, ἡνωμένως ἐν ἑαυτῷ, S.

citatus est, et lux est mundi, hæc in Epistolis suis divino Numine afflatus scribit : *Nam etsi sunt qui dicantur dii, sive in cœlo, sive in terra (siquidem sunt dii multi, et domini multi), nobis tamen unus Deus Pater, ex quo omnia, et nos in ipso; et unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia, et nos per ipsum* [g]. Etenim in divinis rebus uniones superant distinctiones, et antecedunt, nihiloque minus tamen etiam conjunctæ sunt post unius non abeuntem singularemque distinctionem. Has itaque communes unitasque totius divinitatis distinctiones, sive beneficas emanationes, ex nominibus divinis, quæ illas in eloquiis declarant, pro virili nostra parte celebrare conabimur; si hoc primum, uti dictum est, constitutum fuerit, beneficum omne **324** nomen Dei, cuicunque divinarum Personarum impositum fuerit, sine discrimine in tota ipsa divina Trinitate accipi.

A εἰς αὐτόν· καὶ εἷς Κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι' οὗ τὰ πάντα, καὶ ἡμεῖς δι' αὐτοῦ. Καὶ γὰρ ἐπὶ τῶν θείων αἱ ἑνώσεις τῶν διακρίσεων ἐπικρατοῦσι, καὶ προκατάρχουσι, καὶ οὐδὲν ἧττόν ἐστιν ἡνωμένα [37*] καὶ μετὰ τὴν τοῦ ἑνὸς ἀνεκφοίτητον καὶ ἑνιαίαν διάκρισιν. Ταύτας ἡμεῖς τὰς κοινὰς καὶ ἡνωμένας τῆς ὅλης θεότητος διακρίσεις, εἴτ' οὖν ἀγαθοπρεπεῖς προόδους, ἐκ τῶν ἐμφαινουσῶν [38] αὐτὰς ἐν τοῖς λογίοις θεωνυμιῶν ὑμνῆσαι κατὰ τὸ δυνατὸν πειρασόμεθα, τούτου καθάπερ εἴρηται προδιεγνωσμένου, τοῦ πᾶσαν ἀγαθουργικὴν [39] θεωνυμίαν, ἐφ' ἥπερ ἂν κέηται τῶν θεαρχικῶν Ὑποστάσεων, ἐπὶ τῆς ὅλης αὐτὴν ἐκληφθῆναι θεαρχικῆς [40] ὁλότητος ἀπαρατηρήτως.

## ADNOTATIONES CORDERII.

Pro exactiori hujus capitis intelligentia, maxime § I, vide quæ in Observationibus generalioribus dicta sunt, observatione 5 et [10]

Ubi item nota, non tantum attributa essentialia toti Trinitati competere, verum etiam nomina, quæ a rerum creatarum productione, conservatione ac gubernatione desumpta sunt. Operationes enim, quas *ad extra* theologi vocant, communes sunt sanctissimæ Trinitati, atque uni Divinitati omnium creatrici.

§ II. *Et nisi illi curæ sit divina sacrarum Litterarum sapientia*, etc. Hinc bene probat divus Thomas prima parte, quæst. 32, artic. 1, in corpore : mysteria quædam fidei rationis captum excedentia, nonnisi ex Scripturis seu divinis revelationibus cognosci posse. Qui enim, inquit, naturali ratione Trinitatem verbi gratia, probare nititur, is fidei dupliciter derogat. Primo quidem quantum ad dignitatem ipsius fidei, quæ in hoc consistit, ut sit de rebus invisibilibus quæ humanam excedant rationem. Unde Apostolus dicit, fidem esse de non apparentibus; et alibi : *Sapientiam*, inquit, *loquimur inter perfectos; sapientiam vero non hujus sæculi, neque principum hujus sæculi, sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est* [h]. Secundo, quantum ad utilitatem trahendi alios ad fidem. Cum enim aliquis ad probandam fidem introducit rationes quæ non sunt urgentes, in irrisionem cedit infidelium; credunt enim quod hujusmodi rationibus innitamur, et propter eas credamus. Quæ igitur fidei sunt, non sunt probanda nisi per auctoritates his qui auctoritates suscipiunt; apud alios vero sufficit defendere, non esse impossibile id quod fides prædicat. Ita sanctus Dionysius hoc loco, et ex eo divus Thomas.

§ III. Nota nomina *τὸ ὑπεράγαθον*, *τὸ ὑπέρθεον*, id est *supra-bonum*, *supra-Deum*, etc., dici *τῆς ὑπεροχικῆς ἀφαιρέσεως*, id est *ablationis secundum exsuperantiam*, quia tollunt in Deo bonitatem creatam, et tribuunt exsuperantem et superlatam bonitatem, scilicet increatam, quæ vincit omnem cognitionem et intelligentiam. Vide observationes 4 et 9 generales.

Nota ibidem, *Τὰ δὲ διακεκριμένα τὸ Πατρὸς ὑπερούσιον ὄνομα καὶ χρῆμα : discreta vero sunt Patris substantiale nomen et res.* Nomen Patris, inquit Turrianus (32), suprasubstantiam dicit, quia in divinis non significat nobis nomen Patris aut Filii, quod in creaturis intelligimus, personas scilicet et substantia separatas. Item vero Patris vocat non ipsam substantiam, quæ una est et eadem in tribus, sed rem Patris, et rem Filii, et rem Spiritus sancti vocat proprietates, quæ in divinis Personis ordinem originis sive principii inter eas designant; unde notionales proprietates sive actus dicuntur, quia sunt proprie notiones sive designationes personarum, ut proprium Patris est generare Filium, propria est nativitas Filii ex Patre, et propria Spiritus sancti processio ex uno principio Patre et Filio; hæc dicuntur Græce *χρήματα γνωριστικά*, id est, *res* sive *actus notionales*. Res enim, quatenus pertinet ad relationem, numero plurium prædicatur in divinis; sanctus Thomas prima parte, quæst. 39, artic. 3, ad 3. In his igitur non est reciprocatio, neque communitas, nec in ipsis nominibus Patris, et Filii, et Spiritus sancti, nec in eorum rebus, id est in eorum actibus, sive usibus, unde manant. Nec enim nomen Patris convenit Filio, neque Filii nomen convenit Patri; quia neque generare Filii est, neque generari Patris. Similiter in Spiritu sancto, qui ab utroque procedit.

Est præterea observatione dignum, quod hic ait Dionysius, discreta esse in divinis nomen Patris et *χρῆμα*, id est *rem*, et nomen Filii et rem; item nomen Spiritus sancti et rem. Cum enim prius posuit nomen Patris, et nomen Filii, et nomen Spiritus sancti, et postea secundo loco posuit *χρῆμα*, id est *rem* Patris, quæ est generare, et rem Filii quæ est generari, et rem Spiritus sancti quæ est procedere; plane docuit id quod sanctus Thomas etiam tradit, prius et principalius secundum modum intelligendi

[g] I Cor. VIII, 5. [h] I Cor. II, 6.

### VARIÆ LECTIONES.

[37*] Ἴσως ἡνωμέναι. EDIT. PATRCL. [38] ἐκφαινουσῶν, S. D. [39] τὸ πᾶσαν θεουργικήν, S. P. [40] τῆς θεαρχικῆς, P.

(32) Ad cap. 4, dec. 9, Cyparissioti.

distingui hypostases divinas per relationes quam per origines, sive actus notionales, quos Dionysius significavit nomine *χρήματος* (interpres vero Dionysii, quem sanctus Thomas habuit, vertit *χρῆμα usum*, sanctus Thomas *usum* mutavit in *actum* et *originem*); distinguuntur, inquam, prius et principalius per relationes quam per notionales origines; quia relationes constituunt personas, cum sint ipsæ relationes personæ subsistentes, actus vero notionales, **325** licet sint idem re cum relationibus, tamen secundum modum significandi et intelligendi non constituunt personas, cum sint origines earum, sive origo significetur active, ut generatio, quæ tanquam actus notionalis attribuitur Patri, et spiratio, quæ attribuitur Patri et Filio; sive passive, ut nativitas, actus notionalis qui attribuitur Filio, et processio, Spiritui sancto. Origines enim secundum rationem intelligendi extra ea sunt quorum sunt origines, cum sit origo, sicut ait sanctus Thomas, via quædam a re, aut ad rem, ut generatio significatur ut via quædam ad genitum procedens a generante. Itaque res Patris est generare (*χρῆμα* enim, ut dixi, *rem* significat), res Filii est genitum esse, res Spiritus sancti procedere. Sic Gregorius in Oratione prima de Filio : « Ex non habente, inquit, causam, id est ex Patre, accedit res nativitatis : » de Filio loquitur. *Πρᾶγμα γεννήσεως* vocavit, quod Dionysius *χρῆμα*. Significat etiam *πρᾶγμα actum*, a verbo *πράττω*, unde recte theologi Latini *actum* vocant, quod Græci *rem*; idem enim verbum *πρᾶγμα* utrumque significat. Hæc notavi, quia non parum refert, vocabula propria alicujus scientiæ callere.

Nota ibidem proxima ista verba : *Est præterea discreta ac distincta, perfecta, sicut in nobis, et immutabilis Jesu essentia, et quæcunque sunt mysteria substantialia humanitatis ejus*, ubi naturam humanam in Christo *perfectam* dicit, contra Apollinarium; quia habuit corpus præditum anima rationali et intelligente, sicut nos habemus; *immutabilem*, contra alios hæreticos, qui dixerunt naturam humanam ab ipso principio unionis victam esse a divina, et factam incorruptibilem, quod erat negare veritatem humanæ naturæ, negando proprietatem ejus. Hic fuit Julianus Halicarnasseus. *Mysteria autem substantialia humanitatis ejus* vocat sitire, esurire, defatigari, vulnerari, et reliqua ejusmodi, quæ vere passus est Christus, et non phantastice secundum hæreticos; quamvis hæ passiones naturam divinam non attigerunt, cum esset alioqui in eadem hypostasi, a qua non differebat nisi ratione tantum et cogitatione. Hujusmodi etiam sunt ambulare super undas [i], ingredi per januam clausam ad discipulos [k] : hæc enim miracula per carnem operatus est Christus sua divinitate. « Ex his manifestum fit (inquit Cyparissiotus, decadis 9 c. 4) quod in Trinitate, quæ est supra substantiam, persona et substantia non sunt idem ratione et cogitatione, sunt tamen re et substantia. Similiter tres divinæ personæ inter se non discernuntur re et substantia, sed ratione tantum et cogitatione; essentia enim earum una est, sed non est earum inter se reciprocatio; idcirco non potest cadere in eas alia oppositio, nisi eorum quæ sunt ad aliquid. Aliæ enim oppositiones non assumuntur sine materia; oppositiones vero in iis quæ sunt ad aliquid, quodam modo consistunt supra materiam; quia in hac oppositione non dirimitur copulatio; quia esse eorum est quodam modo se habere ad aliquid. » In quo Cyparissiotus omnino consentit cum divo Thoma. Nam quatenus tres Personæ divinæ idem re et substantia sunt, sic non distinguuntur inter se nisi ratione tantum et cogitatione, ut affirmat sanctus Thomas, parte I, quæst. 39, artic. 1, ad 1, cum dicit : Relationes ipsæ non distinguuntur ad invicem secundum quod sunt idem realiter cum essentia; relationes autem idem sunt re cum personis. Quatenus vero relationes, quæ in divinis sunt per se subsistentes, oppositionem habent ad invicem, distinctæ realiter sunt et personas realiter distinguunt, et una persona non est alia; hoc enim est quod ait Cyparissiotus cum doctrina sancti Thomæ consentiens. Sed earum scilicet personarum non est inter se reciprocatio, quatenus scilicet in eas cadit oppositio relationum.

§ IV. Pulchre describitur intima et perfectissima inhabitatio unius personæ in alia, et e converso; quam Damascenus libro primo *Fidei orthodoxæ*, cap. 11, vocat *περιχώρησιν*, id est, ut scholastici vertunt, *circuminsessionem*. De quo mysterio disputat Hilarius lib. IV *De Trin.*, et sanctus Augustinus l. VI *De Trinit.*, c. ult. : « Singula, inquit, sunt in singulis personis, omnia in singulis, et singula in omnibus, et omnia in omnibus, et unum omnia. »

Nota autem ad hunc locum Dionysii, quia hæc vocabula *μονὴ καὶ ἵδρυσις*, id est *mansio et collocatio*, distinctionem secum inferre videntur, et ad locum referri (quod enim in aliquo manet, et collocatur, non videtur esse idem quod est illud, in quo aliquid manet tanquam in loco, et in quo collocatur); idcirco correctionem adhibuit, inquiens, *εἰ οὕτω χρὴ φάναι, si ita loqui fas est*. Quoad exemplum autem luminarium, non eo usus est Dionysius, ut quidam existimarunt, secundum opinionem eorum qui tradebant, lumen esse substantiam corpoream, et non qualitatem. Quod enim posuit Dionysius lumina lampadarum per se existere, non ad lumina retulit, sed ad lampadas, quæ per se existunt, sicut faces et tedæ. Itaque faces ardentes, sive lampadas accensas, luminibus in unum conjunctis per se existentes, cum proprietatibus hypostaticis per se subsistentibus, in lumine suprasubstantiali Trinitatis discrete unitis et unite discretis, comparat. Nam **326** si in aula lucernis tribus illustri deambules, tres umbræ resultant. Præterea, si ingentem tabulam lucernis illis opponas, in cujus medio sit foramen, lucernæ tres per foramen illud tria lumina transverso trajiciunt in oppositum. Unde conjicimus emicantia lumina in aere invicem non confundi, sed quamvis sint conjuncta loco, pura tamen esse, suamque proprietatem servare inter se discretam. Quasi spiritalis enim eorum natura facit, ut non commisceantur invicem in novam communemque formam, sicut solent corporeæ qualitates; quanquam astrologi putent, e multis radiis vim novam aliquam procreari, tamen interim non commistis. Quod si lumina, inquit, ob incorpoream proprietatem, in corpore tamen existentia, munus id consequuntur, ut et unita invicem, et simul discreta inter se mirabiliter esse possint, multo magis id habent, quæ magis a corporibus sunt separata, ut ipsius animæ virtutes atque scientiæ, magis etiam ipsæ inter se substantiæ animarum; magis insuper invicem intellectus angelici; maxime omnium Trinitatis divinæ Personæ, cujus quidem tam unitatis quam discretionis participatione quadam singula deinceps pro modo suo gradatim unionem discretionemque reportant. Et quod sequitur in Dionysio : *Si quis unam lampadem educat e domo, simul exibit totum proprium lumen, nihil quidquam cæterorum luminum in se ipsa simul trahens, nec aliquid sui illis relinquens*, ad mysterium Incarnationis retulit, ut Pachymeres notavit, interpretatusque est illud Joan. XVI : *Ego a Patre exivi*. Filius enim factus homo, qui erat lux quædam humanitatis accensa lumine divinitatis, non traxit secum Patrem, neque Spiritum sanctum, neque quidquam proprium divinitatis illis reliquit; quin potius eamdem totam divinitatem, quæ in illis est, tulit, manens in illis. Ad idem mysterium Incarnationis retulit hoc exemplum Leontius monachus, auctor eruditissimus, in libro quem contra Nestorium et Eutychem scripsit.

[i] Matth. XIV. [k] Joan. XX.

Docet enim, sic substantias uniri posse sine mistione, ut hic sine mistione uniuntur qualitates luminum, et uniuntur splendores stellarum, salva proprietate quanti in quali.

§ V. Ad illa verba : *Est autem divina distinctio, emanatio Deum decens divinæ unionis.* De inexplicabili (inquit sanctus Maximus) Trinitatis emanatione usque ad tres personas philosophatur nunc, quod Deus et Pater sine tempore, convenienter Deo et amanter motus, processit ad distinctionem personarum, absque imminutione et partitione in se toto manens, proprio ejus splendore supraquam unite, et supraquam simpliciter emisso, ut existeret tanquam imago viva; et Spiritu sancto ex Patre venerando et supraquam perenniter procedente, sicut Dominus docet : « Dei autem bonitate causa et origo omnium in tribus Personis divinis multiplicata est [1]. » Item Gregorius Theologus disputans contra Eunomium : « Est vero etiam, inquit, alio modo distinctio divina, emanatio Dei ob nimiam bonitatem ad multiformem creationem aspectabilem, et non aspectabilem; secundum quam (ut hoc item loco ait Dionysius) ἐκ τῶν μετοχῶν καὶ τῶν μετεχόντων ὑμνεῖται τὰ ἀμεθέκτως μετεχόμενα, id est *ex participationibus et participibus laudantur ea quæ imparticipate participantur.* » Hunc locum item edisserens sanctus Maximus: « Trinitas, inquit, universi regina ab iis quæ participare eam possunt participatur non comprehense neque participate. » Idem enim utrumque declarat : participatur enim Deus non comprehense neque restrictus, sed potius totus in cujusque participatione existens, et ab omnibus exemptus. Et rursus idem in *Centuriis theologicis*, centuria III, c. 7 : « Deus, inquit, qui secundum substantiam non est participabilis, cum vult aliter ab iis qui possunt participari, a natura et substantia sua occulta non recedit; quando etiam modus ipse, quo volens participatur, manet semper omnibus opertus. » Adhuc idem in iis quæ in *Dogmatica panoplia* feruntur : « Participabilis est Deus secundum communicationes suas; non participabilis vero, quatenus nihil substantiam ejus participat, vel vitam ejus, vel sapientiam ejus, aut aliquid talium, quæ habet omnia secundum excellentiam, et eximie. »

« Ex his (inquit Cyparissiotus) constat primo, duplicem esse emanationem : una est, qua Deus et Pater ad sua manando Filium suprasubstantialem et Spiritum sanctum, duo unius et ejusdem divinitatis lumina, univoce protulit, nullo modo a se ipso toto egressus, sed potius ad seipsum motus sine distantia intermedia, ex æternitate in naturam trium personarum desiit. Atque hæc emanatio mota a divina persona in divinas personas in Trinitate, ad quam mota est, substitit, et motionem increatam exhibuit. Omnis enim emanatio, cum fiat causa eorum quæ emanant, talis est emanatio, qualia sunt ea ad quæ facta est emanatio. Altera est, qua Deus æquivoce motus est ad creaturam, eam in tempore producendo : ac per illam quidem motus est naturaliter, per hanc vero voluntarie. »

Constat secundo, quod in totum Deus et a nobis participatur, et non participatur. Participatur quidem secundum rationem causæ, id est, quatenus omnia ex nihilo producit, ut et simpliciter sint, et bene sint; rursus vero non participatur, secundum participationem nostram, et secundum existentiam. Nec enim Deum participamus sicut species participant genera, et sicut singularia participant **327** universalia, et sicut quæ subter prima sunt, participant illa ipsa prima. Neque participamus eum secundum existentiam, et illam quam Dionysius dicit permistam communionem; ut si dicamus : Vita sentiens est pars substantiæ omnium sensu viventium; et : Omnes species ex materia concretæ, secundum admistam communionem, materiam et formam participant; his enim modis et rationibus nequaquam a nobis participatur. Nec rursus est aliquid in eo quod participatur, et aliquid quod non participatur; absurdum enim est, si dicatur, oportere existentiam Dei ex duobus quibusdam dissimilibus consistere, ex participabili scilicet et non participabili. Vide hæc fusius apud Cyparissiotum, decade 7, quæ tota est de divinis participationibus.

§ VII. Explicatio colligi potest ex notabili primo capitis primi.

§ VIII. Alludit Dionysius ad vers. 15 capitis tertii Epist. ad Ephesios, docens Deum omnium esse Patrem hominum et angelorum, quo communi Parente affines sunt homines et angeli. Ipse enim Pater est omnium familiarum corporalium et spiritualium, ac proinde communiter ab omnibus adorandus et colendus : videtur autem notare pluralitatem principiorum et deorum Simonis Magi et Valentini.

§ IX. Quomodo modus et mysterium Incarnationis supremos etiam angelos latuerit, vide supra sanctum Dionysium c. 7 *Cælestis hierarchiæ*, et sanctum Themam *in Epist. ad Ephesios*, c. 3, lect. 4.

Nota hic sub finem hujus paragraphi, sanctum Hierotheum dici partim a theologis, partim Scripturarum indagatione, partim diviniore quadam inspiratione doctum non discendo tantum, verum etiam divina patiendo. Tribus enim modis divina percipimus, nempe actione, aut passione, aut modo quodam misto. Actione quidem præcipue, quando ea non ab aliis eruditis, sed rationis investigatione assequimur; passione vero, cum divinitus afflati percipimus; misto denique modo, id est partim patiendo, partim agendo, ubi docente alio, aut verbis aut litteris erudimur. Tunc enim quatenus aliunde movemur, quodammodo patimur, quatenus autem proprium ipsi judicium examenque adhibemus, videmur et agere. Cæterum et aliena disciplina, et inventio propria divinorum, ad hoc velut ad signum duntaxat dirigenda est, ut Deo assidue nos pulsanti penitus exponamur. Id autem solo in eum amore perficimus. Hoc enim duntaxat et ad Deum dirigimus omnia, et Deo subjicimur clam pulsanti; atque illo inspirante, et quasi movente agenteque, subito commovemur, atque ita compatimur spirituque replemur. Affectio vero ejusmodi passio nuncupatur, tum quoniam amatoria est (amor enim transferens in amatum, amantem inde pati compellit), tum quia vacantibus tunc propriis rationis intelligentiæque actionibus, divina luce formamur, patimurque formati. Ad hanc utique lucem amore solum ferventissimo præparamur. Sicut enim opacas sæpe materias luci invias calor ingens purgat, extenuat, pervias luci præbet; sic amatorius in Deum fervor a corporeis perturbationibus et nebulis purgans animum, quasi serenum reddit, lucique divinæ paratum, cum qua et unionem arctiorem intelligentia, et fidem humana scientia certiorem consequimur.

§ X. Pro intelligentia verborum Hierothei nota cum Turriano ad cap. 2 decadis 7 Cyparissioti : in essentiis rerum hunc ordinem considerari. Primo, principia rerum; secundo, substantiam; tertio, speciem compositi totius ex forma proficiscentem; quarto, perfectionem ipsius rei, non solum quoad speciem, sed quoad propriam operationem et finem : tunc enim res est omnimode perfecta, cum suum finem assequitur; quinto, res varias, quæ singulæ quadam propria perfectione præditæ sunt, et ordine quodam copulatæ, totum quoddam perficiunt, ut in universo, et in homine. Hierotheus ergo docet quomodo

[1] Joan. xv.

divinitas Christi est causa in his omnibus, incipitque ab extremo, id est a toto, et remeat in primum, id est in principia rerum. Conservat igitur, inquit, universum et partes universi toti consentientes, et cum eo conspirantes; et ipsa non est totum, neque pars, quia scilicet non habet perfectionem totius et partis, sicut totum et pars, sed excellentius in infinitum. Estque rursus totum et pars divinitas Christi, nempe quia quidquid perfectionis est in toto et in parte, hoc ipsa Christi divinitas præhabet. Reliqua facilioria sunt. Illud vero, *substantia totis substantiis insistens impollute*, significat esse Deum in omnibus substantiis, et ab eis participari non per admistionem, hoc est, non misceri cum eis; ita sanctus Thomas ad hunc locum. Consule item in Observationibus generalibus octavam et nonam.

—

## 328 PARAPHRASIS PACHYMERÆ (35).

§ 1. Τὸ παρὸν κεφάλαιον εστι περὶ ἡνωμένης καὶ διακεχριμένης θεολογίας. Ἐπειδὴ γὰρ προέθετο ὁ ἅγιος περὶ θείων ὀνομάτων εἰπεῖν, τὰ δὲ θεῖα ὀνόματα, τὰ μὲν κοινῶς καὶ τοῖς τρισὶ θεαρχικοῖς Προσώποις ἁρμόζουσι, τὰ δὲ μιᾷ ἑκάστῃ τῶν Ὑποστάσεων· διὰ τοῦτο τὰ μὲν κοινῶς τῇ θείᾳ φύσει ἁρμόζοντα ὀνόματα, *ἡνωμένην* ἐπιγράφει θεολογίαν· τὰ δὲ μιᾷ ἑκάστῃ ὑποστάσεων, *διακεκριμένην*. Καὶ πάλιν θείαν ἕνωσιν λέγει τὴν κρυφίαν καὶ ἀκατάληπτον γνῶσιν τῆς θείας φύσεως, (τὴν γὰρ οὐσίαν αὐτὴν τῆς ἀκαταλήπτου Τριάδος τί ἐστιν οὐδεὶς γνώσεταί ποτε·) διάκρισιν δὲ θείαν τὰς ἐνυποστάτους προσκυνητὰς ὑπάρξεις, τουτέστι, τοῦ μὲν Υἱοῦ τὸν ἐκ Πατρὸς ἀνέκφραστον ἀπαυγασμὸν, τοῦ δὲ παναγίου Πνεύματος τὴν ἐκ Πατρὸς ἀνεννόητον ἐκπόρευσιν, τὴν θεαρχικὴν ὅλην ὕπαρξιν, μᾶλλον δὲ οὐδὲ κυρίως ὕπαρξιν, ἀλλὰ ὑπερύπαρξιν· ἀλλ' ἐπειδὴ πᾶσα ὕπαρξις ἐξ αὐτῆς, ἐκ τῶν αἰτιατῶν κτισμάτων ὀνομάζεται ὕπαρξις. Τὴν γοῦν θεαρχικὴν ταύτην ὕπαρξιν ὅλην, τουτέστι τὴν μίαν καὶ μόνην θεότητα, (ἔθος γὰρ αὐτῷ οὕτω καλεῖν τὴν τῆς ἁγίας καὶ μόνης προσκυνητῆς Τριάδος τὴν ἔντρισιν Ὑποστάσεσι γνωριζομένην θεότητα,) ταύτην γοῦν ὅτι ποτέ ἐστιν ἡ αὐτοαγαθότης, ὁ Κύριος ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις γνωρίζων ἡμῖν ὑμνεῖται, τουτέστι μετὰ πάσης εὐλαβείας καὶ θεότητος κατανοεῖται· αὐτὴ γὰρ ἡ θεαρχία ὁ Κύριος ὑφηγούμενος ἔλεγε πρὸς τὸν ἐρωτῶντα· *Τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ Θεός*. Τοῦτο μὲν οὖν καὶ ἐν ἄλλοις εἴρηται παρ' ἡμῶν ἐξετασθὲν, ὅτι οὐ μερικῶς ἐφ' ἑνὶ τῶν θεαρχικῶν ὑποστάσεων τὰ τοιαῦτα ὀνόματα λέγονται, ἀλλ' ἐπὶ τῆς ὅλης καὶ πλήρους θεότητος· καὶ ὅτι πάντα ταῦτα τὰ κοινὰ ὀνόματα ἀνατίθενται ἀμερῶς, οὐ μεριζόμενα κατὰ ἀποκλήρωσιν, ὡς ἓν Πρόσωπον, ἀλλ' ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ, καὶ ἐπὶ τοῖς τρισὶ κοινῶς, ἀπολύτως, τουτέστιν οὐ μετά τινος προσθήκης εἰς ἓν Πρόσωπον, καὶ δίχα ταύτης εἰς ἄλλο· ἀλλ' ἀπαρατηρήτως, ὡς ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ, καὶ ἐπὶ τοῖς τρισὶ κοινῶς· καὶ ὡς κοινῶς, καὶ ἐφ' ἑνὶ ἑκάστῳ, καὶ ὁλικῶς ἐπὶ ἁπάσῃ τῇ ὁλότητι τῆς θεότητος. Καὶ γοῦν καὶ ὡς ἐν ἄλλοις ὑπεμνήσαμεν, ὁ μὴ κοινὰς εἶναι λέγων τὰς θεωνυμίας ἀποσχίζει ἀσεβῶς τὴν ἑνότητα τῆς προσκυνητῆς Τριάδος. Ῥητέον οὖν ὡς τὸ ἐν Εὐαγγελίοις *ἀγαθὸς* ἐπὶ τῶν τριῶν θεαρχικῶν Ὑποστάσεων ἐκληπτέον, καὶ γὰρ καὶ ὁ ἀγαθοφυὴς Λόγος λέγει· *Εἰ οὖν ὁ ὀφθαλμός σου πονη-*

§ 1. Hoc præsens caput est de unita distinctaque theologia. Cum enim hic sanctus de divinis nominibus loqui proposuerit, divina vero nomina, quædam in communi tribus Personis divinis conveniant, quædam etiam uni ex Personis illis in particulari, idcirco illa quidem nomina quæ in communi divinæ naturæ congruunt, *unitam* inscribit theologiam, quæ vero cuilibet personæ in particulari competunt, *distinctam*. Et rursus divinam unionem vocat occultam et incomprehensibilem divinæ naturæ cognitionem (nam essentiam incomprehensibilis Trinitatis, quid sit, nemo cognoscet unquam); divinam vero distinctionem, subsistentes existentias adorandas, id est Filii quidem ex Patre splendorem ineffabilem, sancti vero Spiritus ex Patre inconceptibilem processionem, divinam totam existentiam, vel potius proprie non existentiam, sed superexistentiam, sed quoniam omnis existentia ex ipsa est, ex effectis creaturis existentia nominatur. Hanc itaque divinam totam existentiam, id est unicam et solam Deitatem (sic enim appellare consuevit sanctæ atque solum adorandæ Trinitatis in tribus Personis agnitam Deitatem); hanc, inquam, ipsam per se bonitatem esse, in Evangeliis nobis declarasse Dominus prædicatur, id est cum omni religione ac divinitate agnoscitur; nam ipsemet Deus Dominus explicando dixit cuidam interroganti: *Quid me dicis bonum? nemo bonus, nisi solus Deus* [m]. Verum hoc aliis etiam locis a nobis expositum, istiusmodi nomina non partialiter de una ex Personis divinis dici, sed de tota plenaque Deitate; nec non omnia hæc nomina communia ipsi attribui imparticipate, id est non participata secundum attributionem, sicut una Persona, sed ad unamquamque et ad tres in communi, absolute, id est sine ulla restrictione ad unam Personam, vel sine hac ad aliam, sed sine reservatione, utī ad unamquamque, sic etiam ad tres in communi; et universim, tam ad unamquamque, quam universe ad omnem universitatem divinitatis referri. Siquidem, ut alibi meminimus, qui hæc divina nomina negat esse communia, distrahit omnino impie unitatem adorandæ Trinitatis. Dicendum itaque, in Evangeliis vocem **329** illam *bonus* de tribus divinis Personis accipiendam esse; nam bonum Verbum ait: *An oculus*

[m] Marc. x, 18.

(35) Vide Scholia S. Maxim., tom. II, cap. 2 *De divinis nominib.*

*luus nequam est, quia ego bonus sum* [n]? et rursum apud Davidem in Psalmis dicentem reperitur : *Spiritus tuus bonus deducet me in viam rectam* [o]; et rursum, id quod ad Moysem dictum est : *Ego sum qui sum* [p]. Si id nonnulli uni personæ ascribere velint, quomodo intelligent, quæ in Apocalypsi Joannis evangelistæ de Patre dicta sunt : *Qui est, qui erat, qui venturus est* [q-r]? de Filio vero in Davide : *Tu autem idem ipse es* [s]? de sancto quoque Spiritu in Evangeliis : *Spiritus veritatis qui est, qui a Patre procedit* [t]? Et observa, quomodo hæc dicat usurpari; nunc enim non ita fertur. Et rursum de vita, nisi hæc de tribus personis dicta sint, quomodo in divinis Evangeliis reperitur, quod, *sicut Pater suscitat mortuos et vivificat, sic et Filius quos vult vivificat* [u]? Et illud : *Spiritus est qui vivificat* [v]? Quod autem nomen *Dominus* etiam commune sit, de Deo quidem qui Deum genuit, sive Patre, et de Deo qui genitus est, sive Filio, vix dici possit quoties dicatur. Quin etiam Spiritus sanctus Dominus est : similiter quoque pulchrum, et sapiens, et lumen, et deificum, et causa. Omnia, inquam, hæc nomina summatim de tota Deitate prædicantur, juxta illud : *Omnia ex Deo sunt* [x], et diffusius etiam de singulis Personis, ut cum de Deo quidem Filio dicit : *Omnia per ipsum et in ipso facta sunt* [y], et : *In ipso cuncta consistunt* [z]. Hoc enim omnes referunt ad Verbum quod creat. De Spiritu autem : *Emittes Spiritum tuum, et creabuntur* [a]. Et ut compendio quis dicat, ipsemet Dominus dixit : *Omnia quæ habet Pater mea sunt* [b], et : *Omnia mea tua sunt, et tua mea sunt* [c]. Verumtamen hæc etiam sanctissimo Spiritui per communicationem unionemque attribuit. Quænam hæc? Divinas operationes, id est miracula, juxta illud : *Si ego in Spiritu Dei ejicio dæmonia* [d]. Venerationem, juxta illud : *Qui vero blasphemaverit in Spiritum sanctum, non remittetur ei* [e]. Fontem et distributionem gratiarum, juxta illud : *Accipietis virtutem ex alto* [f], superveniente Spiritu sancto. Ac neminem existimo eorum qui Scripturis hauquaquam perverse sunt imbuti, negaturum, quin istiusmodi nomina, tam in communi quam in particulari, secundum rationem et causam insint omnibus personis divinis, ita ut quælibet sit perfectus Deus, et rursum omnes **330** tres sint unus perfectus Deus. Cum igitur hæc impræsentiarum quidem breviter, alibi vero satis definita sint, quodcunque tandem integrum et commune Dei nomen (excepto scilicet proprio et personali) explicare aggrediemur, in communi accipiendum est.

§ II. Si quis autem objecerit nos hoc modo confusionem introducere, et Deo competentem Personarum distinctionem confundere, quod v. g. nomen Filii Dei de tota Divinitate prædicemus, nos puta-

A ρός ἐστιν, ὅτι ἐγὼ ἀγαθός εἰμι; καὶ πάλιν παρὰ τῷ Δαυὶδ εὕρηται, λέγοντι· *Τὸ Πνεῦμά σου τὸ ἀγαθὸν ὁδηγήσει με ἐν τῇ εὐθείᾳ*· καὶ πάλιν τὸ πρὸς Μωσῆν εἰρημένον· *Ἐγώ εἰμι ὁ ὤν*. Ἐὰν περιγράψαι θελήσωσί τινες ἐν ἑνὶ προσώπῳ, πῶς ἀκούσονται περὶ μὲν τοῦ Πατρὸς τὰ ἐν τῇ Ἀποκαλύψει τοῦ εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου· *Ὁ ὤν, ὁ ἦν, ὁ ἐρχόμενος*; περὶ δὲ τοῦ Υἱοῦ τὰ ἐν τῷ Δαυὶδ· *Σὺ δὲ ὁ αὐτὸς εἶ*; περὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τὰ ἐν τοῖς ἱεροῖς Εὐαγγελίοις· *Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, τὸ ὃν, ὃ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται*; Καὶ σκέψαι πῶς φησι τὴν χρῆσιν ταύτην· οὐδὲ γὰρ φέρεται οὕτω νῦν. Καὶ πάλιν περὶ τῆς ζωῆς, εἰ μὴ καὶ ἐπὶ ταῖς τρισὶν ὑποστάσεσι ῥηθείη, πῶς ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις εὕρηται, ὅτι *ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει καὶ ζωοποιεῖ*

B *τοὺς νεκροὺς, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ*; καὶ τό· *Πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν*; Ὅτι δὲ καὶ τὸ *Κύριος* κοινόν ἐστι, περὶ μὲν τῆς θεογόνου θεότητος τοῦ Πατρὸς, ἢ τῆς υἱικῆς, δηλονότι τοῦ Υἱοῦ, οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν ποσαχῶς λέγεται. Ἀλλὰ καὶ Κύριος τὸ Πνεῦμά ἐστιν· ὁμοίως καὶ τὸ καλὸν, καὶ τὸ σοφὸν, καὶ τὸ φῶς, καὶ τὸ θεοποιὸν, καὶ τὸ αἴτιον. Πάντα ταῦτα καὶ περιληπτικῶς ἐπὶ τῆς ὅλης θεότητος, κατὰ τό· *Τὰ πάντα ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστί*, καὶ διεξοδικῶς ἐπὶ μιᾷ ἑκάστῃ τῶν Ὑποστάσεων, ἐπὶ μὲν τοῦ Υἱοῦ ὅτε φησί· *Τὰ πάντα δι' αὐτοῦ καὶ*

C *εἰς αὐτὸν ἔκτισται, καὶ ἐν αὐτῷ συνέστηκε*· τοῦτο γὰρ εἰς τὸν δημιουργικὸν Λόγον ἐδέξαντο πάντες. Ἐπὶ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· *Ἐξαποστελεῖς τὸ Πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται*. Καὶ ἵνα συλληπτικῶς εἴποι τις, αὐτὸς ὁ Κύριος ἔφη· *Πάντα ὅσα ἔχει ὁ Πατὴρ, ἐμά ἐστι*, καὶ, *Πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ, ἐμά*. Πλὴν κοινωνικῶς καὶ ἡνωμένως καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι. Τίνα ταῦτα; Αἱ θεουργίαι, δηλονότι τὰ θαύματα, ὡς τό· *Εἰ δὲ ἐγὼ ἐν Πνεύματι Θεοῦ ἐκβάλλω τὰ δαιμόνια*. Τὸ σέβας, ὡς τό· *Τῷ δὲ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον βλασφημήσαντι οὐκ ἀφεθήσεται*. Τὴν πηγὴν καὶ διανομὴν τῶν χαρισμάτων, ὡς τό· *Λήψεσθε δύναμιν ἐξ ὕψους*, ἐπελθόντος τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Καὶ οὐδένα τῶν ἐν ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς ἀδιαστρόφως ἐντεθραμμένων, οἶμαι ἀντερεῖν πρὸς ταῦτα, ὅτι καὶ κοινῶς καὶ ἰδίᾳ τὰ τοιαῦτα ὀνόματα πρόσεισι, κατὰ τὸν λόγον καὶ τὴν αἰτίαν, ὅτι ἕκαστον τῶν θεαρχικῶν τέλειος Θεὸς, καὶ τὰ τρία πάλιν εἷς Θεὸς τέλειος. Τούτων οὖν βραχέως μὲν ἐνταῦθα, ἐν ἄλλοις δὲ ἱκανῶς διωρισμένων, ὁποίαν θεωνυμίαν ὁλικὴν καὶ κοινὴν (ὑπεξαιρουμένης τῆς ἰδίας καὶ ὑποστατικῆς), ἀναπτύξαι ἐγχειρήσομεν, κοινῶς αὐτὴν ἐκληπτέον.

D

§ II. Εἰ δέ τις εἴποι, ὅτι σύγχυσιν ἐντεῦθεν ποιούμεθα καὶ συγχέομεν τὴν θεοπρεπῆ κατὰ τὰς Ὑποστάσεις διαίρεσιν, ὅτι τὴν ἐπὶ τοῦ Υἱοῦ θεωνυμίαν τυχὸν ἐπὶ πάσης φέρομεν τῆς θεότητος,

[n] Matth. xx, 15. [o] Psal. cxlii, 10. [p] Exod. iii, 14. [q-r] Apoc. i, 4. [s] Psal. ci, 28. [t] Joan. xv, 26. [u] Joan. v, 21. [v] Joan. vi, 64. [x] I Cor. xi, 12. [y] Rom. xi, 36. [z] Joan. i, 3. [a] Psal. ciii, 30. [b] Joan. xvi, 15. [c] Joan. xvii, 10. [d] Luc. xi, 20. [e] Marc. iii, 29. [f] Act. i, 8.

ἡμεῖς οὐδὲ ὑπολαμβάνομεν αὐτὸν εἶναι ἱκανὸν εἰς τὸ πείθειν, ὅτι ἀληθῆ λέγει ἃ λέγει καθ' ἡμῶν. Εἰ μὲν γὰρ τῇ θείᾳ Γραφῇ ἀνθίσταται, πόρρω καὶ τῆς ἡμετέρας φιλοσοφίας ἔσται· καὶ εἰ μὴ μέλει τούτῳ τῶν θείων Λογίων, πῶς ἂν μελήσοι ἡμῖν τῆς ἐκείνου χειραγωγίας καὶ διδασκαλίας; Εἰ δὲ δέχεται τὴν τῶν λογίων ἀλήθειαν, ἡμεῖς αὐτοῖς τοῖς λογίοις, ὡς κανόνι καὶ φωτὶ χρώμενοι, ἀπολογησόμεθα αὐτῷ, ὡς ἡ θεολογία τὰ μὲν τῶν ὀνομάτων ἡνωμένως παραδίδωσιν, ὡς τὸ *Θεὸς*, τὸ *ἀγαθὸς*, καὶ τὰ ὅμοια· τὰ δὲ διακεκριμένως, ὡς τὸ *Πατὴρ*, τὸ *Υἱὸς*, τὸ *Πνεῦμα*, τὸ *γεννητὸν*, τὸ *ἀγέννητον*, τὸ *ἐκπορευτόν*· καὶ οὐχ οἷόν τε οὔτε τὰ ἡνωμένα διαιρεῖν, οὔτε τὰ διακεκριμένα συγχεῖν, ἀλλὰ χρὴ ἑπομένους τῇ θεολογίᾳ, ἀνανεύειν ἐπὶ τὰς θείας φωταγωγίας· καὶ γὰρ ἐκεῖθεν τὰς διδασκαλίας παραλαβόντες, σπεύσομεν ὥσπερ τινὰ κανόνα ταύτας φυλάττειν καὶ ἀπληθύντους, καὶ ἀμειώτους, τοῦτο γάρ ἐστι τοῦ κανόνος τὸ ἴδιον, τὸ πλέον δὲ ἀπεριτρέπτους, φρουρούμενοι μὲν ἐν τῇ φρουρᾷ τῶν λογίων, δυναμούμενοι δὲ, εἰς τοῦτο δὴ τὸ φρουρεῖσθαι ἐν τῷ φρουρεῖν αὐτά.

§ III. Τὰ μὲν οὖν ἡνωμένα, δηλαδὴ τῆς ὅλης Θεότητος, τῆς Τριαδικῆς μονάδος, ὡς ἐν ἄλλοις εἴπομεν, ἐστὶ τὸ *ὑπεράγαθον*, καὶ τἆλλα, προσλαμβανομένης τῆς *ὑπὲρ* προθέσεως, ἃ δὴ καὶ τῆς ὑπεροχικῆς ἀφαιρέσεως λέγει· ἀφαιρεματικὸν γὰρ καὶ τὸ *ἀθάνατον*, καὶ τὸ *ἄκτιστον*, ἀλλὰ κατὰ ἀπόφασιν. Ἀφαιρεματικὸν καὶ τὸ *ὑπεράγαθον*· οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς ἀγαθὸν καὶ σοφὸν, ἀλλ' ὑπὲρ ταῦτα καὶ ἀσυγκρίτως, καὶ διὰ τοῦτο ὑπεροχικῶς τὴν ἀφαίρεσιν ἔχουσι· μεθ' ὧν εἰσι καὶ τὰ αἰτιολογικά· τὸ γὰρ *ἀγαθὸν*, καὶ τὸ *καλὸν*, καὶ τὸ *ὄν*, ὅτι τὸ Θεῖον ὑπέστησε καλὰ, καὶ ὄντα, καὶ ἀγαθά, ἐκ τῶν αἰτιατῶν αὐτὰ ὀνομάζεται· ταῦτα τὰ ἡνωμένα. Τὰ δὲ διακεκριμένα, τὸ ὑπερούσιον ὄνομα τοῦ Πατρὸς, τὸ ὑπερούσιον ὄνομα τοῦ Υἱοῦ, τὸ ὑπερούσιον ὄνομα τοῦ ἁγίου Πνεύματος· οὔτε γὰρ ἀντιστροφὴ ἐκ τούτων γίνεται, οὔτε κοινότης. Ὁ γὰρ Πατὴρ Θεὸς, οὐ μὴν ὁ Θεὸς Πατὴρ μόνως· καὶ ὁ Υἱὸς Θεὸς, οὐ μὴν δὲ καὶ ὁ Θεὸς Υἱὸς μόνως· ὁμοίως καὶ ἐπὶ τοῦ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ Πνεύματος. Εὕρηται καὶ ἄλλη διακεκριμένη θεολογία ἰδίως ἐπὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ, ἡ τούτου καθ' ἡμᾶς ὕπαρξις ἡ παντελὴς· σάρκα γὰρ ἐψυχωμένην καὶ νοερὰν προσελάβετο· καὶ ἀναλλοίωτος· ὃ γὰρ ἦν μείνας ἀτρέπτως, ὃ οὐκ ἦν προσελάβετο, δηλονότι υἱὸς ἀνθρώπου, τὸ ὑπ' ἀρχὴν γενέσθαι, τὸ ὑπὸ χρόνον, καὶ τἆλλα τὰ ἀνθρώπινα, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς κατ' αὐτὸν φιλανθρωπίας μυστήρια, τὸ πεινῆσαι, τὸ διψῆσαι, τὸ κοπιάσαι, καὶ τἆλλα, ἃ δή φησιν οὐσιώδη, ἐκβάλλων τὴν κατὰ φαντασίαν δόξαν.

§ IV. Πρέπει τοίνυν, ἀναλαβόντας τὸν ὁλοτελῆ τῆς θείας ἑνώσεώς τε καὶ διακρίσεως ἐκθέσθαι καὶ εἰπεῖν τρόπον, ὅπως δῆλος ὁ λόγος γένηται, ἅπαν μὲν ἀσαφὲς φεύγων, τὰ δὲ κατὰ δύναμιν σαφῶς περιορίζων. Καλοῦσι γὰρ, ὅπερ καὶ ἐν ἑτέροις εἶπον, οἱ τὰ ἱερὰ μεμυημένοι, ἑνώσεις μὲν θείας τὰς περὶ τῆς οὐσίας ἀκαταλήπτου γνώσεις· τὴν δὲ οὐσίαν αὐτὴν τῆς ἀκα-

A mus ipsum non satis probare posse, se nobis hæc secundum veritatem objicere. Nam si talis sit qui omnino sacris Litteris resistat, a philosophia quoque nostra procul admodum aberit : et nisi ipsi curæ sint Scripturæ sacræ, quomodo nobis curæ erit ut ipsum ad scientiam manuducamus? Sin Eloquiorum veritatem admittat, nos Scripturas tanquam regulam lucemque adhibentes, respondebimus ipsi, quod theologia nonnulla quidem nomina unite tradat, ut *Deus*, *bonus*, et similia ; nonnulla vero distincte seu divisim, ut *Pater*, *Filius*, *Spiritus*, *genitum*, *ingenitum*, *procedens* ; et nefas sit vel unita distinguere vel distincta confundere, sed Scripturis insistendo, ad divinas esse illustrationes suspiciendum, quoniam inde divinas explanationes accipien-
B tes, conamur easdem tanquam canonem seu regulam observare, nihil addendo, nihil demendo, hoc enim proprium est regulæ ; et quod magis est, dum quidem illas inviolatas custodimus, Scripturarum ipsi custodia servamur ; dum vero ita servamur, potentiores evadimus ad easdem custodiendas.

§ III. Nomina igitur unita, scilicet totius Deitatis, Trinæ unitatis, sicut alibi diximus, sunt *supraquam bonum*, et cætera, quibus præpositio *supra* præponitur, quæ vocat ablationis secundum exsuperantiam ; siquidem etiam ablativum est nomen *immortale* et *increatum*, sed secundum affirmationem. Ablativum etiam est *supraquam bonum* ; non enim simpliciter bonum et sapiens, sed supra hæc, et sine comparatione, et idcirco superlative
C ablationem continent, quibus adnumerantur omnia quæ ad rationem causæ pertinent ; nam *bonum*, et *pulchrum*, et *ens*, quoniam Deus ea quæ sunt pulchra, et exsistunt, et bona sunt, suppeditavit, ex effectis hæc nomina sortitur ; quæ sunt unita. Discreta vero sunt nomen superessentiale Patris, **331** nomen superessentiale Filii, nomen superessentiale Spiritus sancti ; ex his enim nulla fit reciprocatio, vel communicatio. Pater enim Deus, non tamen Deus solum Pater ; et Filius Deus, non tamen Deus solus Filius ; similiter etiam de sancto et vivifico Spiritu. Invenitur etiam alia quædam distincta theologia, quæ propria est Domino nostro Jesu Christo ac Deo, scilicet perfecta ejus secun-
D dum nos existentia, siquidem assumpsit carnem animatam ac intellectus participem ; et immutabilis ; quod enim erat immutabiliter manens, id quod non erat assumpsit, nempe filius hominis, principii temporisque subjectionem, aliaque quæ humana sunt, cæteraque mysteria humanitatis ejus, esuriem, sitim, laborem, et cætera quæ dicit essentialia, ut excludat apparentiam imaginariam.

§ IV. Expedit utique, nonnihil altius resumendo perfectissimum illum divinæ unionis ac distinctionis modum, explanari, quo nobis oratio sit aperta, obscuritatem quidem fugiens, hæc vero, quoad fieri potest, clare definiens. Sacri enim doctores, ut in aliis etiam dixi, divinas quidem uniones vocant notiones illas divinæ et incomprehensibilis essen-

tiæ; ipsam autem essentiam incomprehensibilis Trinitatis quid sit, nemo cognoscet unquam; distinctiones vero divinas, per se subsistentes existentias venerandas, id est Filii quidem ex Patre ineffabilem splendorem, et sancti Spiritus ex Patre inconceptibilem processionem; illas, inquam, vocant uniones, quoniam identitatem unius naturæ declarant; has vero distinctiones, quoniam distinctionem personarum exponunt. Traduntque istiusmodi viri sancti, quædam esse unionis propria, videlicet bonitatem, sapientiam, immortalitatem; atque item quædam propria distinctionis, ut Patris quidem, esse ingenitum; Filii vero, genitum, et Spiritus sancti, processionem. Quædam item sunt propriæ unitates, et quædam propriæ distinctiones; v. g. commune quidem est Filio et Spiritui sancto, ex Patre esse, proprium vero, quod ille per generationem, hic per processionem. Et rursus, commune quidem Patri et Filio, quod Spiritus sanctus sit Patris et Filii; proprium vero, quod sit Patris Spiritus, tanquam ex Patre procedens; Filii vero Spiritus, tanquam consubstantialis ac proprius ipsius. Et has vocat uniones et distinctiones distinctionis proprias. Deinde dicit, **332** quænam sint divinæ uniones, sive quæ communes sunt essentiæ divinæ, nimirum superessentialis existentia, et superessentialis deitas, et supraquam bona bonitas; quoniam supra ea, supra quæ Deus esse dicitur, incomparabiliter superior est; quod asserens, per exuberantem negationem dixit. Identitas omnibus superior, omnia superantis totius Dei proprietatis, scilicet boni, et sapientis, et similium; hæc enim sunt Dei proprietas, videlicet per excessum ad creaturas. Super omnem unitatem quæ in rebus est, indivisus et simplex, ineffabilis, et multis vocibus expressus; tum quia innominabilis, tum quia pro beneficiorum diversitate diversimode nominatur. Ignoratio, et ex omni intellectilis; in ignoratione enim Deus cognoscitur. Ignorationem autem non eam accipias quæ ex inscitia oritur (nam hæc animæ quædam est tenebricositas) neque etiam cognoscentem (quoniam qui incognoscibilis est minime cognoscitur), nam hæc quoque species est cognoscitiva, sed secundum illam ignorationem, secundum quam simplificati, supra notiones omnemque Dei cogitationem transcendentes, simplices efficimur. Dum existimamus autem nos comprehendisse, etiam manemus ambigui, propter statum unionis; et firmiter in unione consistentes, ignoramus nos non percepisse, id est nihil aliud scientes, nos velut rudes ignoramus. Tamen quæ ab omni creatura religiose ignorantur, ignoramus. In hac enim ignoratione constituti, efficimur forma ejus quod ante omnia exsistit, negligentes quidem formas omnes ac notiones, in silentio autem sermone omni præstantiori constituti, hoc ipso, quod ne hoc ipsum quidem cognoscimus nos ignorare; postmodum iterum

A ταλήπτου Τριάδος τί ἐστιν, οὐδεὶς γνώσεταί ποτε· διακρίσεις δὲ θείας τὰς ἐνυποστάτους προσκυνητὰς ὑπάρξεις, τουτέστι, τοῦ μὲν Υἱοῦ τὸν ἐκ Πατρὸς ἀνέκφραστον ἀπαυγασμὸν, τοῦ δὲ παναγίου Πνεύματος τὴν ἐκ Πατρὸς ἀνεννόητον ἐκπόρευσιν, ἑκεῖ ἑνώσεις, ὅτι τὸ ταὐτὸν τῆς ἑνιαίας δηλοῦσι φύσεως· ἐνταῦθα διακρίσεις, ὅτι τὴν διαίρεσιν τῶν ὑποστάσεων παριστῶσι. Καί φασιν οἱ τοιοῦτοι ἱεροὶ ἄνδρες, καὶ τῆς ἑνώσεως τὰ ἴδια, δηλονότι τὸ ἀγαθὸν, τὸ σοφὸν, τὸ ἀθάνατον, καὶ τῆς διακρίσεως πάλιν τὰ ἴδια· Πατρὸς μὲν τὸ ἀγέννητον, Υἱοῦ δὲ τὸ γεννητὸν, καὶ Πνεύματος ἁγίου τὸ ἐκπορευτόν. Τινὲς δέ εἰσιν αἱ ἰδικαὶ ἑνώσεις, καὶ τινὲς αἱ ἰδικαὶ διακρίσεις, δηλονότι, κοινὸν μὲν Υἱοῦ καὶ Πνεύματος τὸ ἐκ Πατρὸς εἶναι, ἴδιον δὲ πάλιν, ὅτι τὸ μὲν γεννητῶς, τὸ B δ' ἐκπορευτῶς. Καὶ πάλιν, κοινὸν μὲν Πατρὸς καὶ Υἱοῦ τὸ εἶναι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ· ἴδιον δὲ, ὅτι Πατρὸς μὲν Πνεῦμα, ὡς ἐκ Πατρὸς ἐκπορευόμενον· Υἱοῦ δὲ Πνευμα, ὡς συνουσιωμένον καὶ ἴδιον αὐτοῦ. Καὶ ταύτας λέγει ἑνώσεις καὶ διακρίσεις τῆς διακρίσεως ἰδικάς. Ἐφεξῆς λέγει, τίνες αἱ θεῖαι ἑνώσεις, ἤγουν αἱ κοιναὶ τῆς θείας οὐσίας, δηλονότι ἡ ὑπερούσιος θεότης, ἡ ὑπεράγαθος ἀγαθότης· ὅτι καὶ ὑπὲρ ἃ λέγεται, τὸ Θεῖον ἀσυγκρίτως ἐστίν· ὃ δὴ προλαβὼν, καὶ ὑπεροχικὴν ἀφαίρεσιν εἶπεν· Ἡ πάντων ἐπέκεινα ταὐτότης, τῆς ἐπέκεινα πάντων ὅλης Θεοῦ ἰδιότητος, δηλογότι τοῦ ἀγαθοῦ, τοῦ σοφοῦ, καὶ τῶν τοιούτων· ταῦτα γάρ εἰσιν ἰδιότης Θεοῦ πρὸς τὰ κτιστὰ ὑπεροχικῶς. Τὸ ὑπὲρ πᾶσαν ἑνότητα ἐν τοῖς οὖσιν ἀμερές τε καὶ C ἁπλοῦν, τὸ ἄφθεγκτον καὶ πολύφωνον· τὸ μὲν, ὅτι ἀκατονόμαστον· τὸ δὲ, ὅτι τῇ ποικιλίᾳ τῶν εὐεργετουμένων ποικίλως ὀνομάζεται. Ἡ ἀγνωσία καὶ τὸ παννόητον· ἐν ἀγνοίᾳ γὰρ γίνεται γνωστὸς ὁ Θεός. Ἄγνοιαν δὲ μὴ τὴν διὰ τῆς ἀμαθίας λάβῃς, (αὕτη γὰρ σκότος ἐστὶ ψυχῆς,) μήτε τὴν γινώσκουσαν, (ὅτι ἀγνοεῖται ὁ ἄγνωστος,) εἶδός γὰρ καὶ αὕτη γνωριστικόν· ἀλλὰ κατ' ἐκείνην τὴν ἄγνοιαν, καθ' ἣν ἁπλωθέντες ὑπὲρ τὰς νοήσεις, καὶ πᾶσαν ἔννοιαν περὶ Θεοῦ ὑπερβάντες, ἁπλοῖ γινόμεθα. Νομίζοντες δὲ κατειληφέναι, καὶ ἀδιάκριτοι μένοντες, διὰ τὴν πρὸς τὴν ἑνότητα στάσιν· καὶ βεβαίως ἑστῶτες ἐν τῇ ἑνώσει, ἀγνοοῦμεν ὅτι οὐ κατελάβομεν, τουτέστιν, οὐχ ἑτέρου τινὸς εἰδότες, ἡμεῖς ὡς ἀμαθεῖς ἀγνοοῦμεν. D Ἀλλὰ τὰ παρὰ πάσης τῆς κτίσεως εὐσεβῶς ἀγνοούμενα ἀγνοοῦμεν. Ἐν ταύτῃ γὰρ στάντες τῇ ἀγνοίᾳ, εἶδος γινόμεθα τοῦ πρὸ πάντων ὄντος, ἐάσαντες μὲν πάντα τὰ εἴδη καὶ τὰς νοήσεις, ἐν ἀφασίᾳ δὲ κρείττονι πάσης φθέγξεως ἱδρυμένοι τῷ μηδὲ τοῦτο γινώσκειν ὅτι ἀγνοοῦμεν· εἶτα πάλιν ὑποστρέψαντες ἐκ τῆς ἐν ἀφασίᾳ σιωπῆς, καὶ συνιέντες ὅτι ἠγνοοῦμεν, ἀφιστάμεθα λοιπὸν τοῦ περὶ ἀγνώστου ζητεῖν. Παννόητος δὲ πάλιν ὁ Θεὸς, ὡς ἐκ τῶν φιλοδώρων ἐννοιῶν [a] νοούμενος ὅτι ἔστι, καὶ ἐκ τῶν δημιουργημάτων· ἐκ τῶν μὲν, ὅτι σωτήρ ἐστιν· ἐκ τῶν δὲ, ὅτι δημιουργός. Καὶ θέσιν μὲν τὴν ὕπαρξιν καλεῖ, ὡς ἐξ αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ, τῆς πάντων οὔσης ὑπάρξεως.

VARIÆ LECTIONES.

[a] προνοίων, D.

Λέγουσι γὰρ οἱ φιλόσοφοι θέσιν τὰ ἐπιτιθέμενα εἴδη τῇ ὕλῃ· ἀφαίρεσιν δὲ, ὅταν αἱ ποιότητες τῶν εἰδῶν ἀφαιρεθῶσιν, οἷον γῆς τὸ ξηρὸν καὶ βαρύ· τότε γὰρ ἔσται τυχὸν ὕδωρ. Ὁ γοῦν Θεὸς ὁ καὶ ταῦτα μετασχηματίζων, ἡ πάντων θέσις καὶ ἀφαίρεσίς ἐστι· θέσις μὲν πάντων, ὡς τὰ πάντα θεὶς καὶ ποιήσας, καὶ ἱδρύσθαι παρασκευάζων· ἐν αὐτῷ γὰρ τὰ πάντα συνέστηκεν. Ἀφαίρεσις δὲ πάντων ἐστὶν, ὡς καὶ τὴν θέσιν αὐτὴν τῶν ὄντων καὶ τὴν ποίησιν μεταῤῥυθμίζων, μετασκευάζων καὶ ἀφαιρῶν ἐκ τῶν τεθειμένων τὰ κατὰ φύσιν. Εἰ γὰρ ὡμολόγηται, τὰ ἐν γενέσει πάντως καὶ φθείρεσθαι, αὐτὸς δὲ πλούτῳ ἀγαθότητος, τῶν μὲν ἀνεῖλε καὶ τὸ φθαρτὸν, ὡς ἀγγέλων καὶ ψυχῶν, τῶν δὲ τὸ φθαρτὸν εἰς ἀφθαρσίαν μετήγαγεν, ὡς τὰ σώματα ἡμῶν ἐν τῇ ἀναστάσει· δῆλον ὡς αὐτὸς ταῦτα ἡμῖν ὑπάρχων, αὐτὸς καὶ ὑπὲρ θέσιν ἐστὶ καὶ ἀφαίρεσιν, θεμέλιος καὶ ῥίζα πάντων ὢν, οὐ τοπικῶς, ἀλλὰ κατὰ τὸ αἴτιον. Οὔτε ἀφαίρεσις αὐτὸς ὤν, ὧν αὐτὸς ἔχει· τὸ γὰρ ἀθάνατον, καὶ ἀκατάληπτον, καὶ ἄγνωστον, καὶ ὅσα τοιαῦτα ἔχει, οὐχ ὡς μὴ ὢν τὸ ἐναντίον, ἀλλὰ κατὰ ἰδιότητά τινα πᾶσιν ἄῤῥητον· ἐξῄρηται γὰρ τῶν ἁπάντων, καὶ ὑπ' οὐδενὸς νοεῖται, ἢ ὅλως καταλαμβάνεται, ὡς αὐτὸς ἑαυτὸν ἁρπάσας διὰ τῆς ἀπειρίας. Ἡ ἐν ἀλλήλαις πάλιν τῶν ἐναρχικῶν ὑποστάσεων μονὴ καὶ ἵδρυσις· ἓν γὰρ, καὶ ἓν, καὶ ἓν, καὶ τὰ τρία ἕν. Τί δέ ἐστιν ἡ μονὴ καὶ ἵδρυσις, ὡς τὸ, *Ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί*; οὕτω καὶ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματός φησιν ὁ θεῖος ἀπόστολος. Ἡ μὴ συγκεχυμένη ἐν μέρει, καθάπερ τὸ αἰσθητὸν παράδειγμα ἔχον. Ὥσπερ γὰρ τριῶν κηρῶν ἁπτόντων ἕν τινι οἴκῳ, ταῖς μὲν ὑποστάσεσι διακεκριμένων, τῷ δὲ φωτὶ ἡνωμένην τὴν κοινωνίαν ἐχόντων, καὶ οὐδεὶς δύναται διακρῖναι τὸ κοινὸν φῶς, ὅτι τοῦτο μὲν τούτου, τοῦτο δὲ τοῦ ἄλλου λαμπτῆρος. Ταῦτα εἰπὼν, μεταφέρει τὸν λόγον ἐπὶ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον, καὶ τὸ Εὐαγγελικὸν ῥητὸν σαφηνίζει τὸ, *Ἐγὼ ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ πρὸς τὸν Πατέρα μου ὑπάγω*, φησὶν ὅτι εἴ τις ἕνα τῶν πυρσῶν ὑπεξαγαγέσθαι τοῦ δωματίου νοήσει, οὐδέν τι τῶν ἑτέρων φώτων συνεπισπώμενον, ἢ τὸ ἑαυτοῦ ταῖς ἑτέροις καταλεῖπον, τὸ ὑπεξαγόμενον φῶς ὑπεξάγεται· οὕτω νόει καὶ ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας. Ἐλθὼν ὁ Υἱὸς ἐκ τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐπιδημήσας ἐν τῷ κόσμῳ, οὐ συνεξήγαγεν ἑαυτῷ τὸν Πατέρα καὶ τὸ Πνεῦμα, οὔτε μὴν τῶν οἰκείων τι ἐκείνοις κατέλιπεν, ἀλλ' ἀδιαίρετον τῆς ἑαυτοῦ μονῆς τὴν ἔξοδον ἐποιήσατο. Πλὴν αἱ τῶν σωμάτων ἑνώσεις τῶν τε στοιχειωδῶς θεωρουμένων, καὶ τῶν ἄλλως πως μιγνυμένων, δυνάμεσι καὶ ποιότητι τὸ παρηλλαγμένον ἔχουσιν· ὡσαύτως καὶ αἱ ψυχικαὶ δυνάμεις τὸ διάφορον ἔχουσι, καὶ μὴν καὶ αἱ τῶν ἀγγέλων πρὸς τὰς θείας ἐλλάμψεις ἑνότητες, τὸ ἀνὰ μέρος καὶ ἀνάλογον ταῖς οἰκείαις τάξεσιν ἔχουσιν· ἡ δὲ ἐν τῇ ἁγίᾳ Τριάδι ἑνότης, καὶ ὅσα ταύτης, οὐδενὶ τῶν εἰρημένων διακοπτομένη, ἢ ἑαυτῶν διαφέρουσα, εἰκότως ὑπὲρ ταύτας τὰς ἑνώσεις εἶναι δοξάζεται. Ὑπερίδρυται μὲν ἡ ὑπερούσιος ἕνωσις, οὐ τῶν σω-

A a muto silentio conversi, et cognoscentes nos ignorare, abstinemus cæterum ab ejus quod cognosci nequit inquisitione. Rursum vero Deus ex omni intellectilis dicitur; quoniam ex amicis suis muneribus et intelligentiis [41'], nec non ex creaturis exsistere cognoscitur, ex illis quidem Salvator, ex his vero Creator. Positionem autem seu affirmationem vocat existentiam, tanquam ex ipso Deo, qui est omnium existentia. Philosophi enim θέσιν, seu *positionem*, vocant formas illas quæ materiæ imprimuntur; ablationem vero, quando qualitates a formis auferuntur, veluti a terra siccitas et gravitas. tunc enim fortassis aqua **333** erit. Deus igitur qui hæc omnia transformat, omnium est positio et ablatio. Omnium quidem positio, ut qui omnia ponit et facit, atque ut consistant B disponit; in ipso enim cuncta consistunt. Est autem omnium ablatio, ut qui ipsammet rerum positionem ac creationem componit atque concinnat, nec non aufert a rebus positis quæ illarum naturæ adversantur. Cum enim in confesso sit, ea quæ generantur omnino etiam corrumpi, ipse autem abundantia bonitatis quorumdam quoque auferat corruptibilitatem, ut angelorum atque animarum; quorumdam vero corruptibilitatem transferat ad incorruptionem, ut corpora nostra in resurrectione· manifestum est ipsum nobis hæc exsistentem, supra positionem quoque esse, et ablationem, cum sit fundamentum ac radix omnium, non quoad locum, sed quantum ad causam. Neque ipse etiam C est ablatio eorum quæ habet; nam ipse per se habet immortalitatem, et incomprehensibilitatem, et incognoscibilitatem, aliaque similia; non quasi non sit contrarium, sed juxta proprietatem quamdam omnibus ineffabilem: nam exemptus est ab omnibus, et a nullo cognoscitur, vel omnino comprenenditur, ut qui semetipsum propter infinitatem subducat. Rursum est divinarum quoque in se invicem personarum mansio et collocatio; sunt enim unum, et unum, et unum, et tria unum. Quid autem est mansio et collocatio, ut illud: *Ego in Patre, et Pater in me est* [f']? Ita etiam de Spiritu sancto apostolus ait. Hæc mansio non est in parte confusa, sicut sensibile exemplum declarat. Quemadmodum enim si in aliqua domo tres cerei accen- D dantur, subjectis quidem diversi erunt, sed lumine uniti sibi invicem communicabunt; neque quisquam potest commune lumen discernere, quodnam sit hujus, et quod alterius luminaris. Hæc ubi dixit, transfert sermonem ad mysterium dispensationis, et evangelicum illud dictum explanans: *Ego a Patre exiri, et ad Patrem meum vado* [g], ait: Ut si quis unam facem accensam e domo educi intelligit, nihil aliorum luminum secum trahens vel de suo cæteris relinquens, lumen eductum educitur; sic etiam intellige in dispensatione Incarnationis. Quippe Filius a Patre veniens, et in hoc mundo con-

[f'] Joan. x, 38. [g] Joan. xvi, 28.

VARIÆ LECTIONES

[41'] Maxim. *providentiis*.

versatus non eduxit secum Patrem, neque Spiritum, neque quidquam sibi proprium iis reliquit, sed hunc egressum a sui ipsius mansione fecit **334** individuum. Cæterum uniones corporum quæ elementaliter considerantur, atque alio quodam modo permiscentur, virtutibus et qualitatibus permutantur; similiter quoque facultates animales suam habent differentiam; quin et angelorum cum divinis illustrationibus unitiones pro ordinum propriorum parte ac proportione fiunt. Divinitas vero sanctæ Trinitatis, et quidquid ejus est, nullo dictorum modo dissecta, aut a se diversa, merito censetur esse supra istas uniones. Supercollocatur enim unio supersubstantialis non tantum corporeis, verum etiam iis quæ in animabus, quin et in ipsismet angelis contingunt, quas utique divinas uniones illa luminaria supercœlestia, scilicet angeli, impermiste, inconfuse, et supermundialiter tota se totis obtinent; non enim partialiter his illustratio conceditur, sed omnino integre, tametsi quoque pro captu suo duntaxat uniantur. Quemadmodum sole omnino perfecte illucescente quidlibet pro captu suo lumen participat, ita etiam in angelis contingit, dum secundum proportionem suam divinæ illius et supereminentis unionis participes exsistunt. Est etiam distinctio in divinis, non ea tantum quam prius diximus, quod inconfuse in tres Personas individua simplexque natura divina dividatur, verum etiam Patris notio, scilicet activa Dei generatio, cum aliis non convertatur. Pater enim solus fons est superessentialis Deitatis, qualibet divinarum Personarum proprietatis suæ laudes religiose conservantibus. Ecce etiam aliam distinctionem secundum quam Pater ab effectis Filii et Spiritus sancti distinguitur. Hæ quidem sunt uniones et distinctiones in illa ineffabili unione naturali.

A ματικῶν μόνον ἑνώσεων, ἀλλὰ καὶ τῶν ἐν ψυχαῖς αὐταῖς, καὶ μᾶλλον ἐν αὐτοῖς τοῖς ἀγγέλοις, ἃς δὴ ἑνώσεις θείας ἔχουσι τὰ ὑπερουράνια φῶτα, οἱ ἄγγελοι, ἀμιγῶς, ἀσυγχύτως, καὶ ὑπερκοσμίως, ὅλα δι' ὅλων· οὐ γὰρ μερικῶς ἐπιβραβεύεται τούτοις ἡ ἔλλαμψις, ἀλλ' ὁλοτελῶς, εἰ κἀκεῖνοι πρὸς τὸ δυνατὸν καὶ μόνον ἑνοῦνται. Ὥσπερ, ἡλίου ὁλοτελῶς ἐπιλάμποντος, ἕκαστον πρὸς τὸ δυνατὸν τοῦ φωτὸς μεταλαμβάνει, οὕτω καὶ ἐπὶ τοῖς ἀγγέλοις γίνεται, κατὰ τὴν ἀναλογίαν αὐτῶν, τῆς θείας καὶ ὑπερηρμένης ἑνώσεως μετέχουσιν. Ἔστι διάκρισις ἐν ταῖς θεολογίαις, οὐχ ἣν ἔφημεν μόνον πρότερον, ὅτι ἀσυγχύτως εἰς τρεῖς Ὑποστάσεις διακέκριται ἀδιαιρέτως ἡ θεία καὶ ἁπλῆ φύσις· ἀλλ' ὅτι καὶ τὸ τοῦ Πατρὸς αὔχημα, δηλονότι ἡ θεογονία, οὐκ ἀντιστρέφει πρὸς τἄλλα. Μόνη γὰρ πηγὴ τῆς B ὑπερουσίου θεότητος ὁ Πατήρ, φυλαττόντων τῶν ὕμνων εὐσεβῶς τὰ οἰκεῖα ἑκάστῃ τῶν θεαρχικῶν Ὑποστάσεων. Ἰδοὺ καὶ ἑτέρα διάκρισις, καθ' ἣν διακέκριται ὁ Πατὴρ τῶν αἰτιατῶν, Υἱοῦ τε καὶ Πνεύματος. Αὗται μὲν αἱ κατ' ἐκείνην τὴν ἄῤῥητον φυσικὴν ἕνωσιν ἑνώσεις τε καὶ διακρίσεις.

§ V. Est etiam secundum aliam rationem divina C distinctio, illa Dei propter abundantiam bonitatis emanatio ad multiplices tam invisibilis quam visibilis creaturæ formas. Porro providentiæ benignitatesque creationis, trinæ unitati sunt communes. Ne itaque, cum audies distinctionem, existimaveris, uni quoque Personæ alicui seorsim competere creationem providentiamve, sed distinctiones appellavit emanationes creationis ac providentiæ, tanquam effusiones bonitatis a beata et inconfusa Trinitate distinctas, secundum quas a participatis, scilicet donis, et participantibus, scilicet effectis, laudantur ea quæ imparticipate participantur. Imparticipate autem participatur Deus, **335** qui natura sua in tribus subsistit Personis; siquidem hoc toti divinitati commune est, omnem ipsam totam D a quolibet participantium participari, et non in parte, tametsi participantia secundum propriam facultatem eam participent, quemadmodum valida voce excitata, præsentes omnes pro facultate sua eamdem percipiunt, et vir, et puer, et bruta: sed illi quidem valentius, hi vero remissius, secundum facultatis audiendi efficaciam. Atque communicabilis est vox, et in se ipsa incommunicabilis manens. Vel, juxta exempla proposita, sicut lineæ recte a circumferentia centro circuli incidentes, illud integre participant, et non ex parte, quoniam punctum, quod et centrum est, parte caret; et sicut ea quæ expressa sunt totaliter et non ex parte sigillum participant. Dum autem exempla profert,

§ V. Ἔστι καὶ κατ' ἄλλον λόγον θεία διάκρισις, ἡ διὰ πλῆθος ἀγαθότητος πρόοδος τοῦ Θεοῦ εἰς τὴν πολυειδίαν τῆς δημιουργίας τῆς ἀοράτου καὶ ὁρατῆς. Κοιναὶ δέ εἰσι τῆς τρισυποστάτου ἑνάδος αἱ δημιουργικαὶ πρόνοιαί τε καὶ ἀγαθότητες. Μὴ γοῦν ἀκούσῃς διάκρισιν, καὶ νομίσῃς, ὅτι διακεκριμένως μία Ὑπόστασις ἔχει τὴν δημιουργίαν ἢ τὴν πρόνοιαν· ἀλλὰ διακρίσεις εἶπον τὰς προόδους τῆς δημιουργίας καὶ τῆς προνοίας, ὧς τινας χύσεις ἀγαθότητος διακεκριμένας ἀπὸ τῆς μακαρίας καὶ ἀσυγχύτου Τριάδος, καθ' ἃς ἐκ τῶν μετοχῶν, δηλονότι τῶν δωρεῶν, καὶ τῶν μετεχόντων, τῶν αἰτιατῶν δηλονότι, ὑμνεῖται τὰ ἀμεθέκτως μετεχόμενα. Μετεχόμενον δέ ἐστιν ἀμεθέκτως ἡ τρισυπόστατος φύσις ὁ Θεὸς, καὶ τοῦτο γὰρ κοινὸν τῇ ὅλῃ θεότητι, τὸ πᾶσαν αὐτὴν ὅλην ὑφ' ἑκάστου τῶν D μετεχόντων μετέχεσθαι, καὶ οὐκ ἐν μέρει, εἰ καὶ τὰ μετέχοντα κατὰ τὴν οἰκείαν μετέχουσι δύναμιν, ὥσπερ φωνῆς μεγάλης γενομένης ἅπαντες μετέχουσιν οἱ παρόντες κατὰ τὴν οἰκείαν δύναμιν, καὶ ἀνὴρ, καὶ νήπιον, καὶ ἄλογα· ἀλλ' οἱ μὲν ἐῤῥωμενέστερον, οἱ δὲ ἀμυδρότερον πρὸς τὴν τῆς ἀκουστικῆς ἐνέργειαν. Καὶ ἔστι μεθεκτικὴ ἡ φωνὴ, ἐφ' ἑαυτῆς ἀμέθεκτος μένουσα. Ἢ, κατὰ τὰ ὑποκείμενα παραδείγματα, ὥσπερ κέντρου κύκλου αἱ ἀπὸ τῆς περιφερείας προσπίπτουσαι εὐθεῖαι πρὸς τοῦτο ὁλικῶς μετέχουσι, καὶ οὐκ ἐν μέρει· ἀμερὲς γὰρ τὸ σημεῖον, ὅ δὴ καὶ τὸ κέντρον ἐστὶ· καὶ ὥσπερ τὰ ἐκτυπώματα ὁλικῶς, καὶ οὐκ ἐν μέρει τῆς σφραγῖδος μετέχουσιν. Εἰπὼν δὲ τὰ παραδείγματα ὑπερκειμένην δείκνυσι πρὸς ταῦτα τὴν τῆς θεότητος ἀμεθεξίαν· διότι οὔτε ἐπαφὴ αὐτῆς ἐστιν, ὡς ἐπὶ τοῦ

σημείου· οὔτε ἄλλη τις συμμιγὴς κοινωνία πρὸς τὰ μετ- A
έχοντα, ὡς ἔστι τῆς σφραγῖδος· κατ' οὐσίαν γὰρ ἡ
θεότης οὐ μετέχεται, μεθεκτικὴ δέ ἐστιν ἐν τῷ ἐξ αὐ-
τῆς εἶναι τὰ πάντα, καὶ ὑπ' αὐτῆς συνέχεσθαι εἰς τὸ
εἶναι.

§ VI. Καίτοι φαίη τις, ὡς οὐκ ἔστιν ἡ σφραγὶς ἐν ὅλοις
τοῖς ἐκμαγείοις ἡ αὐτή· ποῦ μὲν γὰρ ἀκριβῶς ἐγκεχά-
ρακται, ποῦ δὲ μετρίως· καὶ λέγει λύων ὁ Ἅγιος, ὅτι
τοῦτο μᾶλλόν ἐστι παρατατικὸν τῶν λεγομένων, ὅτι ἡ
μὲν σφραγὶς ἡ αὐτή ἐστιν· ἡ δὲ τῶν μετεχόντων δια-
φορὰ ἀνόμοια ποιεῖ τὰ ἐκτυπώματα τῆς αὐτῆς καὶ
μιᾶς ἀρχετυπίας· οἷον εἰ ἁπλᾶ, καὶ εὐτύπωτα, ἢ καὶ
λεῖα καὶ ἀχάρακτα ἀπὸ ἄλλων προηγησαμένων χαρα-
κτήρων, καὶ μήτε σκληρὰ καὶ ἀντίτυπα, ὡς κατεσκλη- B
κὼς κηρὸς, μήτε πάλιν εὐδιάχυτα, ὡς κατατετηγμέ-
νος τῇ θέρμῃ, καθαρὸν ἕξει τὸν τύπον· εἰ δέ τι ἐλλεί-
πει, τοῦτο αἴτιον ἢ τοῦ ἀσαφοῦς, ἢ τοῦ παρακεκομμέ-
νου, ἤ τινος ἄλλου, ὅσα ἐπισυμβαίνει διὰ τὴν τῶν με-
τεχόντων ἀνεπιτηδειότητα. Σκόπει καὶ ἑτέραν θείαν
διάκρισιν τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου, καὶ τὸ
δρᾶσαι καὶ παθεῖν, ὅσα ὡς ἄνθρωπος καὶ ἔδρασε καὶ
ἔπαθε θαυμαστὰ καὶ παράδοξα· τούτοις γὰρ ὁ Πατὴρ
καὶ τὸ Πνεῦμα οὐ κεκοινωνήκασιν· εἰ μή τις εἴποι κατὰ
τὴν φιλάνθρωπον εὐδοκίαν καὶ βούλησιν, καὶ κατὰ τὸ
συνεργάζεσθαι τῷ Υἱῷ τὰς θεοσημείας. Οὕτω γοῦν καὶ
ἡμεῖς καθὼς τὰ θεῖα ἔχουσιν ἀληθείας καὶ φύσεως,
καὶ ἑνοῦν τῷ λόγῳ καὶ διακρίνειν σπεύδομεν.

C

§ VII. Ἀλλὰ τούτων μὲν τῶν ἑνώσεων καὶ διακρί-
σεων ὅσας αἰτίας θεοπρεπεῖς ἐν ταῖς ἱεραῖς Γραφαῖς
εὑρήκαμεν, ἐν ἄλλοις ἰδίᾳ περὶ ἑκάστης διελάβομεν,
τὰ μὲν ἀναπτύξαντες, νοῦν ἀθόλωτον προσαγαγόντες
τοῖς φανοῖς γραφικοῖς θεάμασιν, (οὕτω γὰρ ὁ ἱερὸς
ἀναπτύσσει καὶ ἑρμηνεύει νοῦς·) τοῖς δὲ, ὡς μυστι-
κοῖς καὶ ὑπὲρ νοερὰν ἐνέργειαν, ἑνωθέντες, δηλονότι
σιγῇ καὶ ἀκαταλήψίᾳ τιμήσαντες· οὐκ ἄλλως γὰρ τοῖς
τοιούτοις ἐπιβάλλει ὁ ἱερὸς νοῦς ἢ κατὰ ἀπόπαυσιν
πάσης κινήσεως νοητικῆς τῶν ὄντων· τοῦτο γὰρ δηλοῖ
τὸ *ὑπὲρ νοερὰν ἐνέργειαν*, τουτέστιν ὅταν τῷ ἀκατα-
λήπτῳ τοῦ Θεοῦ πάντοθεν περισχεθῇ, τότε καταλαμ-
βάνει ποσῶς τὸ ζητούμενον. Πάντα γὰρ τὰ θεῖα ὀνό-
ματα, καὶ ὅσα ἡμῖν πεφανέρωται, ταῖς μετοχαῖς μό- D
ναις γινώσκονται, καθ' ἃς μετέχομεν ἀμιγῶς ἡμεῖς
τοῦ Θεοῦ· ἐκ γὰρ τῶν μετοχῶν τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ δω-
ρουμένων ἡμῖν καὶ τὰς περὶ Θεοῦ ὀνομασίας ποιού-
μεθα. Αὐτὰ δὲ τὰ θεῖα ὁποιά ποτέ ἐστι κατὰ τὴν οἰ-
κείαν φύσιν, ὑπὲρ νοῦν καὶ πᾶσαν οὐσίαν ἐστίν· οἷον
εἰ τὴν ὑπερούσιον κρυφιότητα, τὸν Θεὸν, ὀνομάζομεν
ἢ Θεὸν, ἢ ζωὴν, ἢ τἄλλα, οὐδὲν ἕτερον νοοῦμεν ἢ τὰς
εἰς ἡμᾶς ἀγαθοπρεπεῖς δυνάμεις, καθ' ἃς ἐκθεούμεθα,
ἢ οὐσιοποιούμεθα, ἢ ζωοποιούμεθα, καὶ τἄλλα ὁμοιο-
τρόπως. Αὐτὴ δὲ ἡ θεία ὑπερύπαρξις οὕτω ποσῶς
ὑμνηθήσεται, ὅταν πάσης ἐνεργείας δραστικωτάτης
καὶ νοερᾶς ἀπολυθεῖσα, τούτων ἡμῶν ἐν τῇ τοῦ ἡμε-
τέρου νοῦ ἀδιακρισίᾳ δέξηται ἡμᾶς διὰ σιγῆς ἁγίας
ἐπιβάλλοντας ταῖς ἐκεῖθεν ἐκφοιτώσαις δωρεαῖς· τοῦτο

déclarat divinitatis imparticipabilitatem hæc ipsa superare; quoniam neque tactus ejus est, sicut in puncto, neque alia quævis mista communio cum participante, ut in sigillo; nam divinitas secundum substantiam non participatur, sed est participans, in quantum ex ea sunt omnia et ab ipsa in suo esse continentur.

§ VI. At dicet aliquis, sigillum in totis expressis figuris non esse idem; quandoque enim exacte expressum est, quandoque vero mediocriter; aitque sanctus Pater id solvens, magis ea quæ dicuntur confirmare; quoniam sigillum idem est, sed diversitas communicantium, unius ac ejusdem primitivæ formæ, dissimiles reddit effigies: ut si simplicia formatuque facilia, vel etiam mollia, aliisque figuris ac formis carentia, quæ neque dura sint, neque reluctantia, ut exsiccata cera; neque iterum fluxa, ut cera præ calore liquefacta, nitidam figuram habitura sunt; sin autem aliquid defuerit, hoc causa erit vel obscuritatis, vel falsitatis, vel alterius defectus, quæ propter ineptitudinem participantium accidunt. Observa etiam aliam divinam distinctionem Verbi incarnati tam in agendo quam patiendo mirabilia et obstupenda, quæ, in quantum homo, et egit et pertulit; his enim et Pater et Spiritus non communicarunt, nisi forte quis dixerit, secundum benignum beneplacitum ac voluntatem, et in divinis signis Filio cooperando. Nos itaque similiter res divinas sermone conjungere distinguereque satagimus, prout vere ac natura sua unitæ sunt ac distinctæ.

**336** § VII. Sed harum unionum ac distinctionum quascunque in sacris Litteris rationes Deo consentaneas reperimus, alibi seorsum explicuimus, partim quidem eas enucleando, ac purum tranquillumque animum perquam lucidis Scripturarum contemplationibus admovendo (sic enim eas mens sacra explicat et interpretatur), partim vero, ceu mysticis, supra mentis etiam operationem uniti, silentio scilicet et incomprehensibili modo honorem exhibentes. Mens enim sacra non aliter iis intendit quam per omnem cessationem motus, qui ad intelligendas res facit; hoc enim declarat illud quod dixit, *supra mentis operationem*, id est quando undique Dei incomprehensibilitate comprehenditur, tunc assequitur quod quærebat. Nam omnia divina nomina, et quæcunque nobis apparuerunt, solis participationibus cognoscuntur, secundum quas impermiste Deum participamus; nam ex participationibus quæ a Deo nobis donantur, Dei quoque nomina componimus. Porro quales ipsæmet res divinæ sint secundum naturam suam, omnem mentem et essentiam excedit; velut cum arcanum illud superessentiale, Deum, Deum nominamus, vel vitam, vel alia, nihil aliud intelligimus, quam vel benignas in nos virtutes, secundum quas deificamur, vel substantificamur vel vivificamur, atque alia similiter. Ipsa vero divina supraquam exsistentia sic quodammodo laudabitur, quando ab

efficacia omni validissima et intelligente absoluta suscipiet nos in sancto silentio, mentem iis quæ illinc promanant donis adjicientes : hæc enim est cognitio in ignoratione, in qua nullam cernimus vel deificationem, vel vitam, vel substantiam quæ plane similis sit causæ isti, quæ cunctis per omnem excellentiam antecellit. Veneranda sacroque pavore digna sunt sanctæ Trinitatis nomina; quoniam Pater est divinitas fontalis, Filius vero sanctusque Spiritus sunt quædam germina ac flores, ac lumina superessentialia. Germina quidem, ex visione olivarum Zachariæ [h] : lumina vero, ex Epistola Jacobi fratris Domini [i], qui de Patre luminum mentionem facit. Hæc itaque nomina a Scripturis sacris accepimus; quonam autem pacto sese habeant, neque eloqui neque intelligere valemus.

A γάρ ἐστι καὶ ἡ ἐν ἀγνωσίᾳ γνῶσις, ἐν ᾗ οὐδεμίαν ὁρῶμεν ἢ θέωσιν, ἢ ζωὴν, ἢ οὐσίαν, ἤ τις ἀκριβῶς ἐξισωθήσεται τῇ κατὰ πᾶσαν ὑπεροχὴν ἐξῃρημένῃ αἰτίᾳ. Τὰ σεβάσμια καὶ φρικτὰ ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος ὀνόματα, ὅτι πηγαία θεότης ὁ Πατήρ· ὁ δὲ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα βλαστοὶ, καὶ ἄνθη, καὶ φῶτα ὑπερούσια. Βλαστοὶ μὲν, ἀπὸ τῆς τῶν ἐλαιῶν ὀπτασίας τοῦ Ζαχαρίου· φῶτα δὲ ἐκ τοῦ Ἰακώβου ἀδελφοῦ τοῦ Κυρίου, παρὰ [ἴσ. περὶ] τοῦ Πατρὸς τῶν φώτων λέγοντος. Ταῦτα γοῦν τὰ ὀνόματα παρὰ τῆς Γραφῆς παρελάβομεν· ὅπως δὲ ταῦτά ἐστιν, οὔτε εἰπεῖν οὔτε ἐννοῆσαι δυνατόν.

§ VIII. Cæterum hactenus omne mentis nostræ studium hoc spectat, quomodo ex hac paternitate ac filiatione omnis paternitas in cœlo et in terra **337** nominetur ; ex qua fit, ut spiritaliter ac doctrinaliter etiam dii et deorum patres divini ac sancti viri, et deorum filii [qui in sacra doctrina proficiunt, nuncupentur. Quid autem est *spiritaliter?* id est incorporee et immaterialiter , ac intellectualiter, viris nimirum sanctis ex sancto quidem Spiritu divino, qui est supra omnem immaterialitatem ac deificationem , divinitatem hanc ac spiritalitatem accipientibus ; ex Patre vero ac Filio, qui per excellentiam omnem paternitatem ac filiationem superant , istiusmodi statum participantibus. Non enim est perfecta similitudo effectis creatis ad causas, divinas, inquam, personas; sed habent quidem creaturæ, quoad fieri potest, imagines Dei ; ipsæ vero causæ penitus ab effectis creatis exemptæ sunt. Et, ut terrenis exemplis utar, voluptates ac dolores efficere dicuntur, ut homines lætentur vel tristentur, tamen ipsæ voluptates non dicuntur lætari, nec dolores tristantur. Et ignis calefacit, et adurit, tamen non calefit, nec aduritur. Idcirco etsi quis vitam vivere, et per se vitam dixerit, et illuminari id quod per se lumen est, nequaquam proprie locutus fuerit, secundum rectam veritatis rationem : nisi forte hæc alio modo dicat, quod nimirum abundantius, et secundum essentiam, non autem secundum participationem, præ effectis hæc insint causis.

B C § VIII. Ἀλλ' ἄχρι τούτου προβαίνει ἡ τῆς ἡμετέρας νοερᾶς ἐνεργείας δύναμις, ὅτι ἐκ ταύτης τῆς πατρότητος καὶ τῆς υἱότητος πᾶσα πατριὰ ἐν οὐρανῷ καὶ ἐπὶ γῆς ὀνομάζεται· ἐξ ἧς πνευματικῶς καὶ διδασκαλικῶς καὶ θεοὶ καὶ θεῶν πατέρες, οἱ θεῖοι καὶ ἱεροὶ ἄνδρες, καὶ θεῶν υἱοὶ ἐν τῇ ἱερᾷ διδασκαλίᾳ προσβαίνοντες ὀνομάζονται. Τί γοῦν ἐστι τὸ *πνευματικῶς ;* ἀσωμάτως δηλαδὴ καὶ ἀΰλως, καὶ νοητῶς, ἐκ μὲν τοῦ θεαρχικοῦ Πνεύματος τοῦ ὑπὲρ πᾶσαν ἀΰλιαν ὄντος καὶ θέωσιν, τὸ θεοὶ [ἴσ. θεῖον] καὶ τὸ πνευματικὸν λαμβανόντων τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν· ἐκ δὲ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ, τῶν ὑπεροχικῶς ἐξῃρημένων πάσης πατριᾶς καὶ υἱότητος, τὰς τοιάσδε σχέσεις προσδεχομένων. Οὐδὲ γάρ ἐστιν ἀκριβὴς ὁμοιότης τοῖς αἰτιατοῖς κτίσμασι, καὶ τοῖς αἰτίοις, ταῖς θεαρχικαῖς, φημὶ, ὑποστάσεσιν· ἀλλ' ἔχει μὲν τὰ κτίσματα τὰς ἐνδεχομένας εἰκόνας ἐκ τοῦ Θεοῦ· αὐτὰ δὲ τὰ αἴτια παντελῶς τῶν αἰτιατῶν κτισμάτων ἐξῄρηνται. Καὶ ἵνα χρήσωμαι τοῖς γηΐνοις παραδείγμασιν, ἡδοναὶ ποιητικαὶ τοῦ ἥδεσθαι, καὶ λῦπαι τοῦ λυπεῖσθαί εἰσιν· αὐταὶ δὲ αἱ ἡδοναὶ οὐ λέγονται ἥδεσθαι, οὐδὲ αἱ λῦπαι λυποῦνται. Καὶ τὸ πῦρ θερμαίνει καὶ καίει, οὐ θερμαίνεται δὲ καὶ καίεται. Διὰ τοῦτο καὶ εἴ τις φαίη ζῆν τὴν ζωοῦσαν καὶ αὐτοζωὴν, καὶ φωτίζεσθαι τὸ αὐτόφως, οὐκ εἴποι κυρίως κατὰ τὸν ὀρθὸν τῆς ἀληθείας λόγον, εἰ μή που καθ' ἕτερον τρόπον, ὅτι περισσῶς , καὶ οὐσιωδῶς, καὶ οὐ κατὰ μετοχὴν, πρὸ τῶν αἰτιατῶν ἔνεισι ταῦτα τοῖς αἰτίοις.

§ IX. Quin etiam quod est universæ theologiæ manifestissimum Jesu humanitatis mysterium (quoniam etiam manifeste ac vere nobiscum communicavit), tamen id ipsum etiam ineffabile est sermoni omni, et omni menti inconceptibile, etiam primo et antiquissimo angelo, scilicet sublimissimo primoque ordini ; hoc enim Joannes ille theologus in Apocalypsi de antiquioribus iis angelis tradit. Atque eum quidem carnem assumpsisse, mystice accepimus, sed quomodo ex virgineis sanguinibus alia quam naturæ lege sit efformatus, aliaque omnia quæ ad naturæ Jesu explicationem spectant, quomodo in duabus naturis cognitus, et prout homi-

D § IX. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκφανέστατον ἁπάσης θεολογίας τὸ τῆς Ἰησοῦ φιλανθρωπίας μυστήριον, (ὅτι καὶ φανερῶς καὶ ἀληθινῶς ὡμίλησεν ἡμῖν·) ἀλλὰ καὶ τοῦτο ἄῤῥητόν ἐστι λόγῳ παντὶ, καὶ ἄγνωστον νῷ παντὶ, καὶ αὐτῷ τῷ πρωτίστῳ καὶ πρεσβυτάτῳ ἀγγέλῳ, δηλονότι τῇ ὑψηλοτάτῃ καὶ πρώτῃ τάξει. Λέγει γὰρ καὶ ὁ θεολόγος Ἰωάννης ἐν τῇ Ἀποκαλύψει πρεσβυτέρους ἀγγέλους. Καὶ τὸ μὲν σαρκωθῆναι μυστικῶς παρειλήφαμεν, τὸ δ' ὅπως ἐκ παρθενικῶν αἱμάτων ἑτέρῳ παρὰ τὴν φύσιν θεσμῷ διεπλάττετο, καὶ τἄλλα πάντα τῆς Ἰησοῦ φυσιολογίας, πῶς ἐν δυσὶ ταῖς φύσεσι γνωριζόμενος, καὶ κατὰ ἄνθρωπον ἔπραττε, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνήργει, ἑτέρου λόγου καὶ κρείτ-

[h] Zach. iv, 3. [i] Jac. i, 17.

τονος ἢ καθ' ἡμᾶς καὶ τὴν ἡμετέραν ἀνθρωπίνην δύναμιν. Εἰ γοῦν ἐπὶ τούτοις ἄῤῥητά εἰσι τὰ θεοπρεπῆ, ἃ δὴ καὶ τὴν θεολογίαν ἐκφανεστέραν ἔχουσι, τί φήσειέ τις περὶ τῆς μακαρίας Τριάδος; Ταῦτα ἡμῖν τε ἐν ἄλλοις εἴρηται, καὶ τῷ κλεινῷ ἡμῶν διδασκάλῳ τῷ μακαρίῳ Ἱεροθέῳ, ὃν μετὰ τὸν Παῦλον διδάσκαλον ἐπλούτησεν· ἅπερ ἐκεῖνος, εἴτε ἀπὸ τῶν ἱερῶν Γραφῶν παρείληφεν, εἴτε καὶ ἐκ τῆς περὶ τὰς Γραφὰς ἐρεύνης συνεώρακεν, ἐκ τῆς πολλῆς γυμνασίας καὶ τριβῆς, εἴτε καὶ ἔκ τινος ἐμυήθη θειοτέρας ἐπιπνοίας, οὐ μόνον μαθὼν, ἀλλὰ καὶ παθών· ὡς οὐ διδακτῶς διὰ λόγων τὴν περὶ τούτων δεξάμενος μύησιν, ἀλλὰ τῇ θείᾳ ἐλλάμψει τυπωθεὶς, καὶ οἷον ἐνσημανθεὶς τῇ διανοίᾳ τὴν γνῶσιν τῶν ὑπὲρ φύσιν. Ταύτην γὰρ τὴν τῶν θειοτέρων μύησιν *συμπάθειαν* ἐκάλεσεν, ἤγουν συνδιάθεσιν. Καὶ ἵνα τὰ πολλὰ καὶ μακάρια τῶν ἐκείνου παρῶμεν, ἐν ἐλαχίστοις παραθώμεθα ἅπερ φησὶ περὶ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἐν ταῖς *Θεολογικαῖς στοιχειώσεσιν*.

A nem se gesserit, et supra hominem opera ediderit, longe alterius et præstantioris sermonis res est, quam nostra ratio aut facultas fert. Ad hæc itaque, si ineffabilia sunt divina, ut quæ subtiliorem habeant theologiam, quid dicet quis de beata Trinitate? Verum hæc a nobis etiam alibi dicta sunt, et ab inclyto præceptore nostro beato Hierotheo, **338** quem post sanctum Paulum habuit præceptorem; quæ ille, sive a Scripturis sacris acceperat, sive ex earumdem indagatione fuerat contemplatus, et exercitio usuque plurimo, sive etiam diviniori aliqua insinuatione doctus erat, non solum discens, sed et patiens divina, ut qui non doctrinaliter per verba doctrinam eorum hauserat, sed divina illustratione expressam, et veluti insignitam, B in mente supernaturalem habebat cognitionem. Hanc autem rerum divinarum eruditionem *συμπάθειαν* seu *consensionem* appellavit. Atque, ut plurima eaque beatissima illius documenta transeamus, paucis subjiciamus ea quæ de Domino nostro Jesu Christo ac Deo in *Theologicis elementis* tradit.

*Ἱεροθέου.*

*Hierothei.*

§ X. Ἐφεξῆς δὲ ἐκτίθησι πρὸς ῥῆμα καὶ τὴν τοῦ ἁγίου γραφὴν, ἐν οἷς ὁ μακάριος λέγει, παριστῶν, ὅτι καὶ ὁ Υἱὸς τὰ πάντα ἐστὶν ἐν πᾶσι, καὶ κεφαλὴ πάντων κατὰ τὸν Ἀπόστολον, ὅτι πάντων ἐστὶ πλήρωμα καὶ συνοχεὺς, καὶ διασώζει καὶ περισφίγγει τὰ μέρη τῇ ὁλότητι· καὶ οὔτε μέρος ἐστὶν οὔτε ὅλον, ὑπὲρ ταῦτα γάρ· ἀλλὰ καὶ ὅλον καὶ μέρος, ὡς συνειληφὼς τὰ πάντα· καὶ ὑπερέχει τῇ φύσει, καὶ προέχει τῷ αἰτίῳ, καὶ τέλειος ἐν τοῖς ἀτελέσιν ἡμῖν ἐστι, καὶ ἀτελὴς ἐν τοῖς τελείοις ἀγγέλοις, ὡς ὑπερτελὴς καὶ προτέλειος, καὶ μηδεμίαν ἔχων σύγκρισιν τῆς τελειότητος πρὸς αὐτούς· καὶ εἶδος τῶν ἀνειδέων, ὡς δημιουργὸς καὶ ἀρχὴ παντὸς εἴδους, καὶ ἀνείδεος πρὸς σύγκρισιν τῶν εἰδοπεποιημένων, ὡς ὑπὲρ ταῦτα. Οὐσία πᾶσιν ἐπιβατεύουσα τῇ προνοίᾳ, καὶ πάλιν ἐξῃρημένη ἁπάσης οὐσίας τῇ φύσει πάσας ἀρχὰς καὶ τάξεις περιορίζων, καὶ πάσης ὑπεριδρυμένος καὶ ἀρχῆς καὶ τάξεως. Καὶ μέτρον ἐστὶ τῶν ὄντων, ἐπειδὴ ἐν αὐτῷ πάντα πεπέρασται· καὶ αἰὼν, καὶ ὑπὲρ αἰῶνα, ὡς αἰώνων ποιητής· ὥσπερ τέλειος ἐν τοῖς ἀτελέσι, καὶ ἐν τοῖς τελείοις ἀτελὴς, ὡς ὑπερτέλειος· οὕτω πλήρης ἐν τοῖς ἐνδεέσι, καὶ ὑπερπλήρης ἐν τοῖς πλήρεσι· καὶ τἄλλα ὑπὲρ ταῦτα, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγωμεν. Ὅθεν καὶ ἐπεὶ ἡμῖν κεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, καὶ ἀληθῶς οὐσιώθη, καὶ ἄνθρωπος ἐχρημάτισε, πάλιν, κἀν τούτοις ἔχει τὰ τῆς θεότητος αὐχήματα τέλεια, οὐ μόνον καθ' ὃ ἀναλλοιώτως κεκοινώνηκε, μηδὲν πεπονθὼς παρὰ τῆς χείρονος ἀνθρωπότητος εἰς τὴν αὐτοῦ θεότητα, ἀλλ' ὅ τι, καὶ τὸ πάντων καινότατον, ἐν τοῖς φυσικοῖς ἡμῶν ὑπερφυὴς ἦν, περζεύων, ἀλλ' ἐπάνω εὐδιαλύτου ὕδατος· ἐσθίων, ἀλλὰ τόσας χιλιάδας χορτάζων· πάντα τὰ ἡμῶν ἐξ ἡμῶν ἔχων, καὶ ὑμᾶς ὑπερέχων.

§ X. Deinde vero ad verbum exponit scriptum quoddam sancti Hierothei, in quo beatus ille ait, ostendendo quomodo et Filius omnia in omnibus et caput omnium sit, secundum Apostolum; quoniam omnium est plenitudo et compago, et conservat ac astringit partes toto, et neque pars est neque totum, quia his superior est; attamen et totum est, et pars, tanquam continens universa, et suprahabet natura, et antehabet ut causa; et perfectus est in imperfectis nobis, et imperfectus in perfectis angelis, tanquam supraquam perfectus, et nullam habens comparationem perfectionis ad illos; et forma rerum informium, tanquam Creator et principium omnis formæ, et sine forma respectu rerum informatarum, utpote supra formam. Substantia cunctas substantias pervadens sua providentia, et natura sua rursus ab omni substantia exempta; cuncta principia ordinesque definiens, et supra omne principium ordinemque collocatus. Et rerum est mensura, quoniam in ipso universa terminantur; et sæculum et supra sæculum, tanquam auctor sæculorum; quasi perfectus in imperfectis, et in perfectis imperfectus, quippe supraquam perfectus; tanquam plenus in indigentibus, et supraquam plenus in plenis, et quæcunque supra hæc sunt, ne singula recenseamus. Hinc quoniam etiam nobiscum in carne et sanguine communicavit, et vere substantiam nostram assumpsit, et homo dictus est, rursus etiam in iis habet perfecta quædam vestigia divinitatis; non solum quod divinitas sine ulla immutatione **339** nobiscum communicarit, nihilque a viliori humanitate passa sit; verum etiam, quod novis omnibus maxime novum est, in naturalibus nostris supernaturalis exstiterit, ambulans, sed supra aquam fluxam; comedens, sed tot millia satians, omnia nostra ex nobis et supra nos excellenter habens.

§ XI. Τούτων μὲν ἄλις· ἐπὶ δὲ τὸν τοῦ λόγου σκο-

§ XI. Sed de his satis; modo sermonis nostri

scopum prosequamur, communia et unita sanctæ Trinitatis nomina, quæ divinæ sunt distinctionis, utpote donorum divinorum quæ a Deo distinguuntur, exponentes. Et ut clare definiamus, distinctionem divinam esse dicimus, Deum decentes, uti dictum est, donationes ; dum enim rebus omnibus bonorum consortia impertit, tum unite quidem, id est ex unius naturæ proprietate in sua munera distinguitur, multiplicata vero in beneficia particularia, rursum unitur ; quoniam ex uno Deo omnia sunt beneficia. Et dona quidem in singulis multiplicantur, manent autem in uno sine egressione, ac si in uno qui est illa quis videat ; quoniam Deus est is qui est, sed superessentialiter : et producit ea quæ sunt ; dumque iis tribuit esse, multiplicatur is quod unum est in iis quæ multa sunt ; nihilominus tamen in istiusmodi multiplicatione manet in se quid unum, et in singulorum distinctione plenum, quoniam est ab omnibus rebus exemptum, tam singulari productione omnium (scilicet simul volendo, et non paulatim ac per partes et minuta fusione;) quia Deus, dum res creat, nihil imminuit bona sua, sed quid unum existit, ac virtutem unitam distribuit cuilibet parti sive mundi, sive animalis. Nam pars quælibet quid unum est etiam toti (quia totum est quid unum) etiam uni atomo, ac multitudini sive multis, quæ sunt quid unum specie, sicut multi homines sunt quid unum natura. Cum itaque his omnibus impertiat unitatem, dum ea ex principalibus elementis, quæ ipsemet condidit, componit, et singula ex composito quid unum facit ; similiter iterum quid unum est, nequaquam creationibus in multitudinem divisus, quemadmodum una eademque ars alicujus, quæ virtute multa arte facta componens, et rebus immaterialibus præfecta, rursum in semetipsa una simplexque manet, cum neque pars sit arte factorum, neque quid totum ex iis conflatum. Quomodo enim ars pars esse possit eorum quæ arte consistunt, cum ipsa singulis præsideat ? quomodo autem **340** totum ex his sit, et quæ prior est ex posterioribus, et causa ex effectis existat ? Unde etiam concluditur, Deum non esse istiusmodi unum quid, quale in nobis est : in nobis enim id quod unum est, vel totum vel pars est ; Deus autem est supra ista ; neque participat de uno ; quomodo enim ? nam sic iterum aliud quiddam unum prius erit, cujus particeps erit Deus : quoniam id quod participatur, prius est iis quæ participant. Neque etiam quid unum est tanquam per accidens, vel etiam ut proprietas essentialis ; hæc enim illud unum habet quod essentia et ens ; Deus autem supra essentiam est et supra ens. His omnibus itaque modo longe sublimiori Deus quid unum est, supra unum quod est in rebus ; quin etiam multitudo est, cum in optima quæque munera providentiasque multiplicetur, minime divisus, sed ex integro singulis obtingat, tametsi pro facultate quæque sua ipsum participent. Quocirca est inexhaustus, et superplenus ; si enim divideretur,

πὸν προϊωμεν, ἀνελίττοντες τὰ κοινὰ καὶ ἡνωμένα, τῆς ἁγίας δηλαδὴ Τριάδος ὀνόματα τῆς θείας διακρίσεως, οἱονεὶ τῶν θείων δωρεῶν, αἳ δὴ ἀπὸ Θεοῦ διακρίνονται. Καὶ ἵνα σαφῶς προδιορισώμεθα, διάκρισιν θείαν φαμὲν τὰς ἀγαθοπρεπεῖς, ὡς εἴρηται, δωρεάς· δωρουμένη γὰρ πᾶσι τοῖς οὖσι τὰς τῶν ἀγαθῶν μεταδόσεις, ἡνωμένως μὲν, ἤγουν ἐκ τῆς ἰδιότητος τῆς μιᾶς φύσεως, διακρίνεται εἰς τὰς δωρεάς· πληθυομένη δὲ εἰς τὰς μερικὰς εὐεργεσίας, πάλιν ἑνοῦται· ὅτι ἐξ ἑνὸς Θεοῦ αἱ εὐεργεσίαι. Καὶ πολλαπλασιάζονται μὲν αἱ δωρεαὶ ἐπὶ τοῖς καθ' ἕκαστον, μένουσι δὲ ἀνεκφοιτήτως εἰς τὸ ἕν, οἷον ἐπὶ ἑνὸς τοῦ ὄντος ἴδοι τις, ἐπειδὴ ὢν ἐστιν ὁ Θεὸς, ἀλλ' ὑπερουσίως· καὶ παράγει τὰ ὄντα, τὸ εἶναι τούτοις δωρούμενος· πολλαπλασιάζεται τοῦτο τὸ ἓν ὂν εἰς πολλὰ ὄντα· μένει δὲ οὐδὲν ἧττον ἓν ἡνωμένον ἐν τῷ τοιούτῳ πληθυσμῷ, καὶ πλῆρες ἐν τῷ διακρίνεσθαι τοῖς καθ' ἕκαστον, διότι ἐστὶ πάντων τῶν ὄντων ἐξῃρημένον καὶ τῇ ἑνιαίᾳ παραγωγῇ, (ἤγουν τῇ ἅμα τῷ βούλεσθαι, καὶ οὐ κατὰ μικρόν τε καὶ μερικῶς, καὶ τῇ ἀνελαττώτῳ χύσει·) ὅτι κτίζων τὰ ὄντα ὁ Θεὸς, οὐδὲν τῶν οἰκείων μειοῖ ἀγαθῶν, ἀλλὰ καὶ ἓν ὢν, καὶ μεταδιδοὺς τῆς ἑνιαίας δυνάμεως καὶ μέρει ἑκάστῳ εἴτε τοῦ κόσμου, εἴτε τοῦ ζώου· πᾶν γὰρ μέρος ἑνιαῖόν τι, καὶ ὅλῳ (τὸ γὰρ ὅλον ἕν τι) καὶ ἑνὶ ἀτόμῳ, καὶ πλήθει ἤγουν πολλοῖς, ἃ τῷ εἶδει ἕν εἰσιν, ὥσπερ οἱ πολλοὶ ἄνθρωποι εἷς τῇ φύσει ἐστί. Τούτοις οὖν τοῖς πᾶσι τοῦ ἑνὸς μεταδιδοὺς, συνθεὶς αὐτὰ ἐκ τῶν ἀρχικῶν στοιχείων, ἃ καὶ αὐτὰ ὑπέστησε, καὶ ἓν ποιήσας ἕκαστον τῇ συστάσει, πάλιν ἔν ἐστιν ὡσαύτως, οὐ μεριστὸς τοῖς εἰς πλῆθος δημιουργήμασιν, ὥσπερ ἡ αὐτὴ καὶ μία τέχνης τινὸς δύναμις, πολλὰ κατασκευάσασα τεχνητὰ, καὶ τοῖς ὕλοις ἐπιστατήσασα, πάλιν ἐν ἑαυτῇ μία καὶ ἁπλῆ μένει, οὔτε μέρος οὖσα τῶν τεχνητῶν, οὔτε τι ὅλον ἐξ ἐκείνων συγκείμενον. Πῶς γὰρ μέρος τῶν κατὰ τὴν τέχνην συστάντων ἡ τέχνη, αὐτὴ ὁλοτελῶς ἐφ' ἑκάστῳ ἐπισταθήσασα; πῶς δὲ ὅλον ἐκ τούτων, ἡ πρώτη ἐκ τῶν ὑστέρων, καὶ ἡ αἰτία ἐκ τῶν αἰτιατῶν; Καὶ διὰ τοῦτο συνάγεται, ὅτι οὔτε ἔν ἐστι τὸ Θεῖον τοιοῦτον, οἷόν ἐστιν ἐν ἡμῖν· ἐν ἡμῖν γὰρ τὸ ἓν ἢ ὅλον ἢ μέρος ἐστὶ, τὸ δὲ Θεῖον ὑπὲρ ταῦτα, οὔτε μετέχει τοῦ ἑνός· πῶς γάρ; πρῶτον γὰρ ἔσται πάλιν ἕτερον ἕν, οὗπερ μεθέξει τὸ Θεῖον· τὸ γὰρ μετεχόμενον τῶν μετεχόντων πρῶτόν ἐστιν. Οὔτε τὸ ἓν ἔχει, ὥς τι ἐπισύμβαμα, ἢ καὶ οὐσιῶδες ἰδίωμα· ἐκεῖνο γὰρ ἔχει τὸ ἓν, ὅ ἐστιν οὐσία καὶ ὄν, τὸ δὲ Θεῖον ὑπὲρ τὴν οὐσίαν καὶ ὑπὲρ τὸ ὄν. Πόῤῥω γοῦν τούτων ἁπάντων τὸ Θεῖον ἓν ὑπὲρ τὸ ἐν τοῖς οὖσιν ἕν· ἀλλὰ καὶ πλῆθος, ἐπεὶ εἰς τὰς ἀγαθοπρεπεῖς δωρεὰς καὶ προνοίας πεπλήθυνται μὴ μεριζόμενον, ἀλλ' ὁλοκλήρως ἑκάστοις προσβάλλον, εἰ καὶ τὰ μετέχοντα κατὰ τὴν οἰκείαν μετέχουσι δύναμιν. Διὰ τοῦτο ἀπλήρωτον, ὑπερπλῆρες· εἰ γὰρ ἐμερίζετο, ἐπληροῦτο, πᾶν καὶ τὸ ἓν· καὶ τὸ πλῆθος, παράγον, τελειοῦν καὶ συνέχον, πολλῶν θεῶν γινομένων, καὶ τῶν ἀγγέλων, καὶ τῶν ἀνθρώπων τῇ ἐξ αὐτοῦ θεώσει ἐν τῷ κατὰ δύναμιν ἑκάστου θεοειδεῖ, ὃ ἀπὸ Θεοῦ λαμβάνουσι. Δοκεῖ μὲν οὖν ἐντεῦθεν, ὅτι τὸ Θεῖον διακρίνεται καὶ πληθύνεται, ἐν τῷ θεοῦν ἕκαστον· ἀλλ' οὐδὲν ἧττον ὁ Ἀρχίθεος εἷς Θεὸς, ἀμέ-

ριστος ἐν τοῖς μεριστοῖς, ἡνωμένος ἑαυτῷ ὑπὲρ ἅπασαν ἕνωσιν· καὶ ἀμιγὴς μένων τοῖς πολλοῖς καὶ ἁπλήθυντος, ὡς τὸ φῶς τοῦ ἡλίου, πολλοὺς φωτίζον, μένει ἓν καὶ ἁπλήθυντον. Καὶ τοῦτο ὑπερφυῶς ἐννοήσας ὁ κοινὸς ἡμῶν διδάσκαλος, ἐμοῦ τε καὶ τοῦ ἡμετέρου καθηγεμόνος τοῦ μεγάλου Ἱεροθέου, τὸ φῶς τοῦ κόσμου, ὡς διδάσκαλος τοῦ κόσμου, καὶ μαθητὴς τοῦ κυρίως τοῦ κόσμου φωτὸς, ὁ μέγας Παῦλός φημι, τάδε φησὶν ἐνθέως· *Κἂν θεοὶ πολλοὶ καὶ κύριοι ὦσι κατὰ χάριν*, οἱ θεῖοι ἄγγελοι καὶ οἱ ἱεροὶ ἄνδρες· *ἀλλ' ἡμῖν εἷς Θεὸς* ἀληθῶς *ὁ Πατήρ*, ὁ Υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, ὡς κατὰ μετάδοσιν ἀμέριστον καὶ ἀσκέδαστον τῆς ἐπωνυμίας τῆς οἰκείας θεότητος καὶ κυριότητος τοῖς πολλοῖς μεταδίδωσιν, οὐ κατακερματιζομένης τῆς θεότητος εἰς μέρη θεοτήτων, ὡς χρυσὸς εἰς νομίσματα· οὔτε τῶν πολλῶν θεῶν συμπληρούντων τὴν αὐτὴν θεότητα, ὃν τρόπον τὰ πολλὰ εἴδη τὸν ἕνα κόσμον· ἀλλὰ πληθύεσθαι λέγεται ὁ Θεὸς τῷ καθ' ἕκαστον εἰς παραγωγὴν τῶν ὄντων βουλήματι προνοητικαῖς πρόοδοις πολλαπλασιαζόμενος, μένει δὲ ἀμερίστως πάλιν ἕν. Διὰ τοῦτο καὶ ἐπὶ τῶν θείων, ἐπικρατοῦσιν αἱ ἑνώσεις τῶν διακρίσεων, τὰ ἐναίσως δηλονότι καὶ μοναδικῶς θεωρούμενα· οὐ γὰρ ἐκ πολλῶν συνήχθη τὰ τῆς μιᾶς θεότητος καὶ κυριότητος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ταύτης μοναδικοῦ, ὁ ἐν ἐκείνοις πληθυσμὸς θεωρεῖται. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν ἐπὶ τῶν θείων· ἐπὶ δὲ τῶν καθ' ἡμᾶς τὸ ἐναντίον γίνεται· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν ἐστιν ἑνὰς κυρίως, ἀλλ' αἱ διακρίσεις τῶν στοιχείων προϋποῦσαι, σύνδρομοι γινόμεναι καὶ ἑνούμεναι δευτέρας τὰς ἐκ τῆς συνθέσεως ἑνώσεις ἐργάζονται. Ἐπὶ δὲ τῶν θείων καὶ τὸ ἓν πρόεστι, καὶ μετὰ τὴν εἰς τὰς' εὐεργεσίας διάκρισιν, πάλιν ἓν καὶ ὑπὲρ τὸ ἓν μένει. Ταύτας καὶ ἡμεῖς τὰς κοινὰς τῆς ὅλης θεότητος καὶ ἡνωμένας διακρίσεις καὶ εὐεργεσίας πειραθῶμεν ὑμνῆσαι ἐκ τῶν ἐν τοῖς Λογίοις θεωνυμιῶν, τούτου προδιεγνωσμένου, ὡς εἴ τι ἂν κέηται ὄνομα, καὶ μία ἑκάστη τῶν Ὑποστάσεων, ἄνευ δηλαδὴ ὧν προϋπεστέλλατο ἰδιοτήτων, πατρότητος, υἱότητος, ἐκπορεύσεως, ἐπὶ τῆς ὅλης θεότητος ἐκληφθήσεται.

implereturr, cum omne tam unum quam multitudinem producat, perficiat, et contineat, multis tam angelis quam hominibus ex ipsius deificatione diis factis, juxta cujusque deiformem facultatem quam a Deo accipiunt. Hinc itaque, dum quemlibet deificat, videtur quodammodo distingui et multiplicari Deus; nihilominus Archideus unus est Deus, individuus in dividuis, unitus in semetipso supra omnem unionem; et impermistus manet multis, neque multiplicatur, sicut lumen solis dum multos illuminat, manet unum, et non multiplicatur. Quod cum egregie nosset communis noster, meus inquam et præceptoris mei magni Hierothei præceptor, qui sicut est doctor mundi, sic et lux mundi, et discipulus ejus qui vere lux est mundi, magnus, inquam, Paulus, divinitus hæc ait: *Etsi* sint *dii multi, et domini multi* secundum gratiam, ut angeli divini, virique sancti; *nobis tamen* vere *unus* est *Deus Pater* [k], et Filius, et Spiritus sanctus, qui secundum indivisam et indistinctam communicationem nominis propriæ divinitatis, et dominationis, multis se communicat, minime tamen in partes deitatum Deitate discissa, sicut aurum in nummos; neque multis diis ejus divinitatem complentibus, quemadmodum multæ species unum mundum; sed multiplicari dicitur Deus secundum quamlibet res producendi voluntatem, providis **341** processibus multiplicatus, manet tamen in se quid unum absque divisione. Idcirco etiam in divinis uniones superant distinctiones, quæ scilicet unice et solitarie spectantur; non enim una Deitas et potestas ex multis conflata est, sed ex hujus singularitate, quæ in illis est, multitudo consideratur. Et hæc quidem quoad divina; in nostris autem rebus contrarium accidit; nulla enim in ipsis proprie est unitas; sed præexistentes elementorum distinctiones, dum concurrunt et uniuntur, alias ex compositione uniones efficiunt. In divinis vero et unum præexistit, et post illam in beneficia distinctionem, iterum manet unum et supraquam unum. Has etiam nos communes totius Deitatis, et unitas distinctiones ac beneficientias e divinis nominibus juxta Scripturas laudare conabimur, modo id ante cognitum sit, quod si quod nomen ponatur etiam cujuslibet Personæ sine proprietatibus, v. g. paternitatis, filiationis, processionis, quibus ad certam aliquam contrahitur, in tota ipsa divinitate accipiendum esse.

[k] 1 Cor. VIII, 5, 6.

# CAPUT III.

*Quæ sit vis orationis, et de beato Hierotheo de religione et conscriptione theologica.*

# ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Γ.

*Τίς ἡ τῆς εὐχῆς δύναμις, καὶ περὶ τοῦ μακαρίου Ἱεροθέου, καὶ περὶ εὐλαβείας καὶ συγγραφῆς θεολογικῆς.*

## SYNOPSIS CAPITIS.

I. *Docet, ad Deum accedendum esse per orationem; non quia Deus a nobis abest, sed ut nos Deo mente et spiritu præsentes simus. In oratione enim non tam Deus nobis, quam nos Deo cogitatione appropinquamus.* II. *Reddit rationem, cur post sanctum Hierotheum hosce libros theologicos conscripserit, et simul describit laudes Hierothei, et quomodo una cum Petro et Jacobo interfuerint obdormitioni sanctissimæ Virginis Mariæ, quidque ibidem egerint.* III. *Declarat, quam submisse de seipso scriptisque suis sentiat.*

## § I.

Ac primum, si videtur, perfectum, et quod omnes Dei emanationes manifestat, boni nomen expendamus, invocata Trinitate, quæ boni principium est, et bonum superat, et optimas quasque suas providentias explanat. Oportet enim nos primum orationibus ad ipsam, ut ad boni principium, adduci, ac deinde magis ipsi propinquantes, edoceri optima quæque munera quæ penes ipsam sunt collocata; nam ipsa quidem præsens adest omnibus, non autem illi adsunt omnia. Sed cum eam sanctis precationibus, **342** et mente tranquilla, et ad divinam unionem accommodata deprecamur, tum demum nos etiam ei præsentes sumus. Ipsa enim nec in loco ita est, ut usquam absit, vel ex aliis ad alia migret. Quinimo dicere in omnibus rebus ipsam esse, quid minus est ejus infinitate, quæ et excedit et continet universa. Nos ipsos itaque orationibus ad sublimiorem divinorum benignorumque radiorum contuitum comparemus; quemadmodum si lucidissimam catenam e summo cœlo suspensam, et hucusque demissam, manibus alternis in anteriora protensis continenter arriperemus, attrahere quidem ipsam videremur, re autem vera, non illam ipsi deduceremus, ut quæ superne et inferne præsens esset, sed ipsimet magis ad sublimiores radiorum illustrium fulgores eveheremur. Aut sicut si navim ingressi, rudentes ex petra quadam ad nos usque porrectos auxilii causa teneremus, non ad nos petram, sed nos ipsos revera navimque ad petram traduceremus. Quemadmodum etiam rursus, si quis stans in navi maritimum saxum impellat, nequidquam saxum illud fixum et immobile movebit, sed se ipse ab illo repellet; quantoque vehementius illud impulerit, tanto longius ab eo removebitur. Quapropter ante omnia, maxime in theologia, ab oratione auspicandum est, non ut ubique et nusquam præsentem virtutem attrahamus, sed ut divinis commemorationibus invocationibusque nos ipsos illi dedamus atque uniamus.

Καὶ πρώτην, εἰ δοκεῖ, τὴν παντελῆ, καὶ τῶν ὅλων τοῦ Θεοῦ προόδων [42] ἐκφαντορικὴν ἀγαθωνυμίαν ἐπισκεψώμεθα, τὴν ἀγαθαρχικὴν καὶ ὑπεράγαθον ἐπικαλεσάμενοι Τριάδα, τὴν ἐκφαντορικὴν [42'] τῶν ὅλων ἑαυτῆς ἀγαθωτάτων προνοιῶν. Χρὴ γὰρ ἡμᾶς ταῖς εὐχαῖς πρῶτον ἐπ' αὐτὴν, ὡς ἀγαθαρχίαν, προσανάγεσθαι, καὶ μᾶλλον [43] αὐτῇ πλησιάζοντας, ἐν τούτῳ μυεῖσθαι τὰ πανάγαθα δῶρα τὰ περὶ αὐτὴν ἱδρυμένα· καὶ γὰρ αὕτη μὲν ἅπασι πάρεστιν, οὐ πάντα δὲ αὐτῇ πάρεστι. Τότε δὲ, ὅταν αὐτὴν ἐπικαλώμεθα, πανάγνοις μὲν εὐχαῖς, ἀνεπιθολώτῳ δὲ νῷ, καὶ τῇ πρὸς θείαν ἕνωσιν ἐπιτηδειότητι, τότε καὶ ἡμεῖς αὐτῇ πάρεσμεν· αὐτὴ γὰρ οὔτε ἐν τόπῳ ἐστὶν, ἵνα καὶ ἀπῇ τινος, ἢ ἐξ ἑτέρων εἰς ἕτερα μεταβῇ. Ἀλλὰ καὶ τὸ ἐν πᾶσι τοῖς οὖσιν αὐτὴν εἶναι λέγειν ἀπολείπεται τῆς ὑπὲρ πάντα καὶ πάντων περιληπτικῆς ἀπειρίας. Ἡμᾶς οὖν αὐτοὺς ταῖς εὐχαῖς ἀνατείνωμεν [44] ἐπὶ τὴν τῶν θείων καὶ ἀγαθῶν ἀκτίνων ὑψηλοτέραν ἀνάνευσιν, ὥσπερ εἰ πολυφώτου σειρᾶς ἐκ τῆς οὐρανίας ἀκρότητος ἠρτημένης, εἰς δεῦρο δὲ καθηκούσης, καὶ ἀεὶ αὐτῆς ἐπὶ τὸ πρόσω χερσὶν ἀμοιβαίαις δραττόμενοι, καθέλκειν μὲν αὐτὴν ἐδοκοῦμεν, τῷ ὄντι δὲ οὐ κατήγομεν ἐκείνην, ἄνω τε καὶ κάτω παροῦσαν, ἀλλ' αὐτοὶ ἡμεῖς ἀνηγόμεθα πρὸς τὰς ὑψηλοτέρας τῶν πολυφώτων ἀκτίνων μαρμαρυγάς. Ἢ ὥσπερ εἰς ναῦν ἐμβεβηκότες, καὶ ἀντεχόμενοι τῶν ἔκ τινος πέτρας εἰς ἡμᾶς ἐκτεινομένων πεισμάτων, καὶ οἷον ἡμῖν εἰς ἀντίληψιν ἐκδιδομένων [45], οὐκ ἐφ' ἡμᾶς τὴν πέτραν, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτοὺς τῷ ἀληθεῖ καὶ τὴν ναῦν ἐπὶ τὴν πέτραν προσήγομεν. Ὥσπερ καὶ τὸ ἔμπαλιν, εἴ τις τὴν παραλίαν πέτραν ἑστὼς ἐπὶ τῆς νηὸς ἀπώσεται, δράσει μὲν οὐδὲν εἰς τὴν ἑστῶσαν καὶ ἀκίνητον πέτραν, ἑαυτὸν δὲ ἐκείνης ἀποχωρίσει, καὶ ὅσῳ μᾶλλον αὐτὴν ἀπώσεται, μᾶλλον αὐτῆς ἀκοντισθήσεται. Διὸ καὶ πρὸ παντὸς, καὶ μᾶλλον θεολογίας [46], εὐχῆς ἀπάρχεσθαι χρεών, οὐχ ὡς ἐφελκομένους τὴν ἁπανταχῆ [47] παροῦσαν καὶ οὐδαμῆ [48] δύναμιν, ἀλλ' ὡς ταῖς θείαις μνείαις [49] καὶ ἐπικλήσεσιν ἡμᾶς αὐτοὺς ἐγχειρίζοντας αὐτῇ καὶ ἑνοῦντας.

## VARIÆ LECTIONES.

[42] προνοιῶν. [42'] ἐκφαντικήν, M. [43] προσάγεσθαι. S. P. καὶ τότε μᾶλλον, P. [44] ἀνατείνομεν. M. S. P. Sc. ἐκδεδομένων, S. P. [46] ἐκ θεολογίας, M. Sc. [47] πανταχῆ. [48] οὐδαμοῦ, D. [49] μνήμαις, S. P. D.

§ II.

Καὶ τοῦτο δὲ ἴσως ἀπολογίας ἄξιον, ὅτι τοῦ κλεινοῦ καθηγεμόνος ἡμῶν Ἱεροθέου τὰς θεολογικὰς στοιχειώσεις ὑπερφυῶς συναγαγόντος, ἡμεῖς ὡς οὐχ ἱκανῶν ἐκείνων, ἄλλας τε καὶ τὴν παροῦσαν θεολογίαν συνεγραψάμεθα. Καίτοι γε, εἰ μὲν ἐκεῖνος [50] ἐξῆς διαπραγματεύσασθαι πάσας τὰς θεολογικὰς πραγματείας ἠξίωσε, καὶ μερικαῖς ἀνελίξεσι διῆλθεν ἁπάσης θεολογίας κεφάλαιον, οὐκ ἂν ἡμεῖς ἐπὶ τοσοῦτον ἢ μανίας [51] ἢ σκαιότητος ἐληλύθειμεν [52], ὡς ἢ ὀπτικώτερον ἐκείνου καὶ θειότερον οἰηθῆναι ταῖς θεολογίαις ἐπιβαλεῖν· ἢ δὶς τὰ αὐτὰ περιττῶς λέγοντας, εἰκαιολογῆσαι, προσέτι καὶ ἀδικῆσαι καὶ διδάσκαλον καὶ φίλον ὄντα, καὶ ἡμᾶς τοὺς μετὰ Παῦλον τὸν θεῖον ἐκ τῶν ἐκείνου λόγων [53] στοιχειωθέντας, τὴν κλεινοτάτην αὐτοῦ καὶ θεωρίαν καὶ ἔκφανσιν ἑαυτοῖς ὑφαρπάζοντας. Ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ ὄντι τὰ θεῖα πρεσβυτικῶς ὑφηγούμενος ἐκεῖνος, συνοπτικοὺς ἡμῖν ὅρους ἐξέθετο, καὶ ἐν ἑνὶ πολλὰ περιειληφότας, ὡς οἷον [54] ἡμῖν, καὶ ὅσοι καθ' ἡμᾶς διδάσκαλοι [55] τῶν νεοτελῶν ψυχῶν, ἐγκελευόμενος ἀναπτύξαι καὶ διακρῖναι τῷ ἡμῖν συμμέτρῳ λόγῳ τὰς συνοπτικὰς καὶ ἐνιαίας τῆς νοερωτάτης τἀνδρὸς ἐκείνου δυνάμεως συνελίξεις· καὶ πολλάκις ἡμᾶς καὶ αὐτὸς εἰς τοῦτο προέτρεψας, καὶ τήν γε βίβλον αὐτήν, ὡς ὑπεραίρουσαν ἀνταπέσταλκας [56]. Ταύτῃ τοι καὶ ἡμεῖς τὸν μέν, ὡς τελείων καὶ πρεσβυτικῶν διανοιῶν διδάσκαλον, τοῖς ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς [57] ἀφορίζομεν, ὥσπερ τινὰ δεύτερα λόγια [58], καὶ τῶν θεοχρίστων [59] ἀκόλουθα· τοῖς καθ' ἡμᾶς δὲ ἡμεῖς ἀναλόγως ἡμῖν τὰ θεῖα παραδώσομεν. Εἰ γὰρ τελείων ἐστὶν ἡ στερεὰ τροφή, τὸ ταύτην [60] ἑστιᾶν ἑτέρους, ὁπόσης ἂν εἴη τελειότητος; Ὀρθῶς οὖν ἡμῖν καὶ τοῦτο εἴρηται, τὸ, τὴν μὲν αὐτοπτικὴν τῶν νοητῶν λογίων θέαν, καὶ τὴν συνοπτικὴν αὐτῶν διδασκαλίαν, πρεσβυτικῆς δεῖσθαι δυνάμεως· τὴν δὲ τῶν εἰς τοῦτο φερόντων λόγων ἐπιστήμην καὶ ἐκμάθησιν τοῖς ὑφειμένοις καθιερωταῖς καὶ ἱερωμένοις ἁρμόζειν. Καίτοι καὶ τοῦτο ἡμῖν ἐπιτετήρηται λίαν ἐμμελῶς· ὥστε τοῖς αὐτῷ τῷ θείῳ καθηγεμόνι κατὰ ἔκφανσιν σαφῆ διηκρινημένοις, μηδ' ὅλως ἐγχειρηκέναι ποτὲ πρὸς ταὐτολογίαν, εἰς τὴν αὐτὴν τοῦ προτεθέντος αὐτῷ λογίου διασάφησιν· ἐπεὶ καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς θεολήπτοις ἡμῶν ἱεράρχαις, (ἡνίκα καὶ ἡμεῖς, ὡς οἴσθα, καὶ αὐτὸς, κοὐ πολλοὶ τῶν ἱερῶν ἡμῶν ἀδελφῶν, ἐπὶ τὴν θέαν τοῦ ζωαρχικοῦ καὶ θεοδόχου [61] σώματος συνεληλύθαμεν, παρῆν δὲ καὶ ὁ ἀδελφόθεος Ἰάκωβος, καὶ Πέτρος, ἡ κορυφαία καὶ πρεσβυτάτη τῶν θεολόγων ἀκρότης, εἶτα ἐδόκει μετὰ τὴν θέαν ὑμνῆσαι τοὺς ἱεράρχας ἅπαντας, ὡς ἕκαστος ἦν ἱκανὸς, τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα τῆς θεαρχικῆς ἀσθενείας·) πάντων ἐκράτει μετὰ τοὺς θεολόγους, ὡς οἶσθα, τῶν ἄλλων ἱερομυστῶν, ὅλος ἐκδημῶν, ὅλος ἐξιστάμενος ἑαυτοῦ, καὶ τὴν πρὸς τὰ ὑμνούμενα

A Atque hic fortasse nobis non immerito reddenda ratio sit, cur cum eximius præceptor noster Hierotheus theologica principia accurate collegerit, nos, quasi illa non sufficerent, et alios, et hunc præsentem tractatum theologicum conscripserimus. Profecto si consequenter ille omnes tractatus theologicos ordine digestos edere voluisset, et vel brevissimis expositionibus totius theologiæ summam explanasset, nunquam ea nos insania stoliditasve cepisset, ut illo vel liquidius vel divinius res istas theologicas nos penetrare posse putaremus; aut eadem bis repetendo, superfluo cassoque labore nos vellemus fatigare, tantamque amico et præceptori nostro injuriam irrogare, ut præstantissimam ejus, a quo post divinum Paulum imbuti sumus, scien-
B tiam et expositionem nobis per plagium usurparemus. **343** Sed quoniam ille res divinas vere graviter explicans, compendio nobis subtiles aliquot definitiones tradidit, quæ in unum multa conglomerant, jussus sum, una cum collegis meis, qui animabus adhuc rudioribus imbuendis vacant, subtiles istas ac singulares conclusiones, in quibus maxime spiritalis tanti viri virtus enituit, sermone magis ad captum nostrum accommodato explanare atque digerere; quin et ipse tu quoque nos frequenter ad hoc hortatus es, ipsumque librum ut perquam sublimem nobis remisisti. Quapropter nos quoque, ceu perfectorum seniliumque sensuum magistrum, alterasque Scripturas, quæ divinitus af-
C flatorum scripta proxime assequantur, iis qui sublimiora capiunt illum assignamus; nos vero nostri similibus ad captum nostrum res divinas explanabimus. Si enim solidus cibus perfectorum est, eo etiam alios pascere quantæ sit perfectionis? Merito itaque dicimus, ad spiritalium eloquiorum intuitionem, et subtilem eorumdem eruditionem, virtute senili opus esse; sermonum vero introductoriorum, ceu inferioris notæ, scientiam ac disciplinam initiantibus atque initiatis convenire. Atqui et hoc a nobis perquam studiose observatum est, ne quidquam eorum, quæ divinus ille præceptor plane nobis expressit, ullo modo attingeremus; ne secundo eadem repeteremus quæ ad Scripturam aliquam elucidandam ipse tradiderat; nam etiam apud ipsos divino Spiritu
D plenos antistites nostros (cum et nos, ut nosti, et ipse plurimique sanctorum fratrum nostrorum, ad corpus illud, quod dedit principium vitæ, Deumque susceperat, contuendum venissemus; aderat autem et frater Domini Jacobus, et Petrus, suprema ista atque antiquissima summitas theologorum, placuissetque post contuitum antistitibus omnibus, pro virili cuique sua, infinita potentia præditam divinæ

VARIÆ LECTIONES.

[50] καὶ γάρ, M. S. καὶ γὰρ εἴπερ ἐκ. D. Sc. Sar. [51] ἢ non est in D. P. [52] ἐληλύθαμεν, S. P. D. ἢ ὡς, P. [53] λογίων, S. D. Sc. Sar. [54] οἱόντε. [55] ὅσοις καθ' ἡμᾶς διδασκάλοις. [56] ἀνταποστείλας, M. [57] τῆς M. S. P. præponit D. καὶ τὰ αὐτοῦ. [58] δευτερολόγια, D. [59] θεοχρήστων, S. P Ch. [60] ταύτῃ D. Sc. Sar. [61] φωτοδόχου, D.

imbecillitatis bonitatem collaudare) ipse post theologos, ut nosti, cæteris omnibus sacris laudatoribus antecellebat, totus excedens, totus se desereus, rerumque quas laudabat consortium patiens; denique ab omnibus, a quibus audiebatur ac videbatur, tam a notis quam ignotis, divino numine afflatus divinusque plane laudator censebatur. Sed quid tibi, quænam ibi divinissime dicta sunt, refero? Etenim, nisi me mei capiat oblivio, memini me sæpius divinarum istarum **344** laudationum partes aliquas abs te accepisse; tantæ tibi curæ fuit, ne unquam perfunctorie divina prosequereris.

A κοινωνίαν πάσχων, καὶ πρὸς πάντων ὧν ἤκουετο καὶ ἐωρᾶτο, καὶ ἐγιγνώσκετο, καὶ οὐκ ἐγιγνώσκετο, θεόληπτος εἶναι, θεῖος [62] ὑμνολόγος κρινόμενος. Καὶ τί ἂν σοι περὶ τῶν ἐκεῖ θεολογηθέντων λέγοιμι; Καὶ γὰρ εἰ μὴ καὶ ἐμαυτοῦ ἐπιλέλησμαι, πολλάκις οἶδα παρὰ σοῦ καὶ μέρη τινὰ τῶν ἐνθεαστικῶν ἐκείνων ὑμνῳδιῶν ἐπακούσας· οὕτω σοι σπουδὴ μὴ ἐκ παρέργου τὰ θεῖα μεταδιώκειν.

## § III.

Verum ut ista mystica, quippe vulgo non promulganda, tibique notissima, missa faciamus; quando jam tempus erat, quamplurimis hominibus fidem nostram promulgandi, et quotquot adduci possent, ad sacram disciplinam nostram attrahendi, non paucos hoc in munere doctores sanctos superabat cum usu temporis, tum mentis puritate, tum acumine demonstrationum, cæterisque sacris institutis, adeo ut nunquam tanto soli conati simus obtueri. Ita enim nobis conscii sumus, imo scimus, nos rebus divinis intelligendis minime sufficere, nedum, quod ineffabiles sint, ut cognitæ essent eloquendis. Cum autem in theologica veritate explananda a virorum divinorum facultate procul absimus, eo etiam præ religionis abundantia deducti sumus, ut de divina philosophia nihil vel audire vel loqui præsumeremus, nisi intellexissemus, non esse rerum divinarum, quam assequi possumus, negligendam scientiam. Atque id non solum naturalia mentium desideria, quæ amanter semper, quantum fas est, ad divinarum rerum contemplationem excitantur, verum ipsa quoque præstantissima legum divinarum institutio persuadet; quæ, ut ea quæ supra nos sunt, meritaque nostra excedunt, et captum superant curiosius investigare vetat, ita jubet omnia, quæ permissa nobis et indulta sunt, assidue addiscere, benigneque aliis communicare. His itaque adducti, neque labore neque ignavia a licita rerum divinarum scrutatione deterriti, ne pro modulo nostro illos, quibus sublimiora nobis contemplandi facultas deest, adminiculo destitutos pateremur, ad scribendum animum appulimus, nihil quidem novi afferre præsumentes, sed minutioribus duntaxat quibusdam singularum partium observationibus, ea quæ a vere Hierotheo subtili sane compendio tradita sunt, distinguentes atque explanantes.

B Ἀλλ' ἵνα [63] τὰ ἐκεῖ μυστικὰ, καὶ ὡς τοῖς πολλοῖς ἄῤῥητα, καὶ ὡς ἐγνωσμένα σοι, παραλείψωμεν, ὅτε τοῖς πολλοῖς ἐχρῆν κοινωνῆσαι, καὶ ὅσους δυνατὸν ἐπὶ τὴν καθ' ἡμᾶς ἱερογνωσίαν προσαγαγεῖν, ὅπως ὑπερεῖχε τοὺς πολλοὺς τῶν ἱερῶν διδασκάλων, καὶ χρόνου τριβῇ, καὶ νοῦ καθαρότητι, καὶ ἀποδείξεων ἀκριβείᾳ, καὶ ταῖς λοιπαῖς ἱερολογίαις, ὥστε οὐκ ἄν ποτε πρὸς οὕτω μέγαν ἥλιον ἀντωπεῖν [64] ἐνεχειρήσαμεν. Οὕτω γὰρ ἡμεῖς ἑαυτῶν συνῃσθήμεθα [65], καὶ ἴσμεν, ὡς οὔτε ἱκανῶς νοῆσαι τὰ νοητὰ τῶν θείων [66] χωροῦμεν, οὔτε ὅσα τὰ ῥητὰ [67] τῆς θεογνωσίας ἐξειπεῖν καὶ φράσαι. Πόῤῥω δὲ ὄντες, ἀπολειπόμεθα πῆς τῶν θείων ἀνδρῶν εἰς θεολογικὴν ἀλήθειαν ἐπιστήμης, ὅτι πάντως ἂν εἰς τοῦτο διὰ περισσὴν εὐλάβειαν ἐληλύθαμεν, εἰς τὸ μηδόλως ἀκούειν ἢ λέγειν τι περὶ τῆς θείας φιλοσοφίας, εἰ μὴ κατὰ νοῦν εἰλήφαμεν, ὡς οὐ χρὴ τῆς C ἐνδεχομένης τῶν θείων γνώσεως ἀμελεῖν. Καὶ τοῦτο ἡμᾶς ἔπεισαν οὐ μόνον αἱ κατὰ φύσιν ἐφέσεις τῶν νοῶν, ἐρωτικῶς ἀεὶ γλιχόμεναι τῆς ἐγχωρούσης τῶν ὑπερφυῶν θεωρίας, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ τῶν θείων θεσμῶν ἡ ἀρίστη διάταξις· τὰ μὲν ὑπὲρ ἡμᾶς ἀποφάσκουσα πολυπραγμονεῖν, καὶ ὡς ὑπὲρ ἀξίαν, καὶ ὡς ἀνέφικτα· πάντα δὲ ὅσα ἐν ἡμῖν ἐφίεται καὶ δεδώρηται μανθάνειν, προσεχῶς ἐγκελευομένη καὶ ἑτέροις ἀγαθοειδῶς μεταδιδόναι. Τούτοις οὖν καὶ ἡμεῖς πειθόμενοι, καὶ πρὸς τὴν ἐφικτὴν τῶν θείων εὕρεσιν μὴ ἀποκαμόντες ἢ ἀποδειλιάσαντες, ἀλλὰ καὶ τοὺς μὴ δυναμένους εἰς τὰ ἡμῶν κρείττονα θεωρεῖν, ἀβοηθήτους καταλιπεῖν οὐ καρτεροῦντες, ἐπὶ τὸ συγγράφειν ἑαυτοὺς καθήκαμεν, καινὸν μὲν οὐδὲν εἰσηγεῖσθαι τολμῶντες, λεπτοτέραις δὲ καὶ ταῖς κατὰ μέρος ἕκαστον ἐξετάσεσι, τὰ συνοπτικῶς εἰρημένα τῷ ὄντως Ἱεροθέῳ διακρίνοντες καὶ ἐκφαίνοντες.

—

## **345** ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. *Ac primum, si videtur, boni nomen expendamus.* Occasione hujus loci, sanctus Thomas, prima parte, quæst. 5, artic. 2, quærit, utrum bonum secundum rationem sit prius quam ens. Et ratio dubitandi est, quia ordo nominum est secundum ordinem rerum per nomina significatarum, sed Dionysius, inquit, inter alia nomina Dei prius ponit bonum quam ens; ergo bonum secundum rationem est prius quam

### VARIÆ LECTIONES.

[62] καὶ θεῖος, S. P. Sc. Sar. [63] καὶ ἵνα, M. Sc. Sar. [64] ἀντειπεῖν, M. quod Sc. exprimit. [65] συνισθώμεθα, P. Sc. [66] γραφῶν δηλονότι, subjungit D. e scholio, opinor. [67] ὡς ἄῤῥητα, S. P. Sc.

ens. Resolvit tamen, ens, cum prius cadat in conceptionem intellectus, quam bonum, ipso etiam prius esse secundum rationem. Est enim primum intelligibile, sicut sonus est primum audibile; quia secundum hoc unumquodque cognoscibile est, in quantum est actu, unde etiam prius est secundum rationem.

Ad auctoritatem autem Dionysii, et argumentum inde sumptum, respondet, sanctum Dionysium divina nomina assignare secundum quod important circa Deum habitudinem causæ. Bonum autem, cum habeat rationem appetibilis, importat habitudinem causæ finalis, cujus causalitas prima est, quia agens non agit nisi propter finem, et ab agente materia movetur ad formam, unde finis dicitur causa causarum. Et sic in causando bonum est prius quam ens, sicut finis quam forma : et hac ratione, inter nomina divinam causalitatem significantia, prius ponitur bonum quam ens; vide quoque quæst. 13, artic. 11. Verum facilius mens Dionysii sic explicari potest, quod cum Dei nomina secundum emanationes assignet quæ Deo ratione bonitatis tribuuntur, cujus proprius actus est, aliis se communicare, ideirco primo loco boni nomen interpretetur. Unde non sequitur, nomen boni primam omnium rationem in Deo significare.

Ibidem : *Oportet enim nos primum orationibus*, etc. Ubi nota primo, per orationem a Deo rerum divinarum notitiam esse impetrandam; quoniam est generale medium ad omnia dona spiritalia obtinenda. Est enim, ut sanctus Chrysostomus ait(34), instar clavis cujusdam, per quam omnes Dei thesauros possumus aperire, et ex illis accipere quidquid nobis commodum videtur ad æternam salutem consequendam. Omnia enim ista oratione certissime possumus impetrare, ut idem sanctus Chrysostomus fuse ac pulchre ex Scripturis probat in aureis illis libris *De orando Deo*. Hic tantum observa tria ad orationis efficaciam summopere necessaria. Primum quidem, perturbationes sensuum cohibere, quæ ad corporea longissime a divinitate distantia, nos detorquent. Secundum, tanquam nebulas ab intellectu expellere fallacias et machinamenta imaginationis. Tertium, universum voluntatis affectum, in diversa nunc bona distractum, in primum bonum tota prorsus amoris intentione convertere : ita enim fervor obsecrantis animum conjungit Deo, sicut sulphureus calor copulat lignum flammæ. Hinc tendit Zoroasticum illud : « Si mentem igneam ad opus pietatis intenderis, caducum quoque corpus inde servabis. »

Nota secundo, quod *Deus quidem præsens adest omnibus, non autem illi adsunt omnia*. Etiamsi enim Deus omnibus rebus sit intime præsens, easque suo substantifico influxu tangat et conservet, ab illis tamen non attingitur. Nam (ut bene notat Lessius [35]) ita præsens est loco, seu locali præsentia et indistantia cuilibet rei, ut tamen naturæ gradu et celsitudine infinite distet, in seipsum collectus, et firmissime in sua puritate subsistens, ab omnibus segregatus. Unde simul et conjunctissimus est et remotissimus, præsentissimus et secretissimus, unitissimus seu collectissimus, et diffusissimus. Et quamvis infinitis modis per suos influxus ad creaturas descendat, manet tamen in sua celsitudine et immobili identitate stabiliter fixus. Illi autem per orationem conjungimur, dum eum in rebus omnibus præsentem adoramus, et in Deo universa contemplamur.

Quærit autem divus Thomas in primo *Sententiarum*, distinct. 37, q. 1, artic. 2, ubi hunc sancti Dionysii locum citat, utrum Deus sit in omnibus per potentiam, præsentiam et essentiam, in sanctis per gratiam, in Christo per esse; et respondet distinctionem istorum modorum partim sumi ex parte creaturæ, partim ex parte Dei. Ex parte creaturæ, in quantum diverso modo ordinatur in Deum, et conjungitur ei, non diversitate rationis tantum, sed etiam realiter. Cum enim Deus in rebus esse dicatur, secundum quod eis aliquo modo applicatur, oportet, ut ubi est diversus conjunctionis vel applicationis modus, ibi sit diversus modus essendi. Conjungitur autem creatura Deo tripliciter. Primo, secundum similitudinem tantum, in quantum videlicet invenitur in creatura aliqua similitudo divinæ bonitatis, non autem quod attingat ipsum Deum secundum substantiam. Et ista conjunctio invenitur in omnibus creaturis divinam bonitatem assimilantibus : atque ita Deus est in omnibus per essentiam, præsentiam et potentiam.

**346** Secundo, creatura attingit ad ipsum Deum etiam secundum substantiam suam consideratum, et non tantum secundum similitudinem : et hoc est per operationem, ut quando aliquis fide adhæret ipsi primæ veritati, et charitate ipsi summæ bonitati. Et ita est alius modus, quo Deus spiritualiter est in sanctis per gratiam.

Tertio, creatura attingit ad ipsum Deum non solum secundum operationem, sed etiam secundum esse; non quidem prout esse est actus essentiæ divinæ (quia creatura non potest transire in naturam divinam), sed secundum quod est actus hypostasis seu personæ, in cujus unionem creatura assumpta est. Et hic est modus quo Deus est in Christo per unionem hypostaticam.

Ex parte tamen Dei non invenitur diversitas rei, sed rationis tantum, quatenus in ipso distinguitur essentia, virtus et operatio. Essentia autem ejus cum sit absoluta ab omni creatura, non est in creatura, nisi in quantum applicatur illi per operationem, et secundum hoc quod operatur in re, dicitur esse in re per præsentiam, secundum quod operans operato debet esse aliquo modo præsens. Et quia operatio non deserit virtutem divinam a qua exit, ideo dicitur esse in re per potentiam. Et quia virtus est ipsa essentia, ideo consequitur, ut etiam in re sit per essentiam.

Nota tertio, ex eo quod subjungat : *Quinimo dicere in omnibus rebus ipsum esse, quid minus est ejus infinitate, et excedit et continet universa*, manifeste colligi, Deum non solum esse in hoc mundo, sed etiam extra mundum per immensa spatia diffusum; sicut lumen quoddam non solum totum occupans mundum, sed extrorsum in omnem partem se absque termino extendens : quod bene probat Lessius lib. II, *De perfectionibus divinis*, cap. 2. « Sicut enim, inquit, coexsistit non solum durationi hujusmodi, sed etiam immensis intervallis quæ sunt extra mundum, nimirum simul et semel omnia locorum et temporum intervalla occupans et adæquans. Unde sicut ante mundum, nullum potest signari momentum, quantumvis a principio mundi distans, in quo non sit Deus; ita extra mundum nullum potest fingi animo punctum quantumvis a mundo remotum et disjunctum, ubi plenissime cum tota sua majestate, potentia et gloria non sit Deus. » Vide plura apud Lessium loco citato.

§ II. *Petrus, suprema ista atque antiquissima summitas theologorum.* Nota hinc firmissimum a sancti Dionysii auctoritate argumentum pro primatu Petri, et consequenter Pontificum Romanorum ejusdem successorum. Describit autem hic, quomodo apostoli cum aliis discipulis, inter quos ipse erat cum Hierotheo, interfuerint exsequiis beatæ virginis Mariæ, eamque divinis laudibus celebrarint : vide Baronium, tom. I, ad annum Christi quadragesimum octavum.

(34) Lib. I *De orando Deo.*
(35) Lib. II *De perfectionibus divinis*, c. 3.

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (36).

§ I. Primum, si placet, id quod universa Dei beneficia manifestat, scilicet boni nomen, expendamus, invocata sancta Trinitate, quæ omnis boni principium est, et omnes suas providentias benigne explanat. Oportet itaque nos orationibus adductos, vel potius appropinquantes, juxta illud : *Accedite ad me, et ego accedam ad vos, dicit Dominus*, edoceri ejus munera, vel potius pati magis ea dum discimus; etenim ipsa quidem adest omnibus, non autem ipsi adsunt omnia, quæcunque videlicet rerum terrenarum affectione et cogitationum perturbatione procul recedunt; quando vero precatione et tranquilla mente idonei evadimus ad divinam unionem, tunc etiam nos ipsi adsumus. Confirmans autem ipsam omnibus adesse, ait : Ipsa enim nec in loco ita est, ut usquam absit, vel ex aliis ad alia migret. Quæ enim in loco **347** sunt, continentur; locus enim terminus est ejus quod continet contentum. Quinimo dicere in omnibus rebus ipsam esse, multum deficit ab ejus infinitate qua cuncta complectitur; non enim tantum est in omnibus, verum etiam continet universa; neque tantum continet, verum etiam complexum omnem infinitum excedit. Incumbamus itaque orationibus, non ut Deum deducamus, sed ut ipsi potius ad Deum adducamur. Et adducit primum exemplum gentile ex Homero; pulcherrime autem id rebus divinis accommodat; tradit enim ipse, catenam auream e cœlo dependisse. Sicut ergo catena sic constituta, qui sensim semetipsum a terra elevans, alternis quidem apprehensionibus videtur illam catenam ad se trahere, ipse vero potius in altum tollitur sensim ascendendo : sic qui intense orat, per opera, quæ manus vocat, sensim et operando et precando mentem suam applicat ad Deum. Sin vero manus, jam in altum adducti, a catena solvimus, ex alto decidimus; nam dum adducimur, etiam Deo adhærere debemus. Simile est in navi, ut cognoscamus mentem nostram navem esse, quæ vitæ hujus ventis agitatur; mare vero hanc vitam multis tempestatibus refertam, petram vero Christum, quem dum apprehendimus, inconcussi permanemus, ad ipsum tam vitam quam vivendi rationem dirigentes. Quapropter ante omne opus, præsertim ante omnem de Deo sermonem, ab oratione inchoandum est, non ut ad nos attrahamus virtutem illam, quæ ubique et nusquam præsens est (adest enim ubique, quia penetrat universa, nusquam vero adest, quoniam nullus locus dignus est ejus requiete), sed ut nos ipsi excitemus, Deoque conjungamus divinis commemorationibus et invocationibus.

§ II. Atque hic fortasse nobis reddenda ratio sit, cur, cum inclytus Hierotheus theologica principia collegerit, nos, quasi illa non sufficerent, uti alia opuscula, sic et præsentem hunc tractatum

§ I. Πρῶτον, εἰ δοκεῖ, τὴν ἐκφαντορικὴν τῶν ὅλων τοῦ Θεοῦ εὐεργεσιῶν, δηλονότι τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ὀνομασίαν, ἐπισκεψώμεθα, τὴν ἀρχικὴν πάσης ἀγαθότητος ἁγίαν Τριάδα, τὴν πάσας τὰς προνοίας ἑαυτῆς ἀγαθῶς ἐκφαίνουσαν ἐπικαλεσάμενοι. Χρὴ τοίνυν ἡμᾶς, ταῖς εὐχαῖς προαγομένους, καὶ μᾶλλον πλησιάζοντας, κατὰ τό· *Ἐγγίσατε πρὸς μὲ, καὶ ἐγγιῶ πρὸς ἡμᾶς, Λέγει Κύριος*, μυεῖσθαι τὰς περὶ αὐτὴν δωρεάς, ἐν τῷ πάσχειν μᾶλλον αὐτὰς, ἢ ἐν τῷ μανθάνειν· καὶ γὰρ αὐτὴ μὲν πᾶσι πάρεστιν, οὐ πάντα δὲ ταύτῃ πάρεστιν, ὅσα δηλαδὴ ἐν τῇ τῶν γηΐνων ἕξει καὶ τῇ τῶν λογισμῶν ἐπιθολώσει ἀπομακρύνονται· ὅτε δὲ δι' εὐχῆς καὶ νῷ ἀνεπιθολώτῳ ἐπιτήδειοι γινόμεθα πρὸς τὴν θείαν ἕνωσιν, τότε πάρεσμεν καὶ ἡμεῖς αὐτῇ. Κατασκευάζων δὲ τὸ, ὅτι πᾶσι πάρεστι, φησίν· ὅτι οὐκ ἐν τόπῳ ἐστὶν, ἵνα καὶ ἀπῇ τινος, ἢ εἰς ἕτερα ἐξ ἄλλων μεταστῇ. Τὰ γὰρ ἐν τόπῳ, περιέχονται· καὶ τόπος ἐστὶ πέρας τοῦ περιέχοντος τὸ περιεχόμενον. Ἀλλὰ καὶ τοῦτο χρὸ λέγειν ἐν πᾶσιν εἶναι αὐτὴν, πρὸς τὸ περιληπτικὸν τῆς ἀπειρίας ἐκείνης πολὺ ἀπολείπεται. Οὐδὲ γὰρ μόνον ἐν πᾶσίν ἐστιν, ἀλλὰ καὶ πάντα περιλαμβάνει. Καὶ οὐ μόνον περιλαμβάνει, ἀλλὰ καὶ τὸ τῆς περιλήψεως ἐπέκεινα ἄπειρόν ἐστι. Τοίνυν καὶ ἀνανεύσωμεν ταῖς εὐχαῖς, οὐχ ἵνα τὸ Θεῖον κατάξωμεν, ἀλλ' ἵνα μᾶλλον πρὸς αὐτὸ ἀναχθῶμεν. Καὶ λαμβάνει πρῶτον παράδειγμα Ἑλληνικὸν ἐκ τοῦ Ὁμήρου, προσαρμόζει δὲ τοῦτο τοῖς θείοις παγκάλλιστα· λέγει γὰρ ἐκεῖνος, *σειρὰν χρυσέην οὐρανόθεν κρεμάσαντες*. Ὥσπερ γὰρ τῆς σειρᾶς οὕτω διακειμένης, ὁ κατὰ μικρὸν ἑαυτὸν τῆς γῆς κουφίζων, εἴτε ταῖς ἀμοιβαίαις ἐπιδράξεσι, δοκεῖ μὲν καθέλκειν τὴν σειράν, αὐτὸς δὲ μᾶλλον πρὸς ὕψος αἴρεται τῇ κατὰ μικρὸν ἀναβάσει· οὕτω καὶ ὁ ἐκτενῶς προσευχόμενος διὰ τῶν πράξεων, ἃς χεῖρας καλεῖ, τῇ κατὰ μικρὸν ἐργασίᾳ καὶ προσευχῇ τὸν νοῦν αὐτοῦ ἀναλέγεται πρὸς Θεόν. Ἐὰν δὲ τὰς χεῖρας τῆς σειρᾶς ἀπολύσωμεν ἀναγόμενοι, πίπτομεν ἐξ ὕψους· ἐν γὰρ τῷ ἀνάγεσθαι καὶ τοῦ Θεοῦ ὀφείλομεν ἔχεσθαι. Τὸ αὐτὸ καὶ περὶ τῆς νηὸς, ἵνα νοήσωμεν ναῦν τὴν ἡμῶν διάνοιαν, ῥιπιζομένην τοῖς τοῦ βίου ἀνέμοις· θάλασσαν δὲ τὸν βίον αὐτὸν γέμοντα πολλῶν χειμώνων· πέτραν δὲ τὸν Χριστὸν, ὃν κρατοῦντες ἀσάλευτοι διαμένομεν, πρὸς αὐτὸν τὸν βίον ἡμῶν κατὰ τὴν πολιτείαν ἔλκοντες. Διὸ καὶ πρὸ παντὸς πράγματος, μᾶλλον δὲ τῆς θεολογίας, δεῖ ἀπάρχεσθαι τῆς εὐχῆς, οὐχ ἵνα ἐφελξώμεθα τὴν ἀπανταχοῦ παροῦσαν καὶ οὐδαμοῦ δύναμιν, (πάρεστι γὰρ πανταχοῦ, ὅτι πᾶσι διήκει, οὐδαμοῦ δὲ, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος τόπος τῆς καταπαύσεως αὐτοῦ·) ἀλλ' ἵνα ἐγχειρίσωμεν ἑαυτοὺς καὶ τῷ Θείῳ ἑνώσωμεν ταῖς θείαις μνήμαις καὶ ἐπικλήσεσι.

§ II. Καὶ τοῦτο δ' ἴσως ἀπολογοῦμεν, ὅτι τοῦ κλεινοῦ Ἱεροθέου τὰς θεολογικὰς στοιχειώσεις συναγαγόντος, ἡμεῖς δὲ συνεγραψάμεθα ἄλλας τε πραγματείας, καὶ ταύτην τὴν θεολογίαν, ὡς οὐχ ἱκανῶν ἐκείνων ὄντων.

(36) Vide Scholia S. Maximi, tom. II, cap. 3 *De divinis nominibus.*

Καὶ γὰρ εἴπερ ἐκεῖνος περὶ τούτων λεπτομερεστέρως ἢ ξίωσε διελθεῖν, οὐκ ἂν ἡμεῖς εἰς τοσοῦτον ἢ μανίας ἢ σκαιότητος ἐληλύθαμεν, ὡς οἰηθῆναι ἐπιβαλεῖν τοῖς θείοις ἐπιστημονικώτερον, ὥστε δὶς τὰ αὐτὰ λέγειν, καὶ ἀδικεῖν φίλον ἅμα καὶ διδάσκαλον· καὶ ἡμᾶς τέως, τοὺς μετὰ τὸν μακάριον Παῦλον μαθητευθέντας αὐτῷ, ὑφαρπάζειν τὰ ἐκείνου καὶ ὡς ἴδια γράφειν. Ἀλλ' ἐπειδὴ πρεσβυτικῶς καὶ ἐπιστημονικῶς εἶπεν ἐκεῖνος, καὶ συντόμους καὶ κεφαλαιώδεις τὰς διδασκαλίας πεποίηκεν, ἐγκελευόμενος καθ' ἕκαστον καὶ ἡμῖν, καὶ τοῖς ἑτέροις τῶν νεοτελῶν ψυχῶν διδασκάλοις, καθ' ὅσον ἔνι ἀναπτύξαι καὶ διακρῖναι τὰς συνοπτικὰς καὶ δι' ὀλίγον ἐκφράσεις τῆς ἐνιαίας ἐκείνου καὶ νοερωτάτης δυνάμεως· καὶ πολλάκις ἡμᾶς εἰς αὐτὸ τοῦτο καὶ σὺ προέτρεψας, ἀνταποστείλας καὶ τὴν βίβλον αὐτοῦ. Ταύτῃ τοι καὶ ἡμεῖς τὸν μὲν ἅγιον Ἱερόθεον, ὡς τελείων διανοιῶν διδάσκαλον, τοῖς τελείοις ἀφορίζομεν, καὶ τὰ ἐκείνου λόγια, ὡς δεύτερα λόγια, πρὸς τὰ θεῖα καὶ ἱερὰ τῶν ἀποστόλων παραγγέλματα, ἔχομεν· τοῖς δὲ καθ' ἡμᾶς ἀτελέσι τὰ θεῖα παραδώσομεν, ἀναλόγους τοῖς διδασκάλοις ἡμῖν τοὺς μαθητὰς ἔχοντες. Ὁπόσον δὲ ἔχει ἐκεῖνος τὸ τέλειον, ἐν ᾧ ἐστιᾷν ἑτέρους τὴν στερεὰν τροφήν, ὅπου γε καὶ ἡμεῖς λεγόμεθα τέλειοι, ὡς τῆς τοιαύτης στερεᾶς τροφῆς μεταλαμβάνειν ἠξιωμένοι; Ὀρθῶς οὖν εἴπομεν τὸ, τὴν μὲν αὐτοπτικὴν καὶ ἀνεπικάλυπτον, καὶ ἐμφανεστέραν κατανόησιν, καὶ τὴν κεφαλαιώδη διδασκαλίαν, πρεσβυτικῆς δεῖσθαι δυνάμεως· τὴν δὲ διασάφησιν καὶ ἐκμάθησιν ἁρμόζειν τοῖς ὑφειμένοις ἡμῖν. Ἐπιτετήρηται γοῦν ἡμῖν, ὥστε ὅσα δὴ σαφῶς παρὰ τοῦ θείου Ἱεροθέου διηυκρίνηται, μηδόλως ἐγκεχειρηκέναι καὶ οἷον φαίνεσθαι ταὐτολογεῖν· τὰ δὲ συνοπτικῶς εἰρημένα ἐκείνῳ (τοῦτο γὰρ ἔξωθεν προσληπτέον) λεπτοτέραις ἐννοίαις ἐκφαίνειν· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ζητούμενον, ὃ ἐν τῷ τέλει τοῦ λόγου ἐπήγαγε. Νῦν δὲ εἰς τοὺς ἐπαίνους τοῦ ἀνδρὸς εἰσελθών, ὅπως καὶ ὁποῖα ἦσαν τὰ παρ' αὐτοῦ ὑμνούμενα ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἁγίας Θεοτόκου κοιμήσεως, κατὰ ἐνδιάθετον σχῆμα, τεχνικῶς οἷον ἐπελάθετο τῆς τοῦ λόγου συμφράσεως, καί φησιν· Ἐπεὶ καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς θεολήπτοις πατράσιν (ὅτε συμπαρῆμεν ἐκείνοις καὶ ἡμεῖς,) ἐν τῷ καιρῷ τῆς κοιμήσεως τῆς παναγίας Δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου, ἐδόκει δὲ κατὰ τὴν θείαν ὑμνῆσαι τοὺς ἱεράρχας ὡς ἕκαστος εἶχε δυνάμεως τὴν ἀπειροδύναμον ἀγαθότητα τῆς θεαρχικῆς ἀσθενείας, τῆς ἑκουσίου δηλονότι τοῦ Θεοῦ ἄχρι σαρκὸς χωρὶς ἁμαρτίας συγκαταβάσεως, πάντων ἐκράτει τῶν ἱερομυστῶν ὁ μέγας Ἱερόθεος, ὅλος ὢν ὥσπερ ἔκθεμος ἐκ τοῦ σώματος, ὅλος ἐξιστάμενος ἑαυτοῦ ἐν τοῖς ὕμναις, καὶ πάσχων τὴν πρὸς τὰ ὑμνούμενα κοινωνίαν, παρὰ πάντων καὶ τῶν γνωρίμων καὶ τῶν μὴ γνωρίμων θεόληπτος ἐκρίνετο. Ἢ γοῦν τοῦτο λέγει, παρὰ πάντων καὶ τῶν γινωσκόντων καὶ τῶν μὴ γινωσκόντων αὐτόν· ἤ, ὅπερ καὶ κρεῖττον, οὐ γὰρ εἶπε, οὐκ ἐγινώσκετο, ἀλλ' οὐκ ἐπεγινώσκετο· ἐγινώσκετο μὲν λέγει παρ' ἐκείνων, δηλονότι οἵτινες ἐγίνωσκον τὴν τῶν λεγομένων δύναμιν· οὐκ ἐπεγιγνώσκετο δὲ παρ' ἐκείνων, οἵτινες οὐχ οἷοί τε ἦσαν ἐπιβαλεῖν τῷ ὕψει τῶν ὕμνων. Ἐφαίνετο γοῦν θεόληπτος κἀκείνοις καὶ

A theologicum conscripserimus. Etenim si ille de his enucleatius disserere voluisset, nunquam ea nos insania stoliditasve cepisset, ut illo doctius nos de divinis loqui posse putaremus, atque adeo bis eadem repetendo, et amico simul et præceptori hanc injuriam faceremus, ut, cum ejus post B. Paulum discipuli fuerimus, ejus scripta nobis per plagium **348** usurparemus; sed quoniam ille graviter et scite de his loquens, compendio et summatim doctrinas suas tradidit, jubens nos, aliosque rudiorum adhuc animorum præceptores, sigillatim, quoad fieri potest, explanare ac distinguere compendiosas illas brevesque enarrationes unitæ illius ac spiritualissimæ virtutis; quin et ipse tu quoque frequenter nos ad hoc adhortatus es, et librum ejus nobis remisisti. Quapropter nos quoque sanctum Hierotheum, tanquam perfectarum mentium præceptorem, perfectis assignamus, et ipsius dicta tanquam altera oracula, secundum divina sacraque apostolorum scripta, æstimamus; nos vero nostri similibus imperfectis res divinas explicabimus; nobis præceptoribus non absimiles discipulos habentes. Quantæ vero ipse est perfectionis, cum etiam alios solido cibo nutriat, cum nos etiam perfecti appellemur, si istiusmodi solido cibo vesci nobis licuerit? Merito itaque dicimus, ad ipsam per se intuitionem, et non revelatam manifestioremque intelligentiam, et summariam doctrinam senili facultate opus esse, explanationem autem et explicationem nobis ut inferioribus convenire. Observatum C itaque a nobis, ut quæcunque clare a divo Hierotheo distincta sunt ne quidem omnino attingeremus, ne quodammodo idem iterato dicere videremur; quæ vero ipse compendiose tradidit (hoc enim excipiendum est) minutioribus intelligentiis explanaremus; nam hoc est quod quæritur, ut in fine orationis addidit. Nunc vero viri laudes aggrediens, quanam ratione, et qualia ab ipso sanctæ Deiparæ obdormitionis tempore laudata sint, ostendit artificiose ipsa loquendi formula, orationis ea compositionem effugere, et ait: Cum Patribus illis divino Spiritu afflatis (et nos ipsis adessemus) tempore obdormitionis sanctissimæ dominæ nostræ Deiparæ, placuissetque post contuitum sanctis antistitibus D pro virili cuique suo, infinita potentia præditam divinæ imbecillitatis bonitatem collaudare, id est voluntariam condescensionem Dei usque ad corpus absque peccato, cæteros sacerdotes superabat magnus Hierotheus, totus quodammodo a corpore abductus, totus extra se positus in hymnis ac laudibus, rerumque quas laudabat consortium patiens, ab omnibus tam notis quam ignotis divino Numine afflatus censebatur. Vel itaque hoc dicit, ab omnibus tam iis qui ipsum **349** noverant, quam qui non noverant; vel potius, non dixit quod noscebatur, sed non cognoscebatur; siquidem ab illis, inquit, noscebatur, qui videlicet noverant eorum quæ dicebantur valorem; non cognoscebatur autem ab illis, qui istarum laudum celsitudinem attingere non va-

lebant. Videbatur itaque divino Numine afflatus et illis et his. Illis quidem, tanquam conscius ac scientibus ipsum esse talem; his vero, tanquam non intelligentibus quæ dicebantur, atque ideo existimabant, illa divina quædam esse quæ vulgi captum superarent, et divinis tantum eorumque similibus viris digna forent. Divinarum porro laudum istarum partem aliquam me abs te audivisse memini: tantam divinorum curam geris, ut nunquam illa perfunctorie percurras.

A τούτοις. Ἐκείνοις μὲν, ὡς συνιοῦσι καὶ ἐπιστήμην σχοῦσιν, ὅτι τοιοῦτός ἐστι· τούτοις δὲ, ὡς μὴ συνιοῦσι τὰ λεγόμενα, κἀντεῦθεν θειά τινα κρίνουσι ταῦτα καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς, καὶ μόνοις ἄξια τοῖς θείοις καὶ κατ' ἐκεῖνον ἀνδράσιν. Ἐκ τῶν ὕμνων γοῦν ἐκείνων οἶδα ἐπακούσας πολλάκις καὶ παρὰ σοῦ μέρη τινά· οὕτως ἔχεις σπουδὴν εἰς τὰ θεῖα, ὥστε μὴ ἐκ παρέργου λογίζεσθαι ταῦτα.

§ III. Atque ut multa omittamus quæ vulgo sunt arcana, tibique nota, vel ideo nota quia arcana mysticaque, vel tibi nota tanquam supra vulgus exsistenti, ac divino, hoc imprasentiarum dicimus: quomodo, cum multos vellet instruere, et quotquot poterat ad Dei cultum traducere, plurimis modis superasse plurimos præceptores sacros, a quibus ut divinus Magister celebrabatur, adeo ut nunquam tanto soli conati simus obtineri. Agit de illius compositionibus ac scriptis, unde dicit, ita nobis conscii sumus, quoniam juxta tritum illud: *Nosce te ipsum*, ita de nobis sentimus, ac si ne divinis quidem intelligendis, ne dicam eloquendis, sufficere possumus. Multum vero a sanctorum virorum habitu atque scientia distamus; quin eo præ nimia religione adducti sumus, ut de divinis nihil omnino audire vel loqui auderemus, non tantum de iis quæ ignoramus, verum etiam de iis quæ exacte noscimus, nisi nobis persuasum esset, haud æquum esse, rerum divinarum quam quilibet cum divina gratia assequi potest, scientiam negligere; uti manifestum fit ex eo qui talentum non expenderat. Quin id ipsum nobis quoque persuadent, pulchrum nempe esse cum aliis scientiam suam communicare, naturalia divinorum angelorum desideria, dum convenientem semper divinam contemplationem desiderant; nec non etiam divinarum Scripturarum ordinatio, dum prohibet quidem ea quæ supra nos sunt curiosius inquirere, sicuti Sapientia Sirach suadet: *Altiora te ne quæsieris, et profundiora te ne scruteris* [1]. **350** Præcipit vero, ut discamus ea quæ possumus, ut divinus jubet Apostolus, dicens: *Et quæ audisti a me, hæc commenda fidelibus hominibus* [m]. Istiusmodi monitis morem gerentes, quoad possibilem divinorum inventionem animum non despondentes, sed et illos qui nostro modulo ac facultate sublimiora capere possunt, auxilio destitui non ferentes, cum aliqui ex hac humi reptante doctrina nostra, studio ac meditatione sua, possent ad sublimiorem aliquam notitiam ascendere, nos ipsos ope divina excitavimus, et animum ad scribendum appulimus, nihil quidem novi ac peregrini afferre et explicare præsumentes, sed minutioribus duntaxat quæstionibus ea, quæ summatim a sancto divinoque viro (id est enim, *a vere Hierotheo*) dicta sunt exponentes, et pluribus plana facientes.

§ III. Καὶ ἵνα σοι παραλείψωμεν τὰ πολλὰ ὡς ἄρρητα τοῖς πολλοῖς, καί σοι ἐγνωσμένα, ἢ γοῦν ἐγνωσμένα, ὅτι εἰσὶν ἄρρητα καὶ μυστικά· ἢ ὅτι σοὶ ἐγνωσμένα, ὡς ὄντι ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς, καὶ θείῳ· τοῦτο πρὸς τὸ παρὸν λέγομεν· πῶς, ὅτε τοῖς πολλοῖς ἤθελεν ὁμιλῆσαι, καὶ ὅσους ἦν δυνατὸν μετάξαι εἰς θεοσέβειαν, ὑπερεῖχε τοὺς πολλοὺς τῶν ἱερῶν διδασκάλων κατὰ πολλοὺς τρόπους, οἷς ἂν σεμνύνοιτο ὁ θεῖος διδάσκαλος, ὥστε οὐκ ἄν ποτε πρὸς τοιοῦτον ἥλιον ἀντωπεῖν ἐνεχειρήσαμεν· δηλονότι τὰ ἐκείνῳ συντεθειμένα λέγει, καθὼς ἐκεῖνος εἶπε, προστιθέμενοι· Ἡμεῖς γὰρ κατὰ τό· *Γνῶθι σαυτόν*, ἑαυτῶν αἰσθανόμεθα, ὡς οὔτε νοῆσαι ἱκανῶς τὰ θεῖα χωροῦμεν, οὔτε εἰπεῖν. Πόῤῥω δέ ἐσμεν τῆς ἕξεως καὶ ἐπιστήμης τῶν ἱερῶν ἀνδρῶν· πολλὴν γὰρ ἂν εὐλάβειαν εἴχομεν καὶ εἰς τὸ μηδόλως ἀκούειν ἢ λέγειν περὶ τῶν θείων, μὴ ὅτι γε ἐπὶ τοῖς ἀγνοουμένοις, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς ἀκριβῶς γινωσκομένοις ἡμῖν, εἰ μὴ κατὰ νοῦν εἴχομεν, ὅτι οὐ δίκαιόν ἐστιν ἀμελεῖν τῆς ἐνδεχομένης τῶν θείων γνώσεως, ἧς ἕκαστος μετέσχεν ἐκ τῆς θείας χάριτος· καὶ δῆλον ἐκ τοῦ μὴ ἐπεξεργασαμένου τὸ τάλαντον. Καὶ εἰς τοῦτο ἡμᾶς ἔπεισαν, ὅτι καλόν ἐστι δηλαδὴ τὸ μεταδιδόναι καὶ ἑτέροις τῆς ἐνδεχομένης γνώσεως, αἱ φυσικαὶ ἐφέσεις τῶν θείων ἀγγέλων ἐφετικῶς ἀεὶ γλιχόμεναι τῆς προσηκούσης θείας θεωρίας· καὶ αὐτὴ δὴ ἡ τῶν θείων Γραφῶν διάταξις, ἀποτρέπουσα μὲν πολυπραγμονεῖν τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς, ὡς ἡ Σοφία τοῦ Σειρὰχ παραινοῦσα· *Ὑψηλότερά σου μὴ ζήτει, καὶ βαθύτερά σου μὴ ἐρεύνα*· προτρέπουσα δὲ εἰς τὰ κατὰ δύναμιν, ὡς ὁ θεῖος Ἀπόστολος διακελευόμενος· *Καὶ ἃ ἤκουσας παρ' ἐμοῦ, ταῦτα παράθου πιστοῖς ἀνθρώποις*. Ταῖς τοιαύταις πειθόμενοι παραινέσεσι, πρὸς τὴν ἐφικτὴν τῶν θείων εὕρεσιν μὴ ἀποδειλιάσαντες, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἔτι δυναμένους εἰς τὰ κρείττονα καὶ ὑψηλότερα τῆς ἡμετέρας ἕξεως καὶ δυνάμεως ἀναβραμεῖν, ἀβοηθήτους οὐ φέροντες καταλιπεῖν ὡς τυχὸν, ἐκ ταύτης δὴ τῆς ἡμετέρας χαμερποῦς διδασκαλίας ἀναχθήσεσθαι μελλόντων τινῶν εἰς ὑψηλοτέραν γνῶσιν, μελέτῃ τε καὶ σπουδῇ, καὶ τῇ θείᾳ συνάρσει, καθήκαμεν καὶ ἐνεβάλομεν ἑαυτοὺς εἰς τὴν ἐγγραφὴν, νέον μέν τοι καὶ ξένον οὐ τολμῶντες εἰσηγεῖσθαι καὶ διδάσκειν, λεπτοτέραις δὲ ἐξετάσεσι τὰ συνοπτικῶς εἰρημένα τῷ ἱερῷ καὶ θείῳ ἀνδρὶ (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ, *τῷ ὄντως Ἱεροθέῳ*) ἀναπτύσσοντες, καὶ δῆλα ποιοῦντες τοῖς πλείοσιν.

[1] Eccli. III, 22. [m] II Tim. II, 2.

# ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

Περὶ ἀγαθοῦ, φωτὸς, καλοῦ, ἔρωτος, ἐκστάσεως, ζήλου· καὶ ὅτι τὸ κακὸν οὔτε ὄν, οὔτε ἐξ ὄντος, οὔτε ἐν τοῖς οὖσι.

# CAPUT IV.

A

*De bono, luce, pulchro, amore, exstasi, zelo; et quod malum neque ens sit, neque ex entibus, neque in entibus.*

## SYNOPSIS CAPITIS.

I. *Docet, bonitatem esse primum Dei attributum, et divina bonitate cuncta consistere.* II. *A bonitate esse angelorum ordines ac functiones; item animas earumque facultates; similiter res animatas et inanimatas.* III. *Bonitatem esse super omnia, atque illa ipsa quæ non sunt vocare ut sint.* IV. *Bonitatem hanc esse causam quod sint cœli, atque illorum motus; Solem autem esse imaginem divinæ bonitatis, et ad se cuncta convertere.* V. *Docet, cur Deus lumen appelletur.* VI. *Deum esse lumen intellectile, et quanta sit ejus excellentia et vis.* VII. *Tradit, quomodo Deus dicatur pulcher et pulchritudo, et unde ac qua ratione sic appelletur; et quomodo anticipet rerum omnium pulchritudinem ut causa, et ex hac ejus pulchritudine omnes exsistant congruentiæ.* VIII. *Spiritus cœlestes triplici motu cieri.* IX. *Iisdem motibus pro captu suo nostros animos moveri.* X. *Omnia per pulchrum et bonum conservari, omniaque pulchrum et bonum appetere.* XI. *Nomen amoris etiam in Scripturis usurpari, et non tam verborum quam significationum rationem habendam esse.* XII. *Scripturas aliquando nomen amoris nomini dilectionis anteferre, et vulgus nomen amoris spiritalis non capere.* XIII. *Amorem exstaticum esse et zelotem.* XIV. *Quomodo Deus sit amor et dilectio, et amabilis et dilectus: et qualis sit divini amoris circulus.* XV. *Ex Hierotheo docet, quomodo omnis amor sit unitivus.* XVI. *Distribuit ordines amoris.* XVII. *Ostendit, quomodo divinus amor ex Deo, per Deum, in Deum revolvitur.* XVIII. *Objicit, cur dæmones non expetant pulchrum et bonum, et petit quid sit malum, et unde.* XIX. *Respondet, malum non esse ex bono, et quidquid est bonum esse, virtutem autem vitio contrariari.* XX. *Malum qua malum ad nihil utile esse; et quidquid existit secundum boni participationem, esse id quod exsistit; et vitia præ se ferre quamdam boni speciem* **351** *sub qua appetuntur; et malum purum non exsistere, sed bono mistum.* XXI. *Malum non esse in rebus, et dualitatem non principiare, sed unitatem et bonum esse pacificum; malum autem nec ex Deo nec in Deo esse.* XXII. *In angelis quoque non esse malum.* XXIII. *Quin nec dæmones natura sua malos esse, sed per defectum angelicorum bonorum; illos autem non perdidisse vires naturales.* XXIV. *An, et quid in animis malum sit, disserit.* XXV. *Nec in brutis ait quidem malum esse.* XXVI. *Nec in rerum natura.* XXVII. *Nec in corporibus.* XXVIII. *Nec in materia prima.* XXIX. *Sed nec privationem per se esse malam.* XXX. *Exponit, quid sit bonum et malum, et unde.* XXXI. *Bonorum causam ait esse unam, malorum vero multas; et ex bono et propter bonum esse omnia.* XXXII. *Malum tantum esse per accidens; et simul tradit, quid sit malum, et quid possit.* XXXIII. *Discutit, quomodo exstante providentia sunt aliqua mala, et ostendit providentiam rerum naturas servare inviolatas.* XXXIV. *Ait malum non esse rem aliquam, neque potentiam, sed defectum.* XXXV. *Inscitiæ peccatum quale sit, et quia in peccato pœna dignum.*

## § I.

Εἶεν δὴ οὖν, ἐπ' αὐτὴν ἤδη τῷ λόγῳ τὴν ἀγαθωνυμίαν χωρῶμεν[68], ἣν ἐξῃρημένως οἱ θεολόγοι τῇ ὑπερθέῳ θεότητι, καὶ ἀπὸ πάντων ἀφορίζουσιν αὐτὴν, ὡς οἶμαι, τὴν θεαρχικὴν ὕπαρξιν, ἀγαθότητα λέγοντες· καὶ ὅτι τῷ εἶναι[69] τὸ ἀγαθὸν, ὡς οὐσιῶδες ἀγαθὸν, εἰς πάντα τὰ ὄντα διατείνει τὴν ἀγαθότητα. Καὶ γὰρ ὥσπερ ὁ καθ' ἡμᾶς ἥλιος, οὐ λογιζόμενος ἢ προαιρούμενος, ἀλλ' αὐτῷ τῷ εἶναι φωτίζει πάντα τὰ μετέχειν τοῦ φωτὸς αὐτοῦ κατὰ τὸν οἰκεῖον δυνάμενα λόγον· οὕτω δὴ καὶ τἀγαθὸν (ὑπὲρ ἥλιον, ὡς ὑπὲρ ἀμυδρὰν εἰκόνα τὸ ἐξῃρημένως[70] ἀρχέτυπον αὐτῇ τῇ ὑπάρξει) πᾶσι τοῖς οὖσιν ἀναλόγως ἐφίησι τὰς τῆς ὕλης ἀγαθότητος ἀκτῖνας. Διὰ ταύτας ὑπέστησαν αἱ νοηταὶ καὶ νοεραὶ πᾶσαι καὶ οὐσίαι, καὶ δυνάμεις καὶ ἐνέργειαι, διὰ ταύτας εἰσὶ καὶ ζωὴν ἔχουσι[71] τὴν ἀνέκλειπτον καὶ ἀμείωτον, ἀπάσης φθορᾶς, καὶ θανάτου, καὶ ὕλης καὶ γενέσεως καθαρεύουσαι, καὶ τῆς ἀστάτου καὶ ῥευστῆς, καὶ ἄλλοτε ἄλλως φερομένης ἀλλοιώσεως ἀνῳκισμέναι· καὶ ὡς ἀσώματοι καὶ ἄϋλοι νοοῦνται, καὶ ὡς νόες ὑπερκοσμίως νοοῦσι, καὶ τοὺς τῶν ὄντων οἰκείως ἐλλάμπονται λόγους, καὶ αὖθις εἰς τὰ συγγενῆ, τὰ

B Age ergo, jam ad ipsum nomen boni progrediamur, quod exempte ab omnibus divinitati supra divinitatem attribuunt theologi, vocantes, ut arbitror, bonitatem ipsam essentiam divinam, divinitatis[68*] originem; et quia sic essentia sua bonus est Deus, ut tanquam substantiale bonum, bonitatem in omnia porrigat. Quemadmodum enim sol ille noster non cogitatione aut voluntate, sed eo ipso quod est, illuminat universa quæ quoquo modo lucis ejus sunt capacia: sic etiam ipsum bonum (quod non secus præstat soli quam primæva species imagini obscuræ) ipsamet substantia sua, rebus omnibus, pro cujusque captu, totius bonitatis suæ radios affundit. Iis constiterunt omnes intellectiles ac intelligentes substantiæ, et virtutes, et C operationes; horum virtute sunt, vitamque habent sempiternam et indeficientem, ab omni corruptione ac morte, et materia generationeque liberæ, nec non ab instabili fluxaque, quæ in diversa diversimode fertur permutatione semotæ, et tanquam incorporeæ et immateriales intelliguntur, et ut mentes supermundialiter intelligunt, atque pro-

## VARIÆ LECTIONES.

[68] in S. correctum erat, χωροῦμεν. [68*] scilicet *creatæ* seu *participatæ*. [69] καὶ ἔτι, S. τὸ εἶναι, P. [70] ἐξηρημένον, D. [71] ζῶσι καὶ ζωὴν ἔχουσι, D. Sar.

priis rerum rationibus illustrantur; rursumque in ea quæ illis cognata sunt sua munera derivant. Mansionem quoque a bonitate habent; quin et earum firmitas hinc, et stabilitas, et conservatio, bonorumque pabulum pendet; et dum illam appetunt, tam ut sint, quam ut bene sint, obtinent, nec non illi, quantum fas est, conformantur, atque boni speciem præ se ferunt, et, juxta legis dictamen, inferiores suos donorum ex summo bono promanantium participes reddunt.

A οἰκεῖα διαπορθμεύουσι. Καὶ τὴν μονὴν ἐκ τῆς ἀγαθότητος ἔχουσι· καὶ ἵδρυσις αὐταῖς ἐκεῖθέν ἐστι, καὶ συνοχὴ, καὶ φρουρὰ, καὶ ἑστία[73] τῶν ἀγαθῶν, καὶ αὐτῆς ἐφιέμεναι, καὶ τὸ εἶναι καὶ τὸ εὖ εἶναι ἔχουσι, καὶ πρὸς αὐτὴν ὡς ἐφικτὸν ἀποτυπούμεναι καὶ ἀγαθοειδεῖς εἰσι καὶ ταῖς μετ' αὐτὰς κοινωνοῦσιν ὡς ὁ θεῖος θεσμὸς ὑφηγεῖται, τῶν εἰς αὐτὰς ἐκ τἀγαθοῦ διαφοιτησάντων δώρων.

## § II.

Inde illis ordines supermundiales. **352** earum inter se conjunctiones, mutuæ susceptiones, inconfusæ distinctiones, virtutes istæ quibus inferiores adducuntur ad superiores, providentiæ superiorum circa inferiores, cujuslibet virtutum suarum conservationes, et immutabiles in semetipsas revolutiones, eadem atque summa summi boni desideria, et quæcunque alia in tractatu *De proprietatibus atque ordinibus angelorum* a nobis sunt commemorata; quinimo etiam quæ ad cœlestem hierarchiam spectant, ut angelicæ lustrationes, supermundanæ illuminationes totiusque angelicæ perfectionis consummatio, ex universali causa fontalique bonitate proficiscuntur, ex qua etiam ipsamet forma bonitatis ipsis data est, concessumque, ut latentem in se bonitatem valeant enuntiare, sintque angeli velut interpretes divini silentii, et tanquam clara lumina, quæ in adytis latentem indicant. Præterea post sacras istas sanctasque mentes, animæ quoque ac quælibet animarum bona sunt per bonitatem illam, quæ omne bonum superat; inde provenit, illas intellectu præditas esse, vitam habere substantialem, corruptionis expertem, ut esse habeant cum angelis commune, possintque ad eorum vivendi rationem aspirare, quorum ductu optimo ad bonorum omnium summum bonum promoveantur, atque ex eodem promanantium illuminationum pro captu suo participes evadant, donique boniformis, quantam possunt, sortem accipiant, et quæcunque alia in tractatu *De anima* sunt a nobis enumerata. Porro, si de animabus quoque ratione carentibus animalibusve loquendum, quæ vel aerem tranant, terramve permeant, aut humi reptant, vel in aquis vitam agunt, aut amphibia sunt, vel sub terra recondita, atque in caverna vivunt, vel quæcunque simpliciter anima sensili vitaque præstant, hæc utique omnia etiam per eamdem bonitatem et animantur, et vivificantur. Plantæ similiter omnes ex eodem bono nutritivam motabilemque vitam habent; denique substantia quæcunque anima vitaque caret, per illud ipsum bonum exsistit, a quo et statum suum substantialem obtinuit.

Ἐκεῖθεν αὐταῖς αἱ ὑπερκόσμιοι τάξεις, αἱ πρὸς ἑαυτὰς ἑνώσεις, αἱ ἐν ἀλλήλαις χωρήσεις, αἱ ἀσύγχυτοι διακρίσεις, αἱ πρὸς τὰς κρείττους ἀναγωγικαὶ[73] τῶν ὑφειμένων δυνάμεις, αἱ περὶ τὰ δεύτερα πρόνοιαι τῶν πρεσβυτέρων, αἱ τῶν οἰκείων ἑκάστης δυνάμεως φρουραὶ, καὶ περὶ ἑαυτὰς[74] ἀμετάπτωτοι συνελίξεις, αἱ περὶ τὴν ἕφεσιν τἀγαθοῦ ταὐτότητες, καὶ ἀκρότητες, καὶ ὅσα ἄλλα εἴρηται πρὸς ἡμῶν ἐν τῷ *Περὶ τῶν ἀγγελικῶν ἰδιοτήτων καὶ τάξεων*· ἀλλὰ καὶ ὅσα τῆς οὐρανίας ἱεραρχίας ἐστὶν, αἱ ἀγγελοπρεπεῖς καθάρσεις, αἱ ὑπερκόσμιοι φωταγωγίαι, καὶ τὰ τελεσιουργὰ[75] τῆς ὅλης ἀγγελικῆς τελειότητος, ἐκ τῆς παναιτίου καὶ πηγαίας ἐστὶν ἀγαθότητος, ἐξ ἧς καὶ τὸ ἀγαθοειδὲς αὐταῖς ἐδωρήθη, καὶ τὸ ἐκφαίνειν ἐν ἑαυταῖς τὴν κρυφίαν ἀγαθότητα, καὶ εἶναι ἀγγέλους ὥσπερ ἐξαγγελτικὰς τῆς θείας σιγῆς[76], καὶ οἷον φῶτα φανὰ τοῦ ἐν ἀδύτοις ὄντος ἑρμηνευτικὰ προβεβλημένας. Ἀλλὰ καὶ μετ' ἐκείνους τοὺς ἱεροὺς καὶ ἁγίους νόας, αἱ ψυχαὶ καὶ ὅσα ψυχῶν[77] ἀγαθὰ, διὰ τὴν ὑπεράγαθόν ἐστιν ἀγαθότητα· τὸ νοερὰς αὐτὰς εἶναι, τὸ ἔχειν τὴν οὐσιώδη ζωὴν ἀνώλεθρον αὐτὸ τὸ εἶναι, καὶ δύνασθαι πρὸς τὰς ἀγγελικὰς ἀνατεινομένας ζωὰς, δι' αὐτῶν ὡς ἀγαθῶν καθηγεμόνων, ἐπὶ τὴν πάντων[78] ἀγαθῶν ἀγαθαρχίαν ἀνάγεσθαι, καὶ τῶν ἐκεῖθεν ἐκβλυζομένων ἐλλάμψεων[79] ἐν μετουσίᾳ γίνεσθαι κατὰ τὴν σφῶν ἀναλογίαν, καὶ τῆς τοῦ ἀγαθοειδοῦς[80] δωρεᾶς ὅση δύναμις μετέχειν, καὶ ὅσα ἄλλα πρὸς ἡμῶν ἐν τοῖς *Περὶ ψυχῆς* ἀπηρίθμηται. Ἀλλὰ καὶ περὶ αὐτῶν, εἰ χρὴ φάναι, τῶν ἀλόγων ψυχῶν, ἢ ζώων, ὅσα τὸν ἀέρα τέμνει, καὶ ὅσα ἐπὶ γῆς βαίνει, καὶ ὅσα εἰς γῆν ἐκτέταται, καὶ τὰ ἐν ὕδασι τὴν ζωὴν, ἢ ἀμφιβίως λαχόντα, καὶ ὅσα ὑπὸ γῆν ἐγκεκαλυμμένα ζῇ καὶ ἐγκεχωσμένα, καὶ ἁπλῶς ὅσα τὴν αἰσθητικὴν ἔχει ψυχὴν, ἢ ζωὴν, καὶ ταῦτα πάντα διὰ τἀγαθὸν[81] ἐψύχωται καὶ ἐζώωται. Καὶ φυτὰ δὲ πάντα τὴν θρεπτικὴν καὶ κινητικὴν ἔχει ζωὴν, ἐκ τἀγαθοῦ· καὶ ὅση[82] ἄψυχος καὶ ἄζωος οὐσία, διὰ τἀγαθόν ἐστι, καὶ δι' αὐτὸ τῆς οὐσιώδους ἔξεως ἔλαχεν.

## VARIÆ LECTIONES.

[73] καὶ ἑστίασις, M. Sc. *et refectio bonorum.* Sar.: *et cibus bonorum.* [73] ἀναγωγὰς καί, S. [74] περὶ αὐτάς, S. P. Sc. [75] τελεσιουργικά. [76] πηγῆς, M. S. P. [77] ψυχῶν ἐστιν, D. Sc. Sar. [78] πάντων τῶν, D. [79] ἐκλάμψεων, P. [80] ἀγαθοῦ. [81] τὸ ἀγαθόν, P. [82] ὅσα ἡ, M. S.

## § III.

Εἰ δὲ καὶ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα ἐστὶν (ὥσπερ οὖν ἐστι) τἀγαθὸν, καὶ τὸ ἀνείδεον εἰδοποιεῖ· καὶ ἐν αὐτῷ μόνῳ καὶ τὸ ἀνούσιον· οὐσίας ὑπερβολή· καὶ τὸ ἄζωον ὑπερέχουσα ζωή· καὶ τὸ ἄνουν ὑπερέχουσα [83] σοφία, καὶ ὅσα ἐν τἀγαθῷ τῆς τῶν ἀνειδέων ἐστὶν ὑπεροχικῆς εἰδοποιίας· καὶ εἰ θεμιτὸν φάναι, τἀγαθοῦ τοῦ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα, καὶ αὐτὸ τὸ μὴ ὂν ἐφίεται, καὶ φιλονεικεῖ πως ἐν τἀγαθῷ καὶ αὐτὸ εἶναι, τῷ ὄντως ὑπερουσίῳ, κατὰ τὴν πάντων ἀφαίρεσιν.

A Quod si autem supra res omnes sit (uti vere est) bonum ipsum, et quod informe est, formal; et in ipso solo id quod substantia caret, substantiæ est excellentia; quod inanime est, vita est præstantissima; et quod mentis expers est, **353** suprema est sapientia, et quæcunque in bono sunt, rerum sunt informium supereminentis efformationis; et, si dictu fas sit, illud ipsum quod non est, illius quod supra res omnes est, boni desiderio tenetur, quin etiam in bono vere supersubstantiali per omnium ablationem esse contendit.

## § IV.

Ἀλλ' ὅπερ ἡμᾶς ἐν μέσῳ παραδραμὸν διαπέφευγε, καὶ τῶν οὐρανίων ἀρχῶν καὶ ἀποπερατώσεων [84] αἰτία τἀγαθὸν, τῆς ἀναυξοῦς καὶ ὅλως ἀναλλοιώτου ταύτης οὐσίας [85], καὶ τῶν ἀψόφων, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, τῆς παμμεγέθους οὐρανοπορίας κινήσεων, καὶ τῶν ἀστρώων τάξεων, καὶ εὐπρεπειῶν, καὶ φώτων, καὶ ἰδρύσεων, καὶ τῆς ἐνίων ἀστέρων [86] μεταβατικῆς πολυκινησίας, καὶ τῆς τῶν δύο φωστήρων, οὓς τὰ λόγια καλεῖ μεγάλους, ἀπὸ τῶν αὐτῶν εἰς τὰ αὐτὰ περιοδικῆς ἀποκαταστάσεως, καθ' ἃς αἱ παρ' ἡμῖν ἡμέραι καὶ νύκτες ὁριζόμεναι, καὶ μῆνες, καὶ ἐνιαυτοὶ μετρούμενοι, τὰς τοῦ χρόνου καὶ τῶν ἐν χρόνῳ κυκλικὰς κινήσεις ἀφορίζουσι, καὶ [87] ἀριθμοῦσι, καὶ τάττουσι καὶ συνέχουσι. Τί δ' [88] ἂν τις φαίη περὶ αὐτῆς καθ' αὑτὴν τῆς ἡλιακῆς ἀκτῖνος; ἐκ τἀγαθοῦ γὰρ τὸ φῶς, καὶ εἰκὼν τῆς ἀγαθότητος· διὸ καὶ φωτωνυμικῶς ὑμνεῖται τἀγαθὸν, ὡς ἐν εἰκόνι τὸ ἀρχέτυπον ἐκφαινόμενον. Ὡς γὰρ ἡ τῆς πάντων ἐπέκεινα θεότητος ἀγαθότης ἀπὸ τῶν ἀνωτάτων [89] καὶ πρεσβυτάτων οὐσιῶν, ἄχρι τῶν ἐσχάτων διήκει, καὶ ἔτι ὑπὲρ πάσας ἐστὶ, μήτε τῶν ἄνω φθανουσῶν αὐτῆς τὴν ὑπεροχὴν, μήτε τῶν κάτω τὴν περιοχὴν διαβαινουσῶν, ἀλλὰ καὶ φωτίζει τὰ δυνάμενα πάντα, καὶ δημιουργεῖ, καὶ ζωοῖ, καὶ συνέχει, καὶ τελεσιουργεῖ, καὶ μέτρον ἐστὶ τῶν ὄντων, καὶ αἰὼν, καὶ ἀριθμὸς, καὶ τάξις, καὶ περιοχὴ, καὶ αἰτία, καὶ τέλος· οὕτω δὴ καὶ ἡ τῆς θείας ἀγαθότητος ἐμφανὴς εἰκὼν, ὁ μέγας οὗτος, καὶ ὁλολαμπὴς, καὶ ἀείφωτος ἥλιος, κατὰ πολλοστὸν ἀπήχημα τἀγαθοῦ, καὶ πάντα ὅσα μετέχειν αὐτοῦ δύναται, φωτίζει, καὶ ὑπερηπλωμένον ἔχει τὸ φῶς, εἰς πάντα ἐξαπλῶν τὸν ὁρατὸν κόσμον, ἄνω τε καὶ κάτω, τὰς τῶν οἰκείων ἀκτίνων αὐγάς· καὶ εἴ τι αὐτῶν οὐ μετέχει, τοῦτό οὐ τῆς ἀδρανείας ἢ τῆς βραχύτητός ἐστι τῆς φωτιστικῆς αὐτοῦ διαδόσεως, ἀλλὰ τῶν διὰ φωτοληψίας ἀνεπιτηδειότητα μὴ ἀναπλουμένων [90] εἰς τὴν φωτὸς μετουσίαν. Ἀμέλει πολλὰ τῶν οὕτως ἐχόντων ἡ ἀκτὶς διαβαίνουσα, τὰ μετ' ἐκεῖνα φωτίζει, καὶ οὐδέν ἐστι τῶν ὁρατῶν οὗ

B Sed, quod in medio præterlapsum nos effugerat, cœlestium etiam principiorum et subterminationum causa est bonum, item substantiæ hujus cœlestis quæ non augetur neque minuitur, et penitus non variatur, et motuum cœlestis curriculi vastissimi, non sonantium, si ita loqui oportet, et ordinum stellarum, et pulchritudinum, et luminum, et inflexionum earum, et multiplicis cursus vagantis quorumdam siderum, et duorum luminarium, quæ Scriptura vocat magna [n], circuitus, et eodem, unde profecta sunt, reversionis, quibus apud nos dies et noctes distinguuntur; et menses atque anni definiti ipsos motus temporis, et eorum quæ in tempore sunt, circulo confectos distinguunt, numerant, ordinant et continent. Quid autem dicatur de ipsomet radio solis? a summo enim bono lumen proficiscitur, et imago bonitatis est; quamobrem nomine luminis bonum laudatur, tanquam appareat primum exemplar in imagine. Sicut enim bonitas divinitatis quæ supra omnia est, a supremis et provectissimis substantiis usque ad extremas pervadit, et adhuc supra omnes est, ita ut neque superiores usque ad illius excellentiam pertingant; nec inferiores ejus ambitum pertranseant; quin potius omnia quæ illuminari possunt illuminat, et creat, et vitam dat, et continet, et perficit, et mensura est eorum quæ sunt, et ævum, et numerus, et ordo, et complexus, et causa, atque finis; sic etiam ingens iste, et totus splendidus ac semper lucens sol imago expressa est divinæ bonitatis, quatenus tenuissimum quid illius boni in eo procul resonat, et omnia quæ eum participare possunt illustrat, et lumen habet supra extensum, quod in universum mundum qui cernitur, tum superiorem, tum inferiorem, splendore radiorum suorum multiplicat; et si quid eum non participat, non est in causa imbecillitas aut tenuitas facultatis illuminandi, sed potius rem ipsam non esse expeditam ad participa-

[n] Gen. I, 16.

### VARIÆ LECTIONES.

[83] ὑπαιρηχοῦσα. [84] ὑποπερατώσεων legit Maximus Scholiastes. [85] εὐρείας vel εὐρόας, D M. Sc. [86] ἐνιαίων, P. Sc. [87] ἀφορίζουσι δὲ καί, M.; forte τε legendum. [88] δέ non est in S. P. Sc. Sar [89] ἀνωτάτω, D. P. [90] ἀναπαυομένων, S.

lionem luminis, quia non sit idonea ad admittendum illud. Ac revera **354** multa sic sunt, quæ radius solis prætergressus, illa quæ ultra sunt illuminat, et nihil est eorum quæ cerni possunt, quo non pertingat sol ingenti vi splendoris sui. Quin etiam ad ortum corporum sub sensum cadentium confert, et ea movet ad vitam, nutrit, auget, perficit, et purgat, ac renovat; et mensura est ac numerus tempestatum ac dierum, et omnis nostri temporis: hoc enim est illud lumen, tametsi tunc non erat figuratum, quod dixit divinus Moyses distinxisse illud primum dierum nostrorum triduum. Atque ut omnia bonitas ad se convertit, primaque, quæ dispersa sunt, colligit, tanquam unifica divinitas et principium unitatis, omniaque ipsam ut principium, ut complexum, ut finem appetunt; bonumque illud est (ut Scriptura sacra testatur) ex quo omnia constiterunt, et veluti a perfectissima causa producta sunt, et in qua consistunt universa, tanquam in fundo cuncta continente custodita, contentaque; et ad quod omnia, tanquam ad finem quæque suum, convertuntur, quodque appetunt universa, spiritalia quidem rationeque utentia scienter, sensilia vero sensiliter; quæ autem sensus sunt expertia, innato motu vitalis appetitionis, et quæ vita carent, ac tantummodo exsistunt, vi quadam ad solius essentiæ participationem propensa sunt. Eadem clarissimæ similitudinis ratione lux quoque colligit convertitque ad se omnia quæ videntur, quæ moventur, quæ illustrantur, quæ calescunt, quæque universim radiis ejus perstringuntur; unde ἥλιος seu *sol*, nomen habet, quod omnia faciat ἀολλῆ, id est omnia servet salva, et congreget dispersa. Et omnia quæ sentiendi vim habent eum appetunt, vel ut videant, vel ut moveantur, et illuminentur, et calescant, et denique ut contineantur et conserventur a luce. Non hoc dico, ut antiquitas existimabat, quod sol sit Deus, et auctor universi, qui hunc mundum, quem cernimus, proprie gubernet, sed potius, quod *invisibilia Dei, a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus et divinitas* [o].

μὴ ἐφικνεῖται κατὰ τὸ τῆς οἰκείας αἴγλης ὑπερβάλλον μέγεθος. Ἀλλὰ καὶ πρὸς τὴν γένεσιν τῶν αἰσθητῶν σωμάτων συμβάλλεται, καὶ πρὸς ζωὴν αὐτὰ κινεῖ καὶ τρέφει καὶ αὔξει, καὶ τελειοῖ, καὶ καθαίρει, καὶ ἀνανεοῖ· καὶ μέτρον ἐστὶ, καὶ ἀριθμὸς ὡρῶν, ἡμερῶν, καὶ παντὸς τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου τὸ φῶς· αὐτὸ γάρ ἐστι τὸ φῶς, εἰ καὶ τότε ἀσχημάτιστον ἦν, ὅπερ ὁ θεῖος ἔφη Μωσῆς, καὶ αὐτὴν ἐκείνην ὁρίσαι τὴν πρώτην τῶν καθ' ἡμᾶς ἡμερῶν τριάδα. Καὶ ὥσπερ πάντα πρὸς ἑαυτὴν ἡ ἀγαθότης ἐπιστρέφει, καὶ ἀρχισυναγωγός ἐστι τῶν ἐσκεδασμένων, ὡς ἐναρχικὴ, καὶ ἑνοποιὸς θεότης, καὶ πάντα αὐτῆς ὡς ἀρχῆς, ὡς συνοχῆς, ὡς τέλους ἐφίεται· καὶ τἀγαθόν ἐστιν (ὡς τὰ λόγιά φησιν) ἐξ οὗ τὰ πάντα ὑπέστη [91], καὶ ἔστιν, ὡς ἐξ αἰτίας παντελοῦς παρηγμένα, καὶ ἐν ᾧ τὰ πάντα συνέστηκεν, ὡς ἐν παντοκρατορικῷ πυθμένι φρουρούμενα καὶ διακρατούμενα, καὶ εἰς ὃ [92] τὰ πάντα ἐπιστρέφεται, καθάπερ [93] εἰς οἰκεῖον ἑκάστῳ πέρας, καὶ οὗ ἐφίεται πάντα, τὰ μὲν νοερὰ καὶ λογικὰ γνωστικῶς, τὰ δὲ αἰσθητικὰ αἰσθητικῶς· τὰ δὲ αἰσθήσεως ἄμοιρα, τῇ ἐμφύτῳ κινήσει τῆς ζωτικῆς ἐφέσεως· τὰ δὲ ἄζωα καὶ μόνον ὄντα, τῇ πρὸς μόνην τὴν οὐσιώδη μέθεξιν ἐπιτηδειότητι. Κατὰ τὸν αὐτὸν τῆς ἐμφανοῦς εἰκόνος λόγον, καὶ τὸ φῶς συνάγει καὶ ἐπιστρέφει πρὸς ἑαυτὸ πάντα τὰ ὄντα [94], τὰ ὁρῶντα, τὰ κινούμενα, τὰ φωτιζόμενα, τὰ θερμαινόμενα, τὰ ὅλως ὑπὸ τῶν αὐτοῦ μαρμαρυγῶν συνεχόμενα· διὸ καὶ ἥλιος, ὅτι πάντα ἀολλῆ ποιεῖ, καὶ συνάγει τὰ διεσκεδασμένα. Καὶ πάντα αὐτοῦ τὰ αἰσθητὰ ἐφίεται, ἢ ὡς τοῦ ὁρᾶν, ἢ ὡς τοῦ κινεῖσθαι, καὶ φωτίζεσθαι, καὶ θερμαίνεσθαι, καὶ ὅλως συνέχεσθαι πρὸς τοῦ φωτὸς ἐφιέμενα. Καὶ οὐ δήπου φημὶ κατὰ τὸν τῆς παλαιότητος λόγον, ὅτι θεὸς ὢν ὁ ἥλιος καὶ δημιουργὸς τοῦδε τοῦ παντὸς ἰδίως ἐπιτροπεύει τὸν ἐμφανῆ κόσμον, ἀλλ' ὅτι *τὰ ἀόρατα τοῦ Θεοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται, ἥ τε ἀΐδιος αὐτοῦ δύναμις καὶ θειότης.*

## § V.

§ V. Verum de his in symbolica theologia. Nunc autem intellectile boni a luce nomen nobis celebrandum est, et dicendum quod is qui bonus est, lux intellectilis dicitur, quia omnem mentem supracœlestem implet lumine intellectili; omnem **355** autem ignorantiam et errorem ex omnibus animis, in quibus est, ejicit, et ipsis omnibus lumen sanctum impertit, eorumque oculos mentales a caligine ex ignorantia circumfusa repurgat, et liberat, et excitat, atque aperit multa gravitate tenebrarum compressos et clausos: datque primum quidem

Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐν τῇ συμβολικῇ θεολογίᾳ. Νῦν δὲ τὴν νοητὴν τἀγαθοῦ φωτωνυμίαν ἡμῖν ὑμνητέον, καὶ ῥητέον, ὅτι φῶς νοητὸν ὁ ἀγαθὸς λέγεται διὰ τὸ πάντα μὲν ὑπερουράνιον νοῦν ἐμπιμπλάναι [95] νοητοῦ φωτός· πᾶσαν δὲ ἄγνοιαν καὶ πλάνην ἐλαύνειν ἐκ πασῶν, αἷς ἂν ἐγγένηται ψυχαῖς, καὶ πάσαις αὐταῖς φωτὸς ἱεροῦ μεταδιδόναι, καὶ τοὺς νοεροὺς αὐτῶν ὀφθαλμοὺς ἀνακαθαίρειν [96] τῆς περικειμένης αὐταῖς ἐκ τῆς ἀγνοίας ἀχλύος, καὶ ἀνακινεῖν καὶ ἀναπτύσσειν τῷ πολλῷ βάρει τοῦ σκότους συμμεμυκότας· καὶ μεταδιδόναι πρῶτα μὲν [97] αἴγλης μετρίας· εἶτα

[o] Rom. 1, 20.

### VARIÆ LECTIONES.

[91] πάντα καὶ ὑπέστη, D. [92] εἰς ὃν, S. P. [93] καὶ καθάπερ, P. [94] τὰ ὄντα non habent S. P. Sc. Sar. [95] ἐμπιπλᾷν, P. ἐμπιπλάναι, D. [96] ἀποκαθαίρειν, D. [97] πρῶτον μέν, D.

ἐκείνων ὥσπερ ἀπογευομένων [98] φωτὸς, καὶ μᾶλλον ἐφιεμένων, μᾶλλον ἑαυτὴν ἐνδιδόναι, καὶ περισσῶς ἐπιλάμπειν, ὅτι ἠγάπησαν πολύ· καὶ ἀεὶ ἀνατείνειν αὐτὰς [99] ἐπὶ τὰ πρόσω, κατὰ τὴν σφῶν εἰς ἀνάνευσιν ἀναλογίαν.

A mediocrem splendorem; deinde, tanquam degustato lumine, et oculis jam magis post degustationem lumen appetentibus, magis se impertit, et copiosius fulget; quia dilexerunt multum [p]; ac semper eas ulterius provehit proportione studii earum ad aspiciendum sursum.

## § VI.

Φῶς οὖν νοητὸν λέγεται τὸ ὑπὲρ πᾶν φῶς ἀγαθὸν, ὡς ἀκτὶς πηγαία καὶ ὑπερβλύζουσα φωτοχυσία, πάντα τὸν ὑπερκόσμιον καὶ περικόσμιον [100], καὶ ἐγκόσμιον νοῦν, ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτῆς καταλάμπουσα, καὶ τὰς νοερὰς αὐτῶν ὅλας ἀνανεάζουσα δυνάμεις, καὶ πάντας περιέχουσα [1] τῷ ὑπερτετάσθαι, καὶ πάντων ὑπερέχουσα τῷ ὑπερκεῖσθαι· καὶ ἁπλῶς, πᾶσαν τῆς φωτιστικῆς δυνάμεως τὴν κυρείαν, ὡς B ἀρχίφωτος καὶ ὑπέρφωτος, ἐν ἑαυτῇ συλλαβοῦσα, καὶ ὑπερέχουσα, καὶ προέχουσα, καὶ τὰ νοερὰ καὶ τὰ [2] λογικὰ πάντα συνάγουσα, καὶ ἁπλῇ ποιοῦσα. Καὶ γὰρ ὥσπερ ἡ ἄγνοια διαιρετικὴ τῶν πεπλανημένων ἐστὶν, οὕτως ἡ τοῦ νοητοῦ φωτὸς παρουσία, συναγωγὸς καὶ ἑνωτικὴ τῶν φωτιζομένων ἐστὶ, καὶ τελειωτικὴ, καὶ ἔτι [3] ἐπιστρεπτικὴ πρὸς τὸ ὄντως ὄν, ἀπὸ τῶν πολλῶν δοξασμάτων ἐπιστρέφουσα, καὶ τὰς ποικίλας ὄψεις, ἢ κυριώτερον εἰπεῖν, φαντασίας, εἰς μίαν ἀληθῆ καὶ καθαρὰν, καὶ μονοειδῆ συνάγουσα γνῶσιν, καὶ ἑνὸς καὶ ἑνωτικοῦ φωτὸς ἐμπιπλῶσα.

Lumen igitur intellectile dicitur illud bonum quod est supra omne lumen, tanquam fons radiorum et effusio luminis inundans omnem mentem supramundanam, et circummundanam, et mundanam ex plenitudine sua illuminans, et totas earum facultates intelligendi renovans, et omnes continens, quatenus supra omnes tenditur; et omnibus antecellens, quatenus supra omnes stat, atque simpliciter omnem principatum illuminandi, tanquam princeps luminis, et supraquam lumen in se comprehensum habet, et supraquam habet, et præhabet, atque omnia ratione et mente utentia congregat, et in unum copulat. Etenim sicut ignorantia errantes dirimit; sic adventus luminis congregat et copulat illuminatos, perficitque eos, et ad id quod vere est convertit, a multis opinationibus eos revocans, ac varios aspectus, vel, ut magis proprie dicam, varia in unam veram et puram ac simplicem cognitionem contrahit, et uno lumine unifico implet.

## § VII.

Τοῦτο τἀγαθὸν ὑμνεῖται πρὸς τῶν ἱερῶν θεολόγων C καὶ ὡς καλὸν, καὶ ὡς κάλλος, καὶ ὡς ἀγάπη καὶ ὡς ἀγαπητὸν, καὶ ὅσαι ἄλλαι εὐπρεπεῖς εἰσι τῆς καλλοποιοῦ καὶ κεχαριτωμένης [4] ὡραιότητος θεωνυμίαι. Τὸ δὲ καλὸν καὶ κάλλος διαιρετέον ἐπὶ τῆς ἐν ἑνὶ τὰ ὅλα συνειλῆφυίας αἰτίας· ταῦτα γὰρ ἐπὶ μὲν τῶν ὄντων ἁπάντων [5] εἰς μετοχὰς καὶ μετέχοντα διαιροῦντες, καλὸν μὲν εἶναι λέγομεν τὸ κάλλους μετέχον, κάλλος δὲ τὴν μετοχὴν τῆς καλλοποιοῦ τῶν ὅλων καλῶν αἰτίας. Τὸ δὲ ὑπερούσιον καλὸν κάλλος μὲν λέγεται, διὰ τὴν ἀπ' αὐτοῦ πᾶσι τοῖς οὖσι μεταδιδομένην οἰκείως ἑκάστῳ καλλονὴν, καὶ ὡς τῆς πάντων εὐαρμοστίας καὶ ἀγλαΐας αἴτιον, δίκην φωτὸς ἐναστράπτον [6] ἅπασι τὰς καλλοποιοὺς τῆς πηγαίας ἀκτῖνος αὐτοῦ μεταδόσεις, καὶ ὡς πάντα πρὸς ἑαυτὸ καλοῦν (ὅθεν καὶ *κάλλος* λέγεται) καὶ ὡς ὅλα ἐν ὅλοις εἰς D ταὐτὸ συνάγον. Καλὸν δὲ ὡς πάγκαλον ἅμα καὶ ὑπέρκαλον, καὶ ἀεὶ ὂν, κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως καλὸν, καὶ οὔτε γιγνόμενον, οὔτε ἀπολλύμενον, οὔτε αὐξανόμενον [7], οὔτε φθίνον, οὐδὲ τῇ μὲν καλὸν, τῇ δὲ αἰσχρὸν, οὐδὲ τοτὲ μὲν, τοτὲ δὲ οὔ, οὐδὲ πρὸς μὲν τὸ, καλὸν, πρὸς δὲ τὸ, αἰσχρόν· οὔτε ἔνθα μὲν, ἔνθα δὲ οὔ,

Hoc item bonum laudatur a sacris theologis ut pulchrum et ut pulchritudo, et ut dilectio et ut dilectum, et quæcunque alia sunt divina nomina, quibus ipse speciosus decor et effector pulchritudinis decenter nominatur. Pulchrum autem et pulchritudo sunt distinguenda in causa quæ universa in uno complexa est; hæc enim in omnibus rebus, in participationes et in participantia dividentes, pulchrum quidem dicimus, quod pulchritudinis particeps est; pulchritudinem vero, participationem causæ omnia pulchra efficientis. Ipsum autem pulchrum superessentiale pulchritudo quidem appellatur, propter illam pulchritudinem quam rebus omnibus pro cujusque modulo communicat, in quantum est causa omnis pulchritudinis ac venustatis, dum **356** rebus omnibus pulchrificas fontalis sui radii distributiones lucis in morem afflat, omniaque ad se καλεῖ, id est *vocat* (unde et κάλλος, id est *pulchritudo*, dicitur) et tota in totis quasi in se colligit. Pulchrum vero vocatur, quod ex omni parte pulchrum sit et plus quam pulchrum, et tanquam semper exsistens, secundum

[p] Luc. VII, 47.

### VARIÆ LECTIONES.

[98] ἀπογευσαμένων, M. [99] ἑαυτάς, D. [100] ἐπικόσμιον, D. P. [1] διαβαίνουσα, S. P. [2] posterius τὰ non est in D. P. [3] ἔτι non habet S. P. [4] κεχαρισμένης, M. [5] τῶν νοητῶν, M. S. [6] ἀπαστράπτον, D. [7] αὐξόμενον, D.

eadem et eodem modo pulchrum, neque factum, neque destructum, neque augescens, neque decrescens, nec ex parte una pulchrum, et ex alia turpe, neque alias quidem pulchrum alias vero non; neque ad hoc pulchrum, et ad illud inconcinnum; neque hic quidem ita, alibi vero aliter, nec ut aliis formosum, aliis vero deforme; sed ut ipsum secundum se, atque secum uniforme, semper exsistens pulchrum, atque fontanam universi pulchri pulchritudinem in seipso eminenter anticipans, præhabensque. In ipsa enim natura simplici ac supernaturali pulchrorum universorum omnis pulchritudo, et omne pulchrum uniformiter secundum causam præexsistit. Ex hoc ipso pulchro rebus omnibus obtingit, ut sint singula secundum propriam rationem pulchra; et propter pulchrum sunt omnes congruentiæ, et amicitiæ, et communicationes; et per pulchrum cuncta conjunguntur; atque pulchrum est omnium principium, ut causa efficiens, et movens, et universa propriæ pulchritudinis amore continens; et ut finis omnium, atque id quod appetitur tanquam causa finalis (nam pulchri gratia cuncta fiunt) et exemplaris, quia secundum illud omnia definiuntur. Quamobrem idem est pulchrum atque bonum, quoniam omnia secundum omnem causam pulchrum et bonum appetunt; et nihil est in rerum natura, quin pulchrum et bonum participet. Audebo etiam hoc dicere, id quod non est, pulchrum et bonum participare; tunc enim est ipsum pulchrum et bonum, quando in Deo laudatur supra substantiam, auferendo universa. Denique hoc unum bonum et pulchrum singulariter est omnium multorum pulchrorum et bonorum causa. Ex hoc rerum omnium substantiales exsistentiæ, uniones, distinctiones, identitates, diversitates, fœdera contrariorum, rerum unitarum impermistiones, providentiæ superiorum, mutua consortia rerum quæ sunt ejusdem ordinis, conversiones inferiorum omniumque suimetipsorum conservatrices **357** immutabilesque mansiones ac firmitates. Et rursus omnium in omnibus pro cujusque proprietate communiones, et congruentiæ, inconfusæque amicitiæ, et consensiones universi, nec non rerum in hoc universo contemperationes, indissolubilesque complexus, et eorum quæ fiunt perpetuæ successiones, status omnes, motusque mentium, animorum, corporum; status enim est omnibus atque motus quod omni statu motuque superius exstans, rem quamlibet in propria ratione firmat, et ad propriam dirigit motionem.

A ὥς τισι μὲν [8] ὂν καλὸν, τισὶ δὲ οὐ καλόν· ἀλλ' ὡς αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ μεθ' ἑαυτοῦ [9] μονοειδὲς ἀεὶ ὂν καλὸν, καὶ ὡς παντὸς καλοῦ τὴν πηγαίαν καλλονὴν ὑπεροχικῶς ἐν ἑαυτῷ προέχον. Τῇ γὰρ ἁπλῇ καὶ ὑπερφυεῖ τῶν ὅλων καλῶν φύσει πᾶσα καλλονὴ καὶ πᾶν καλὸν [10], ἐνοειδῶς κατ' αἰτίαν προϋφέστηκεν. Ἐκ τοῦ καλοῦ τούτου πᾶσι τοῖς οὖσι τὸ εἶναι, κατὰ τὸν οἰκεῖον λόγον ἕκαστα καλὰ, καὶ διὰ τὸ καλὸν αἱ πάντων ἐφαρμογαὶ, καὶ φιλίαι, καὶ κοινωνίαι· καὶ τῷ καλῷ τὰ πάντα ἥνωται· καὶ ἀρχὴ πάντων τὸ καλὸν, ὡς ποιητικὸν αἴτιον, καὶ κινοῦν τὰ ὅλα, καὶ συνέχον τῷ τῆς οἰκείας καλλονῆς ἔρωτι· καὶ πέρας πάντων, καὶ ἀγαπητὸν, ὡς τελικὸν αἴτιον (τοῦ καλοῦ γὰρ ἕνεκα πάντα γίγνεται)· καὶ παραδειγματικὸν, ὅτι κατ' αὐτὸ πάντα ἀφορίζεται· διὸ καὶ ταὐτόν ἐστι τἀγαθῷ [11] τὸ καλὸν,

B ὅτι τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ [12] κατὰ πᾶσαν αἰτίαν πάντα ἐφίεται· καὶ οὐκ ἔστι τι τῶν ὄντων, ὃ μὴ μετέχει τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ. Τολμήσει δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν ὁ λόγος, ὅτι καὶ τὸ μὴ ὂν μετέχει τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, τότε γὰρ καὶ αὐτὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν, ὅταν ἐν Θεῷ κατὰ τὴν πάντων ἀφαίρεσιν ὑπερουσίως ὑμνηται [13]. Τοῦτο τὸ ἓν [14] ἀγαθὸν καὶ καλὸν ἑνικῶς ἐστι πάντων τῶν πολλῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν αἴτιον. Ἐκ τούτου [15] πᾶσαι τῶν ὄντων αἱ οὐσιώδεις ὑπάρξεις, αἱ ἑνώσεις, αἱ διακρίσεις, αἱ ταὐτότητες, αἱ ἑτερότητες, αἱ ὁμοιότητες, αἱ ἀνομοιότητες, αἱ κοινωνίαι τῶν ἐναντίων [16], αἱ ἀσυμμιξίαι τῶν ἡνωμένων, αἱ πρόνοιαι τῶν ὑπερτέρων, αἱ ἀλληλουχίαι τῶν ὁμοστοίχων, αἱ ἐπιστροφαὶ τῶν καταδεεστέρων, αἱ πάντων ἑαυτῶν φρουρητικαὶ καὶ ἀμετακίνητοι μοναὶ καὶ ἱδρύσεις.

C Καὶ αὖθις αἱ πάντων ἐν πᾶσιν οἰκείως ἑκάστῳ κοινωνίαι, καὶ ἐφαρμογαὶ, καὶ ἀσύγχυτοι φιλίαι, καὶ ἁρμονίαι τοῦ παντὸς, αἱ ἐν τῷ παντὶ συγκράσεις, καὶ [17] αἱ ἀδιάλυτοι συνοχαὶ τῶν ὄντων, αἱ ἀνέκλειπτοι διαδοχαὶ τῶν γινομένων, αἱ στάσεις πᾶσαι, καὶ αἱ κινήσεις αἱ τῶν νοῶν, αἱ τῶν ψυχῶν, αἱ τῶν σωμάτων· στάσις γάρ ἐστι πᾶσι καὶ κίνησις, τὸ ὑπὲρ πᾶσαν στάσιν καὶ πᾶσαν κίνησιν ἐνιδρύον ἕκαστον ἐν τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ, καὶ κινοῦν ἐπὶ τὴν οἰκείαν κίνησιν.

## § VIII.

Denique divinæ mentes dicuntur moveri circulariter quidem, dum principio fineque carentibus pulchri bonique splendoribus uniuntur; directe autem, quando ad inferiorum providentiam procedunt, recte omnia dirigendo; oblique vero, dum inferioribus consulentes in eodem statu perpetuo

D Καὶ κινεῖσθαι μὲν οἱ θεῖοι λέγονται νόες, κυκλικῶς μὲν ἑνούμενοι ταῖς ἀνάρχοις καὶ ἀτελευτήτοις ἑλλάμψεσι τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ· κατ' εὐθεῖαν δὲ, ὁπόταν προΐωσιν [18] εἰς τὴν τῶν ὑφειμένων πρόνοιαν, εὐθείᾳ τὰ πάντα περαίνοντες· ἑλικοειδῶς δὲ, ὅτι καὶ προνοοῦντες τῶν καταδεεστέρων, ἀνεκφοιτήτως μένουσιν

### VARIÆ LECTIONES.

[8] ἢ τισὶ μέν, D. [9] καθ' αὑτὸ μεθ' αὑτοῦ, D. S. [10] πάγκαλον, S. [11] τῷ ἀγαθῷ, S. [12] καὶ τοῦ ἀγαθοῦ, D. Item mox. [13] ὑμνεῖται, S. P. D. [14] τοῦτο δὲ τὸ ἕν, P. [15] ἐκ ταὐτοῦ, P. [16] subdit S. διακεκριμένων. [17] καὶ non est in D. S. P. Sc. Sar. [18] προΐδωσι, D.

ἐν ταὐτότητι περὶ τὸ τῆς ταὐτότητος αἴτιον καλὸν καὶ ἀγαθὸν, ἀκαταλήκτως [19] περιχορεύοντες.

A manent, circum bonum et pulchrum, ejusdem status causam, semper se versantes.

## § IX.

Ψυχῆς δὲ κίνησίς ἐστι, κυκλικὴ μὲν ἡ εἰς ἑαυτὴν εἴσοδος ἀπὸ τῶν ἔξω, καὶ τῶν νοερῶν αὐτῆς δυνάμεων ἡ ἑνοειδὴς συνέλιξις, ὥσπερ ἔν τινι κύκλῳ τὸ ἀπλανὲς αὐτῇ δωρουμένη, καὶ ἀπὸ τῶν πολλῶν τῶν ἔξωθεν αὐτὴν ἐπιστρέφουσα καὶ συνάγουσα, πρῶτον εἰς ἑαυτὴν, εἶτα ὡς ἑνοειδῆ γενομένην, ἑνοῦσα ταῖς ἑνιαίως ἡνωμέναις δυνάμεσι, καὶ οὕτως ἐπὶ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν χειραγωγοῦσα, τὸ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα, καὶ ἓν καὶ ταὐτὸν, καὶ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον. Ἑλικοειδῶς δὲ ἡ ψυχὴ κινεῖται καθ' ὅσον οἰκείως ἑαυτῇ τὰς θείας ἐλλάμπεται γνώσεις, οὐ νοερῶς καὶ ἑνιαίως [20], ἀλλὰ λογικῶς καὶ διεξοδικῶς, καὶ οἷον συμμίκτοις καὶ μεταβατικαῖς [21] ἐνεργείαις. Τὴν κατ' εὐθεῖαν δὲ, ὅταν οὐκ εἰς ἑαυτὴν εἰσιοῦσα καὶ ἑνικῇ νοερότητι [22] κινουμένη, (τοῦτο γὰρ, ὡς ἔφην, ἐστὶ τὸ κατὰ κύκλον·) ἀλλὰ πρὸς τὰ περὶ ἑαυτὴν [23] προϊοῦσα, καὶ ἀπὸ τῶν ἔξωθεν, ὥσπερ ἀπό τινων συμβόλων πεποικιλμένων καὶ πεπληθυσμένων, ἐπὶ τὰς ἁπλᾶς καὶ ἡνωμένας ἀνάγεται θεωρίας.

Animi autem motus orbicularis est ejus ab extraneis in semetipsum introitus, spiritaliumque ipsius facultatum unimoda inflexio, quæ quasi in circulo fixum et ab omni errore liberum motum ei tribuit, et a multis rebus extraneis ipsum convertit ac colligit primum ad se, deinde, quasi jam unius modi effectum, conjunctis uno modo facultatibus conjungit, atque ita demum ad pulchrum ac bonum manuducit, quod supra omnia quæ sunt et unum et idem, et sine principio et sine fine est. Oblique B vero cietur animus, quando pro captu suo notionibus divinis illustratur, non spiritali quidem unito modo, sed cogitando et discurrendo quasi permistis fluxisque actionibus. Directe vero movetur, quando non ad seipsum ingreditur, neque singulari motu spiritali fertur (nam hic motus circularis est, ut dixi), sed ad ea quæ ipsi vicina sunt progreditur, et a rebus externis, non secus ac signis quibusdam variis ac multiplicibus, ad simplices et unitas contemplationes revocatur.

## § X.

Τούτων οὖν, καὶ τῶν αἰσθητῶν ἐν τῷδε τῷ παντὶ τριῶν κινήσεων, καὶ πολλῷ πρότερον τῶν ἑκάστου μονῶν καὶ στάσεων, καὶ ἱδρύσεων αἴτιόν ἐστι, καὶ συνοχικὸν, καὶ πέρας τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν, τὸ ὑπὲρ πᾶσαν [24] στάσιν καὶ κίνησιν· διὸ [25] πᾶσα στάσις καὶ κίνησις, καὶ ἐξ οὗ, καὶ ἐν ᾧ [26], καὶ εἰς ὅ, καὶ οὗ ἕνεκα. Καὶ γὰρ ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ οὐσία, καὶ ζωὴ πᾶσα, καὶ νοῦ καὶ ψυχῆς, καὶ πάσης φύσεως αἱ σμικρότητες, αἱ ἰσότητες, αἱ μεγαλειότητες, τὰ μέτρα πάντα, καὶ αἱ τῶν ὄντων ἀναλογίαι, καὶ ἁρμονίαι, καὶ κράσεις, αἱ ὁλότητες, τὰ μέρη, πᾶν ἓν [27], καὶ πλῆθος, αἱ συνδέσεις τῶν μερῶν, αἱ παντὸς πλήθους ἑνώσεις, αἱ τελειότητες τῶν ὁλοτήτων, τὸ ποιὸν, τὸ ποσὸν, τὸ πηλίκον, τὸ ἄπειρον, αἱ συγκρίσεις, αἱ διακρίσεις, πᾶσα ἀπειρία, πᾶν πέρας, οἱ ὅροι πάντες, αἱ τάξεις, αἱ ὑπεροχαὶ, τὰ στοιχεῖα, τὰ εἴδη, πᾶσα οὐσία, πᾶσα δύναμις, πᾶσα ἐνέργεια, πᾶσα ἕξις, πᾶσα αἴσθησις, πᾶς λόγος, πᾶσα νόησις, πᾶσα ἁφὴ, πᾶσα ἐπιστήμη, πᾶσα ἕνωσις· καὶ ἁπλῶς, πᾶν ὂν ἐκ τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, καὶ ἐν τῷ καλῷ καὶ ἀγαθῷ ἐστι, καὶ εἰς τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἐπιστρέφεται· καὶ πάντα ὅσα ἐστὶ καὶ [28] γίνεται, διὰ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν ἐστι καὶ γίνεται, καὶ πρὸς αὐτὸ πάντα ὁρᾷ, καὶ ὑπ' αὐτοῦ κινεῖται καὶ συνέχεται, καὶ αὐτοῦ ἕνεκα, καὶ δι' αὐτὸ, καὶ ἐν αὐτῷ πᾶσα ἀρχὴ παραδειγματικὴ, τελικὴ [29], ποιητικὴ, εἰδικὴ, στοιχειώδης, καὶ ἁπλῶς πᾶσα ἀρχὴ, πᾶσα συνοχὴ, πᾶν πέρας· [30] ἢ ἵνα συλλαβὼν εἴπω, πάντα

Harum igitur trium, uti et sensilium, in hac rerum universitate motionum, statuumque ac firmitatum causa, et conservatio et finis, est bonum C illud pulchrum, quod est supra statum omnem ac motum, per quod, et ex quo, et ad quem et cujus gratia, status omnis ac motus exsistit. Etenim ex ipso; et per ipsum, et substantia, **358** et vita omnis et mentis et animæ, atque universæ naturæ parvitates, æqualitates; magnitudines, mensuræ omnium, et rerum proportiones, et concentus, et concretiones, tota, partes, omne unum et multitudo, conjunctiones partium, omnis multitudinis copulationes, perfectiones totorum, quale, quantum, quam magnum aut parvum, infinitum, comparationes, separationes, omnis infinitas, omnis finis, definitiones omnes, ordines, excellentiæ, elementa, formæ, omnis substantia, omnis facultas sive potestas, omnis actio, omnis habitus, omnis sensus, D omnis ratio, omnis intelligentia, omnis tactus, omnis scientia, omnis copulatio; et simpliciter, omne quod ex pulchro et bono exsistit, et in pulchro et bono est, et ad pulchrum et bonum convertitur; et quæcunque sunt et fiunt, propter pulchrum et bonum sunt et fiunt, et cuncta in ipsum intuentur, et ab ipso moventur et conservantur, et ipsius gratia et propter ipsum et in ipso omne principium exemplare, finale, efficiens, formale, materiale, et denique omne principium, omnis

### VARIÆ LECTIONES.

[19] ἀκαταλήπτως, D. [20] καὶ μονίμως, P. [21] συμμεταβατικαῖς, D. [22] ἑτερότητι, D. [23] περὶ αὐτήν, D. M. [24] καὶ ὑπὲρ πᾶσαν, M. [25] δι' οὗ, P. [26] subjungunt M. P. D. καὶ δι' οὗ, quod habet Sc., sed prætermittit, καὶ ἐν ᾧ. [27] M. μέρη πάντα ἕν. [28] ἔστι τε καί, D. [29] τελεωτικὴ, S. Sc. [30] καί.

conservatio, omnis finis; et, ut summatim dicam, omnia quæ sunt, ex pulchro et bono exsistunt, et omnia quæ non sunt, in pulchro et bono sunt suprasubstantialiter; et est omnium principium supraquam principiale et finis supraquam perfectus; *Quoniam ex ipso, et per ipsum, et in ipso, et ad ipsum omnia*, sicut ait Scriptura [q]. Universis igitur pulchrum et bonum desiderabile et amabile est et ab universis diligitur; et propter ipsum, et ipsius causa et inferiora amant superiora, convertendo se ad ea; et quæ sunt ejusdem ordinis amant similia, communicando; et majora minora, providendo eis; et singula seipsa, conservando se; et omnia, pulchrum et bonum expetendo, faciunt et volunt, quæcunque faciunt et volunt. Quin et hoc vere audemus dicere, quod ipse qui est omnium causa, propter excellentiam bonitatis omnia amat, omnia facit, omnia perficit, omnia continet, omnia convertit ad se; et est divinus amor bonus boni propter bonum. Ipse enim amor divinus, qui bonitatem in iis quæ sunt operatur, quia prius exstitit in bono superlate, non sivit ipsum in se sine fœtu manere, sed potius movit eum ad operandum secundum excellentiam virtutis suæ omnium rerum effectricis.

A τὰ ὄντα ἐκ τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ· καὶ πάντα τὰ οὐκ ὄντα, ὑπερουσίως ἐν τῷ καλῷ καὶ ἀγαθῷ· καὶ ἔστι πάντων ἀρχὴ, καὶ πέρας ὑπεράρχιον, καὶ ὑπερτελές. *Ὅτι ἐξ αὐτοῦ, καὶ δι' αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ, καὶ εἰς αὐτὸ* [31] *τὰ πάντα*, ὡς φησιν ὁ ἱερὸς λόγος· Πᾶσιν οὖν ἐστι τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν, ἐφετὸν, καὶ ἐραστὸν, καὶ ἀγαπητόν· καὶ δι' αὐτὸ, καὶ αὐτοῦ ἕνεκα, καὶ τὰ ἧττω τῶν κρειττόνων ἐπιστρεπτικῶς ἐρῶσι, καὶ κοινωνικῶς τὰ ὁμόστοιχα τῶν ὁμοταγῶν [32], καὶ τὰ κρείττω [33] τῶν ἡττόνων προνοητικῶς, καὶ αὐτὰ ἑαυτῶν ἕκαστα συνεκτικῶς, καὶ πάντα τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ ἐφιέμενα, ποιεῖ καὶ βούλεται πάντα ὅσα ποιεῖ καὶ βούλεται. Παῤῥησιάσεται δὲ καὶ τοῦτο εἰπεῖν ὁ ἀληθὴς λόγος, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ πάντων αἴτιος δι' ἀγαθότητος ὑπερβολὴν πάντων ἐρᾷ, πάντα ποιεῖ, πάντα τελειοῖ, πάντα συνέχει, πάντα ἐπιστρέφει, καὶ ἔστι καὶ ὁ θεῖος [34] ἔρως ἀγαθὸς ἀγαθοῦ διὰ τὸ ἀγαθόν. Αὐτὸς γὰρ ὁ ἀγαθοεργὸς τῶν ὄντων ἔρως, ἐν τἀγαθῷ καθ' ὑπερβολὴν προϋπάρχων, οὐκ εἴασεν αὐτὸν ἄγονον ἐν ἑαυτῷ μένειν, ἐκίνησε δὲ αὐτὸν εἰς τὸ πρακτικεύεσθαι κατὰ τὴν ἁπάντων γενητικὴν [35] ὑπερβολήν.

B

## § XI.

**359** Neque vero nos quisquam putet contra Scripturæ auctoritatem amoris nomen celebrare. Est enim a ratione alienum, ut opinor, et absurdum, C non vim ipsam instituti attendere, sed verba; neque hoc proprium est eorum qui res divinas intelligere cupiunt, sed sonos exiles aucupantur, eosdemque extrinsecus aure tenus admittunt, neque scire volunt, quid hujuscemodi dictio significet, et quonam modo aliis etiam verbis æquipollentibus et explanatoriis sit exponenda, sed addicti sunt elementis ac lineis quæ intelligi non possunt, syllabisque et verbis incognitis, quæ illorum intellectum minime feriunt, sed extra circum labra et aures eorum perstrepunt, quasi non liceat quatuor per bis duo significare, aut simplices lineas per lineas rectas, aut maternum solum per patrium, aut aliud quodlibet per id quod in plurimis orationis partibus æquivalet: cum recta ratio doceat, elementis, syl- D labis, dictionibus, scriptis, verbisque nos uti propter sensus, adeo ut cum anima nostra intelligendi facultatibus fertur in ea quæ intellectu percipiuntur, tum frustra sensus una cum sensilibus adhibeantur; sicut etiam vires intelligendi, quando anima jam deiformis effecta per ignotam unionem, lucis inaccessæ radiis exoculatis quasi jactibus se ingerit. Quando autem mens per sensilia studet ad contemplatrices illas intelligentias excitari, præ-

Καὶ μή τις ἡμᾶς οἰέσθω παρὰ τὰ λόγια τὴν τοῦ ἔρωτος ἐπωνυμίαν πρεσβεύειν. Ἔστι μὲν γὰρ ἄλογον, ὡς οἶμαι, καὶ σκαιὸν [36], τὸ μὴ τῇ δυνάμει τοῦ σκοποῦ προσέχειν, ἀλλὰ ταῖς λέξεσι· καὶ τοῦτο οὐκ ἔστι τῶν τὰ θεῖα νοεῖν ἐθελόντων ἴδιον, ἀλλὰ τῶν ἤχους ψιλοὺς εἰσδεχομένων, καὶ τούτους ἄχρι τῶν ὤτων ἀδιαβάτους, ἔξωθεν συνεχόντων, καὶ οὐκ ἐθελόντων [37] εἰδέναι, τί μὲν ἡ τοιάδε λέξις σημαίνει, πῶς δὲ αὐτὴν χρὴ καὶ δι' ἑτέρων ὁμοδυνάμων καὶ ἐκφαντικωτέρων [38] λέξεων διασαφῆσαι, προσπασχόντων δὲ στοιχείοις, καὶ γραμμαῖς ἀνοήτοις [39], καὶ συλλαβαῖς, καὶ λέξεσιν ἀγνώστοις, μὴ διαβαινούσαις εἰς τὸ τῆς ψυχῆς αὐτῶν νοερὸν, ἀλλ' ἔξω περὶ τὰ χείλη καὶ τὰς ἀκοὰς αὐτῶν διαβομβουμέναις, ὥσπερ οὐκ ἐξὸν τὸν τέσσαρα ἀριθμὸν διὰ τοῦ δὶς δύο σημαίνειν, ἢ τὰ εὐθύγραμμα διὰ τῶν ὀρθογράμμων, ἢ τὴν μητρίδα διὰ τῆς πατρίδος, ἢ ἕτερόν τι [40] τῶν πολλοῖς τοῦ λόγου μέρεσι ταὐτὸ σημαινόντων· δέον εἰδέναι κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ὅτι στοιχείοις καὶ συλλαβαῖς, καὶ λέξεσι, καὶ γραφαῖς, καὶ λόγοις χρώμεθα διὰ τὰς αἰσθήσεις, ὡς ὅταν ἡμῶν ἡ ψυχὴ ταῖς νοεραῖς ἐνεργείαις ἐπὶ τὰ νοητὰ κινεῖται, περιτταὶ μετὰ τῶν αἰσθητῶν αἱ αἰσθήσεις· ὥσπερ καὶ αἱ νοεραὶ δυνάμεις, ὅταν ἡ ψυχὴ θεοειδὴς γινομένη [41], δι' ἑνώσεως ἀγνώστου ταῖς τοῦ ἀπροσίτου φωτὸς ἀκτῖσιν ἐπιβάλλῃ, ταῖς ἀνομμάτοις ἐπιβολαῖς. Ὅταν δὴ ὁ νοῦς διὰ τῶν αἰσθητῶν ἀνακινεῖσθαι σπεύδῃ πρὸς θεωρη-

[q] Rom. xi, 36.

### VARIÆ LECTIONES.

[31] εἰς αὐτόν, P. D. [32] ὁμοτίμων, M. Sc. [33] κρείττονα, D. [34] καὶ ἔστιν ὁ θεῖος, P. [35] γεννητικήν, D. [36] Ἔστι μὲν παράλογον, ὡς οἶμαι, καὶ εἰκαῖον, S. [37] οὐ θελόντων, S. [38] ἐκφαντορικωτέρων. [39] ἀνοήτους, D. [40] ἑτέρων τι, M. Sc. [41] γενομένη, P.

τικὰς νοήσεις, τιμιώτεραι πάντως εἰσὶν [42] αἱ ἐπιδηλότεραι τῶν αἰσθήσεων διαπορθμεύσεις, οἱ σαφέστεροι λόγοι, τὰ τρανέστερα τῶν ὁρατῶν, ὡς ὅταν ἀτράνωτα ἢ τὰ παρακείμενα ταῖς αἰσθήσεσιν, οὐδὲ αὐταὶ τῷ νῷ παραστῆσαι τὰ αἰσθητὰ καλῶς δυνήσονται. Πλὴν ἵνα μὴ ταῦτα εἰπεῖν δοκῶμεν, ὡς τὰ θεῖα λόγια παρακινοῦντες, ἀκουέτωσαν αὐτῶν [43] οἱ τὴν ἔρωτος ἐπωνυμίαν διαβάλλοντες. *Ἐράσθητι αὐτῆς*, φησὶ, *καὶ τηρήσει σε· περιχαράκωσον αὐτὴν, καὶ ὑψώσει σε· τίμησον αὐτὴν, ἵνα σε περιλάβῃ·* καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ τὰς ἱερωτικὰς θεολογίας [44] ὑμνεῖται.

A stantissimæ omnium sunt perspicacissimæ sensuum trajectiones, ut apertissimi sermones ac clarissimæ visiones; quippe, quando illa qua sensibus objecta sunt minime liquent, tum utique sensus res sensiles menti porrigere minime possunt. Sed ne hæc dicere videamur, ut divina scripta immutemus, audiant illa qui nomen amoris criminantur : *Ama illam*, inquit, *et custodiet te : sepe illam et extollet te : honora eam, ut complectatur te* [r] : et quæcunque alia in amatoriis de Deo sermonibus celebrantur.

## § XII.

Καίτοι ἔδοξέ τισι τῶν καθ' ἡμᾶς ἱερολόγων καὶ [45] θειότερον εἶναι τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα τοῦ τῆς ἀγάπης. Γράφει δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος· *Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται.* Καὶ ἐν ταῖς προεισαγωγαῖς τῶν λογίων εὑρήσεις τινὰ λέγοντα περὶ τῆς θείας Σοφίας· *Ἐραστὴς ἐγενόμην τοῦ κάλλους αὐτῆς.* Ὥστε τοῦτο δὴ τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα μὴ φοβηθῶμεν [46], μηδέ τις ἡμᾶς θορυβείτω λόγος περὶ τούτου δεδιττόμενος. Ἐμοὶ γὰρ δοκοῦσιν οἱ θεολόγοι κοινὸν μὲν ἡγεῖσθαι τὸ τῆς ἀγάπης, καὶ τὸ τοῦ ἔρωτος ὄνομα, διὰ τοῦτο δὲ τοῖς θείοις μᾶλλον ἀναθεῖναι τὸν ὄντως ἔρωτα, διὰ τὴν ἄτοπον τῶν τοιούτων ἀνδρῶν πρόληψιν. Θεοπρεπῶς γὰρ τοῦ ὄντως ἔρωτος, οὐχ ὑφ' ἡμῶν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς τῶν λογίων αὐτῶν ὑμνουμένου, τὰ πλήθη μὴ χωρήσαντα τὸ ἐνοειδὲς τῆς ἐρωτικῆς θεωνυμίας, οἰκείως ἑαυτοῖς ἐπὶ τὸν μεριστὸν καὶ σωματοπρεπῆ καὶ διῃρημένον ἐξωλίσθησαν, ὡς [47] οὐκ ἔστιν ἀληθὴς ἔρως, ἀλλ' εἴδωλον, ἢ μᾶλλον ἔκπτωσις τοῦ ὄντως ἔρωτος· ἀχώρητον [48] γάρ ἐστι τῷ πλήθει τὸ ἑνιαῖον τοῦ θείου καὶ ἑνὸς ἔρωτος· διὸ καὶ ὡς δυσχερέστερον ὄνομα τοῖς πολλοῖς δοκοῦν, ἐπὶ τῆς θείας σοφίας τάττεται [49], πρὸς ἀναγωγὴν αὐτῶν καὶ ἀνάστασιν εἰς τὴν τοῦ ὄντως ἔρωτος γνῶσιν, καὶ ὥστε ἀπολυθῆναι τῆς ἐπ' αὐτῷ δυσχερείας· ἐφ' ἡμῶν δὲ αὖθις, ἔνθα καὶ ἄτοπόν τι πολλάκις ἦν οἰηθῆναι τοὺς χαμαιζήλους κατὰ τὸ δοκοῦν εὐφημότερον. *Ἐπέπεσε*, τίς φησιν, *ἡ ἀγάπησίς σου ἐπ' ἐμὲ ὡς ἡ ἀγάπησις τῶν γυναικῶν.* Ἐπὶ τοῖς ὀρθῶς τῶν θείων ἀκροωμένοις ἐπὶ τῆς αὐτῆς δυνάμεως τάττεται πρὸς τῶν ἱερῶν θεολόγων τὸ τῆς ἀγάπης καὶ τὸ [50] τοῦ ἔρωτος ὄνομα κατὰ τὰς θείας ἐκφαντορίας. Καὶ ἔστι τοῦτο δυνάμεως ἑνοποιοῦ καὶ συνδετικῆς, καὶ διαφερόντως συγκρατικῆς ἐν τῷ καλῷ καὶ ἀγαθῷ, διὰ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν προϋφεστώσης, καὶ ἐκ τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ διὰ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἐκδιδομένης, καὶ συνεχούσης μὲν τὰ ὁμοταγῆ κατὰ τὴν κοινωνικὴν [51] ἀλληλουχίαν, κινούσης δὲ τὰ πρῶτα πρὸς τὴν τῶν ὑφειμένων πρόνοιαν, καὶ ἐνιδρυούσης τὰ καταδεέστερα τῇ ἐπιστροφῇ τοῖς ὑπερτέροις.

Atqui visum est quibusdam nostris sacrarum Scripturarum tractatoribus, nomen amoris divinius esse quam nomen dilectionis. Scribit enim divinus Ignatius : « Meus amor crucifixus est. » Et in iis quæ aditum ad Scripturam præparant, quemdam invenies de divina Sapientia aientem, *Amator factus sum formæ illius* [s]. Quare ne propter hoc nomen amoris metuamus; nec ullus de hoc nomine **360** sermo nos moveat, aut terreat. Mihi enim videntur theologi existimasse quidem commune nomen esse amoris et dilectionis, sed attribuisse divinis Scripturis verum amorem propter hujusmodi hominum turpem mentis anticipationem. Cum enim verus amor non a nobis solum, sed ab ipsis sanctis Scripturis, ut Deum decet, laudetur, vulgus hominum, cum non percepisset illam uniformitatem quam divinum nomen amoris significat, convenienter sibi ad amorem patibilem et corporeum atque distractum delapsum est, qui non est verus amor, sed imago, vel potius lapsus a vero amore; multitudo enim non potest cogitatione capere illud singulare divini et unius amoris; quamobrem tanquam nomen, quod vulgo videtur durius, ponitur in divina Sapientia, ut vulgus ad cognitionem veri amoris elevetur et erigatur et ab ea, quam illi inesse concipit, indecentia liberetur : et in nobis rursus, ubi sæpenumero aliquid absurdum homines terræ affixi cogitare possent, ponitur nomen quod honestius videtur. *Cecidit*, ait quidam, *dilectio tua in me, sicut dilectio mulierum* [t] : quoniam sacri theologi nomen dilectionis et amoris adhibent secundum divinas elocutiones, ut eamdem vim habeant apud eos qui divina recte audiunt. Estque hoc virtutis cujusdam unificæ ac collectivæ excellenterque contemperantis, quæ in pulchro et bono per pulchrum et bonum præexsistit, et ex pulchro et bono propter pulchrum et bonum emanat, continetque quidem æqualia per mutuam connexionem, superiora vero ad inferiorum movet providentiam, inferiora porro per conversionem quamdam superioribus inserit.

[r] Prov. IV, 6, 8. [s] Sap. VIII, 2. [t] II Reg. I, 26.

### VARIÆ LECTIONES.

[42] πάντως, P. Sc. [43] αὐτήν, M. Sc. [44] θεολογικὰς ἐρωτήσεις, S. [45] καὶ non est in S. [46] μὴ φοβώμεθα, S. D. [47] ὃς, S. P. D. Sc. [48] ἀναχώρητον, M. [49] τέτατται, D., forte, τέτακται. [50] τὸ non est in S. P. D. [51] κοινὴν, S. P.

## § XIII.

Est præterea divinus amor exstaticus, qui non sinit esse suos eos qui sunt amatores, sed eorum quos amant. Atque hoc declarant quidem superiora, quæ inferiorum fiunt, per eorumdem providentiam; et quæ ejusdem generis sunt, per mutuam cohærentiam; et inferiora, per diviniorem ad superiora conversionem. Unde divinus Paulus divino isto amore captus, et virtutis exstaticæ particeps factus, divino ore ait : *Vivo ego, jam non ego, vivit vero in me Christus* [u]; tanquam verus amator, et qui excessit, ut ipse ait, Deo, et non jam vitam suam, sed amati tanquam vehementer dilectam vivens. Audendum est hoc etiam pro veritate, dicere quod ipsemet omnium auctor, pulchro **361** et bono omnium amore, propter excellentiam summam amatoriæ bonitatis extra se per providentias omnium rerum exsistit et bonitate atque dilectione et amore veluti delinitur et oblectatur : et cum sit supra omnia et ex omnibus exemptus, ad omnia demittitur secundum potestatem suprasubstantialem, qua extra se non egrediendo exit. Hanc ob causam periti rerum divinarum zelotem illum nuncupant, quod magno et benigno rerum amore teneatur, easque ad ipsius amatorii desiderii zelum provocet, atque adeo semetipse quodammodo zelotem præstet, ut cui res desiderabiles sint zelo dignæ, et ut qui rerum, quibus providet, zelo afficiatur. Denique omnino pulchrum est et bonum, quidquid amabile est et amor, et in pulchro bonoque præcollocatur, et propter pulchrum et bonum est, et fit.

Ἔστι δὲ καὶ ἐκστατικὸς ὁ θεῖος ἔρως, οὐκ ἐῶν ἑαυτῶν εἶναι τοὺς ἐραστάς, ἀλλὰ τῶν ἐρωμένων. Καὶ δηλοῦσι, τὰ μὲν ὑπέρτερα τῆς προνοίας γιγνόμενα τῶν καταδεεστέρων· καὶ τὰ ὁμόστοιχα τῆς ἀλλήλων συνοχῆς· καὶ τὰ ὑφειμένα τῆς πρὸς τὰ πρῶτα θειοτέρας ἐπιστροφῆς. Διὸ καὶ Παῦλος ὁ μέγας, ἐν κατοχῇ τοῦ θείου γεγονὼς ἔρωτος, καὶ τῆς ἐκστατικῆς αὐτοῦ δυνάμεως μετειληφὼς, ἐνθέῳ στόματι· *Ζῶ ἐγὼ*, φησὶν, *οὐκ ἔτι, ζῇ δὲ ἐν ἐμοὶ Χριστός*· ὡς ἀληθὴς [52] ἐραστὴς καὶ ἐξεστηκὼς, ὡς αὐτός φησι, τῷ Θεῷ, καὶ οὐ τὴν ἑαυτοῦ ζῶν, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἐραστοῦ ζωὴν [53], ὡς σφόδρα ἀγαπητήν. Τολμητέον δὲ καὶ τοῦτο ὑπὲρ ἀληθείας εἰπεῖν, ὅτι καὶ αὐτὸς ὁ πάντων αἴτιος, τῷ καλῷ καὶ ἀγαθῷ τῶν πάντων [54] ἔρωτι δι' ὑπερβολὴν τῆς ἐρωτικῆς ἀγαθότητος, ἔξω ἑαυτοῦ γίνεται, ταῖς εἰς τὰ ὄντα πάντα προνοίαις, καὶ οἷον ἀγαθότητι καὶ ἀγαπήσει καὶ ἔρωτι θέλγεται· καὶ ἐκ τοῦ ὑπὲρ πάντα καὶ πάντων ἐξῃρημένου πρὸς τὸ ἐν πᾶσι κατάγεται κατ' ἐκστατικὴν ὑπερούσιον δύναμιν ἀνεκφοίτητον ἑαυτοῦ. Διὸ καὶ ζηλωτὴν αὐτὸν οἱ τὰ θεῖα δεινοὶ προσαγορεύουσιν, ὡς πολὺν τὸν εἰς τὰ ὄντα ἀγαθὸν ἔρωτα, καὶ ὡς πρὸς ζῆλον ἐγερτικὸν τῆς ἐφέσεως αὐτοῦ τῆς ἐρωτικῆς, καὶ ὡς ζηλωτὴν αὐτὸν [55] ἀποδεικνύντα, ᾧ [56] καὶ τὰ ἐφιέμενα, ζηλωτά, καὶ ὡς τῶν προνοουμένων ὄντων, αὐτῷ ζηλωτῶν. Καὶ ὅλως τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ ἐστι τὸ ἐραστὸν, καὶ ὁ ἔρως, καὶ ἐν τῷ καλῷ καὶ ἀγαθῷ προῖδρυται, καὶ διὰ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἐστι καὶ γίνεται.

## § XIV.

Quid porro tandem significare volunt theologi, cum aliquando quidem Deum vocant amorem et dilectionem, quandoque vero amabilem et dilectum? Illius quidem (scilicet amoris et dilectionis) auctor, et tanquam productor ac generator est; hoc autem (id est amabilis et dilectus) ipse est. Illo quidem (id est amore et dilectione) movetur, hoc autem (id est ut amabilis et dilectus) movet; quia se ipse adducit, et sibi adducit, et movet. Hac autem ratione dilectum et amabilem eum vocant, tanquam pulchrum et bonum; amorem vero rursus et dilectionem, tanquam vim motricem, et sursum trahentem ad se, qui solus est ipsum per se pulchrum et bonum, et tanquam manifestationem sui ipsius per seipsum, et ut benignum processum eximiæ illius unionis, et amatoriam motionem, simplicem, per se mobilem, per se operantem, præexsistentem in bono, et ex bono in ea quæ sunt redundantem, ac rursus ad bonum revertentem. Qua in re et fine et

Τί δὲ ὅλως οἱ θεολόγοι βουλόμενοι, ποτὲ μὲν ἔρωτα καὶ ἀγάπην αὐτόν φασι, ποτὲ δὲ ἐραστὸν καὶ ἀγαπητόν; Τοῦ μὲν γὰρ αἴτιος, καὶ ὥσπερ προβολεὺς, καὶ ἀπογεννήτωρ· τὸ δὲ αὐτός ἐστι. Καὶ τῷ μὲν κινεῖται, τῷ δὲ κινεῖ· ἢ ὅτι αὐτὸς ἑαυτοῦ καὶ ἑαυτῷ ἐστι προαγωγικὸς καὶ κινητικός. Ταύτῃ δὲ ἀγαπητὸν μὲν καὶ ἐραστὸν αὐτὸ [57] καλοῦσιν, ὡς καλὸν καὶ ἀγαθόν· ἔρωτα δὲ αὖθις καὶ ἀγάπην, ὡς κινητικὴν ἅμα καὶ ὡς ἀναγωγὸν δύναμιν ὄντα ἐφ' ἑαυτὸν, τὸ μόνον αὐτὸ δι' ἑαυτὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν, καὶ ὥσπερ ἔκφανσιν ὄντα ἑαυτοῦ δι' ἑαυτοῦ, καὶ τῆς ἐξῃρημένης ἑνώσεως ἀγαθὴν πρόοδον, καὶ ἐρωτικὴν κίνησιν, ἁπλῆν, αὐτοκίνητον, αὐτενέργητον, προοῦσαν ἐν τἀγαθῷ, καὶ ἐκ τἀγαθοῦ τοῖς οὖσιν ἐκβλυζομένην, καὶ αὖθις εἰς τἀγαθὸν ἐπιστρεφομένην. Ἐν ᾧ καὶ τὸ ἀτελεύτητον ἑαυτοῦ καὶ ἀναρχον ὁ θεῖος ἔρως ἐνδείκνυται διαφερόντως, ὥσπερ τις ἀΐδιος κύκλος, διὰ τἀγαθὸν, ἐκ τἀγαθοῦ, καὶ ἐν τἀγαθῷ, καὶ εἰς τἀγαθὸν, ἐν ἁπλανεῖ συνελίξει περιπορευόμενος, καὶ ἐν ταὐτῷ, καὶ κατὰ τὸ

[u] Galat. II, 20.

### VARIÆ LECTIONES.

[52] ἀληθῶς, M Sc. [53] ζωὴν, ἀλλὰ τὴν τοῦ ἐραστοῦ ζῇν, P. [54] τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν, τῷ πάντων, M. ᾧ item habet S. [55] αὐτήν, M. P. Sc. [56] δι' ὃ, S. ὃ, P. [57] αὐτόν, D.

αὐτὸ [58], καὶ προϊὼν ἀεὶ, καὶ μένων, καὶ ἀποκαθιστάμενος. Ταῦτα καὶ ὁ κλεινὸς ἡμῶν ἱεροτελεστὴς ἐνθέως ὑφηγήσατο κατὰ τοὺς ἐρωτικοὺς ὕμνους· ὧν οὐκ ἄτοπον ἐπιμνησθῆναι, καὶ οἷον ἱεράν τινα κεφαλὴν ἐπιθεῖναι τῷ περὶ ἔρωτος ἡμῶν λόγῳ.

A principio se carere divinus amor excellenter ostendit, tanquam sempiternus circulus, propter bonum, ex bono, in bono, et ad bonum indeclinabili conversione circumiens, in eodem, et secundum idem, et procedens semper, et manens, et remeans. Hæc etiam inclytus noster in sacris initiator divino Spiritu afflatus in amatoriis suis hymnis exposuit, quos non abs re fuerit commemorare, et quasi sacrum quoddam caput huic nostro sermoni de amore attexere.

## § XV.

*Ἱεροθέου τοῦ ἁγιωτάτου ἐκ τῶν ἐρωτικῶν ὕμνων.*

**362** *Hierothei sanctissimi viri verba ex hymnis amatoriis.*

Τὸν ἔρωτα, εἴτε θεῖον, εἴτε ἀγγελικὸν, εἴτε νοερὸν, εἴτε ψυχικὸν, εἴτε φύσικὸν εἰποιμεν, ἑνωτικήν τινα καὶ συγκρατικὴν ἐννοήσωμεν δύναμιν, τὰ μὲν ὑπέρτερα κινοῦσαν ἐπὶ πρόνοιαν τῶν καταδεεστέρων, τὰ δὲ ὁμόστοιχα πάλιν εἰς κοινωνικὴν ἀλληλουχίαν, καὶ ἐπ' ἐσχάτων τὰ ὑφειμένα πρὸς τὴν τῶν κρειττόνων καὶ ὑπερκειμένων ἐπιστροφήν. B

Amorem, sive divinum, sive angelicum, sive spiritalem, sive animalem, sive naturalem dixerimus, vim quamdam sive potestatem copulantem et commiscentem intelligamus, superiora quidem moventem ad providentiam inferiorum ; ea vero quæ sunt ejusdem ordinis, ad mutuam communicationem, et novissime ea quæ sunt inferiora, ad convertendum se ad præstantiora et præposita.

## § XVI.

*Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν ἐρωτικῶν ὕμνων.*

*Ejusdem verba ex iisdem hymnis amatoriis.*

Ἐπειδὴ τοὺς ἐκ τοῦ ἑνὸς πολλοὺς ἔρωτας διετάξαμεν, ἑξῆς εἰρηκότες, οἷαι [59] μὲν αἱ τῶν ἐγκοσμίων τε καὶ ὑπερκοσμίων ἐρώτων γνώσεις τε καὶ δυνάμεις, ᾧ ὑπερέχουσι κατὰ τὸν ἀποδοθέντα τοῦ λόγου σκοπὸν, αἱ τῶν νοερῶν τε καὶ νοητῶν ἐρώτων τάξεις τε καὶ διακοσμήσεις, μεθ' οὓς [60] οἱ αὐτονόητοι καὶ θεῖοι τῶν ὄντως ἐκεῖ καλῶν ἐρώτων ὑπερεστᾶσι, καὶ ἡμῖν οἰκείως ὕμνηνται. Νῦν αὖθις [61] ἀναλαβόντες ἅπαντας εἰς τὸν ἕνα καὶ συνεπτυγμένον ἔρωτα, καὶ πάντων αὐτῶν πατέρα συνελίξωμεν [62] ἅμα καὶ συναγάγωμεν ἀπὸ τῶν πολλῶν, πρῶτον εἰς δύο συναιροῦντες αὐτῶν τὰς ἐρωτικὰς καθόλου δυνάμεις, ὧν ἐπικρατεῖ, καὶ προκατάρχει πάντως [63] ἡ ἐκ τοῦ πάντων ἐπέκεινα παντὸς ἔρωτος ἄσχετος αἰτία, καὶ πρὸς ἣν ἀνατείνεται συμφυῶς ἑκάστῳ τῶν ὄντων ὁ ἐκ τῶν ὄντων ἁπάντων ὁλικὸς ἔρως. C

Quoniam ex uno amores multos ordinavimus, ordine recensendo quales mundialium et supermundialium amorum notiones ac virtutes exsisterent, quibus, juxta rationem assignatam, spiritalium et intellectu præditorum amorum ordines distinctionesque præcellunt, inter quos illi qui seipsis intellectiles ac divini, bonis qui illic vere sunt amoribus præfecti, et a nobis proprie laudati sunt. Modo iterum altius repetentes, omnes in unum conjunctumque amorem, et eorum omnium parentem colligamus simul, et conferamus ex multis ; primum in duas eorum amatorias omnino vires contrahentes, quibus omnibus præstat et antecellit incomprehensa illa omnis amoris causa, quod sit omnibus superior, et ad eam pro cujusque captu rerum omnium totalis amor tendat.

## § XVII.

*Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῶν αὐτῶν ἐρωτικῶν ὕμνων.*

*Eiusdem ex iisdem hymnis amatoriis.*

Ἄγε δὴ καὶ ταύτας πάλιν εἰς ἓν συναγαγόντες, εἴπωμεν [64], ὅτι μία τίς ἐστιν ἁπλῆ δύναμις ἡ αὐτοκινητικὴ πρὸς ἑνωτικήν τινα κρᾶσιν ἐκ τἀγαθοῦ μέχρι τοῦ τῶν ὄντων ἐσχάτου, καὶ ἀπ' ἐκείνου πάλιν ἑξῆς διὰ πάντων εἰς τἀγαθὸν ἐξ ἑαυτῆς, καὶ δι' ἑαυτῆς, καὶ ἐφ' ἑαυτῆς ἑαυτὴν ἀνακυκλοῦσα, καὶ εἰς ἑαυτὴν ἀεὶ ταὐτῶς ἀνελιττομένη. D

Age vero, his iterum in unum collectis, dicamus, unam esse simplicem virtutem, per se moventem unitivam quamdam mistionem ex bono usque ad extremum eorum quæ exsistunt, et ab illo rursus consequenter per omnia ad bonum, ex seipsa, per seipsam, et in seipsa seipsam revolventem, et ad seipsam semper eodem modo revertentem.

## § XVIII.

Καίτοι φαίη τις· Εἰ πᾶσιν ἐστὶ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθὸν ἐραστὸν καὶ ἐφετὸν καὶ ἀγαπητὸν (ἐφίεται γὰρ

Atqui aliquis objiciat : Si pulchrum et bonum omnibus amabile et desiderabile atque dilectum sit

### VARIÆ LECTIONES.

[58] quæ ab hoc loco ad duas paginas et dimidiatam ante hæc verba, καὶ αὐτό ἐστι τὸ εἰδοποιόν, continentur, in impressis codicibus deerant, habent manuscripti, veteres interpretes expresserunt. [59] ὅσοι, P. [60] καθ' οὕς, P. [61] καὶ νῦν αὖθις, P. Sc. [62] συλλέξωμεν, S. [63] πάντων, S. [64] εἴπομεν P. et Vien.

(desiderat enim illud etiam id quod non exsistit, ut dictum est, et aliquo modo in ipso esse contendit; quoniam **363** ipsum est quod formam rebus forma carentibus tribuit, et in ipso etiam id quod non est, supra essentiam dicitur, et est), quomodo turba dæmonum non expetit hoc pulchrum et bonum, sed affixa materiæ, atque ab illo statu, quem angeli in boni appetitione obtinent, prolapsa, causa est malorum omnium tam sibi quam aliis, quæ perverti depravarique dicuntur? aut quomodo genus dæmonum, ex omnino bono productum, boni forma caret? vel quomodo bonum ex bono factum mutatum est? et quid est quod illud depravavit? et quidnam etiam malum est? et ex quo principio constitit? et quanam in re exsistit? et quomodo bonus illud producere voluit? quomodo item volens potuit? Quod si malum exsistat ex alia causa, quænam alia rerum causa est, præter bonum? quomodo vero etiam exstante Providentia est malum, aut omnino factum, aut non penitus sublatum? quomodo etiam eorum quæ sunt quidpiam præ bono illud expetit?

A αὐτου καὶ τὸ μὴ ὄν. ὡς εἴρηται, καὶ φιλονεικεῖ πως ἐν αὐτῷ [65] εἶναι· καὶ αὐτό ἐστι τὸ εἰδοποιὸν καὶ τῶν ἀνειδέων, καὶ ἐπ' αὐτοῦ καὶ τὸ μὴ ὂν ὑπερουσίως λέγεται καὶ ἔστι·) πῶς ἡ δαιμονία πληθὺς οὐκ ἐφίεται τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ, πρόσυλος δὲ οὖσα, καὶ τῆς ἀγγελικῆς περὶ τὴν ἔφεσιν τἀγαθοῦ ταὐτότητος ἀποπεπτωκυῖα, κακῶν ἁπάντων αἰτία καὶ ἑαυτῇ καὶ τοῖς ἄλλοις γίνεται [66], ὅσα κακύνεσθαι λέγεται; πῶς δὲ ὅλως ἐκ τἀγαθοῦ παραχθὲν τὸ δαιμόνιον φῦλον, οὐκ ἔστιν ἀγαθοειδές; ἢ πῶς, ἀγαθὸν ἐκ τἀγαθοῦ γεγονὸς, ἠλλοιώθη; καὶ τί τὸ κακῦναν αὐτὸ, καὶ ὅλως τί τὸ κακόν ἐστι; καὶ ἐκ τίνος ἀρχῆς ὑπέστη, καὶ ἐν τίνι τῶν ὄντων ἐστί; καὶ πῶς ὁ ἀγαθὸς αὐτὸ παραγαγεῖν ἠβουλήθη; πῶς δὲ βουληθεὶς ἠδυνήθη; Καὶ εἰ ἐξ ἄλλης αἰτίας τὸ κακὸν, τίς ἑτέρα τοῖς οὖσι παρὰ τἀγαθὸν αἰτία; πῶς δὲ, καὶ Προνοίας οὔσης, ἔστι τὸ κακὸν, ἢ γινόμενον ὅλως, ἢ μὴ ἀναιρούμενον; καὶ πῶς ἐφίεταί τι τῶν ὄντων αὐτοῦ παρὰ τἀγαθόν;

B

## § XIX.

Hæc fortasse dixerit qui ista ignorabit, nos autem eum rogabimus, ut attendat veritati, idque primum dicere non verebimur: Malum non esse ex bono; ac si ex bono est, non esse malum; neque enim ignis est refrigerare, neque boni facere non bona. Si etiam ea quæ sunt, omnia ex bono sunt (natura enim boni est, producere et conservare; mali autem, corrumpere ac perdere), nihil eorum quæ sunt ex malo est, ac ne ipsum quidem malum erit, siquidem etiam sibi malum esset. Quod nisi ita sit, malum omnino malum non erit, sed habet quamdam boni, secundum quam omnino est, partem. Et si ea quæ sunt pulchrum bonumque appetunt, et quæcunque agunt, propter id quod bonum videtur, faciunt, omnisque rerum intentio cum principium tum finem bonum spectat (nihil enim, mali naturam spectando, facit ea quæ facit), quonam pacto erit malum in rerum natura, vel omnino exsistat ejuscemodi boni appetitu destitutum? Enimvero si res omnes ex bono sint, bonumque sit supra res ipsas, id quod non est, jam in bono est, malum vero nequaquam est; alioquin non est plane malum, nec id quod non est; nihil enim erit id quod omnino non est, nisi secundum modum quemdam supraessentialem in bono esse dicatur. Bonum igitur erit, et eo quod omnino est, et eo quod **364** non est, multo prius et superius locatum. Malum autem nec in iis est quæ sunt, nec in iis quæ non sunt, sed eo etiam quod non est, remotius est a bono, tanquam alienum ac minus ens. Unde igitur est malum? dicet aliquis. Si enim ma-

Ταῦτα μὲν οὖν ἴσως ἐρεῖ τοιόσδε [67] ἀπορῶν λόγος, ἡμεῖς δὲ ἀξιώσομεν [68] αὐτὸν εἰς τὴν τῶν πραγμάτων ἀλήθειαν ἀποβλέπειν, καὶ πρῶτόν γε τοῦτο εἰπεῖν παῤῥησιασόμεθα· Τὸ κακὸν οὐκ ἔστιν ἐκ τἀγαθοῦ [69], κἂν εἰ ἐκ τἀγαθοῦ ἐστιν, οὐ κακόν· οὐδὲ γὰρ πυρὸς τὸ ψύχειν, οὔτε ἀγαθοῦ τὸ μὴ τἀγαθὰ παράγειν. Καὶ εἰ τὰ ὄντα πάντα ἐκ τἀγαθοῦ, (φύσις γὰρ τῷ ἀγαθῷ τὸ παράγειν καὶ σώζειν· τῷ δὲ κακῷ τὸ φθείρειν καὶ ἀπολύειν,) οὐδέν ἐστι τῶν ὄντων ἐκ τοῦ κακοῦ· καὶ οὐδὲ αὐτὸ ἔσται [70] τὸ κακὸν, εἴπερ καὶ ἑαυτῷ κακὸν εἴη. Καὶ εἰ μὴ τοῦτο, οὐ πάντη κακὸν τὸ κακὸν, ἀλλ' ἔχει τινὰ τἀγαθοῦ, καθ' ἣν ὅλως ἐστὶ, μοῖραν. Καὶ εἰ τὰ ὄντα τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ ἐφίεται, καὶ πάντα ὅσα ποιεῖ διὰ τὸ δοκοῦν ἀγαθὸν ποιεῖ, καὶ πᾶς ὁ τῶν ὄντων σκοπὸς ἀρχὴν ἔχει καὶ τέλος τἀγαθὸν, (οὐδὲν [71] γὰρ, εἰς τὴν τοῦ κακοῦ φύσιν ἀποβλέπον, ποιεῖ ἃ ποιεῖ·) πῶς ἔσται τὸ κακὸν ἐν τοῖς οὖσιν, ἢ ὅλως ὂν τῆς τοιαύτης ἀγαθῆς ὀρέξεως [72] παῤῥημένον; Καὶ εἰ τὰ ὄντα πάντα ἐκ τἀγαθοῦ, καὶ τἀγαθὸν [73] ἐπέκεινα τῶν ὄντων, ἔστι μὲν ἐν τἀγαθῷ καὶ τὸ μὴ ὄν, ὂν· τὸ δὲ κακὸν οὔτε ὂν ἐστιν· εἰ δὲ μή, οὐ πάντη κακὸν οὔτε μὴ ὄν· οὐδὲν γὰρ ἔσται τὸ καθόλου μὴ ὄν, εἰ μὴ ἐν τἀγαθῷ κατὰ τὸ ὑπερούσιον λέγοιτο. [74] Τὸ μὲν οὖν ἀγαθὸν ἔσται καὶ τοῦ ἁπλῶς ὄντος καὶ τοῦ μὴ ὄντος πολλῷ πρότερον ὑπεριδρυμένον. Τὸ δὲ κακὸν οὔτε ἐν τοῖς οὖσιν, οὔτε ἐν τοῖς μὴ οὖσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῦ [75] τοῦ μὴ ὄντος μᾶλλον ἀπέχον τἀγαθοῦ, ἀλλότριον [76] καὶ ἀνουσιώτερον. Πόθεν οὖν ἐστι τὸ κακόν; εἴποι τις. Εἰ γὰρ μὴ ἔστι τὸ κακὸν, ἀρετὴ καὶ κακία ταὐτὸν, καὶ ἡ πᾶσα τῇ ὅλῃ, καὶ ἡ ἐν μέρει τῇ ἀναλόγῳ [77]· ἢ οὐδὲ τὸ τῇ ἀρετῇ μαχόμε-

C

D

### VARIÆ LECTIONES.

[65] ἐν ἑαυτῷ, S. D. [66] γίνεται, non est in S. P. [67] αὐτὸς δέ, M. [68] sic S. P. pro... σωμεν. [69] ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ, D. [70] ἐστι, S. [71] οὐδέ. [72] ἕξεως. [73] καὶ τὸ ἀγαθόν, M. [74] hic in M. quaternio deerat, quem paginæ hinc quatuordecim complectuntur. [75] τούτου, S. [76] In S. P. Sc. deest hoc verbum. [77] τῇ ἀνὰ λόγον, S. P.

νον ἔσται κακόν. Καίτοι ἐναντία σωφροσύνη καὶ ἀκολασία, καὶ δικαιοσύνη καὶ ἀδικία. Καὶ οὐ δήπου κατὰ τὸν δίκαιον καὶ τὸν ἄδικόν φημι, καὶ τὸν σώφρονα καὶ τὸν ἀκόλαστον· ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς ἔξω φαινομένης τοῦ ἐναρέτου πρὸς τὸν ἀντικείμενον διαστάσεως ἐν αὐτῇ πολλῷ πρότερον τῇ ψυχῇ καθόλου διεστήκασι τῶν ἀρετῶν αἱ κακίαι, καὶ πρὸς τὸν λόγον τὰ πάθη στασιάζει, καὶ ἐκ τούτων [78] ἀνάγκη δοῦναί τι τῷ ἀγαθῷ κακὸν ἐναντίον. Οὐ γὰρ ἑαυτῷ τάγαθὸν ἐναντίον, ἀλλ' ὡς ἀπὸ μιᾶς ἀρχῆς, καὶ ἑνὸς ἔκγονον [79] αἰτίου, κοινωνίᾳ, καὶ ἑνότητι, καὶ φιλίᾳ χαίρει. Καὶ οὐδὲ τὸ ἔλαττον ἀγαθὸν, τῷ μείζονι ἐναντίον· οὔτε γὰρ τὸ ἧττον θερμὸν ἢ ψυχρὸν τῷ πλείονι ἐναντίον. Ἔστιν οὖν ἐν τοῖς οὖσι, καὶ ὃν ἔστι, καὶ ἀντιτίθεται καὶ ἐναντίωται τάγαθῷ τὸ κακόν. Καὶ εἰ φθορά ἐστι τῶν ὄντων, οὐκ ἐκβάλλει τοῦτο τοῦ εἶναι τὸ κακὸν, ἀλλ' ἔσται καὶ αὐτὸ ὄν, καὶ ὄντων γενεσιουργόν. Ἢ οὐχὶ πολλάκις ἡ τοῦδε φθορὰ τοῦδε γίγνεται γένεσις; Καὶ ἔσται τὸ κακὸν εἰς τὴν τοῦ παντὸς συμπλήρωσιν συντελοῦν, καὶ τῷ ὅλῳ τὸ μὴ ἀτελὲς εἶναι δι' ἑαυτὸ παρεχόμενον.

lum non est, virtus et vitium idem sunt (proportione scilicet totius ad totum, et partis ad partem), aut saltem id quod virtuti repugnat non erit malum. Atqui contraria sunt temperantia et intemperantia, justitia et injustitia. Neque vero dico illas esse contrarias, in quantum prodeunt a justo et injusto, et a temperante atque intemperante; verum etiam prius quam viri probi ab improbo discrepantia foris appareat, jam in ipso animo a virtutibus vitia discrepant, et a ratione dissident perturbationes; quapropter necessario concedendum est, malum aliquod esse bono contrarium. Neque enim sibi bonum contrarium est, sed ut ab uno principio unaque causa profectum communione, conjunctione, amicitiaque gaudet. Neque etiam minus bonum majori adversatur; quia neque id quod minus calidum aut frigidum est, magis calido frigidove contrariatur. Est igitur in rerum natura, estque aliquid, et opponitur atque adversatur bono malum. Et esto corruptio sit rerum, non tamen hoc penitus extérminat malum e rerum natura, sed erit illud etiam aliquid, et ad rerum conferet generationem. Annon frequenter unius corruptio alterius est generatio? Atqui malum hoc modo ad universi plenitudinem conducet, ac per se faciet, ut rerum universitas bon sit imperfecta.

## § XX.

Ἐρεῖ δὲ πρὸς ταῦτα ὁ ἀληθὴς λόγος, ὅτι τὸ κακὸν ἢ κακὸν [80] οὐδεμίαν οὐσίαν ἢ γένεσιν ποιεῖ, μόνον δὲ κακύνει καὶ φθείρει τὸ ἐπ' αὐτῷ τὴν τῶν ὄντων ὑπόστασιν. Εἰ δὲ γενεσιουργόν τις αὐτὸ εἶναι λέγει [81], καὶ τῇ τούτου φθορᾷ τῷ ἑτέρῳ διδόναι γένεσιν, ἀποκριτέον ἀληθῶς, οὐχ ἡ φθορὰ [82] δίδωσι γένεσιν, ἀλλ' ἡ μὲν φθορὰ καὶ κακὸν φθείρει καὶ [83] κακύνει μόνον, γένεσις δὲ καὶ οὐσία διὰ τὸ ἀγαθὸν γίγνεται, καὶ ἔσται τὸ κακὸν φθορὰ μὲν δι' ἑαυτὸ, γενεσιουργὸν δὲ διὰ τὸ ἀγαθόν· καὶ ἡ μὲν κακὸν οὔτε ὂν οὔτε ὄντων ποιητικόν· διὰ δὲ τὸ ἀγαθὸν καὶ ὄν, καὶ ἀγαθὸν ὄν, καὶ ἀγαθῶν ποιητικόν. Μᾶλλον δὲ οὐδὲ γάρ ἔσται [84] τὸ αὐτὸ κατὰ τὸ αὐτὸ καὶ ἀγαθὸν καὶ κακὸν, οὐδὲ τοῦ αὐτοῦ φθορὰ καὶ γένεσις ἡ αὐτὴ κατὰ τὸ αὐτὸ δύναμις, οὔτε αὐτοδύναμις, ἢ αὐτοφθορά· τὸ μὲν αὐτοκακὸν οὔτε ὄν, οὔτε ἀγαθὸν, οὔτε γενεσιουργὸν, οὔτε ὄντων καὶ ἀγαθῶν ποιητικόν· τὸ δὲ ἀγαθὸν, ἐν οἷς μὲν ἂν τελέως ἐγγένηται, τέλεια ποιεῖ, καὶ ἀμιγῆ, καὶ ὁλόκληρα ἀγαθά· τὰ δὲ ἧττον αὐτοῦ μετέχοντα καὶ ἀτελῆ ἐστιν ἀγαθὰ, καὶ μεμιγμένα διὰ τὴν ἔλλειψιν τοῦ ἀγαθοῦ. Καὶ οὐκ ἔστι καθόλου τὸ κακὸν οὔτε ἀγαθὸν οὔτε ἀγαθοποιόν· ἀλλὰ τὸ μᾶλλον ἢ ἧττον τῷ ἀγαθῷ πλησιάζον ἀναλόγως ἔσται ἀγαθόν [85]· ἐπείπερ ἡ διὰ πάντων φοιτῶσα παντελὴς ἀγαθότης οὐ μέχρι μόνου [86] χωρεῖ τῶν περὶ αὐτὴν παναγάθων οὐσιῶν, ἐκτείνεται δὲ ἄχρι τῶν ἐσχάτων, ταῖς μὲν ὁλικῶς παροῦσα, ταῖς δὲ ὑφειμένως, ἄλλαις δὲ ἐσχάτως, ὡς ἕκαστον

Ad hæc autem vera ratio respondebit, malum qua malum nihil conferre ad essentiam aut rerum generationem, sed, quantum in ipso est, rerum substantiam tantum depravare atque abolere. Si quis autem dixerit, hoc ipso rerum generationi subservire, dum alterius corruptione præstat alteri genituram; respondendum utique, non quatenus corrumpit perficere generationem, quia quatenus corrumpit malum est, nam ut sic tantum destruit ac depravat, cum generatio et essentia per bonum fiant: atque adeo malum ex se quidem erit corruptio, subservit autem generationi per id quod bonum est, adeoque qua malum neque res est, neque res producit, sed per bonum et res est et bonum, producitque bona. Quinimo non erit quidem idem eadem **365** ex parte et bonum et malum, neque eadem potentia sub eadem ratione corruptio et generatio, neque ipsa vis, aut ipsa corruptio; ipsum enim malum neque est, neque bonum est, neque generandi vim habet, neque res, neque bona facit; bonum autem quibuscunque perfecte inest, eadem et perfecta et simplicia atque integra bona reddit; quæ vero minus ipsum participant, imperfecta bona sunt et permista, propter boni privationem. Sed malum penitus non est, neque bonum neque beneficum est; verum id quod magis vel minus appropinquat bono, pro sua por-

### VARIÆ LECTIONES.

[78] κἀκ τούτων, S. P. [79] ἔγγονον, S. P. D. [80] καθὸ κακόν, P. [81] λέγοι, S. P. D. [82] ὡς οὐχ ἡ φθορά. D. φθείρει, P. [83] φθείρει γάρ, P. [84] ἄρα ἔσται, P. [85] τὸ ἀγαθόν, frequens autem hujus nominis cum articulo scripturæ varietas in exemplaribus, in aliis τὸ ἀγαθὸν, τοῦ ἀγαθοῦ, etc., integre: in aliis concise τάγαθὸν, τἀγαθοῦ, τἀγαθῷ. Semel admonuisse sufficiat, cum sensus non varietur. [86] μόνων, S. P. D.

tione bonum erit; nam perfecta bonitas, quæ per omnia se diffundit, non solum ad illas optimas, quæ ipsi vicinæ sunt, essentias dimanat, sed ad extremas usque protenditur, aliis quidem se tota præsens, aliis autem inferiori modo, atque aliis infimo, pro captu scilicet singulorum. Eorum autem quæ exsistunt, alia quidem bonum plane participant, alia autem eo magis minusve privata sunt; alia vero tenuiorem quamdam boni præsentiam sortiuntur, aliis denique boni ultimum vestigium obtingit. Nisi enim bonum pro cujusque captu singulis adesset, utique antiquissima divinissimaque essent, quæ novissimorum modo ordinem tenent. Quonam autem pacto fieri poterat, ut uniformiter omnia bonum participarent, cum qualibet ad omnimodam boni participationem minime sint accommodata? Nunc autem hæc est potentiæ boni præstans magnitudo, ut ea quoque quæ sunt illius expertia, quin et ipsam sui privationem corroboret, ad ipsum omnino participandum. Quod si confidentius verum proferre liceat, illa etiam quæ illi contraria sunt, ejus vi et sunt et repugnare possunt; aut potius, ut summatim dicam, ea quæ sunt omnia, in quantum sunt, et bona et ex bono sunt; in quantum autem bono privata sunt, neque bona sunt, neque exsistunt. In cæteris nempe qualitatibus, velut in calore vel frigore, illa quæ calefacta fuerunt superesse quoque possunt, postquam calor ea deseruit, plurimæque res exsistunt cum vitæ tum mentis expertes, quin et ipse Deus, a substantia secretus suprasubstantialiter tamen exsistit. Et simpliciter in omnibus aliis, sive habitus amissus sit, sive penitus non fuerit, res tamen ipsæ sunt, et constare possunt; quod autem bono prorsus privatum est, id nusquam ullo pacto **366** vel fuit, vel est, vel erit, vel esse potest. Veluti intemperans, etsi per concupiscentiam irrationabilem bono privatus sit, eatenus tamen non est, neque quidquam concupiscit, sed simul boni particeps exsistit secundum exilem quamdam partem amicitiæ et conjunctionis. Ira etiam boni particeps hoc ipso quod movetur, cupitque ea quæ mala videntur ad id quod boni speciem præ se fert dirigere et convertere. Quin et is quoque qui deterrimam vitam expetit, ut qui omnino vitam cupiat, et quidem optimam ipsi visam, eo ipso appetitu, ut vitæ appetitu, qui et optimam vitam spectat, boni particeps exsistit. Denique si bonum penitus sustuleris, neque essentia erit, neque vita, neque appetitus, neque motus, neque quidquam aliud. Itaque, quod etiam ex corruptione fiat generatio, non est mali vis, sed minoris boni præsentia; sicut morbus defectus quidem est constitutionis, sed non universæ; nam

A αὐτῆς μετέχειν δύναται τῶν ὄντων. Καὶ τὰ μὲν πάντη τοῦ ἀγαθοῦ μετέχει, τὰ δὲ μᾶλλον καὶ ἧττον ἐστέρηται, τὰ δὲ ἀμυδροτέραν ἔχει τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίαν, καὶ ἄλλοις κατὰ ἔσχατον ἀπήχημα πάρεστι τἀγαθόν. Εἰ γὰρ μὴ ἀναλόγως ἑκάστῳ τἀγαθὸν παρῆν, ἦν ἂν τὰ θειότατα καὶ πρεσβύτατα τὴν τῶν ἐσχάτων ἔχοντα τάξιν. Πῶς δὲ καὶ ἦν δυνατὸν, μονοειδῶς πάντα μετέχειν τοῦ ἀγαθοῦ, μὴ πάντα ὄντα ταὐτῶς εἰς τὴν ὁλικὴν αὐτοῦ μέθεξιν ἐπιτήδεια; Νῦν δὲ τοῦτό ἐστι τῆς τοῦ ἀγαθοῦ δυνάμεως τὸ [87] ὑπερβάλλον μέγεθος, ὅτι καὶ τὰ ἐστερημένα καὶ τὴν ἑαυτοῦ [88] στέρησιν δυναμοῖ, κατὰ τὸ ὅλως αὐτοῦ μετέχειν. Καὶ εἰ χρὴ παῤῥησιασάμενον εἰπεῖν τἀληθῆ, καὶ τὰ μαχόμενα αὐτῷ τῇ αὐτοῦ δυνάμει καὶ ἔστι καὶ μάχεσθαι δύναται· μᾶλλον δὲ, ἵνα συλλαβὼν εἴπω, τὰ ὄντα πάντα,
B καθ' ὅσον ἔστι, καὶ ἀγαθά ἐστι, καὶ ἐκ τἀγαθοῦ, καθόσον δὲ ἐστέρηται τοῦ ἀγαθοῦ, οὔτε ἀγαθὰ, οὔτε ὄντα ἐστίν. Ἐπὶ μὲν γὰρ τῶν ἄλλων ἕξεων, οἷον θερμότητος ἢ ψυχρότητος, ἔστι τὰ θερμανθέντα, καὶ ἀπολειπούσης αὐτὰ τῆς θερμότητος, καὶ ζωῆς, καὶ νοῦ, πολλὰ τῶν ὄντων ἄμοιρα· καὶ οὐσίας ὁ Θεὸς ἐξῄρηται, καὶ ἔστιν ὑπερουσίως [89]. Καὶ ἁπλῶς, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων πάντων [90], καὶ ἀπελθούσης ἢ μηδὲ ἐγγενομένης πάντη τῆς ἕξεως [91], ἔστι τὰ ὄντα, καὶ ὑφίστασθαι δύναται· τὸ δὲ κατὰ πάντα τρόπον τοῦ ἀγαθοῦ ἐστερημένον, οὐδαμῇ οὐδαμῶς οὔτε ἦν, οὔτε ἐστὶν, οὔτε ἔσται, οὔτε εἶναι δύναται. Οἷον [92] ὁ ἀκόλαστος, εἰ καὶ ἐστέρηται τἀγαθοῦ κατὰ τὴν [93] ἄλογον ἐπιθυμίαν, ἐν τούτῳ μὲν οὔτε ἐστὶν, οὔτε ὄντων ἐπιθυμεῖ, μετέχει δὲ ὅμως τἀγαθοῦ κατ' αὐτὸ [94] τὸ τῆς ἑνώ-
C σεως καὶ φιλίας ἀμυδρὸν ἀπήχημα. Καὶ ὁ θυμὸς δὲ [95] μετέχει τἀγαθοῦ κατ' αὐτὸ τὸ κινεῖσθαι, καὶ ἐφίεσθαι τὰ δοκοῦντα κακὰ πρὸς τὸ δοκοῦν καλὸν ἀνορθοῦν καὶ ἐπιστρέφειν. Καὶ αὐτὸς ὁ τῆς χειρίστης ζωῆς ἐφιέμενος, ὡς ὅλως ζωῆς ἐφιέμενος, καὶ τῆς ἀρίστης αὐτῷ δοκούσης, κατ' αὐτὸ τὸ ἐφίεσθαι, καὶ ζωῆς ἐφίεσθαι, καὶ πρὸς ἀρίστην ζωὴν ἀποσκοπεῖν, μετέχει τἀγαθοῦ. Καὶ εἰ πάντη τἀγαθὸν ἀνέλῃς [96], οὔτε οὐσία ἔσται, οὔτε ζωὴ, οὔτε ἔφεσις, οὔτε κίνησις, οὔτε ἄλλο οὐδέν. Ὥστε καὶ τὸ γίνεσθαι ἐκ φθορᾶς γένεσιν οὐκ ἔστι κακοῦ δύναμις, ἀλλ' ἧττονος ἀγαθοῦ παρουσία, καθ' ὅσον καὶ νόσος ἔλλειψίς ἐστι τάξεως, οὐ πάσης· εἰ γὰρ τοῦτο γένηται, οὔτε ἡ νόσος αὐτὴ ὑποστήσεται, μένει δὲ καὶ ἔστιν ἡ νόσος,
D οὐσίαν ἔχουσα τὴν ἐλαχίστην τάξιν, καὶ ἐν αὐτῇ παρυφισταμένη. Τὸ γὰρ πάντη ἄμοιρον τοῦ ἀγαθοῦ οὔτε ὄν, οὔτε ἐν τοῖς οὖσι· τὸ δὲ μικτὸν διὰ τὸ ἀγαθὸν ἐν τοῖς οὖσι, καὶ κατὰ τοῦτο ἐν τοῖς οὖσι καὶ ὄν, καθ' ὅσον τοῦ ἀγαθοῦ μετέχει. Μᾶλλον δὲ τὰ ὄντα πάντα κατὰ τοσοῦτον ἔσται μᾶλλον καὶ ἧττον, καθ' ὅσον τοῦ ἀγαθοῦ μετέχει· καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ [97] τοῦ αὐτὸ εἶναι τὸ μηδαμῇ μηδαμῶς ὂν οὔτε ἔσται. Τὸ δὲ πῇ μὲν ὄν, πῇ δὲ μὴ ὄν, καθ' ὅσον μὲν ἀποπέπτωκε

## VARIÆ LECTIONES.

[87] τό non est in D. [88] αὐτοῦ, P. [89] ὑπερούσιος, S. P. Sar. [90] τῶν μέν, D. P. Sc., ἁπάντων, S. [91] καὶ ἀπελθουσῶν, ἢ μηδὲ ἐγγενομένων πάντη τῶν ἕξεων, S. [92] ὁ οὖν, P. [93] διὰ τήν, D. [94] κατὰ ταὐτό, S. [95] δέ non est in S. P. Sc. [96] ἀνέλοις, sequitur tamen, εἰ γὰρ τοῦτο γένηται, in omnibus codicibus. [97] καὶ γάρ, non est in P., ut nec posterius καί in S.

τοῦ ἀεὶ ὄντος, οὐκ ἔστι· καθ' ὅσον δὲ τοῦ εἶναι μετ- A
είληφε, κατὰ τοσοῦτον ἔστι, καὶ τὸ ὅλως εἶναι, καὶ
τὸ μὴ ὂν αὐτοῦ διακρατεῖται, καὶ διασώζεται. Καὶ τὸ
κακὸν, τὸ μὲν πάντη τοῦ ἀγαθοῦ ἀποπεπτωκὸς, οὔτε
ἐν τοῖς μᾶλλον, οὔτε ἐν τοῖς ἧττον, ἀγαθὸν [98] ἔσται.
Τὸ πῇ μὲν ἀγαθὸν, πῇ δὲ οὐκ ἀγαθὸν, μάχεται μὲν
ἀγαθῷ τινι, οὐχ ὅλῳ δὲ τἀγαθῷ· κρατεῖται δὲ καὶ
αὐτὸ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ μετουσίᾳ, καὶ οὐσιοῖ καὶ τὴν
ἑαυτοῦ στέρησιν τὸ ἀγαθὸν, τῇ ὅλως αὐτοῦ μεθέξει·
πάντη γὰρ ἀπελθόντος τοῦ ἀγαθοῦ, οὔτε καθόλου τι
ἔσται ἀγαθὸν, οὔτε μικτὸν, οὔτε αὐτόκακον. Εἰ γὰρ
τὸ κακὸν ἀτελές ἐστιν ἀγαθὸν, ἀπουσίᾳ παντελεῖ τοῦ
ἀγαθοῦ καὶ τὸ ἀτελὲς, καὶ τὸ τέλειον ἀγαθὸν ἀπέ-
σται· καὶ τότε μόνον ἔσται καὶ ὀφθήσεται τὸ κακὸν,
ἡνίκα τοῖς μὲν ἔστι κακὸν οἷς ἠναντίωται, τῶν δὲ
ὡς ἀγαθῶν ἐξῄρηται. Μάχεσθαι γὰρ ἀλλήλοις τὰ B
αὐτὰ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐν πᾶσιν ἀδύνατον. Οὐκ ἄρα ὂν
τὸ κακόν.

si tota desit constitutio, neque morbus ipse subsistet; morbus autem manet et exsistit, in quantum et statum habet, et minimam constitutionem, in qua quodammodo cohæret. Quod enim omnis boni expers est, id neque aliquid est, neque in iis quæ sunt exsistit; quod autem mistum est, id propter bonum est in rebus, et in tantum in rebus exsistit, et est, in quantum boni est particeps. Quinimo ea quæ sunt omnia, in tantum magis minusve erunt, in quantum ad boni consortium accedunt; nam quod ad ipsum statum attinet, si neutiquam usquamve sit, nec erit quidem. Quod autem partim quidem est, partim autem non est, id quatenus ab eo quod semper est deflexit, non est; in quantum vero status est particeps, eatenus est, atque status ejus statusque privatio et obtinetur et conservatur. Malum etiam quod omni ex parte a bono defecit, neque inter ea quæ magis neque inter ea quæ minus bona sunt, erit. Quod autem partim quidem bonum, partim vero non bonum est, id alicui quidem bono adversatur, non tamen toti bono, adeoque tenetur aliqua boni communione; atque hoc modo bonum sui etiam privationi statum omnino dat per sui communicationem; nam bono penitus exterminato, neque omnino quidquam bonum erit, neque mistum, neque ipsum malum. Si enim malum sit quoddam bonum imperfectum, propter omnimodam **367** boni absentiam tam imperfectum quam perfectum bonum aberit; tumque solum erit et apparebit malum, quando aliis quidem malum est, quibus est contrarium, ab aliis autem tanquam bonis segregatum est. Nequeunt enim eadem secundum eadem inter se in omnibus repugnare. Malum itaque non est res aliqua.

## § XXI.

Ἀλλὰ οὐδὲ ἐν τοῖς οὖσίν ἐστι τὸ κακόν. Εἰ γὰρ C
πάντα τὰ ὄντα ἐκ τἀγαθοῦ, καὶ ἐν πᾶσι τοῖς οὖσι,
καὶ πάντα περιέχει τἀγαθὸν, ἢ οὐκ ἔσται τὸ κακὸν
ἐν τοῖς οὖσιν, ἢ ἐν τἀγαθῷ ἔσται· καὶ μὴν ἐν τἀγαθῷ
οὐκ ἔσται (καὶ γὰρ οὐδὲ ἐν πυρὶ τὸ ψυχρόν·) οὐδὲ
τὸ κακύνεσθαι τῷ καὶ τὸ κακὸν ἀγαθύνοντι. Εἰ δὲ
ἔσται, πῶς ἔσται ἐν τἀγαθῷ τὸ κακόν; Εἰ μὲν ἐξ
αὐτοῦ, ἄτοπον καὶ ἀδύνατον· *Οὐ δύναται* [99] γὰρ,
ὡς ἡ τῶν Λογίων ἀλήθειά φησι, *δένδρον ἀγαθὸν*
*καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν* [v]· οὐδὲ μὴν τὸ ἀνάπαλιν.
Εἰ δὲ οὐκ ἐξ αὐτοῦ, ἐξ ἄλλης δηλονότι ἀρχῆς καὶ
αἰτίας· καὶ γὰρ ἢ τὸ κακὸν ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ ἔσται, ἢ
τὸ ἀγαθὸν ἐκ τοῦ κακοῦ· ἢ εἰ μὴ τοῦτο δυνατὸν, ἐξ
ἄλλης ἀρχῆς καὶ αἰτίας ἔσται καὶ τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ
κακόν. Πᾶσα γὰρ δυὰς οὐκ ἀρχὴ, μονὰς δὲ ἔσται πά-
σης δυάδος ἀρχή. Καίτοι ἄτοπον, ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ D
αὐτοῦ δύο παντελῶς ἐναντία προϊέναι καὶ εἶναι, καὶ
αὐτὴν τὴν ἀρχὴν οὐχ ἁπλῆν καὶ ἑνιαίαν, ἀλλὰ με-
ριστὴν καὶ δυοειδῆ, καὶ ἐναντίαν ἑαυτῇ, καὶ ἠλ-
λοιωμένην. Καὶ μὴν οὔτε δύο τῶν ὄντων ἐναντίας
ἀρχὰς δυνατὸν εἶναι, καὶ ταύτας ἐν ἀλλήλαις, καὶ ἐν
τῷ παντὶ, καὶ μαχομένας· εἰ γὰρ τοῦτο δοθείη,
ἔσται καὶ ὁ Θεὸς οὐκ ἀπήμων οὐδὲ ἐκτὸς δυσχερείας,
εἴπερ εἴη τι καὶ αὐτῷ τὸ ἐνοχλοῦν· ἔπειτα ἔσται
πάντα ἄτακτα καὶ ἀεὶ μαχόμενα· καίτοι φιλίας πᾶσι
τοῖς οὖσι τὸ ἀγαθὸν μεταδίδωσι, καὶ αὐτοειρήνη, καὶ

Quin ne rebus quidem inest malum. Nam si res omnes sint ex bono, omnibus insit bonum, omniaque contineat, malum utique vel non erit in rebus, vel in bono erit; atqui in bono non erit (neque enim in igne frigus est), nec depravari poterit id quod etiam malum bonum reddit. Quod si erit, quomodo erit in bono malum? Si quidem ex eo est, absurdum id est nec fieri potest: *Non* enim *potest* (ut Scripturæ veritas testatur) *arbor bona malos fructus facere* [v]; nec contra. Si ex eo non est, perspicuum est id profectum esse ab alio principio atque causa; nam aut malum ex bono erit, aut bonum ex malo; vel si id fieri non potest, ex alio principio et causa exsistet tam bonum quam malum. Nulla enim dualitas principiat, sed unitas erit principium omnis dualitatis. Atqui absurdum quoque est, ex uno et eodem duo prorsus contraria proficisci et exsistere, idemque principium nec simplex, nec unum esse, sed divisum ac duplex, et sibi ipsi contrarium ac repugnans. Neque vero duo rerum principia contraria, quæ sibi mutuo et universo insint, pugnare quoque possint; si enim hoc detur, ne Deus quidem ipse incolumis erit vacuusque molestia, siquidem sit aliquid quod eum offendat; deinde cuncta erunt inordinata semperque pugnantia; atqui bonum cum rebus omnibus amici-

[v] Matth. VII, 18.

VARIÆ LECTIONES.

[98] ἀγαθοῖς. Τὸ δέ. [99] δυνατόν, P.

tiam jungit, ideoque ut ipsa pax, pacisque conciliatrix, a theologis sanctis laudatur. Itaque bona omnia sibi invicem amica sunt et consona, tanquam ab una vita propagata, et ad unum bonum coordinata, placidaque, atque similia, et inter se affabilia : non igitur in Deo malum est, neque malum est quid divinum. Sed nec ex Deo malum est; aut enim bonus non est, vel bona facit, bonaque producit, et non aliquando quidem et aliqua, aliquando vero non, et non omnia; isto enim pacto mutatio in eum cadet atque commutatio, etiam circa id quod omnium divinissimum est, id est causam. Quod si vero in Deo bonum sit ipsa substantia, si permutetur **368** ex bono Deus, aliquando quidem erit, aliquando vero non erit. Si autem participatione bonum habeat, habebit utique ex alio, atque alias id habebit, alias non habebit. Malum igitur nec ex Deo, nec in Deo, neque omnino, neque certo tempore.

A εἰρηνόδωρος ὑμνεῖται πρὸς τῶν ἱερῶν θεολόγων. Διὸ καὶ φίλα τἀγαθὰ, καὶ ἐναρμόνια πάντα, καὶ μιᾶς ζωῆς ἔκγονα, καὶ πρὸς ἓν ἀγαθὸν συντεταγμένα, καὶ προσηνῆ, καὶ ὅμοια, καὶ προσήγορα ἀλλήλοις· ὥστε οὐκ ἐν Θεῷ τὸ κακὸν, καὶ τὸ κακὸν οὐκ ἔνθεον. Ἀλλ' οὐδὲ ἐκ Θεοῦ τὸ κακόν· ἢ γὰρ οὐκ ἀγαθὸς, ἢ ἀγαθοποιεῖ, καὶ ἀγαθὰ παράγει· καὶ οὐ ποτὲ μὲν, καί τινα, ποτὲ δὲ οὔ, καὶ οὐ πάντα· μεταβολὴν γὰρ ἐν τούτῳ πείσεται καὶ ἀλλοίωσιν, καὶ περὶ αὐτὸ τὸ πάντων θειότατον, τὴν αἰτίαν. Εἰ δὲ ἐν Θεῷ τἀγαθὸν ὕπαρξίς ἐστιν, ἔσται ὁ μεταβάλλων ἐκ τἀγαθοῦ Θεὸς ποτὲ μὲν ὤν, ποτὲ δὲ οὐκ ὤν. Εἰ δὲ μεθέξει τὸ ἀγαθὸν ἔχει, καὶ ἐξ ἑτέρου ἕξει, καὶ ποτὲ μὲν ἕξει, ποτὲ δὲ οὐχ ἕξει. Οὐκ ἄρα ἐκ Θεοῦ τὸ κακὸν, οὔτε ἐν Θεῷ, οὔτε ἁπλῶς, οὔτε κατὰ χρόνον.

## § XXII.

Quin ne in angelis quidem inest malum. Si enim bonus angelus divinam enuntiat bonitatem, id ipsum exsistens secundum participationem secundo ordine, quod secundum causam est id quod enuntiatur primo, certe angelus est imago Dei, et arcani luminis declaratio, speculum purum, clarissimum, integrum, immaculatum, intaminatum, totam in se recipiens (si dictu fas est) pulchritudinem boniformis deiformitatis, liquidoque (quoad fieri potest) in semetipso resplendere faciens secretissimi illius silentii bonitatem, atque adeo neque angelis inest malum; at quod peccatores puniant, mali sunt. Eadem profecto ratione correctores delinquentium mali erunt, sicut et sacerdotes, qui profanum a mysteriis divinis arcent. Atqui non malum est puniri, sed supplicii reum fieri; uti etiam aliquem a sacris propter demerita excludi minime malum est, sed sceleribus coinquinari, et sacratissimis mysteriis indignum reddi, pessimum.

B Ἀλλ' οὔτε ἐν ἀγγέλοις ἐστὶ τὸ κακόν. Εἰ γὰρ ἐξαγγέλλει τὴν ἀγαθότητα τὴν θείαν ὁ ἀγαθοειδὴς ἄγγελος, ἐκεῖνο ὢν κατὰ μέθεξιν δευτέρως, ὅπερ κατ' αἰτίαν τὸ ἀγγελλόμενον πρώτως, εἰκών ἐστι τοῦ Θεοῦ [100] ὁ ἄγγελος, φανέρωσις τοῦ ἀφανοῦς φωτὸς, ἔσοπτρον ἀκραιφνὲς, διειδέστατον, ἀλώβητον, ἄχραντον, ἀκηλίδωτον, εἰσδεχόμενον ὅλην (εἰ θέμις εἰπεῖν), τὴν ὡραιότητα τῆς ἀγαθοτύπου θεοειδείας, καὶ ἀμιγῶς ἀναλάμπον ἐν ἑαυτῷ (καθάπερ οἷόν τέ ἐστι,) τὴν ἀγαθότητα τῆς ἐν ἀδύτοις σιγῆς· οὐκ ἄρα οὐδὲ ἐν ἀγγέλοις ἐστὶ τὸ κακὸν, ἀλλὰ τῷ κολάζειν τοὺς ἁμαρτάνοντάς εἰσι κακοί. Τούτῳ γοῦν τῷ λόγῳ καὶ οἱ σωφρονισταὶ τῶν πλημμελούντων κακοὶ, καὶ τῶν ἱερέων οἱ τὸν βέβηλον τῶν θείων μυστηρίων ἀπείργοντες. Καίτοι οὐδὲ τὸ κολάζεσθαι [1] κακὸν, ἀλλὰ τὸ ἄξιον γενέσθαι κολάσεως, οὐδὲ τὸ κατ' ἀξίαν ἀπείργεσθαι τῶν ἱερῶν, ἀλλὰ τὸ ἐναγῆ καὶ ἀνίερον γενέσθαι, καὶ τῶν ἀχράντων ἀνεπιτήδειον.

C

## § XXIII.

Sed neque dæmones natura sua mali sunt; nam si natura mali forent, neque ex bono essent, neque in natura rerum exsisterent, neque etiam ex bonis mutati, si natura semperque mali erant. Deinde, num sibi mali sunt, an aliis? Si sibi, etiam seipsi perimunt; sin aliis, quomodo interimunt, aut quid interimunt? essentiamne, an potentiam, an actionem? Si essentiam, primum quidem non contra naturam id faciunt; quæ enim natura sua interire non possunt, ea non interimunt, sed ea quæ corruptioni sunt obnoxia. Deinde ne id quidem omnibus et omnino malum est; nec vero quidquam eorum quæ sunt interit, quatenus essentia est et natura, sed defectu naturalis ordinis, congruentiæ et compositionis ratio debilitatur, cum in eodem statu

D Ἀλλ' οὔτε οἱ δαίμονες φύσει κακοί· καὶ γὰρ εἰ φύσει κακοὶ, οὔτε ἐκ τἀγαθοῦ, οὔτε ἐν τοῖς οὖσιν, οὔτε μὴν ἐξ ἀγαθῶν μετέβαλον, φύσει καὶ ἀεὶ κακοὶ ὄντες. Ἔπειτα ἑαυτοῖς εἰσι κακοὶ, ἢ ἑτέροις; Εἰ μὲν ἑαυτοῖς, καὶ φθείρουσιν ἑαυτούς· εἰ δὲ ἄλλοις, πῶς φθείροντες, ἢ τί φθείροντες; οὐσίαν, ἢ δύναμιν, ἢ ἐνέργειαν; Εἰ μὲν οὐσίαν, πρῶτον μὲν οὐ παρὰ φύσιν· τὰ γὰρ φύσει ἄφθαρτα οὐ φθείρουσιν, ἀλλὰ τὰ δεκτικὰ φθορᾶς. Ἔπειτα οὐδὲ τοῦτο παντὶ καὶ πάντη κακόν· ἀλλ' οὐδὲ φθείρεταί τι τῶν ὄντων, καθ' ὃ οὐσία καὶ φύσις, ἀλλὰ τῇ ἐλλείψει τῆς κατὰ φύσιν τάξεως, ὁ τῆς ἁρμονίας καὶ τῆς συμμετρίας λόγος ἀσθενεῖ μένειν ὡσαύτως ἔχων. Ἡ δὲ ἀσθένεια οὐ παντελής· εἰ γὰρ παντελὴς, καὶ τὴν φθορὰν, καὶ τὸ ὑποκείμενον ἀνεῖλε, καὶ ἔσται ἡ τοιαύτη φθορὰ

### VARIÆ LECTIONES.

[100] τοῦ ἀγαθοῦ, D. [1] κολάζειν.

καὶ ἑαυτῆς φθορά· ὥστε τὸ τοιοῦτον οὐ κακὸν, ἀλλ' ἐλλειπὲς ἀγαθόν· τὸ γὰρ πάντη ἄμοιρον τοῦ ἀγαθοῦ, οὔτε ἐν τοῖς οὖσιν ἔσται· καὶ περὶ τῆς εἰς δύναμιν καὶ ἐνέργειαν φθορᾶς ὁ αὐτὸς λόγος. Εἶτα, πῶς οἱ ἐκ Θεοῦ γενόμενοι δαίμονές εἰσι κακοί; Τὸ γὰρ ἀγαθὸν ἀγαθὰ παράγει καὶ ὑφίστησι. Καίτοι, λέγονται κακοὶ, φαίη τις ἂν [a-b], ἀλλ' οὐ καθ' ὅ εἰσιν, (ἐκ τἀγαθοῦ γάρ εἰσι, καὶ ἀγαθὴν ἔλαχον οὐσίαν·) ἀλλὰ καθ' ὃ οὐκ εἰσὶν, *ἀσθενήσαντες* (ὡς τὰ Λόγιά φησι) *τηρῆσαι τὴν ἑαυτῶν ἀρχήν*. Ἐν τίνι γάρ, εἰπέ μοι, κακύνεσθαί φαμεν τοὺς δαίμονας, εἰ μὴ ἐν τῇ παύσει τῆς τῶν θείων ἀγαθῶν ἕξεως καὶ ἐνεργείας; ἄλλως τε, εἰ φύσει κακοὶ οἱ δαίμονες, ἀεὶ κακοί· καίτοι τὸ κακὸν ἄστατόν ἐστιν. Οὐκοῦν, εἰ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχουσιν, οὐ κακοί· τὸ γὰρ ἀεὶ ταὐτὸν τοῦ ἀγαθοῦ ἴδιον. Εἰ δὲ οὐκ ἀεὶ κακοὶ, οὐ φύσει κακοί, ἀλλ' ἐνδείᾳ τῶν ἀγγελικῶν ἀγαθῶν. Καὶ οὐ πάντη ἄμοιροι τοῦ ἀγαθοῦ, καθ' ὅ καὶ εἰσὶ, καὶ ζῶσι, καὶ νοοῦσι, καὶ ὅλως ἐστί τις ἐν αὐτοῖς ἐφέσεως κίνησις· κακοὶ δὲ εἶναι λέγονται διὰ τὸ ἀσθενεῖν περὶ τὴν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν. Παρατροπὴ οὖν ἐστιν αὐτοῖς τὸ κακὸν, καὶ τῶν προσηκόντων αὐτοῖς ἔκβασις, καὶ ἀτευξία, καὶ ἀτέλεια, καὶ ἀδυναμία, καὶ τῆς σωζούσης τὴν ἐν αὐτοῖς τελειότητα δυνάμεως ἀσθένεια καὶ ἀποφυγὴ καὶ ἀπόπτωσις. Ἄλλως τε, τί τὸ ἐν δαίμοσι κακόν; Θυμὸς ἄλογος, ἄνους ἐπιθυμία, φαντασία προπετής. Ἀλλὰ ταῦτα, εἰ καὶ ἐν δαίμοσιν εἰσὶν, οὐ πάντη, οὐδὲ ἐπὶ πάντων, οὐδὲ αὐτὰ καθ' αὑτὰ κακά. Καὶ γὰρ ἐφ' ἑτέρων ζώων οὐχ ἡ σχέσις τούτων, ἀλλ' ἡ ἀναίρεσίς ἐστι καὶ φθορὰ τῷ ζώῳ [c], καὶ κακόν· ἡ δὲ σχέσις σώζει καὶ εἶναι ποιεῖ τὴν ταῦτα ἔχουσαν τοῦ ζώου φύσιν. Οὐκ ἄρα κακὸν τὸ δαιμόνιον φῦλον, ᾗ ἐστι κατὰ φύσιν, ἀλλ' ᾗ οὐκ ἔστι. Καὶ οὐκ ἠλλοιώθη τὸ δοθὲν αὐτοῖς ὅλον ἀγαθὸν, ἀλλ' αὐτοὶ τοῦ δοθέντος ἀποπεπτώκασιν ὅλου ἀγαθοῦ. Καὶ τὰς δοθείσας αὐτοῖς ἀγγελικὰς δωρεὰς, οὐ μήποτε αὐτὰς ἠλλοιῶσθαί φαμεν [d]· ἀλλ' εἰσὶ καὶ ὁλόκληροι, καὶ παμφαεῖς εἰσι, κἂν αὐτοὶ μὴ ὁρῶσιν, ἀπομύσαντες αὐτῶν [e] τὰς ἀγαθοπτικὰς δυνάμεις. Ὥστε ὅ εἰσι, καὶ ἐκ τἀγαθοῦ εἰσι, καὶ ἀγαθοί, καὶ τοῦ καλοῦ καὶ ἀγαθοῦ ἐφίενται, τοῦ εἶναι, καὶ ζῆν, καὶ νοεῖν, τῶν ὄντων ἐφιέμενοι· καὶ τῇ στερήσει, καὶ ἀποφυγῇ [f], καὶ ἀποπτώσει τῶν προσηκόντων αὐτοῖς ἀγαθῶν, λέγονται κακοί· καί εἰσι κακοὶ, καθ' ὃ οὐκ εἰσί· καὶ τοῦ μὴ ὄντος ἐφιέμενοι, τοῦ κακοῦ ἐφίενται.

A manere deberet. Imbecillitas autem non est perfecta; nam si omnino perfecta foret, et corruptionem ipsam et subjectum ejus e medio tolleret, essetque talis corruptio sui quoque ipsius interitus, ideoque etiam ut talis non esset malum, sed deficiens bonum; nam quod omnino **369** expers boni est, ne quidem res erit, eademque ratio de corruptela potentiæ et actionis. Præterea, quomodo dæmones, qui effecti sunt a Deo, mali sunt? Bonum enim bona profert et stabilit. Verum dicet aliquis, eos malos appellari non secundum quod sunt (ex bono enim sunt, bonamque sortiti essentiam), sed ex eo quod non sunt, quia *non custodierunt* (ut Eloquia testantur) *principatum suum* [x]. In quo enim, dic amabo, dæmones depravatos dicimus, nisi quod divina bona velle et perficere destiterunt? alioquin, si natura mali essent dæmones, semper fuissent mali; atqui malum instabile est. Si itaque semper eodem modo se habent, non sunt mali; nam eodem modo semper se habere, proprium est boni. Si autem non semper mali, neque natura mali sunt, sed defectu angelicorum bonorum. Neque vero penitus expertes boni sunt, quatenus sunt, vivunt, intelligunt, illisque omnino inest quidam motus desiderii; pravi autem dicuntur, quatenus in naturali actione sunt imbecilles. Depravatio igitur eis malum est, rerumque illis convenientium desertio frustratioque, atque imperfectio et impotentia; facultatisque in eis perfectionem conservantis infirmitas, et abactio, et dilapsio. Quid vero præterea malum in dæmonibus? Furor irrationalis, concupiscentia demens, imaginatio præceps. Verum ista tametsi dæmonibus insint, non tamen omnibus, neque omnino etiam ipsa per se mala sunt. Etenim in aliis animalibus non istiusmodi affectio, sed ejusdem privatio potius interitus exsistit animalium, et malum; ipsa vero affectio per suam habitudinem servat, ac constituit naturam animalis dum ista habet. Non itaque genus dæmonum exsistit malum, quatenus naturæ suæ respondet, sed quatenus repugnat. Neque totum bonum, quod illis concessum est, penitus eversum est; sed ipsimet a toto bono, quod iis traditum erat, exciderunt. Neque dicimus angelicas dotes, quas acceperant, penitus unquam fuisse immutatas, sed etiamnum integras esse planeque conspicuas, quamvis eas ipsi minime cernant, quod videndi vires obstruxerint, quibus bona sua possent intueri. Quare quod sint, et ex bono sunt, et boni, et pulchrum bonumque appetunt, dum et esse, et vivere, et intelligere quæ sunt desiderant; atque bonorum ipsis congruentium privatione, et declinatione **370** atque prolapsione mali nominantur; suntque mali secundum id quod non sunt, dumque id quod non est appetunt, malum appetunt.

## § XXIV.

Ἀλλὰ ψυχάς τις εἶναι λέγει [g] κακάς; Εἰ μὲν, ὅτι συγγίνονται [h] κακοῖς προνοητικῶς τε καὶ σωστι-

D Verum animas quis malas dixerit? Siquidem idcirco, quod malis provide salubriterque

[x] Jud. 6.

### VARIÆ LECTIONES.

[a-b] ἄν non est in S. P. [c] τῶν ζώων, P. [d] φῶμεν, D. [e] ἑαυτῶν, D. S. P. Sc. [f] ἀποφοιτήσει. [g] λέγοι, P [h] συντείνονται, M. Sc.

adsint, jam hoc non malum est, sed bonum, et ex bono, malumque bonum faciente. Sin dixerimus animas depravari, quo depraventur? nisi bonarum affectionum actionumque defectu, quodque imbecillitate sua devient et aberrent a fine. Quin et aerem hunc, qui nobis circumfunditur, luminis defectione atque absentia dicimus obscurari, cum lux ipsa semper lux sit, quæ etiam tenebras illustrat. Quare nec in dæmonibus, nec in nobis ita malum est, quasi malum sit res aliqua, sed ut defectus et carentia perfectionis bonorum propriorum.

A κῶς, τοῦτο οὐ κακὸν, ἀλλ' ἀγαθὸν, καὶ ἐκ τἀγαθοῦ, τοῦ καὶ τὸ κακὸν ἀγαθύνοντος. Εἰ δὲ τὸ κακύνεσθαι ψυχάς φαμεν [10], ἐν τίνι κακύνονται, εἰ μὴ ἐν τῇ τῶν ἀγαθῶν ἕξεων καὶ ἐνεργειῶν ἐλλείψει, καὶ δι' οἰκείαν ἀσθένειαν ἀτευξίᾳ καὶ ἀπολισθήσει; καὶ γὰρ καὶ τὸν ἀέρα τὸν [11] περὶ ἡμᾶς ἐσκοτῶσθαί φαμεν ἐλλείψει καὶ ἀπουσίᾳ φωτός· αὐτὸ δὲ τὸ φῶς ἀεὶ φῶς ἐστι τὸ καὶ τὸ σκότος φωτίζον. Οὐκ ἄρα οὔτε ἐν δαίμοσιν, οὔτε ἐν ἡμῖν τὸ κακὸν, ὡς ὂν κακὸν, ἀλλ' ὡς ἔλλειψις καὶ ἐρημία τῆς τῶν οἰκείων ἀγαθῶν τελειότητος.

## § XXV.

Verum nec in animalibus brutis malum est. Nam si furorem, et concupiscentiam, cæteraque quæ dicuntur, sed non sunt simpliciter suapte natura mala, sustuleris, leo quidem, fortitudine superbiaque deperdita, leo esse desinet; canis quoque, si blandus fiat omnibus, non erit canis, cum vigilare canis proprium sit, et domesticos admittere, externosque repellere. Itaque naturæ incorruptio nequáquam malum est, sed ejus corruptio et imbecillitas, et defectio cum naturalium affectionum, tum actionum atque virtutum. Quod si res omnes in tempore per generationem suam habeant perfectionem, imperfectio jam non erit in natura universa.

B Ἀλλ' οὐδὲ ἐν ζώοις ἀλόγοις ἐστὶ τὸ κακόν. Εἰ γὰρ ἀνέλῃς [12] θυμὸν, καὶ ἐπιθυμίαν, καὶ τἄλλα, ὅσα λέγεται, καὶ οὐκ ἔστιν ἁπλῶς τῇ ἑαυτῶν φύσει κακά· τὸ μὲν ἀδρὸν [13] καὶ γαῦρον ὁ λέων ἀπολέσας, οὐδὲ λέων ἔσται· πρόσηνὴς δὲ πᾶσι γενόμενος ὁ κύων, οὐκ ἔσται κύων, εἴπερ κυνὸς τὸ φυλακτικὸν [14], καὶ τὸ προσίεσθαι μὲν τὸ οἰκεῖον, ἀπελαύνειν δὲ τὸ ἀλλότριον. Ὥστε τὸ μὴ φθείρεσθαι τὴν φύσιν οὐ κακὸν, φθορὰ δὲ φύσεως ἀσθένεια καὶ ἔλλειψις τῶν φυσικῶν ἕξεων, καὶ ἐνεργειῶν καὶ δυνάμεων. Καὶ εἰ πάντα τὰ διὰ γενέσεως ἐν χρόνῳ ἔχει τὸ τέλειον, οὐδὲ τὸ ἀτελὲς πάντη παρὰ πᾶσαν τὴν φύσιν [15].

## § XXVI.

Sed neque in tota natura malum est. Si enim omnes rationes naturales sunt a natura universali, nihil jam est illi contrarium; singulari vero naturæ aliud quidem secundum naturam erit, aliud vero non erit secundum naturam. Alii enim aliud est contra naturam, quodque huic est naturale, illi contra naturam est. Naturæ vero vitium est, id quod naturæ contrarium est, eamque privat suis naturalibus. Non est itaque natura mala; sed hoc naturæ malum est quod eam impotem reddit explendi ea quæ sunt naturæ propria.

C Ἀλλ' οὐδὲ ἐν τῇ ὅλῃ φύσει τὸ κακόν. Εἰ γὰρ οἱ πάντες φυσικοὶ λόγοι παρὰ τῆς καθόλου φύσεως, οὐδέν ἐστιν αὐτῇ τὸ ἐναντίον· τῇ καθ' ἕκαστον δὲ, τὸ μὲν κατὰ φύσιν ἔσται, τὸ δὲ οὐ κατὰ φύσιν. Ἄλλῃ γὰρ ἄλλο παρὰ φύσιν· καὶ τὸ τῇδε κατὰ φύσιν, τῇ δὲ [16] παρὰ φύσιν. Φύσεως δὲ κακία τὸ παρὰ φύσιν, ἡ στέρησις τῶν τῆς φύσεως. Ὥστε οὐκ ἔστι κακὴ φύσις, ἀλλὰ τοῦτο τῇ φύσει κακὸν, τὸ ἀδυνατεῖν τὰ τῆς οἰκείας φύσεως ἐκτελεῖν.

## § XXVII.

Verum nec in corporibus malum est. Fœditas enim et morbus defectus quidam formæ est, ordinisque privatio; illud autem non usquequaque malum est, sed minus pulchrum; nam si omnimoda pulchritudinis et formæ ordinisque resolutio fiat, ipsum quoque corpus **371** interibit. Quod autem corpus animæ non sit causa malitiæ, vel ex eo constat, quoniam etiam sine corpore malitia possit alicui adhærere, ut in dæmonibus patet; siquidem id æque spiritibus atque animabus quam corporibus malum est, si infirmentur, et de bonorum suorum statu deturbentur.

D Ἀλλ' οὐδὲ ἐν σώμασι τὸ κακόν. Αἶσχος γὰρ καὶ νόσος ἔλλειψις εἴδους καὶ στέρησις τάξεως· τοῦτο δὲ οὐ πάντη κακὸν, ἀλλ' ἧττον καλόν· εἰ γὰρ παντελὴς γένοιτο λύσις κάλλους [17], καὶ εἴδους, καὶ τάξεως, οἰχήσεται καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα. Ὅτι δὲ οὐδὲ κακίας αἴτιον τῇ ψυχῇ [18] τὸ σῶμα, δῆλον ἐκ τοῦ δυνατὸν εἶναι καὶ ἄνευ σώματος παρυφίστασθαι κακίαν, ὥσπερ ἐν δαίμοσι· τοῦτο γάρ ἐστι [19] καὶ νοῖς, καὶ ψυχαῖς, καὶ σώμασι κακὸν, ἡ τῆς ἕξεως τῶν οἰκείων ἀγαθῶν ἀσθένεια καὶ ἀπόπτωσις.

### VARIÆ LECTIONES.

[10] φῶμεν. [11] τὸν ἀέρα, καὶ τόν, M. [12] ἀνέλοις, D. [13] ἀνδρεῖον, D. P. [14] ὑλακτικόν. [15] τὴν non est in D. S. [16] καὶ τὸ τῇ μέν, S. καὶ τὸ τόδε κατὰ φύσιν, τόδε, P. [17] καλοῦ. M. [18] articulus deest in M. [19] ἐστι non est in M.

## § XXVIII.

Ἀλλ' οὐδὲ τὸ πολυθρύλλητον· « Ἐν ὕλῃ τὸ κακὸν, ὥς φασι, καθ' ὃ ὕλη· » καὶ γὰρ καὶ αὐτὴ τοῦ κόσμου καὶ κάλλους καὶ εἴδους ἔχει μετουσίαν. Εἰ δὲ τούτων ἐκτὸς οὖσα ἡ ὕλη, καθ' ἑαυτὴν ἄποιός ἐστι καὶ ἀνείδεος, πῶς ποιεῖ τι ἡ ὕλη, ἡ μηδὲ τὸ πάσχειν δύνασθαι καθ' ἑαυτὴν ἔχουσα; Ἄλλως τε, πῶς ἡ ὕλη κακόν; Εἰ μὲν γὰρ οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἐστιν, οὔτε ἀγαθὸν οὔτε κακόν· εἰ δέ πως ὄν, τὰ δὲ ὄντα πάντα ἐκ τἀγαθοῦ, καὶ αὐτὴ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ ἂν εἴη, καὶ ἢ[30] τὸ ἀγαθὸν τοῦ κακοῦ ποιητικὸν, ἢ τὸ κακὸν, ὡς ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ ὄν, ἀγαθόν· ἢ τὸ κακὸν τοῦ ἀγαθοῦ ποιητικὸν, ἢ καὶ τὸ ἀγαθὸν, ὡς ἐκ τοῦ κακοῦ, κακόν. Ἡ δύο αὖθις ἀρχαὶ, καὶ αὗται ἄλλης μιᾶς ἐξημμέναι κορυφῆς. Εἰ δὲ ἀναγκαίαν φασὶ τὴν ὕλην πρὸς συμπλήρωσιν τοῦ παντὸς κόσμου, πῶς ἡ ὕλη κακόν; ἄλλο γὰρ τὸ κακὸν, καὶ ἄλλο τὸ ἀναγκαῖον[31]. Πῶς δὲ ὁ ἀγαθὸς ἐκ τοῦ κακοῦ παράγει τινὰ πρὸς γένεσιν; ἢ πῶς κακὸν τὸ τοῦ ἀγαθοῦ δεόμενον; φεύγει γὰρ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ φύσιν τὸ κακόν. Πῶς δὲ γεννᾷ καὶ τρέφει τὴν φύσιν ἡ ὕλη κακὴ οὖσα; τὸ γὰρ κακὸν, ᾗ[32] κακὸν, οὐδενός ἐστι γεννητικὸν, ἢ θρεπτικὸν, ἢ ὅλως ποιητικὸν, ἢ σωστικόν. Εἰ δὲ φαῖεν, αὐτὴν μὲν οὐ ποιεῖν κακίαν ἐν ψυχαῖς, ἐφέλκεσθαι δὲ αὐτὰς, πῶς ἔσται τοῦτο ἀληθές; πολλαὶ γὰρ αὐτῶν εἰς τὸ ἀγαθὸν βλέπουσι[33]. Καίτοι πῶς ἐγίνετο τοῦτο τῆς ὕλης πάντως αὐτὰς εἰς τὸ κακὸν ἐφελκομένης; Ὥστε οὐκ ἐξ ὕλης ἐν ψυχαῖς τὸ κακὸν, ἀλλ' ἐξ ἀτάκτου καὶ πλημμελοῦς κινήσεως[34]. Εἰ δὲ καὶ τοῦτό φασι, τῇ ὕλῃ πάντως ἕπεσθαι, καὶ ἀναγκαία ἡ ἄστατος ὕλη τοῖς ἐφ' ἑαυτῶν ἰδρῦσθαι μὴ δυναμένοις, πῶς τὸ κακὸν ἀναγκαῖον, ἢ τὸ ἀναγκαῖον κακόν;

A Sed neque tritum illud: « In materia malum, ut aiunt, quatenus materia est; » nam et ipsa pulchritudinis et ornatus formæque fit particeps. Si autem seorsum ab his suapte natura materia qualitatem nullam speciemque obtinet, quonam pacto materia quidquam agat, quæ nec id ipsum a se habet, ut pati possit? Præterea, quonam modo materia malum sit? Si enim neutiquam nusquamque est, neque bonum neque malum est; sin vero quomodocunque est, omniaque quæ sunt, ex bono sunt; utique etiam ipsa ex bono erit, atque ita vel bonum malum efficit, vel certe malum, quatenus ex bono est, bonum erit, nisi forte malum bonum faciat, adeoque bonum, quatenus ex malo est, malum sit. Vel iterum, duo sunt principia quæ ipsamet ab uno aliquo alio capite dependent. Jam vero si materiam ad universi consummationem necessariam fuisse dicant, quomodo materia malum sit? aliud enim est malum esse, aliud necessarium. Quomodo autem bonus aliqua ex malo gignat? aut quomodo malum sit id quod bono necessarium est? nempe malum boni naturam fugit. Quomodo vero materia naturam gignit ac nutrit, si mala est? malum enim, qua parte malum est, nihil gignit aut nutrit, efficitve aut salvat. Quod si dicant, eam quidem in animabus malitiam non progignere, sed ad malitiam eas instigare, quonam modo id verum erit? cum ex iis plurimæ bonum spectent. Atqui, quonam pacto id fieri potuisset, si ad malum eas materia prorsus inclinaret? Quamobrem malum in animabus non exsistit ex materia, sed ex inordinato quodam et peccante motu. Quod si dicant, eas omnino sequi materiam, atque materiam illam instabilem iis esse necessariam, qui in semetipsis consistere non possunt; quanam ratione malum sit necessarium? vel quomodo id quod necessarium est sit malum?

B

## § XXIX.

Ἀλλ' οὐδὲ τοῦτο, ὃ φαμεν, ἡ στέρησις κατὰ δύναμιν οἰκείαν μάχεται τῷ ἀγαθῷ· ἡ γὰρ παντελὴς στέρησις, καθόλου ἀδύναμος· ἡ δὲ μερικὴ, οὐ καθ' ὃ στέρησις, ἔχει τὴν δύναμιν, ἀλλὰ καθ' ὃ οὐ παντελής ἐστι στέρησις. Στερήσεως γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ μερικῆς οὔσης, οὔπω κακόν· καὶ γενομένης, καὶ ἡ τοῦ κακοῦ φύσις ἀπελήλυθε.

C Sed neque dicimus, privationem vi sua bono repugnare, nam omnimoda quidem privatio prorsus impotens est; partialis vero non secundum **372** quod privatio est vim habet, sed secundum quod non est omnimoda privatio. Si enim sit privatio boni partialis, nondum malum est; et si facta sit, jam etiam mali natura discessit.

## § XXX.

Συνελόντι δὲ φάναι, τὸ ἀγαθὸν ἐκ τῆς μιᾶς[35] καὶ τῆς ὅλης αἰτίας· τὸ δὲ[36] κακὸν ἐκ πολλῶν καὶ μερικῶν ἐλλείψεων. Οἶδεν ὁ Θεὸς τὸ κακὸν ἢ ἀγαθὸν[37], καὶ παρ' αὐτῷ αἱ αἰτίαι τῶν κακῶν, δυνάμεις εἰσὶν ἀγαθοποιοί. Εἰ δὲ[38] τὸ κακὸν ἀΐδιον, καὶ δημιουργεῖ, καὶ δύναται, καὶ ἔστι, καὶ ὁρᾷ, πόθεν αὐτῷ ταῦτα; ἢ

Sed ut summatim dicam, bonum ex una integraque causa exsistit, malum autem ex multis partialibusque defectibus. Cognovit Deus malum ut bonum, et penes ipsum malorum causæ virtutes sunt beneficæ. Quod si malum æternum est, et creat, et potest, et est, et agit, unde ei hæc omnia?

### VARIÆ LECTIONES.

[30] καὶ εἰ, M. [31] ἄλλο non est in M. [32] καθό, M. Sc. [33] ἀποβλέπουσι [34] ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ ἀτάκτου καὶ πλημμελήσεως, M. [35] ἐκ μιᾶς non habent S. P. D. [36] δὲ non est in M. [37] ἢ ἀγαθὸν, S. P. D. [38] δὲ non est in D.

num ex bono? an bono ex malo? an vero utrique ex causa alia? Omne quod secundum naturam est, ex definita causa nascitur; malum autem si causæ sit ac definitionis expers, non est secundum naturam; neque enim est in rerum natura, quod contra naturam est, neque in arte ratio est inscitiæ. Num ergo anima malorum causa sit, sicut ignis v. g. caloris, atque omnia, quibus appropinquat, malitia replet? an vero bona quidem animæ natura, sed in actionibus suis alias quidem sic, alias vero aliter se habet? Si natura sua status etiam ejus malus est, unde statum habuit? an ex causa bona quæ effectrix est rerum omnium? Sed si ex ea, quomodo malum est secundum essentiam? Omnes enim ejus effectus boni sunt. Sin per actiones, neque hoc est immutabile; alioquin unde virtutes illi, nisi boniformis facta sit? Reliquum est igitur, malum esse debilitatem quamdam defectionemque a bono.

A ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ; ἢ τῷ ἀγαθῷ ἐκ τοῦ κακοῦ; ἢ ἀμφοῖν ἐξ ἄλλης αἰτίας; Πᾶν τὸ κατὰ φύσιν ἐξ αἰτίας ὡρισμένης γεννᾶται· εἰ δὲ τὸ κακὸν ἀναίτιον καὶ ἀόριστον, οὐ κατὰ φύσιν· οὐδὲ γὰρ ἐν τῇ φύσει τὸ παρὰ φύσιν, οὐδὲ ἀτεχνίας [29] ἐν τῇ τέχνῃ λόγος. Ἆρα ἡ ψυχὴ τῶν κακῶν αἰτία, καθάπερ τὸ πῦρ τοῦ θερμαίνειν, καὶ πάντα οἷς ἂν γειτνιάσῃ, κακίας ἀναπίμπλησιν; ἢ ἀγαθὴ μὲν ἡ τῆς ψυχῆς φύσις, ταῖς δὲ ἐνεργείαις, ποτὲ μὲν οὕτως ἔχει, ποτὲ δὲ οὕτως; Εἰ μὲν φύσει καὶ τὸ εἶναι αὐτῆς κακὸν, καὶ πόθεν αὐτῇ τὸ εἶναι; ἢ ἐκ τῆς δημιουργικῆς τῶν ὅλων ὄντων ἀγαθῆς αἰτίας; Ἀλλ' εἰ ἐκ ταύτης, πῶς κατ' οὐσίαν κακόν; ἀγαθὰ γὰρ πάντα ταύτης ἔκγονα. Εἰ δὲ ταῖς ἐνεργείαις, οὐδὲ τοῦτο ἀμετάβλητον· εἰ δὲ μή, πόθεν αἱ ἀρεταὶ, μὴ καὶ ἀγαθοειδοῦς αὐτῆς γινομένης; Λείπεται ἄρα, τὸ κακὸν B ἀσθένεια καὶ ἔλλειψις τοῦ ἀγαθοῦ εἶναι.

## § XXXI.

**Bonorum causa una est. Si bono malum est contrarium, malorum causæ multæ sunt; non tamen efficientes sunt malorum rationes ac facultates, sed impotentia, et infirmitas, et incongrua quædam permistio rerum dissimilium. Mala nec immobilia sunt, neque semper eodem modo se habent, sed infinita et indeterminata, in aliis atque aliis, iisque infinitis, diversimode vagantur. Malorum etiam omnium principium atque finis bonum est; boni enim causa sunt omnia, et quæ bona sunt et quæ mala; quippe cum hæc quoque boni desiderio agamus (nemo enim proposito sibi malo facit quæ facit): quapropter neque substantia malum nititur, sed substantiæ simulacro, dum boni et non sui ipsius gratia geritur.**

Τῶν ἀγαθῶν τὸ αἴτιον ἕν. Εἰ τῷ ἀγαθῷ τὸ κακὸν ἐναντίον, τοῦ κακοῦ τὰ αἴτια πολλά· οὐ μὴν τὰ ποιητικὰ τῶν κακῶν, λόγοι καὶ δυνάμεις, ἀλλ' ἀδυναμία, καὶ ἀσθένεια, καὶ μίξις τῶν ἀνομοίων ἀσύμμετρος. Οὔτε ἀκίνητα καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντα τὰ κακὰ, ἀλλ' ἄπειρα, καὶ ἄόριστα, καὶ ἐν ἄλλοις φερόμενα, καὶ τούτοις ἀπείροις. Πάντων καὶ τῶν κακῶν ἀρχὴ καὶ τέλος ἔσται τὸ ἀγαθόν· τοῦ γὰρ ἀγαθοῦ ἕνεκα πάντα καὶ ὅσα ἀγαθὰ, καὶ ὅσα ἐναντία· καὶ γὰρ καὶ ταῦτα πράττομεν τὸ ἀγαθὸν ποθοῦντες· (οὐδεὶς γὰρ C εἰς [30] τὸ κακὸν ἀποβλέπων ποιεῖ ἃ ποιεῖ·) διὸ οὔτε ὑπόστασιν ἔχει τὸ κακὸν, ἀλλὰ παρυπόστασιν [31], τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα καὶ οὐχ ἑαυτοῦ γινόμενον.

## § XXXII.

**Malo status tribuendus est per accidens, et propter aliud, et non ex proprio principio; ut quod dum fit, rectum quidem esse videatur, quia 373 boni gratia fit, revera autem rectum non sit, quandoquidem id bonum opinemur, quod bonum non est. Ostensum est aliud esse quod expetitur, et aliud quod agitur. Malum itaque deflectit D a via præter intentionem, præter naturam, præter causam, præter principium, præter finem, extra terminum, extra voluntatem, extra substantiam. Malum ergo privatio est, et defectus, et infirmitas, et inconcinnitas, et error, et frustratio scopi, pulchritudinis, vitæ, intellectus, rationis, perfectionis, fundamenti, causæ; est interminatum, sterile, iners, imbecillum, confusum, dissimile, infinitum, tenebrosum, statu caret, ipsumque nullo pacto, ac nusquam, et nihil exsistit. Quomodo ergo malum**

Τῷ κακῷ τὸ εἶναι θετέον κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ δι' ἄλλο, καὶ οὐκ ἐξ ἀρχῆς οἰκείας· ὥστε τὸ γιγνόμενον, ὀρθὸν μὲν εἶναι δοκεῖν, ὅτι τοῦ ἀγαθοῦ ἕνεκα γίνεται, τῷ ὄντι δὲ οὐκ ὀρθὸν εἶναι, διότι τὸ μὴ ἀγαθὸν ἀγαθὸν οἰόμεθα. Δέδεικται ἄλλο τὸ ἐφετὸν, καὶ ἄλλο τὸ γινόμενον. Οὐκοῦν τὸ κακὸν παρὰ τὴν ὁδὸν, καὶ παρὰ τὸν σκοπὸν, καὶ παρὰ τὴν φύσιν, καὶ παρὰ τὴν αἰτίαν, καὶ παρὰ τὴν ἀρχὴν, καὶ παρὰ τὸ τέλος, καὶ παρὰ τὸν ὅρον, καὶ παρὰ τὴν βούλησιν, καὶ παρὰ τὴν ὑπόστασιν. Στέρησις ἄρα ἐστὶ τὸ κακὸν, καὶ ἔλλειψις, καὶ ἀσθένεια, καὶ ἀσυμμετρία, καὶ ἁμαρτία, καὶ ἄσκοπον, καὶ ἀκαλλὲς, καὶ ἄζωον [32], καὶ ἄνουν, καὶ ἄλογον, καὶ ἀτελὲς, καὶ ἀνίδρυτον, καὶ ἀναίτιον, καὶ ἀόριστον, καὶ ἄγονον, καὶ ἀργὸν καὶ ἀδρανὲς, καὶ ἄτακτον, καὶ ἀνόμοιον, καὶ ἄπειρον, καὶ σκοτεινὸν, καὶ ἀνούσιον, καὶ αὐτὸ μηδαμῶς μηδαμῇ μηδὲν ὄν. Πῶς ὅλως δύναταί τι τὸ κακὸν τῇ πρὸς τὸ ἀγαθὸν μίξει [33]; τὸ γὰρ πάντῃ τοῦ ἀγαθοῦ ἄμοιρον

### VARIÆ LECTIONES.

[29] οὐδὲ ἄτεχνος, M. [30] εἰς non est in M. [31] duobus verbis lege παρ' ὑπόστασιν, M. [32] ἀζῶν, P. [33] μεθέξει.

οὔτε ἐστί τι, οὔτε δύναται. Καὶ γὰρ εἰ τὸ ἀγαθὸν καὶ Λ ὂν ἔστι, καὶ βουλητὸν, καὶ ἐνδύναμον [34], καὶ δραστήριον, πῶς δυνήσεταί τι τὸ ἐναντίον τἀγαθῷ, τὸ οὐσίας [35] καὶ βουλήσεως, καὶ δυνάμεως, καὶ ἐνεργείας ἐστερημένον; Οὐ πάντα πᾶσι [36] καὶ πάντη τὰ αὐτὰ κατὰ τὸ αὐτὸ [37] κακά. Δαίμονι κακὸν [38], τὸ παρὰ τὸν ἀγαθοειδῆ νοῦν εἶναι· ψυχῇ, τὸ παρὰ λόγον· σώματι, τὸ παρὰ φύσιν.

omnino possit aliquid permistione boni? quod enim boni prorsus expers est, neque est quidquam, neque quidquam potest. Etenim si bonum est id quod est, et appetendum, et validum, et efficax, quomodo quidquam possit id quod bono contrarium est, cum et essentia careat, et voluntate, et potentia, et actione? Non omnibus omnia et omnino eadem secundum idem mala sunt. Dæmoni malum est, quod a bona mente deflexerit; animo, quod a ratione; corpori, quod a natura.

## § XXXIII.

Πῶς ὅλως τὰ κακὰ Προνοίας οὔσης; Οὐκ ἔστι τὸ κακὸν, ἢ κακὸν, οὔτε ὄν, οὔτε ἐν τοῖς οὖσι. Καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων ἐστὶν ἀπρονόητον· οὐδὲ γάρ ἐστι τὸ κακὸν Β ὄν, ἀμιγὲς ὑπάρχον τοῦ ἀγαθοῦ. Καὶ εἰ μηδὲν τῶν ὄντων ἀμέτοχον τοῦ ἀγαθοῦ, κακὸν δὲ ἡ ἔλλειψις τοῦ ἀγαθοῦ, οὐδὲν δὲ τῶν ὄντων ἐστέρηται καθόλου τοῦ ἀγαθοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς οὖσιν ἡ θεία Πρόνοια, καὶ οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπρονόητον· ἀλλὰ καὶ τοῖς γινομένοις κακοῖς ἀγαθοπρεπῶς ἡ Πρόνοια κέχρηται, πρὸς τὴν αὐτῶν, ἢ ἄλλων, ἢ ἰδικὴν ἢ [39] κοινὴν ὠφέλειαν, καὶ οἰκείως ἑκάστου τῶν ὄντων προνοεῖ. Διὸ καὶ τὸν εἰκαῖον [40] τῶν πολλῶν οὐκ ἀποδεξόμεθα λόγον, οἳ χρῆναί φασι τὴν Πρόνοιαν καὶ ἄκοντας ἡμᾶς ἐπὶ τὴν ἀρετὴν ἄγειν· τὸ γὰρ φθεῖραι φύσιν οὐκ ἔστι Προνοίας. Ὅθεν ὡς Πρόνοια τῆς ἑκάστου φύσεως σωστικὴ, τῶν αὐτοκινήτων ὡς αὐτοκινήτων προνοεῖ, καὶ τῶν ὅλων καὶ τῶν καθ' ἕκαστον οἰκείως [41] ὅλῳ καὶ ἑκάστῳ, καθ' ὅσον ἡ τῶν προνοουμένων φύσις ἐπιδέχεται τὰς τῆς C ὅλης καὶ παντοδαπῆς προνοίας ἐκδιδομένας ἀναλόγως ἑκάστῳ προνοητικὰς ἀγαθότητας.

Quomodo exstante Providentia mala sunt omnino? Malum, qua malum, neque res, neque in rebus est. Nulla etiam res Providentiam effugit; neque enim est malum quod non sit admistum bono. Quod si nulla res sit expers boni, malum autem sit defectus boni, cum nulla res omnino privata sit bono, in rebus omnibus divina quoque Providentia est, nec res ulla Providentiam divinam effugit; quin etiam iis qui mali evaserunt, ad ipsorum aut aliorum privatam vel communem utilitatem, Providentia benigne utitur, proprieque singulis rebus consulit. Quamobrem vanum sermonem plurimorum nequaquam approbamus, qui aiunt, divinam Providentiam nos vel invitos ad virtutem debere impellere; nam non est Providentiæ naturam violare. Quapropter tanquam Providentia, quæ naturæ cujusque conservatrix sit, libero motu præditis, ut libere se moventibus, et universis ac singulis, modo quodam universo ac cuilibet proprio prospicit, in quantum eorum, quibus providetur, natura capit universæ atque omnigenæ providentiæ beneficia, quæ cuique pro captu suo dantur.

## § XXXIV.

Οὐκ ἄρα ὂν τὸ κακὸν, οὐδὲ ἐν τοῖς οὖσι τὸ κακόν. Οὐδαμοῦ γὰρ τὸ κακὸν, ἢ κακόν· καὶ τὸ γίνεσθαι τὸ κακὸν οὐ κατὰ δύναμιν, ἀλλὰ δι' ἀσθένειαν. Καὶ τοῖς δαίμοσιν, ὃ μέν εἰσι, καὶ ἐκ τἀγαθοῦ, καὶ ἀγαθόν· τὸ δὲ κακὸν αὐτοῖς ἐκ τῆς τῶν οἰκείων ἀγαθῶν ἀποπτώσεως, καὶ ἀλλοίωσις ἡ περὶ τὴν ταὐτότητα καὶ τὴν ἕξιν ἀσθένεια τῆς προσηκούσης αὐτοῖς ἀγγελοπρεποῦς τελειότητος. Καὶ ἐφίενται τοῦ ἀγαθοῦ, καθ' ὃ τοῦ D εἶναι, καὶ ζῆν, καὶ νοεῖν ἐφίενται· καὶ καθὸ οὐκ ἐφίενται [42] τοῦ ἀγαθοῦ, τοῦ μὴ ὄντος ἐφίενται· καὶ οὐκ ἔστι τοῦτο ἔφεσις, ἀλλὰ τῆς ὄντως ἐφέσεως ἁμαρτία.

**374** Non igitur malum est res aliqua, neque in rebus malum exsistit. Nusquam enim malum est, qua malum; nec quod malum fit, hoc a potestate proficiscitur, sed ab imbecillitate. Ac dæmonibus, id quidem quod sunt, et ex bono est, et bonum; malum, quod illis ex lapsu a propriis bonis accidit, est ejusdem status habitusque mutatio, et accommodatæ eis angelis dignæ perfectionis imbecillitas. Expetunt etiam bonum, in quantum et esse, et vivere, et intelligere desiderant; et in quantum non expetunt bonum, id quod non est expetunt; atqui non est hoc appetitus, sed veræ appetitionis defectio.

## § XXXV.

Ἐν γνώσει δὲ ἁμαρτάνοντας καλεῖ τὰ Λόγια τοὺς περὶ τὴν ἄληστον τοῦ ἀγαθοῦ γνῶσιν ἢ τὴν ποίησιν

In scientia vero peccantes Scriptura vocat eos qui circa eam, quæ latere non potest, boni cogni-

### VARIÆ LECTIONES.

[34] εὐδύναμον. [35] καὶ οὐσίας, M. [36] παντάπασι. [37] καὶ κατὰ τὸ αὐτό, P. [38] τὸ κακόν, P. [39] ἢ non est in P. [40] καὶ τὸν μάταιον, M. [41] ὁμοίως, M. [42] καὶ εἰ οὐκ ἐφίενται, S. P. D.

tionem aut actionem imbecilles sunt, quique sciunt voluntatem, et non faciunt; qui audiverunt quidem, sed infirmi sunt in fide vel operatione boni; quin etiam aliqui nolunt intelligere ut bene faciant, ex perversione vel debilitate voluntatis. Atque universim malum, ut sæpe diximus, infirmitas est et imbecillitas, et defectus sive scientiæ, sive liquidæ cognitionis, sive fidei, sive naturæ, sive desiderii, sive operationis boni. Atqui dixerit nonnemo, infirmitatem minime supplicium mereri, sed e diverso venia dignam esse. Si quidem facultas non suppeteret, recte utique id diceretur; sin autem ex bono sit posse, quod, juxta Scripturam, omnibus omnino convenientia largitur, ex bona bonorum propriorum habitudine defectio, et perversio, et fuga, prolapsioque, laudanda non sunt. Verum hæc in tractatu *De justo divinoque judicio* satis a nobis pro virili sunt exposita; in quo sacro tractatu veritas Eloquiorum sophisticas rationes, quæ injustitiam mendaciumque Deo impingunt, tanquam plane impias et stolidas elisit. Jam vero pro modulo nostro satis laudatum est bonum, in quantum vere admirandum, ut principium et finis omnium, ut rerum omnium complexus, ut informans res non exsistentes, ut causa bonorum omnium, ut nullius mali causa, ut providentia et bonitas absoluta, quæque omnia, tam quæ sunt quam quæ non sunt, superat, et mala, suique privationem, bona efficit, ut omnibus expetendum, amandum et diligendum, et quæcunque alia in superioribus verax, uti reor, oratio demonstravit.

A ἐξασθενοῦντας, καὶ τοὺς εἰδότας τὸ θέλημα, καὶ μὴ ποιοῦντας· τοὺς ἀκηκοότας μὲν, ἀσθενοῦντας δὲ περὶ τὴν πίστιν, ἢ τὴν ἐνέργειαν τοῦ ἀγαθοῦ· καὶ ἀβούλητόν τισι τὸ συνιέναι τοῦ ἀγαθῦναι, κατὰ τὴν παρατροπὴν, ἢ τὴν ἀσθένειαν τῆς βουλήσεως. Καὶ ὅλως[43] τὸ κακὸν, ὡς πολλάκις εἰρήκαμεν, ἀσθένεια, καὶ ἀδυναμία, καὶ ἔλλειψίς ἐστιν ἢ τῆς γνώσεως, ἢ τῆς ἀληστοῦ γνώσεως, ἢ τῆς πίστεως[43*], ἢ τῆς ἐφέσεως, ἢ τῆς ἐνεργείας τοῦ ἀγαθοῦ. Καίτοι φαίη τις· Οὐ τιμωρητὸν ἡ ἀσθένεια, τοὐναντίον δὲ συγγνωστόν· εἰ μὲν οὐκ[44] ἐξῆν τὸ δύνασθαι, καλῶς ἂν εἶχεν ὁ λόγος· εἰ δὲ ἐκ τἀγαθοῦ[45] τὸ δύνασθαι, τοῦ διδόντος, κατὰ τὰ Λόγια, τὰ προσήκοντα πᾶσιν ἁπλῶς, οὐκ ἐπαινετὸν[46] ἡ τῆς ἐκ τἀγαθοῦ τῶν οἰκείων ἀγαθῶν ἕξεως ἁμαρτία, καὶ παρατροπὴ, καὶ ἀποφυγὴ, καὶ ἀπόπτωσις. Ἀλλὰ B ταῦτα μὲν ἡμῖν ἐν τοῖς *Περὶ δικαίου*[47] *καὶ θείου δικαιωτηρίου* κατὰ δύναμιν ἱκανῶς εἰρήσθω, καθ' ἣν ἱερὰν πραγματείαν ἡ τῶν Λογίων ἀλήθεια, τοὺς σοφιστικοὺς καὶ ἀδικίαν καὶ ψεῦδος κατὰ τοῦ Θεοῦ λαλοῦντας ἀπερράπισεν[48] ὡς παράφρονας λόγους. Νῦν δὲ, ὡς καθ' ἡμᾶς ἀρκούντως ὑμνηται τἀγαθὸν, ὡς ὄντως ἀγαστὸν, ὡς ἀρχὴ καὶ πέρας πάντων, ὡς περιοχὴ τῶν ὄντων, ὡς εἰδοποιὸν[49] τῶν οὐκ ὄντων, ὡς πάντων ἀγαθῶν αἴτιον, ὡς τῶν κακῶν ἀναίτιον, ὡς πρόνοια καὶ ἀγαθότης παντελὴς, καὶ ὑπερβάλλουσα τὰ ὄντα καὶ τὰ οὐκ ὄντα, καὶ τὰ κακὰ, καὶ τὴν ἑαυτῆς στέρησιν ἀγαθύνουσα, πᾶσιν ἐφετὸν, καὶ ἐραστὸν, καὶ ἀγαπητὸν, καὶ ὅσα ἄλλα ἐν τοῖς ἔμπροσθεν ὁ ἀληθὴς ἀπέδειξεν, ὡς οἶμαι, λόγος.

## 375 ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. Nota, quod bonitatem vocet *essentiam divinam, divinitatis originem*, in creaturis scilicet; quia Deus est auctor divinitatis in cunctis hominibus et angelis qui Deum imitantur, et ei similes fiunt, de quibus scriptum est, *Ego dixi, dii estis* [y]. Unde divinitatem deificam et Deum deificum frequenter vertimus, quod Dionysius θεαρχίαν et ὕπαρξιν θεαρχικὴν dicit. Hunc locum adnotans S. Maximus, « Substantiale, inquit, bonum vocat ipsum Deum. » Et paulo post, « Deus, inquit, bonum habet non ex accidenti tanquam qualitatem quamdam, sicut nos habemus virtutes; quinimo substantia boni Deus est, sicut lumen est substantia solis. » Ubi adverte, quod non significet lumen esse formam substantialem solis (non enim substantia, sed qualitas est lumen), sed quia natura solis, qui est corpus luminosum, non consistit sine lumine, dicit substantiam ejus esse, id est consequi naturaliter formam substantialem solis; sicut calor est substantialis igni, id est naturaliter consequens formam substantialem ignis. Hunc igitur locum interpretans S. Maximus, « Nemo, inquit, suspicetur, judicare Dionysium de Deo omnino ad exemplum solis; quin potius sic intelligendum est: sicut sol, cum non sit aliud præterquam lumen, non habet lumen adventitium et conjunctum, quod vocatur accidens; neque tanquam sit animal, velut præditus anima, voluntate benefaciendi intus lumen accipit, et in omnia dispertit (potius enim contra, neque animatus est, neque voluntatem benefaciendi habet, caret enim ratione, nec aliunde lumen accipit; est enim hoc ipsum lumen, et illuminat), sic in Deo intelligere oportet, quod Deus scilicet non habet bonum conjunctum tanquam qualitatem quamdam, sicut nos habemus virtutes; quin potius substantia ipsius boni ipse Deus est, sicut lumen substantia solis; et tanquam qui est id ipsum bonum fulgorem bonitatis in omnia porrigit. » Hactenus Maximus; qui cum ait, lumen, quod alioqui qualitas est, substantiam solis esse, more philosophorum loquitur, qui proprietatem naturæ alicujus ad eam categoriam referunt, ad quam natura illa pertinet. Porro sicut sol per septem rerum gradus lumen usquequaque diffundit, nempe per stellas fixas, per planetas sex eodem semper tenore fulgentes, per lunam lumine variam, per ignem, per aerem, per aquam et per terram; similiter sol ille solis summus Deus ipsum bonum per septem gradus benelicos radios ubique distribuit, scilicet per angelos, per animas ratione præditas, per animas sensu viventes, per animas vegetales, per cœlestia corpora, per corpora elementaria, perque materiam.

Dicendum quoque cum S. Thoma in parte I, quæst. 19, artic. 4, per illa verba: « Quemadmodum sol

[y] Psal. LXXXI, 6.

## VARIÆ LECTIONES.

[43] Καὶ ὡς ὅλως, M. [43*] addendum, imo restituendum, ἢ τῆς φύσεως, ex versione Corderii. Ed. PATROL. [44] εἰ μὲν οὖν, M. [45] κατ' ἀγαθοῦ, S. [46] ἐπαινετέον, S.P. [47] δικαιοσύνης. [48] ἀπεῤῥάγησεν, M. [49] ἰδιοποιὸν, M.

ille noster non cogitatione aut voluntate, etc. » S. Dionysium non voluisse excludere a Deo electionem simpliciter, ac si Deus non libere sed necessario res creatas produxisset, sed electionem secundum quid, in quantum scilicet non tantum quibusdam creaturis bonitatem suam communicat, sed omnibus, prout scilicet electio discretionem quamdam importat : nam alioquin, ut ibidem bene probat D. Thomas, Deus, cum sit primum agens, per intellectum et voluntatem cuncta causare dicendus est.

§ II. Docet, ex Deo, tanquam fonte bonitatis, omnium rerum bonitatem derivari. Unde S. Thomas, parte I, quæst. 6, art. 4, concludit, quod quælibet res dicatur bona bonitate divina sicut primo principio efficiente, exemplari, et finali totius bonitatis; formaliter vero dicatur bona similitudine bonitatis sibi inhærente, quæ est formalis uniuscujusque bonitas, id est : nulla res dicitur bona a bonitate divina tanquam a forma denominante, sicut paries dicitur dexter a dextera parte animalis; sed quælibet res dicitur bona a bonitate sibi inhærente, quæ est participatio quædam divinæ bonitatis, per quam ei quodammodo assimilatur. Hanc autem sententiam S. doctor sic probat : Quamvis ea quæ relata dicuntur, possint ab extrinseco aliquo, veluti a forma, denominari (ut in exemplo proxime allato), ea tamen quæ absolute talia dicuntur, nequeunt ab aliquo extrinseco, veluti a forma, denominationem accipere. In quo S. doctor reprehendit Platonis opinionem, qui, teste Aristotele, I *Metaph.*, text. 6, posuit ideas rerum quasi species communes separatas, a quibus individua denominarentur. Reprehendit autem eum, non quod poneret principium ad aliquid primum, quod per suam essentiam esset ens et bonum, qualis est Deus, sed quod diceret, rem omnem individuam talis aut talis naturæ ab eo primo ente, veluti a forma, denominari. Concedit vero, denominationem absolute ab aliquo posse provenire, tanquam a principio efficiente, aut exemplari; quod perinde est ac si diceret, posse esse principium efficiens et exemplare alicujus formæ, quæ inhærens subjecto ipsum denominat. Ideo asserit, res omnes bonas appellari a bonitate sibi inhærente, sicut a forma; a bonitate autem **376** Dei, sicut ab efficiente, exemplari et fine; vide hæc fusius apud Vasquez tom. I, in partem I, q. 6, a. 4.

§ III. *Quod si autem supra omnes res sit bonum ipsum*, etc. Docet hic bonum latius patere quam ens, cum ad ipsa non entia se extendat; quod D. Thomas parte I, quæst. 5, art. 2, secundum Platonicos dictum interpretatur, qui, materiam a privatione non distinguentes, dicebant materiam esse non ens, et consequenter volebant participationem boni ad plura se extendere quam participationem entis, cum materia prima bonum participet, quia ipsum appetit; nihil enim appetit nisi sibi simile, non autem participat ens, cum ponatur non ens. Vel dicendum, inquit, quod bonum extenditur ad exsistentia et non exsistentia non secundum prædicationem, sed secundum causalitatem, ut per non exsistentia intelligamus non ea simpliciter quæ penitus non sunt, sed ea quæ sunt in potentia et non in actu; quia bonum habet rationem finis, in quo non solum quiescunt ea quæ sunt in actu, sed ad ipsum etiam ea moventur quæ in actu non sunt, sed in potentia tantum; ens autem non importat habitudinem causæ nisi formalis tantum vel inhærentis, vel exemplaris, cujus causalitas non se extendit nisi ad ea quæ sunt in actu. Porro, ut aliquid sit bonum, non est necesse exsistat. Nam sicut in quibusdam rerum essentiis abstractis per intellectum ab exsistentia consideramus alias proprietates, et de ipsis eas prædicamus; sic etiam intelligere possumus rationem bonitatis, et de ipsis eam enuntiare. In enuntiatione enim, qua res aliqua dicitur esse bona, verbum *est* non significat exsistentiam, sed extremorum connexionem; sicut cum dicimus : « Homo est animal. » Cæterum quando dicitur, eo differre verum a bono, quod verum solum sit in intellectu, bonum autem in rebus, non est ita accipiendum, quasi bonum soluin conveniat rebus exsistentibus; sed ideo dicitur, quia verum, quod etiam est passio entis, non convenit rebus nisi per ordinem ad intellectum, rebus autem convenit bonum ex seipsis, tametsi solo intellectu ratio entis et boni distinguatur. Aliud enim est, aliqua distingui per intellectum solum; aliud est, per solum intellectum aliquid ipsis convenire, ut fusius explicat Vasquez, in partem I, q. 77.

§ IV. Nota, dum dicit : *Cœlestium principiorum et subterminationum causam esse bonum*, non significare hoc loco Dionysium, ut quidam interpretati sunt, corpora cœlestia esse principia agentia eorum quæ ortum et interitum capiunt, et discerni res secundum eadem corpora. Non loquitur hic de hujusmodi principiis, sed de principiis et terminationibus orbium cœlestium, quos fecit Deus bonitate sua globosos, in qua figura idem est principium et terminus sive finis. Non dixit ἀποπερατώσεις, id est *terminationes*, sed ὑποπερατώσεις, id est *subterminationes*, ut S. Maximus observavit; quia motus corporis globosi non habet proprie terminum, sed veluti terminum habet moveri ab aliquo principio ad idem tanquam ad terminum, verbi gratia, ab oriente ad eumdem orientem.

Ibidem paulo post ait : *Solem esse imaginem divinæ bonitatis, quatenus tenuissimum quid illius boni in eo procul resonat.* Græce est πολλοστόν, quod Lucretius poeta romanus, lib. VI, vertit *multesimum*, ea forma qua dicitur centesimum, millesimum. Significat hic tenuissimum extremi soni. « Ut si quis, inquit S. Maximus, magna vociferatione aliquid dicat, qui astant, et bene clamorem, et quod dictum est, percipiunt; qui autem distant, minus audiunt; qui vero longe sunt, tenuissimum sonum audiunt sine significatione vocis : sic cogitandum est, inquit, de lumine solis, si cum divino conferatur, esse scilicet divinum lumen infinitum; et conferri cum illo non posse, adinstar acutissimi clamoris et clarisonæ vocis cum tenuissimo et obscurissimo sono collatæ. »

Ibidem : *Hoc enim est illud lumen, tametsi tunc non erat figuratum.* S. Thomas in quæst. disputatis, tom. VIII, quæst. 4, artic. 2, ad 6, ait, lucem illam, quæ legitur primo die facta, secundum Gregorium (37) et Dionysium esse lucem solis, quæ simul cum substantia luminarium, quæ est subjectum ejus, fuit prima die producta secundum communem lucis naturam; quarta autem die attributam esse luminaribus determinatam virtutem, ad determinatos effectus, secundum quod videmus alios effectus habere radium solis, et alios radium lunæ, et sic de aliis. « Et propter hoc, inquit, dicit Dionysius lucem illam fuisse lucem solis, sed adhuc informem, quantum ad hoc quod jam erat substantia solis, et habebat virtutem illuminativam in communi; sed postmodum quarta die formata fuit, non quidem forma substantiali, quam prima die habuit, sed secundum aliquas conditiones accidentales per collationem determinatæ virtutis, secundum quod postmodum data est ei specialis et determinata virtus ad effectus particulares. Et secundum hoc in productione hujus lucis distincta est lux a tenebris quantum ad tria. Primo quidem quantum ad causam, secundum quod causa luminis erat in substantia solis, causa vero tenebrarum in opacitate terræ. Secundo distincta est quantum ad locum, quia in uno hemisphærio erat lumen, et in alio tenebræ. Tertio, quantum ad tempus, quia **377** in eodem hemisphærio secundum unam partem temporis erat lumen, et secundum aliam partem erant tenebræ. Et hoc est quod dicitur : *Lucem vocavit diem, et tenebras*

(37) Lib. II *Moral.*, c. 9.

*noctem* [x]. Sic nec lux illa undique terram complectebatur, quia in uno hemisphærio erat lumen, et in alio tenebræ; nec semper ex una parte erat dies, et ex alia nox, sed in eodem hemisphærio secundum unam partem temporis erat dies et secundum aliam erat nox.

Ex iis itaque, quæ a Dionysio § IV dicta sunt, patet omne lumen quod cernitur a Deo factum esse; et solem esse multis modis et rationibus imaginem bonitatis Dei. Simul etiam demonstratum est, quemadmodum, cum Deus dixit primo die, *Fiat lux* [a], lucem illius tridui sine figura et diffusam coegit, et in figuram globi solis contulit, præfiniens ei circuitus et orbes annuos. Idem ostendit Basilius in *Hexaemero*, et Philoponus libro IV, *De mundi opificio*, cap. 16 et 17. Nota vero, rem nullam magis quam lumen referre naturam boni. Primo quidem, quia lumen in genere sensibili purissimum eminentissimumque appareret. Secundo, facillime omnium, et amplissime momentoque dilatatur. Tertio, innoxium occurrit omnibus, atque penetrat, et lenissimum atque blandissimum est. Quarto, calorem secum fert almum, omnia foventem et generantem atque moventem. Quinto, dum adest inestque cunctis, a nullo inficitur, nulli miscetur. Similiter ipsum bonum totum rerum ordinem supereminet, amplissime dilatatur, mulcet et allicit omnia, nihil cogit; amorem quasi calorem habet ubique comitem, quo singula passim inescantur, bonumque libenter asciscunt; ubique rerum penetralibus præsentissimum, commercium cum rebus nullum habet. Denique, sicut ipsum bonum inæstimabile est atque ineffabile, ita ferme lumen, hoc enim nullus adhuc philosophorum definivit: ita ut cum nihil lumine clarius sit, nihil tamen videatur obscurius; sicut et bonum et notissimum est omnium, et pariter ignotissimum. Quamobrem Jamblicus huc postremo confugit, ut lumen actum quemdam et imaginem perspicuam divinæ Intelligentiæ nominaret; quemadmodum emicans e viso radius, est ipsius visus imago. Quemadmodum autem, juxta Platonem, sol et oculos generat et colores, oculisque vim præbet qua videant, et coloribus qua videantur, et utrosque in unum lumine conciliante conjungit; ita Deus ad intellectus omnes resque intelligibiles se habere putatur. Atque ita demum excedit hæc omnia, quemadmodum sol oculos et colores. Denique, sicut nihil alienius est a luce divina quam materia prorsus informis, ita nihil a luce solis remotius est quam terra; quocirca corpora, in quibus terræ conditio prævalet, tanquam luci ineptissima, lumen nullum intus accipiunt; non quia sit impotens lumen ad penetrandum; hoc enim dum non illuminat intus lanam aut folium, interim penetrat momento crystallum, alioquin difficilius penetratu; ita divinum lumen etiam in tenebris animæ lucet, sed tenebræ ipsum non comprehendunt.

§ V. *Summum enim bonum dicitur lumen intellectile.* Disputat D. Thomas parte I, qu. 67, a. 1, utrum lux proprie in spiritalibus dicatur; et in corpore respondet, quod de aliquo nomine dupliciter convenit loqui, scilicet uno modo secundum primam ejus impositionem, alio modo secundum usum nominis; sicut patet in nomine visionis, quod primo impositum est ad significandum actum sensus visus, sed propter dignitatem et certitudinem hujus sensus, extensum est hoc nomen, secundum usum loquentium, ad omnem cognitionem aliorum sensuum; et ulterius etiam ad cognitionem intellectus, juxta illud: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [b]. Et similiter dicendum est de nomine lucis; nam primo quidem est institutum ad significandum id quod facit manifestationem in sensu visus; postmodum autem extensum, ad significandum omne illud quod facit manifestationem secundum quamcunque cognitionem. Si ergo accipiatur nomen luminis secundum suam primam impositionem, metaphorice in spiritalibus dicitur, ut Ambrosius ait; si autem accipiatur, secundum quod est in usu loquentium ad omnem manifestationem extensum, sic proprie in spiritalibus dicitur. Vide plura de luce apud D. Thomam in *Sentent.* II, distinct. 13, quæst. 1, art. 3.

§ VII. *Hoc item bonum laudatur ut pulchrum*, etc. Nota hic cum D. Thoma, parte I, quæst. 5, artic. 4, ad 1, quod pulchrum et bonum in subjecto quidem sint idem, quia super eamdem rem fundantur, scilicet super formam, et propter hoc bonum laudatur ut pulchrum, sed ratione differunt; nam bonum proprie respicit appetitum (est enim bonum quod omnia appetunt), et ideo habet rationem finis (nam appetitus est quasi quidam motus ad rem), pulchrum autem respicit vim cognoscitivam (pulchra enim dicuntur, quæ visa placent), unde pulchrum in debita proportione consistit, quia sensus delectatur in rebus debite proportionatis, sicut in sibi similibus; nam et sensus ratio quædam est, et omnis virtus cognoscitiva. Et quia cognitio fit per assimilationem, similitudo autem respicit formam, pulchrum proprie pertinet ad rationem causæ formalis.

Ibidem: *Dicuntur omnia secundum omnem causam pulchrum et bonum appetere*; quia **378** Deus est causa omnium effectrix, qui cum omnibus bonitatem et pulchritudinem suam communicat; et quia finis omnium; omnia enim facta sunt, ut divinam bonitatem et pulchritudinem, prout quælibet possunt, imitentur. Est præterea causa exemplaris Deus; quia omnia priusquam herent, et inter se distinguerentur, in ipso erant, et secundum rationes et exemplaria omnium quæ in se habebat, omnia facta et discreta sunt.

Ibidem paulo post: *Tunc*, inquit, *est ipsum pulchrum et bonum, quando in Deo laudatur supra substantiam, auferendo universa.* Exponit, quando quod non est participat pulchrum et bonum, quando scilicet aliquis dicit: « Hoc non est Deus, nec illud, sed est supra hæc; » hoc igitur non esse, ablatio, inquam, omnium, sive negatio, participat pulchrum et bonum, quatenus Deus dicitur non esse. Potest etiam dici, hic non esse materia, ut dici solet a Dionysio, quatenus expers est pulchræ formæ. Potest item dici, non esse malum, ut etiam alias dicitur, et hoc etiam participat bonum, quia fit propter aliquid quod pulchrum et bonum videtur. Ita Maximus et Pachymeres.

§ VIII et IX. Nota S. Dionysium in angelis aliter assignare tres motus quam in anima; dicit enim motum circularem angeli esse secundum illuminationes pulchri et boni, motum autem circularem animæ secundum plura determinat. Quorum primum est, introitus animæ ab exterioribus ad seipsam. Secundum est quædam convolutio virtutum ipsius, per quam anima liberatur ab errore et externa occupatione. Tertium est unio ad ea quæ supra se sunt. Similiter etiam differenter describit motum rectum utriusque; nam rectum motum angeli dicit esse, quando ad inferioribus providendum procedit; motum autem rectum animæ ponit in duobus. Primo quidem in hoc quod ad seipsam ingreditur, secundo autem in hoc quod ab exterioribus ad simplices contemplationes revocatur. Sed et motum obliquum diversimode in utrisque determinat; nam obliquum motum in angelis assignat ex hoc, quod inferioribus consulentes, in eodem statu perpetuo manent circa Deum; obliquum vero motum animæ assignat ex eo, quod anima illuminetur cognitionibus divinis modo rationali et discursivo. Unde divus Thomas, parte I, quæst. 80, artic. 6, ad 2, respondet, hominem cum angelis quidem in intellectu generice convenire, sed ipsam

[x] Gen. I, 5. [a] Gen. I, 3. [b] Matth. V, 8.

vim intelligendi esse multo sublimiorem in angelo quam in homine ; et ideo alio modo oportere hos motus in hominibus et in angelis assignare, secundum quod diversimode se habent ad uniformitatem. Intellectus enim angeli habet uniformitatem quoad duo. Primo quidem, quia non acquirit intelligibilem veritatem ex varietate rerum compositarum. Secundo, quia non intelligit veritatem intelligibilem discursive, sed simplici intuitu. Intellectus vero animæ a sensibilibus rebus accipit intelligibilem veritatem, et cum quodam discursu rationis eam intelligit. Et ideo Dionysius motum circularem in angelis assignat, in quantum uniformiter et indesinenter absque principio et fine intuentur Deum, sicut motus circularis carens principio et fine uniformiter est circa idem centrum. In anima vero, antequam ad istam uniformitatem perveniat, requiritur, ut duplex ejus difformitas amoveatur. Primo quidem, illa quæ ex diversitate rerum externarum exsistit, prout scilicet exteriora relinquit : et hoc est quod primum ponit in motu circulari animæ, introitum ipsius ab exterioribus ad seipsam. Secundo debet etiam removeri altera difformitas, quæ est per discursum rationis : et hoc contigit, secundum quod omnes animæ operationes reducuntur ad simplicem contemplationem intelligibilis veritatis. Et hoc est quod S. Dionysius ait, necessariam esse uniformem convolutionem intellectualium ipsius virtutum, ut scilicet, cessante discursu, figatur ejus intuitus in contemplatione unius simplicis veritatis. Et in hac operatione animæ non est error, sicut circa intellectum primorum principiorum simplici intuitu cognitorum non erratur. Istis præmissis, tertio loco ponitur uniformitas angeliformis, quatenus nimirum, omnibus prætermissis, in sola Dei contemplatione persistitur, et hoc est quod Dionysius dicit. Deinde jam quodammodo uniformem factum unitis unimode virtutibus unit, atque ita demum ad pulchrum ac bonum manuducit. Motus autem rectus in angelis non potest accipi secundum id quod in considerando procedat ab uno ad aliud, sed solum secundum ordinem suæ providentiæ, secundum scilicet quod angelus superior inferiores illuminat per medios. Et hoc est quod dicit directe moveri angelos, quando ad inferiorum providentiam procedunt, recte omnia dirigendo. Rectum vero motum ponit in anima, quatenus ab exterioribus rebus sensibilibus procedit ad intelligibilium cognitionem. Obliquum porro motum ponit in angelo, compositum ex recto et circulari, quatenus secundum contemplationem Dei providet inferioribus ; in anima vero ponit motum obliquum similiter ex recto et circulari compositum, prout scilicet illuminationibus divinis ratiocinando utitur.

§ X. Nota, hic a Dionysio *perfectiones totorum* intelligi, quando ex copulatione partium exsistit forma, quæ est perfectio totius. *Quantum, quam magnum, vel* **379** *parvum* hoc, quod Græce πηλίκον dicitur, refertur ad certam magnitudinem vel parvitatem, ut bicubitum, tripedale, bipedale; illud vero *quantum*, sive τὸ ποσόν ad incertam. Infinitum, scilicet potentia, est id quod convenit quantitati continuæ secundum divisionem, et quantitati discretæ secundum appositionem. Comparationes spectant ad relationem convenientiæ, ut idem, æquale, simile ; separationes ad relationem differentiæ, ut diversum, inæquale, dissimile. Omnis infinitas dicitur, quia est multiplex infinitudo, alia quantitatis, alia materiæ primæ, quæ non est determinata ad unam formam, sed in potentia ad infinitas. Omnis finis, ut substantiæ, motus ad operationem, et operationis ac perfectionis. Definitiones etiam sunt quidam fines et terminationes rerum : itaque ubi est aliquis finis ex istis, ibi non est infinitas. *Omnis intelligentia*, S. Thomas legit in suo textu, omnis actio, ut si Græce fuisset πᾶσα ποίησις ut nunc est πᾶσα νόησις.

Ibidem paulo post : *Ipse enim amor divinus, qui bonitatem in iis quæ sunt operatur, quia prius exstitit in bono superlate, non sinit ipsum in se sine fœtu manere.* Græce, ὁ ἀγαθοεργὸς τῶν ὄντων ἔρως, ad verbum, *bonificus rerum amor.* Hoc in loco S. Maximus mirifice dicit, quod bonus amor, qui ante omnia in bono exstitit, non remansit sine fœtu, sed potius bonum amorem nobis peperit, per quem pulchrum et bonum expetimus. Observa hinc divinum motum : amor enim bonorum effector movit Deum ad providendum nobis, et ut nos constitueret ; ut, cum moveretur, produceret, et non remaneret expers fetus.

§ XI. Docet nomen amoris etiam in Scripturis usurpari. Ubi nota ex D. Thoma I, II, quæst. 26, artic. 3, quatuor nomina inveniri ad idem quodammodo pertinentia, scilicet amor, dilectio, charitas et amicitia. Differunt tamen in hoc, quod amicitia secundum Philosophum (38), est quasi habitus ; amor autem et dilectio significantur per modum actus vel passionis; charitas autem utroque modo accipi potest, differenter tamen significatur actus per ista tria ; nam amor quid communius est inter ea. Omnis enim dilectio vel charitas, est amor, sed non e converso. Addit enim dilectio supra amorem electionem præcedentem, ut ipsum nomen sonat ; unde dilectio non est in concupiscibili, sed in voluntate tantum, et est in sola natura rationali ; charitas autem addit supra amorem perfectionem quamdam amoris, in quantum id quod amatur, magni pretii æstimatur, ut ipsum nomen indicat. Quando autem Dionysius hoc loco ait, quod eo modo se habeat amor et dilectio, sicut quatuor et bis duo, intelligendus est, prout amor et dilectio sunt in appetitu intellectivo, sic enim amor idem est quod dilectio.

§ XII. Nota, quod per ista verba : *Et in iis quæ aditum ad Scripturas præparant*, divinam Scripturam, ut ait sanctus Maximus, intelligat ; unde sumptum est illud Sap. VIII, 2 : *Factus sum amator* pulchritudinis *illius.* Ex quo patet, falsum esse quod quidam scripserunt, Philonem esse auctorem libri Sapientiæ, qui tunc, cum Dionysius hæc scripsit, nondum haberetur inter canonicas Scripturas : cum plane hoc loco Dionysius in Scripturis divinis numerare videatur, quas προεισαγωγάς, id est, ut verbum de verbo exprimamus, *antegredientes introductiones Scripturarum* vocat. Et rursus paulo post *Scripturas sacras* Græce τὰ Λόγια vocat, in quibus nomen amoris reperitur ; reperitur autem etiam in Sapientia, unde idem Dionysius auctoritatem produxerat : Sap. VIII. Explicandum vero, quare Dionysius libros Salomonis vocavit προεισαγωγάς, quod quidem ex ipso intelligere licet, cum libros Scripturæ sanctæ Veteris et Novi Testamenti ex significatione ac notatione argumentorum cujusque libri designat in *Ecclesiastica hierarchia*, capite tertio, de communione, ubi ait inter cætera : Scripturam exponere, *Sapientes rerum gerendarum præceptiones*, sive præcepta de actionibus vitæ, libros morales Salomonis, Proverbiorum, Ecclesiastes et Sapientiæ, et librum Sapientiæ Sirach, qui Ecclesiasticus vocatur, intelligens ; his adjunxit : *vel amorum cantica divinorum imaginesque divinas*, Cantica canticorum intelligens, quæ sunt symbola et imagines scripta ab eodem Salomone. Quia igitur disciplina sancta bene et ex virtute vivendi, quæ in Proverbiis, Ecclesiaste, Sapientia Salomonis, et in Ecclesiastico traditur, necessaria est ad intelligendas Scripturas sanctas, quæ sine fide non intelliguntur, et fides neglecto studio virtutis amitti solet (sicut Apostolus I Tim.

(38) Lib. VIII *Ethicorum*, cap. 5.

1, 19, scripsit) : *Quam quidem repellentes* (bonam scilicet conscientiam, quam dixerat) *circa fidem naufragaverunt* ; et Sapient. 1, 4 : *In malevolam*, inquit, *animam non introibit sapientia, neque habitabit in corpore subdito peccatis* ; unde Paulus Timotheum, I Tim. IV, 16, admonens, *Attende*, inquit, *tibi et doctrinæ* (prius enim dixit *tibi*, quod virtus docentis et proba vita in viam recte docendi tanquam dux introducat) ; idcirco, ut mihi quidem videtur, libros Scripturæ morales, quos dixi, tanquam duces percipiendi sapientiam Scripturarum, προεισαγωγάς, id est (ut totam vim verbi exprimamus) *antegredientes introductiones* vocavit divinus Dionysius. Præclare **380** autem scripsit magnus Athanasius in extrema pagina libri *De Incarnatione Verbi* : « Qui theologorum intelligentiam consequi cupit, debet prius animam abluere atque detergere, et per vitæ morumque similitudinem ipsos adire. »

Ibidem. Nota verba ista quæ sequuntur ex II Reg. 1 : *Cecidit dilectio tua in me, sicut dilectio mulierum*, esse verba David mortem Jonathæ deplorantis. Quæ stulti, inquit Theodoretus, reprehendunt, cum hic David, ad significandam amoris et charitatis suæ erga Jonatham vehementiam, similitudinem et exemplum sumpserit ex amore arctissimo uxoris et viri, qui tantus est, ut lex conjugalis dicat : Propter hanc *relinquet homo patrem et matrem, et adhærebit uxori suæ* [c] ; id quod Elcana etiam significavit, cum, uxorem consolans, *Nonne*, inquit, *ego bonus sum tibi supra decem filios* [d] ? Itaque ut connubialis conjunctio unum efficit conjuges, sic eorum qui vere inter se amant, animos charitas in unum copulat. Ita Theodoretus.

§ XIII. Tradit, quod sit etiam exstaticus amor divinus qui non sinit amantes esse suos, sed eorum quos amant, idque exemplo Pauli probat, qui, inquit, excessit e se Deo. Ubi observavit sanctus Maximus, quomodo ex hoc loco intelligatur, quod Apostolus II Cor. V, 13, ait, *sive excedimus Deo*, scilicet intelligitur, sicut Dionysius accepit, de amore exstatico Pauli, quem descripsit in Epistola ad Galatas, inquiens cap. II, 20 : *Vivo ego jam non ego, vivit vero in me Christus* ; sic etiam intellexit locum Pauli S. Diadochus in libro *De perfectione spirituali*, cap. 14. De eodem amore exstatico notavit in eodem loco sanctus Maximus, intelligi illud in Psal. CXV : *Ego dixi in excessu meo*, id est in amore Dei exstatico.

§ XIV. Ubi ait, Deum vocari *amorem et dilectionem*, interpretatur Dionysius id quod ait S. Joannes in Epist. I, cap. IV : *Deus charitas*, sive dilectio, *est*. Est enim ipse amoris et charitatis auctor et generator, qui hæc quæ in ipso erant produxit foras, id est creaturas, motus scilicet charitate. Sic dictum est (ait sanctus Maximus) *Deus charitas est*, propter creaturas scilicet quas produxit. Est alioqui Deus, ne quis hoc tolli putet, absolute ipsa per se charitas superlata, non creata, sed omnium creatrix.

Nota ibidem, Deum vocari *dilectionem tanquam vim motricem, et sursum trahentem ad se*. Ubi observavit S. Thomas, triplicem effectum amoris sive charitatis. Primus est, quod amor sive charitas movet amantem ad operationem. Unde (ut hoc obiter observetur in hæreticos, qui hominem per solam fidem justificari tradunt) sicut aqua operationem ab igne, scilicet calefactionem, recipit, et calefit (operatio enim ignis aquam movet), sic fides operationem recipit a charitate, qua operatione veluti vivificatur et calefit, et sine ea friget, et, ut ait B. Jacobus [e], *mortua est* ; ex quo fit ut hujusmodi *fides* sit quæ *in Christo valet*, sicut Apostolus ad Galatas scripsit [f], quæ, inquam, per charitatem movetur, scilicet erga Deum. Secundus enim effectus est, quod movet ad operationem erga amatum ; unde sic intelligendum est quod idem Apostolus dixit : Quæ per operationem scilicet charitatis operatur, id est movetur. Passive enim accipiendum est vocabulum ἐνεργουμένη, ut alias a nobis probatum est. Tertius effectus, quod amor seipsum ostendit erga eum erga quem est. Unde B. Jacobus, contra eum qui de fide sine operibus gloriatur, *Ostende tu*, inquit, *fidem tuam sine operibus, et ego ostendam tibi fidem meam ex operibus* [g]. Deinde observavit etiam idem S. Thomas quinque proprietates amoris sive charitatis in his quæ hic ex Dionysio recitantur. Prima est, progredi ad uniendum eum qui diligit cum eo quem diligit, et quanto excellentior est amor, tanto excellentius unit ; unde, quia amor in Deum est excellens, excellenter cum Deo conjungit, et erga magis conjuncta major est. Secunda proprietas est charitatis, quod facit, ut is qui amorem sive charitatem habeat, ad eum tendat erga quem habet charitatem ; contra atque facit cognitio, quæ rem cognitam trahit ad cognoscentem, amor vero trahit amantem ad eum quem amat. Tertia proprietas est, esse simplicem motum charitatis, quia est primus motus appetitus ; et primum in unoquoque genere oportet ut sit simplex, quia ex eo cætera in eo genere composita exsistunt. Quarta proprietas est, esse per se mobilem, quia in unoquoque genere prius est quod est per se, quam quod est per aliud ; unde in genere motus, appetentis oportet ut primus motus qui est amor, sit per se mobilis. Unde timor, quia est sicut motus violentus extrinsecus accedens, non est in charitate, sicut ait B. Joannes, sed *perfecta charitas foras* expellit *timorem* [h] ; quia charitas, motus est ab intimo, ut ait sanctus Thomas, procedens. Quinta proprietas est, operari per se, quod proprium est charitatis, in quo a spe differt. Qui enim propter spem alterius operatur, propter aliud operatur ; qui autem (inquit S. Thomas) ex amore operatur, per seipsum operatur illud, tanquam hoc sibi placeat. Præstat scire quæ efficiat charitas, et quæ sint ejus propria, ad cognoscendam excellentiam et præstantiam ejus supra fidem solam, quam hæretici vane jactant, non intelligentes quæ dicunt.

**381** Vocat autem *amatoriam motionem*, quia quatenus amor et charitas ex ipso Deo manant ad creaturas, ipse amoris et charitatis auctor moveri dicitur ; quatenus vero ipse est amabilis et diligendus, movet et ciet ad amorem omnia, quibus vis amandi convenienter ipsis insita est.

Pulchre hunc locum S. Dionysii explicat P. Lessius lib. IX *De perfectionibus divinis*, cap. 2 : « Primo, inquit, dicit *amorem esse vim motricem*, tum quia Deum movet ut descendat ad creaturas, eisque sua bona communicet, tum quia ipsas res creatas sursum trahit in Deum. Unde amor dicitur ἐκστατικός, id est *efficiens exstasin* ; quia amantem transfert a seipso in amatum, nempe Deum in creaturam, et creaturam in Deum. Verum, etsi amor Deum moveat ad creaturas, non tamen ipsum sinit in creatis rebus quiescere, sed ab illis retrahit eum una cum creatis in seipsum, ut creatura simul cum ipso quiescat in ipso ; nam totum bonum quod confert rebus creatis, statim reflectit et refert ad seipsum, qui est ipsum per se bonum et pulchrum, quod omnia ad se allicit, et potentissime trahit.

Secundo dicit, esse ἔκφανσιν, seu *manifestationem Dei per seipsum*, quia cum Deus lucem habitet inaccessibilem, ita ut nulli creaturæ per se possit esse manifestus, per amorem egreditur extra se, et

[c] Gen. II, 24. [d] I Reg. I, 8. [e] Jac. II, 17. [f] Galat. V, 6. [g] Jac. II, 18. [h] I Joan. IV, 18.

sic manifestatur creaturis : primo, per creationem : secundo, per gubernationem ; tertio, per mysterium Incarnationis ; quarto, per doctrinam, illuminationem et justificationem ; quinto, per lumen gloriæ seu glorificationem.

Tertio dicit, esse *processum benignum eximiæ illius unionis*, quia amor Dei erga creaturas est processus quidam, et veluti germen amoris Dei quo amat seipsum ; sicut amor mediorum est quædam extensio et veluti surculus amoris ipsius finis ; et cognitio effectuum est quidam processus cognitionis principiorum. Eximiam illam unionem, intelligit amorem illum, quo Deus seipsum ut summum bonum et pulchrum amat ; hic enim est unio quædam vitalis Dei ad seipsum.

Quarto dicit, amorem Dei esse *motionem amatoriam*, quia amor est motio quædam vitalis per seipsam faciens amare, et amantem transire a seipso in dilectum. *Simplicem*, quia amor Dei in se unicus et simplicissimus est, etsi infinita sint ea ad quæ procedit. *Per se mobilem*, quia amor proposito bono et pulchro per se excitatur. *Per se innatum*, αὐτενέργητον, quia amor divinus non est ab alio productus in Deo aut aliunde excitatus, sed ex ipsa Dei bonitate sponte exortus. Præexistit hæc motio in bono, quia ante omnem creaturam hic amor est in Deo : et ex bono in ea quæ sunt exundat, et rursus in bonum revertitur, etc.

Idem sequenti capite ex dictis colligit octo divini amoris proprietates. Prima, quod eminenter et originaliter præexistat in pulchro et bono. Secunda, quod ex pulchro et bono tanquam fonte prodeat, ut existat jam in Deo formaliter. Tertia, quod immediate in pulchrum et bonum se reflectat. Quarta, quod propter pulchrum et bonum extendat se et descendat ad creaturas. Quinta, quod creaturas sursum rapiat, et ad pulchrum bonumque convertat. Sexta, quod divinus amor sit exstaticus, quia amantem extra se trahit in amatum. Septima, quod amor divinus sit vis unitiva. Octava, quod motus amoris sit orbicularis. Vide hæc ipsa fusius apud Lessium lib. IX citato, cap. 2 et 3.

§ XVIII et sequentibus usque ad finem fuse disputat, quid et unde malum sit : pro cujus intelligentia notandum hic ex Lessio *De perfectionibus divinis* lib. XIII, cap. 16, sanctos Patres malitiam peccati interdum explicare per privationem boni, non quod debeat inesse ipsi actui peccati, sed quod debeat inesse homini operanti, quodque per ipsum peccatum destruitur ; unde declarant malitiam peccati ab effectu, quem causat in anima, spoliando eam bonis quæ possidebat, vel habere debebat, nempe bonis habitibus et functionibus, quibus Deo conjungebatur ; hic enim effectus est nobis notior quam intrinseca peccati malitia. Quod enim peccatum privet hominem gratia divina ; charitate, et conjunctione cum Deo, aliisque virtutibus et vita æterna, et reddat ineptum ad bonas operationes, facile intelligitur et inde optime æstimatur, quantum malitiæ sit in peccato. Et hoc modo intelligendus est hic Dionysius cum ait : *Malum in dæmonibus et hominibus esse privationem divinorum donorum, defectum habituum et operationum, prolapsionem a naturalibus bonis*, id est a bonis naturæ consentaneis ; quamvis ipse non tam loquatur de malitia actus transeuntis, quam de malo, quod post actum remanet in subjecto, quod manifeste in privationibus situm est. Eodem modo Vasq. exponit multos alios Patres, sed multi ex illis exponi possunt de privatione, quæ consistit in **382** recessu a virtute, vel lege divina, vel ab ipso Deo et statu gratiæ. Vide plura de naturâ mali apud Lessium, capite citato per totum.

§ XIX. *Malum non esse ex bono*, etc. Nota sanctum Dionysium intelligere quod malum non sit ex bono sicut ex causa per se ; nam § 32 dicit, malum esse ex bono per accidens. Quod autem malum causam per se habere nequeat, ex S. Dionysio divus Thomas in *Quæstionibus disputatis*, quæstione de malo, art. 3, triplici ratione ostendit. Primo quidem, quia illud quod per se causam habet, est intentum a sua causa (quod enim provenit præter intentionem agentis, non est effectus per se, sed per accidens), malum autem, in quantum hujusmodi, non potest esse intentum, nec aliquo modo volitum vel desideratum, quia omne appetibile habet rationem boni, cui opponitur malum, in quantum hujusmodi. Unde videmus quod nullus faciat aliquod malum, nisi intendens aliquod bonum, ut sibi videtur ; unde relinquitur, quod malum non habeat causa per se. Secundo idem apparet, quia omnis effectus per se habet aliqualiter similitudinem suæ causæ, vel secundum eamdem rationem, sicut in agentibus univocis ; vel secundum deficientem rationem, sicut in agentibus æquivocis, omnis enim causa agens agit secundum quod actu est quod pertinet ad rationem boni. Unde malum, quatenus tale, non assimilatur causæ agenti secundum id quod est agens ; relinquitur ergo, quod malum non habeat causam per se. Tertio idem apparet ex hoc quod omnis causa per se habeat certum et determinatum ordinem ad suum effectum : quod autem fit secundum ordinem non est malum ; nam malum accidit prætermittendo ordinem, unde malum qua tale non habet causam per se ; oportet tamen ut malum aliquo modo causam habeat. Manifestum est enim, quod cum malum non sit aliquid per se existens, sed sit aliquid inhærens ut privatio (quæ quidem est defectus ejus quod est natum inesse, et non inest), quod esse malum non naturaliter insit ei cui inest. Si enim aliquis defectus sit alicui rei naturatis, non potest dici malum ejus ; sicut non est malum homini non habere alas, nec lapidi non habere visum, quia est secundum naturam. Omne autem eus, quod non naturaliter inest alicui, debet habere aliquam causam (non enim aqua, v. g. esset calida, nisi ab aliqua causa) ; unde relinquitur, quod omne malum habeat aliquam causam, sed per accidens, cum per se causam habere non possit ; omne autem quod est per accidens reducitur ad id quod est per se. Cum autem malum non habeat causam per se, ut ostensum est, restat, ut solum bonum habeat causam per se. Nec potest per se causa boni esse nisi bonum, cum causa per se causet sibi simile ; relinquitur ergo, quod cujuslibet mali bonum sit causa per accidens. Contingit quidem etiam malum, quod est defectivum bonum, esse causam mali ; attamen eo deveniendum est, quod prima causa mali non sit malum, sed bonum. Est ergo duplex modus quo malum causatur ex bono, scilicet uno modo bonum est causa mali, in quantum est deficiens ; alio modo, in quantum est per accidens agens. Patet in monstruositate partus, cujus causa est virtus deficiens in semine, hujus autem defectus causa ulterior est aliquod principium alterans, quod inducit qualitatem contrariam qualitati requisitæ ad bonam seminis dispositionem : cujus alterantis virtus quanto fuerit perfectior, tanto hanc qualitatem contrariam magis inducit, et per consequens defectum seminis consequentem. Et sic malum seminis non causatur ex bono in quantum est deficiens, sed causatur ex bono, in quantum est perfectum, sed per accidens. Sic etiam causa corruptionis aquæ est virtus activa ignis ; quæ quidem per se non intendit destructionem aquæ, sed introductionem formæ ignis in materiam cui conjungitur, et sic per accidens facit ignis aquam desinere. Vide hæc fusius apud D. Thomam loco supra citato, ubi disputat de malo in communi.

§ XXIII. *Sed neque dæmones natura sua mali sunt.* Quia, secundum D. Thomam, arte 1, quæst. 63, art. 4, cujus natura ordinatur in aliquod bonum secundum communem boni rationem, hoc se-

cundum suam naturam non potest tendere in aliquod malum. Manifestum est autem, quod quælibet natura intellectualis habeat ordinem in bonum universale, quod potest apprehendere, et est objectum voluntatis; unde cum dæmones sint substantiæ intellectuales, nullo modo possunt habere inclinationem naturalem in aliquod quodcunque malum, et ideo non possunt esse naturaliter mali. Vide hæc ipsa fusius a D. Thoma disputata in *Quæstionibus disputatis*, quæstione decima sexta de dæmonibus artic. 2.

—

## 383 PARAPHRASIS PACHYMERÆ (39).

§ I. Ad illud *ergo* perfecta distinctio est apponenda; siquidem illud *age*, juxta usum antiquum, remotio quædam est eorum quæ dicta sunt, et exordium dicendorum, ac si dicat: Quæ prædicta sunt ita se habeant; modo autem orationem convertamus ad ipsum nomen boni, quod theologi per excellentiam attribuunt divinitati, tanquam a qua cuncta procedunt, quoniam omnia ex ipsa producta sunt propter bonitatem, ipsam Dei superexistentiam appellantes bonitatem, et per se bonitatem. Non enim Deus ascititium habet bonum aut per accidens, quasi essentia ejus sit quid aliud, et accidentariam habeat bonitatem; sed ipse, cum existat ipsius boni substantia naturaliter, ad omnes extendit bonitatis suæ fulgorem, hoc ipso quo bonus est. Quemadmodum enim sol non est a lumine distinctus, neque aliunde lumen mutuando illuminat (siquidem ipse lux est, et hoc ipso quo lux est, naturaliter illuminat omnia quæcunque lumen ejus valent excipere, neque ratiocinans, neque præeligens; nam si non illuminaret, neque etiam sol esset; ecquid aliud concipi possit illuminare, nisi lux sit? hoc enim vult hic sanctus, et non simpliciter solem esse irrationalem et exsortem libertatis, hoc enim manifestum est, et nihil ad propositum); sic etiam illud supra solem bonum Deus, qui primævum est exemplar respectu istiusmodi obscuræ et absimilis imaginis, ipsa sua substantia qua bonus est, rebus ipsis pro cujusque captu bonitatis suæ radios affundit. Hæc omnes intelligibiles ac intelligentes substantiæ consistunt. Aliud autem est intelligibile et aliud intelligens, nam id quod intelligibile est, est velut alimentum ejus quod intelligit; quoniam id quod intelligitur, seu intelligibile, nobilius est, et antea intelligitur, quam id quod intelligit, id est intelligens. Superiores igitur et Deo vicini ordines proprie dicendi sunt intellectiles; inferiores vero intelligentes, ut qui intelligant superiores; non ideo tamen quod intellectiles dicantur, qui intelliguntur, censendum est ipsos non intelligere; ipsi enim intelligunt, quoniam mentes sunt et substantiæ. Ideo intelliguntur quidem, ut materiæ expertes; intelligunt vero res, ut incorporei et supermundiales, rationibus rerum superne illustrati, ipsasque mystice **384** ad inferiores angelos trajicientes. Hos autem vocat virtutes et operationes, non quod non subsistant, sed subsistentes sint ac viventes, et potentes, et efficaces motuum propriorum; a Davide enim di-

A § I. Στικτέον εἰς τὸ *οὖν* τελείαν· τὸ γὰρ *εἶερ*, κατὰ παλαιὰν χρῆσιν, ἀπόθεσίς ἐστι τῶν λεχθέντων, καὶ ἔναρξις τῶν ἐσομένων, ἀντὶ τοῦ, Ἔστωσαν δὴ οὖν τὰ προειρημένα· νῦν δὲ χωρῶμεν ἐν τῷ λόγῳ ἐπ' αὐτὴν τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ὀνομασίαν, ἣν διαφερόντως οἱ θεολόγοι ἀνατιθέασι τῇ θεότητι, πάντων τῶν παραχθέντων δηλαδὴ, ὅτι τὰ πάντα ἐξ αὐτῆς παρῆκται δι' ἀγαθότητα, λέγοντες αὐτὴν τὴν τοῦ Θεοῦ ὑπερύπαρξιν ἀγαθότητα καὶ αὐτοαγαθότητα. Οὐ μὴν δὲ ἀλλ' ὅτι οὐκ ἐπίκτητον καὶ συμβεβηκὸς ἔχει τὸ ἀγαθὸν ὁ Θεὸς, ὥστε, ἄλλο τι ὄν, ἐπισύμβαμα ἔχειν τὸ ἀγαθὸν, ἀλλ' οὐσίᾳ τοῦ ἀγαθοῦ αὐτὸς ὑπάρχων, ἐκτείνει περὶ πάντας τὴν τῆς ἀγαθότητος αἴγλην φυσικῶς ἐν τῷ εἶναι ἀγαθόν. Ὥσπερ γὰρ ὁ ἥλιος οὐκ ἄλλο τι ὢν παρὰ τὸ

B φῶς, οὐδὲ ἑτέρωθεν τὸ φῶς λαμβάνων φωτίζει· αὐτὸς γάρ ἐστι φῶς, καὶ φωτίζει φυσικῶς ἐν τῷ εἶναι φῶς πάντα τὰ δυνάμενα μετέχειν αὐτοῦ, οὔτε λογιζόμενος, οὔτε προαιρούμενος· μὴ φωτίζων γὰρ οὐδέ γε ἥλιος ἂν εἴη· καὶ τί ἂν εἴη ἄλλο λογίσαι τὸ φωτίσαι, ὁ μὴ ὢν φῶς; τοῦτο γὰρ ἐμφαίνει ὁ ἅγιος, καὶ οὐχ ὅτι ἁπλῶς ἄλογός ἐστι καὶ ἀπροαίρετος ὁ ἥλιος, τοῦτο γὰρ δῆλον, καὶ οὐδὲν πρὸς τὸ προκείμενον· οὕτω δὴ καὶ τὸ ὑπὲρ ἥλιον ἀγαθὸν ὁ Θεὸς, τὸ ἐξῃρημένως ἀρχέτυπον πρὸς τοιαύτην σκοτεινὴν καὶ μηδὲν παρομοιάζουσαν εἰκόνα, αὐτῇ τῇ ὑπάρξει, καὶ τῷ εἶναι ἀγαθὸς, τὰς ἀκτῖνας τῆς ἀγαθότητος ἀναλόγως τοῖς οἷόν ἐφίησι. Διὰ ταύτης αἱ οὐράνιαι οὐσίαι ὑπέστησαν, αἱ νοηταί τε καὶ νοεραί. Ἄλλο δέ ἐστι τὸ νοητὸν, καὶ ἄλλο τὸ νοερόν. Τὸ γὰρ νοητὸν οἷά τις τροφὴ τοῦ

C νοεροῦ ἐστιν, εἴπερ τὸ νοούμενον, ὅ ἐστι νοητὸν, μεῖζόν ἐστι καὶ προεπινοούμενον τοῦ νοοῦντος, ὅ ἐστι νοερόν. Τὰ μὲν οὖν ὑπερκείμενα καὶ προσεχῆ τῷ Θεῷ τάγματα νοητὰ κυρίως λεκτέον, τὰ δὲ ὑποβεβηκότα νοερά, ἅτε νοοῦντα τὰ ὑπερκείμενα· οὐχ ὅτι δὲ νοητά ἐστι τὰ νοούμενα, νομιστέον αὐτὰ μὴ νοεῖν· νοεῖ γὰρ καὶ αὐτὰ, ἐπειδὴ νόες εἰσὶ καὶ οὐσίαι. Διὸ νοοῦνται μὲν, ὡς ἄϋλοι, νοοῦσι δὲ τὰ ὄντα, ὡς νόες ἀσώματοι καὶ ὑπερκόσμιοι, ἄνωθεν ἐλλαμπόμενοι τοὺς περὶ τῶν ὄντων λόγους, καὶ διαβιβάζοντες αὐτοὺς μυστικῶς εἰς τοὺς ὑποβεβηκότας ἀγγέλους. Δυνάμεις δὲ καὶ ἐνεργείας λέγει ταύτας οὐκ ἀνυποστάτους, ἀλλ' ἐνυποστάτους καὶ ζώσας, δυνατάς τε καὶ ἐνεργεῖς τῶν οἰκείων κινήσεων, δυνατοὶ γὰρ ἰσχύι παρὰ τῷ Δαυὶδ λέγονται. Ἢ καὶ ἄλλως δυνάμεις μὲν, ἐπειδὴ καὶ μήπω τῶν ἐν τῇ

D κτίσει φανέντων, δυνάμει πάντα τῷ Θεῷ προϋφειστήκει, μέλλοντα παράγεσθαι δι' αὐτοῦ εἰς τὸ εἶναι· ἐνέργειαι δὲ, ὅτι καὶ πρὸς ἔργον ἡ δημιουργία παρῆχθη. Διὰ ταύτας τὰς ἀκτῖνας τῆς ἀγαθότητος, καὶ

(39) Vide Scholia S. Maximi, tom. II, cap. 4 *De divinis nomin.*

εἰσιν αὐταὶ καὶ ζῶσι, καὶ ἀνέκλειπτον ἔχουσι τὴν ζωὴν, καθαρεύουσαι καὶ φθορᾶς καὶ θανάτου, καὶ ὕλης, καὶ γενέσεως. Φθορὰ δέ ἐστι τοῦ θανάτου καθολικωτέρα ἡ εἰς τὸ μὴ ὂν κίνησις, ἥτις ἐστὶ καὶ τῶν ἀψύχων. Γενέσεως δὲ ἀνώτεραι αἱ δυνάμεις, οὐχ ὅτι οὐκ ἐγενήθησαν (καὶ γὰρ ἐδημιουργήθησαν), ἀλλ' ὅτι ἐξ ὕλης οὐ συνέστησαν· τοιαῦτα γὰρ τὰ ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ, οἷς ἡ ὕλη ὑποκειμένη, εἰ μὲν εἶδος δέξεται, εἰδοποιεῖται, καὶ ἰδοὺ ὄν τι ἐγένετο· εἰ δὲ στερηθείη τοῦ εἴδους, χωρεῖ πρὸς τὸ ἀνείδεον, καὶ ἰδοὺ φθορά τινος ὄντος, καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν κίνησις. Αἱ δὲ θεῖαι δυνάμεις καὶ τούτων ἀνώτεραι τῶν φθορῶν τε καὶ τῶν γενέσεων, ὅτι καὶ ἄῦλοι, καὶ τῆς ῥευστῆς ἀλλοιώσεως ἀνῳκισμέναι. Τοῦτο δὲ λέγει, ἐπειδὴ τρεπτοὶ καὶ οἱ ἄγγελοι ἐδημιουργήθησαν, ἀλλὰ κατὰ γνώμην, οὐ κατ' οὐσίαν· ὅθεν κατ' οὐσίαν ἐστὶ τούτοις καὶ τὸ ἀναλλοίωτον. Νοητοὶ γοῦν εἰσιν ὡς ἀσώματοι, καὶ παρ' ἀλλήλων καὶ παρ' ἡμῶν ὁπωσοῦν νοούμενοι, καὶ νοεροὶ ὡς νόες, καὶ ὅτι ὑπερκοσμίως νοοῦσιν, ἐπιβάλλοντες δι' ἐλλάμψεως τοῖς λόγοις τῶν ὄντων καὶ οὐκ αἰσθητῶς ὡς ἡμεῖς τῶν πραγμάτων ἀντιλαμβανόμενοι. Εἰ δὲ καὶ ἡμεῖς πολλάκις τοῖς λόγοις ἐπιβάλλομεν, ἀλλ' ἐπιστημονικῶς καὶ τὰς ἀρχὰς ἔχοντες ἐξ αἰσθήσεως, καὶ διὰ τοῦτο δεόμενοι ταύτης· οὐδὲν γὰρ ἔξω τῆς αἰσθήσεως γινόμενον ἴσμεν, κἂν ἠσθημένοι ὦμεν αὐτοῦ. Ἀλλ' οἱ θεῖοι νόες ὑπερκοσμίως τοὺς λόγους ἐλλάμπονται, καὶ τοῖς συγγενέσι διαπορθμεύουσι, καὶ μονὴ, καὶ ἵδρυσις, καὶ συγκράτησις, καὶ συντήρησις αὐταῖς ἐστιν ἐκ τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ· καὶ τὸ εἶναι ταύτας ὥσπερ τινὰ ἑστίαν καὶ θεῖον βωμὸν τῶν ἐκ Θεοῦ ἀγαθῶν. Ἑστίαν γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸν βωμὸν ἐκάλουν, ἐν ᾧ τὰς θυσίας ἐπετέλουν. Ἔλεγον δὲ καὶ ἑτέραν νοητὴν ἑστίαν, τὴν περὶ τὸ αὐτὸ τῶν θείων ἵδρυσιν, ἣν καὶ ἱερὰν εἶχον, καὶ ὅρκον ἐτίθεντο, θεῖα δὲ τὰ οὐράνια ἔλεγον. Λέγει γὰρ καὶ ὁ Ἰουδαῖος Φίλων ἐν τῷ *περὶ τῆς φλογίνης ῥομφαίας καὶ τῶν χερουβὶμ* λόγῳ· Ἡ δὲ μονὴ τῶν τοῦ κόσμου μερῶν, ἑστῶσα παγίως, ἑστία πρὸς τῶν παλαιῶν εὐθυβόλως ὠνόμασται· κόσμου μέρη λέγων τὴν φαῦσιν τοῦ ἡλίου, καὶ τὴν ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἀποκατάστασιν τῆς σελήνης, αὔξησίν τε καὶ μείωσιν, τὴν τῶν ὑετῶν χύσιν, τὴν τῶν βροντῶν τε καὶ ἀστραπῶν σύστασιν καὶ οἰκονομίαν, καὶ τἄλλα ἃ δὴ κατὰ τὰς αὐτὰς αἰτίας εἰσαεί ποτε γίνονται· ταῦτα γὰρ καὶ οἱ Ἕλληνες θεῖα ἔλεγον πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν καθ' ἡμᾶς δι' ἄλλας καὶ ἄλλας αἰτίας ῥευστῶν τε καὶ ἀλλοιωτῶν. Καὶ τὸ ἐφίεσθαι πάλιν τῆς θείας αἴγλης αὐτὰς, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναι, καὶ τὸ εὖ εἶναι, ἐκ ταύτης τῆς ἀγαθότητος ἔχουσι, καὶ πρὸς ἐκείνην ἀγαθοειδῶς ἀποτυποῦνται, καὶ ταῖς μετ' αὐτὰς κοινωνοῦσι τῶν δώρων, ὡς ὁ περὶ αὐτὰς θεῖος τῆς διαδόσεως νόμος ὑφηγεῖται.

cuntur *potentes virtute*[1]. Vel etiam alio modo: Virtutes quidem, quod cum necdum creaturæ apparerent, omnia virtute in Deo antea substiterint, quæ ab eo, ut essent, producenda erant: Operationes vero, quod creatura etiam ad operationem perducta fuerit. Propter hosce bonitatis radios et sunt ipsi et vivunt, et vitam habent indeficientem, et a corruptione, et morte, et materia, et generatione sunt liberi. Corruptio autem, quæ magis late patet morte, est motio ad id quod non est, quæ etiam competit inanimatis. Virtutes autem generatione sunt sublimiores, non quod non factæ sint (siquidem creatæ sunt), sed quod non constent materia; istiusmodi enim sunt, quæ in generatione ac corruptione versantur, quibus materia subjecta, si quidem formam suscipiat, efformatur, et ecce aliquid facta est; si vero forma privetur, fit aliquid informe, et ecce interitus cujusdam entis, et ad id quod non est motio. Divinæ autem virtutes, etiam hisce sublimiores tam corruptionibus quam generationibus, quoniam et immateriales sunt, et ab omni fluxa immutatione exemptæ. Hoc dicit, quoniam angeli etiam mutabiles creati fuerunt, sed secundum sententiam, non secundum substantiam; unde quoad substantiam etiam sunt immutabiles. Intellectiles itaque sunt, in quantum incorporei, et tam ab invicem quam a nobis aliquo modo cogniti; et intelligentes, in quantum mentes, et quoniam supermundialiter intelligunt, per illustrationem rerum rationes cognoscentes, et non sensiliter, uti nos, res apprehendentes. Quod si nos quoque non raro rerum rationes intelligimus, tamen scientifice id habemus et dependenter a sensu, quo idcirco egemus; nihil enim quod sensum fugiat cognoscimus, etsi etiam ejus sensum accipimus. At mentes divinæ supermundialiter illustrantur rationibus, et in mentes cognatas transfundunt; et mansio, et firmitas, et contemperatio, et conservatio ipsis est ex bonitate Dei, quodque sint instar domicilii cujusdam, ac divinæ aræ bonorum quæ ex Deo sunt. Ἑστίαν enim veteres aram appellabant, in qua sacrificia consecrabant. Dicebant etiam alio **385** sensu ἑστίαν, ipsam rerum divinarum firmitatem, quam sacrosanctam habebant, et jusjurandum appellabant, res autem cœlestes vocabant divinas. Philo etiam Judæus, in sermone *de flammea rhomphæa et cherubim*, ait: Mansio autem partium mundi, cum stet firmiter, ἑστία ab antiquis recta conjectura nominata est, partes mundi vocans fulgorem solis et lunæ in eumdem statum restitutionem, incrementumque ac imminutionem, pluviarum effusionem, tonitruorum ac fulgurum constitutionem ac dispensationem, cæteraque quæ secundum easdem perpetuo fiunt; nam hæc etiam gentiles divina nominabant, ad distinctionem rerum nostratium, quæ aliis atque aliis de causis fluxæ sunt ac mutabiles. Dumque rursus illæ divinum splendorem appetunt, tam ut sint quam ut bene sint, ex eadem bonitate obtinent, nec non ipsi boniformiter conformantur, et juxta divinæ legis dictamen, inferiores suos donorum istorum participes efficiunt.

§ II. Ἀπὸ ταύτης τῆς θείας ἀγαθότητος αὐτῶν οἱ βαθμοὶ καὶ αἱ τάξεις εἰσὶν, αἱ πρὸς ἀλλήλας ἑνώσεις,

§ II. Ab hac divina bonitate ipsis et gradus sunt, et ordines, et ad invicem uniones, id est divinus

[1] Psal. ciii, 20.

amor ad invicem. Qui divinus amor, cum sit etiam unificus, conjungit ipsas non acervatim comportans, sed amabiliter constringens. Nam cum res intelligibiles, ut et sensibiles, æquivoce dicantur, alia quidem sunt unita, et a se mutuo dependentia, alia vero divisa et coacervata. Ac intelligibilium quidem unita sunt, veluti lumen, vita, et mundus intelligibilis, et similia ; secundum quam unionem etiam ordines angelorum sunt uniti, et a se mutuo divino amore dependent; divisa vero et apposita sunt, velut exercitus, et ordo particularis angelorum, et familia et chorus. In sensilibus autem unio est animal, arbor, mundus hic sensibilis; divisiones vero, grex, populus, chorus, acervus. Verum hæ quidem sunt uniones angelicarum virtutum ad invicem, habent autem etiam mutuas penetrationes, atque iterum distinctiones inconfusas. Mutuas quidem penetrationes, ne uniones intelligens ad invicem, naturalem aliquam dixeris unionem, secundum quam partes ad totius alicujus complementum uniuntur, sed libera est penetratio, qua ista unio Dei bonitate in ipsis fit : nam res materiæ expertes et se mutuo inconfuse penetrant, et rursum recedunt, ac discernuntur, atque ad hoc sunt gradus et ordines ipsorum primi et secundi. Tu vero considera, **386** quomodo inconfusionem ponat in distinctionibus. Oportebat enim potius id dictum in mutuis penetrationibus, ubi etiam confusionis suspicio oboritur; sed huic occurrit, assignando statim etiam distinctionem proprietatum, ne confusio sit illa mutua penetratio, quoniam illico sequitur distinctio. In distinctionibus autem intellectam fuisse inconfusionem, declarat ordinis eorum immutabilitas; siquidem secundum istiusmodi distinctionem consistunt gradus et ordines earum, secundum quos primum est et secundum. Idcirco quodammodo dicit, non quod se mutuo penetrant, et iterum discernuntur, immutari ordines earum, ne confusionem aliquam intelligas, sed iterum ipsis eumdem ordinem manere, tametsi se mutuo penetrent. Hoc iterum est bonitatis Dei, quod inferiores virtutes ad superiores adducantur, et rursus superiores inferioribus provideant, ut neque ipsæ principia sint adductionis, neque hæ inconversæ sint ad providentiam; uno enim e duobus deficiente nihil fieret. Verum divina bonitas ita de ipsis disposuit. Hinc etiam sunt propriæ cujusque virtutis custodiæ, et immutabiles circum semetipsas convolutiones. Ne existimes autem ipsas, quod potiora desiderent, contemnere propria. Volvuntur autem divinæ mentes circum semetipsas non volutatione quadam corporea, sed supermundiali et intelligente, et quali mens volvi solet, dum ex seipsa ad considerationes progreditur, et ad seipsam revertitur, non vero extra semetipsam divulsa abit. Hoc etiam insinuant rotæ apud divinum Ezechielem, quæ multos habent oculos. Ex divina quoque bonitate exsistunt istæ circa boni desiderium identitates et extremitates. Identitas quidem intelligenda, minime deficiens a Deo conjunctio; extre-

A δηλονότι ὁ πρὸς ἀλλήλας θεοπρεπὴς ἔρως. Ὃς δὴ θεῖος ἔρως ὢν καὶ ἑνοποιὸς, συνάπτει αὐτὰς οὐ σωρηδὸν συγκομίζων, ἀλλὰ ἀγαπητῶς συνδεσμῶν. Τῶν γὰρ νοητῶν, ὡς καὶ τῶν αἰσθητῶν, ὄντων ὁμωνύμως λεγομένων, τὰ μὲν ἔστιν ἡνωμένα καὶ ἀλληλουχούμενα, τὰ δὲ διῃρημένα καὶ σωρηδόν. Καὶ νοητῶν μὲν ἡνωμένα, οἷον φῶς, ζωὴ, καὶ νοητὸς κόσμος, καὶ ὅσα τοιαῦτα, καθ' ἣν ἕνωσιν καὶ αἱ τῶν ἀγγέλων τάξεις εἰσὶν ἑνοποιούμεναι, καὶ ἀλληλουχούμεναι τῷ θείῳ ἔρωτι· διῃρημένα δὲ καὶ ἐν παραθέσει, οἷον στρατιὰ, καὶ τάξις ἰδία ἀγγέλων, καὶ πατριὰ, καὶ χορός. Ἐπὶ δὲ αἰσθητῶν, ἑνώσεις μὲν ζῷον, δένδρον, ὁ αἰσθητὸς οὗτος κόσμος· διαιρέσεις δὲ ποίμνη, δῆμος, χορὸς, σωρός. Ἀλλ' αὗται μέν εἰσιν αἱ πρὸς ἀλλήλας ἑνώσεις τῶν ἀγγελικῶν δυνάμεων, ἔχουσι δὲ καὶ ἐν ἀλλήλαις,
B καὶ αὖθις διακρίσεις ἀσυγχύτους. Χωρήσεις μὲν ἐν ἀλλήλαις, ὅτι μὴ ἀκούσας ἑνώσεις πρὸς ἀλλήλας, φυσικήν τινα εἴπῃς ἕνωσιν, καθ' ἣν ἑνοῦνται τὰ μέρη εἰς ἑνὸς ὅλου συμπλήρωσιν, ἀλλὰ προαιρετή ἐστι χώρησις, ἡ τοιαύτη ἕνωσις ἐξ ἀγαθότητος Θεοῦ γενομένη εἰς αὐτάς· τὰ γὰρ ἄϋλα καὶ ἐν ἀλλήλοις χωρεῖ ἀσυγχύτως, καὶ πάλιν ἀποχωρεῖ καὶ διακρίνεται, καὶ τοῦτό ἐστιν οἱ βαθμοὶ καὶ αἱ τάξεις αὐτῶν πρῶται καὶ δεύτεραι. Σὺ δὲ σκόπει, πῶς τὸ ἀσύγχυτον ἐπὶ τῶν διακρίσεων τίθησιν. Ἔδει γὰρ μᾶλλον περὶ τῶν εἰς ἀλλήλας χωρήσεων τοῦτο εἰπεῖν, ὅπου καὶ ἡ σύγχυσις ὑποπτεύεται. Ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν θεραπεύεται, τῷ εἰπεῖν εὐθὺς καὶ διάκρισιν τῶν ἰδιοτήτων τὴν σύγχυσιν, ἡ εἰς ἄλληλα χώρησις, ἐπεὶ εὐθὺς ἀκολουθεῖ ἡ διάκρισις.
sura, per se formam tribuens, et per se bonum essentiale est, non autem in altero bonum; hoc enim accidens. Istud itaque per se malum neque est, neque efficax est, nec apparet in aliqua exsistentia, sed in irreptione, in boni privatione. Et hoc est, quod magnus ille theologus Gregorius ait esse *in boni fuga*. Quomodo igitur malum irrepat, cum non sit, fusius exponit, et totum bono attribuit. Bonum **409** itaque quibuscunque quidem perfecte inest, eadem impermista et integra bona reddit; quibus vero minus inest, permista sunt malo. Malum tamen non est per se, sed per boni defectum, quandoquidem illa perfecta bonitas, quæ per omnia se diffundit, non solum usque ad cœlestes ac divinas virtutes pertingit, sed ad extremas usque etiam terrenasque protenditur; quoniam idcirco etiam terra dicitur scabellum Dei [a]. Atque aliis quidem aliter atque aliter secundum intentionem et remissionem, extremis vero secundum extremam quasi resonantiam adest bonum. Sicut enim diximus, suppone aliquem alte vociferari, ac vicinum quidem audituque valentem totam vocem excipere, remotos autem pro rata distantiæ portione, remotissimum vero obscurissime tanquam resonantiam quamdam ultimam vocis quodammodo percipere; nisi enim hoc modo bonum participaretur, utique divinissima exsisterent, quæ novissimorum modo ordinem tenent. Quonam autem pacto oportebat æqualiter omnia bonum participare, cum quælibet ad æqualem boni participationem non sint accommodata? Nunc autem hæc est potentiæ boni præstans magnitudo, quod etiam sui expertia non aliis, neque aliter quam per sui privationem corroboret ad ipsum omnino participandum. Et hoc est, quod quæ impossibilia sunt hominibus, possibilia sint Deo. Quod si confidentius dicere liceat, illa etiam quæ ipsi repugnant, ipsiusmet vi et sunt et pugnant; sustinet enim peccatores Deus, imo plurimos divinis suis voluntatibus repugnantes; et hoc est quod ipsius judiciis reservatum est, dum dicimus, quibus judiciis novit Deus, hoc fit, et hoc non fit. Quinimo, ut summatim dicam, ea quæ sunt omnia, in quantum bona sunt, et sunt, et bona ex bono sunt; in quantum autem bono privata sunt, non modo non bona sunt, sed ne exsistunt quidem. Hinc intelliges etiam illud Abdiæ prophetæ dictum de peccatoribus: *Et erunt quasi non sint* [b]. Quod etiam in profanis locum habet, ut in Homero, v. g. cum quis loquitur de bonis quorum olim particeps exstitit, quibus modo privatus est, *si quando fuerint*. Unde colligitur omnino malum esse quod omnino privatum est bono, ut quod nec erat, nec est, nec esse potest. Suppone, inquit, bonum esse habitum; **410** nam licet Deus sit supersubstantialiter et per se bonum, et essentiale bonum, tamen in participibus etiam bonum est secundum quemdam habitum. Ponit itaque aliquam quidem manere in habitu, etiam defi-

ἐστιν ὃ λέγει ὁ μέγας θεολόγος Γρηγόριος τῇ τοῦ καλοῦ φυγῇ. Πῶς τοίνυν τὸ κακὸν, μὴ ὄν, παρεισδύεται, ἐκτίθησι πλατύτερον, καὶ τὸ πᾶν ἐπινέμει τῷ ἀγαθῷ. Τὸ γοῦν ἀγαθὸν, ἐν οἷς μὲν τελέως ἐγγένηται, ἀμιγῆ ποιεῖ καὶ ὁλόκληρα ἀγαθά· οἷς δὲ ἧττον, μεμιγμένα πρὸς τὸ κακόν. Οὐ μὴν δέ ἐστι τὸ κακὸν καθ' αὐτὸ, ἀλλὰ διὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἔλλειψιν· ἐπείπερ ἡ διὰ πάντων φοιτῶσα παντελὴς ἀγαθότης οὐ μέχρι μόνων χωρεῖ τῶν οὐρανίων καὶ θείων δυνάμεων, ἀλλ' ἐκτείνεται ἄχρι καὶ τῶν ἐσχάτων καὶ τῶν γηΐνων· διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἡ γῆ τοῦ Θεοῦ λέγεται ὑποπόδιον. Καὶ τοῖς μὲν ἄλλως καὶ ἄλλως κατ' ἐπίτασίν τε καὶ ὕφεσιν, τοῖς δὲ ἐσχάτοις κατὰ ἔσχατον ἀπήχημα πάρεστι τἀγαθόν. Ὡς γὰρ ἔφημεν, ὑπόθου τινὰ βοῆσαι μέγα, καὶ τὸν μὲν ἐγγὺς ἱστάμενον καὶ ἐρρωμένην τὸ ἀκουστικὸν, ὅλην δέξασθαι τὴν βοὴν, τοὺς δὲ ἀφεστηκότας ἀναλόγως τῇ διαστάσει, τὸν δὲ πάνυ πόρρω ἀμυδρότατα ὡς ἀπηχήματος ὑστάτου ποσῶς αἰσθάνεσθαι· εἰ γὰρ μὴ οὕτως ἡ τοῦ ἀγαθοῦ μετουσία ἦν, ἦσαν ἂν τὰ θειότατα τὴν τῶν ἐσχάτων τάξιν ἔχοντα. Πῶς δὲ ἔδει πάντα ἐπίσης δέχεσθαι τὸ ἀγαθὸν, μὴ ὄντα ἐπίσης πρὸς τοῦτο ἐπιτήδεια; Νῦν δὲ τοῦτό ἐστι τὸ ὑπερβάλλον τῆς τοῦ ἀγαθοῦ δυνάμεως, ὅτι καὶ τὰ ἐστερημένα οὐκ ἄλλων οὐδὲ κατ' ἄλλο τι, ἀλλὰ κατὰ τὴν αὐτοῦ στέρησιν ἐνδυναμοῖ κατὰ τοῦτο, κατὰ τὸ ὅλως αὐτοῦ μετέχειν. Καὶ τοῦτό ἐστι τό· *τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις δυνατὰ παρὰ τῷ Θεῷ*. Εἰ χρὴ δὲ εἰπεῖν παῤῥησιασμένον, ὅτι καὶ τὰ μαχόμενα αὐτῷ, τῇ αὐτοῦ δυνάμει καὶ ἔστι καὶ μάχονται· ἀνέχεται γὰρ καὶ ἁμαρτωλῶν ὁ Θεὸς, ἀλλὰ καὶ πολλῶν μαχομένων τοῖς θείοις αὐτοῦ θελήμασι· καὶ τοῦτό ἐστι τὸ τοῖς αὐτοῦ παραπεμπόμενον κρίμασι, λεγόντων ἡμῶν· Οἷς κρίμασιν οἶδε Θεὸς, τοῦτο γίνεται, καὶ τοῦτο οὐ γίνεται. Μᾶλλον δὲ, ἵνα συλλαβὼν εἴπω, τὰ ὄντα πάντα, καθ' ὅσον ἀγαθά ἐστι, καὶ ἔστι, καὶ ἀγαθὰ ἐκ τοῦ ἀγαθοῦ ἐστι· καθ' ὅσον δὲ ἐστέρηνται τοῦ ἀγαθοῦ, μὴ μόνον οὐκ ἀγαθά, ἀλλ' οὐδὲ ὄντα ἐστίν. Ἔνθεν νοήσεις καὶ τὸ παρὰ Ἀβδιοὺ τῷ προφήτῃ εἰρημένον περὶ τῶν ἁμαρτωλῶν· *Καὶ ἔσονται ὡς μὴ ὄντες*. Ὅπου γε καὶ παρὰ τοῖς ἔξωθεν τοῦτο λέγεται, ὡς παρὰ τῷ Ὁμήρῳ, ἐν οἷς λέγει τις περὶ τῶν ὧν ἐν μετουσίᾳ πάλαι καλῶν ἐγεγόνει, καὶ νῦν τούτων ἐστέρηται, *εἴ ποτε ἦν γε*. Ἐντεῦθεν συλλογίζεται ὅτι τὸ παντελῶς κακὸν, ὡς ἐστερημένον παντελῶς τοῦ ἀγαθοῦ, οὔτε ἦν, οὔτε ἐστὶν, οὔτε εἶναι δύναται. Καί φησιν, ὅτι Ὑπόθου ἕξιν τὸ ἀγαθόν· κἂν γὰρ ὑπερουσίως καὶ αὐτάγαθόν ἐστι τὸ Θεῖον, καὶ οὐσιῶδες ἀγαθὸν, ἀλλὰ καὶ ἐπὶ τοῖς μετέχουσι τὸ ἀγαθὸν κατὰ ἕξιν τινά ἐστι. Τίθησι τοίνυν τινὰ μὲν μένοντα ἐν τῇ ἕξει, καὶ ἀπολειπούσης τῆς ἕξεως, ὡς τῆς τοῦ πυρὸς θερμότητος, τὰ θερμανθέντα θερμὰ, καὶ τῆς ψυχρότητος τῆς χιόνος, τὰ ψυχρανθέντα ψυχρά. Καὶ πάλιν ἄλλα, ἅπερ οὐκ ἐν μεθέξει ὄντα τινῶν ἕξεων, ὅμως σώζονται καί εἰσι. Πόσα γὰρ ἄμοιρα ζωῆς, πόσα νοῦ, ἀλλ' ὅμως εἰσὶ, λίθοι καὶ φυτὰ, καὶ τὰ παραπλήσια; Ἐλθὲ καὶ ἐπ' αὐτὸν τὸν Θεόν· οὐσίας ἐξῃρημένος ἐστὶ, καὶ ἔστιν ὑπερούσιος. Καὶ ἁπλῶς, ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων, ἡ ἀπελθού-

[a] Isa. LXVI, 1. [b] Abd. 16.

σης τῆς ἕξεως, ἢ μηδὲ ἐγγινομένης, εἶναί τι καὶ ὑφίστασθαι δύναται, τὸ δὲ κατὰ πάντα τοῦ ἀγαθοῦ ἐστερημένον, ὡς εἶναι αὐτόκακον, οὐκ εἶναι ποσῶς δύναται. Τίθησι γοῦν παράδειγμα τὸν ἀκόλαστον, ὃς ἐν τῷ κακοῦ μετέχειν οὔτε ἐστὶν, οὔτε ὄντως ἐπιθυμεῖ, (οἷος γὰρ ὁ ἔρως, τοιαῦτα καὶ τὰ ἐραστὰ) κατ' αὐτὸ δὲ ὅμως τὸ τῆς ἑνώσεως καὶ φιλίας σχῆμα μετέχει τοῦ ἀγαθοῦ, εἰ καὶ μὴ ὄντος, ἀλλὰ τοῦ δοκοῦντος· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἀμυδρὸν τῆς ὄντων φιλίας ἀπήχημα. Καὶ ὁ τῷ θυμῷ ἀποχρώμενος μετέχειν λέγεται τοῦ ἀγαθοῦ ἐν τῷ πρὸς διόρθωσιν κινεῖσθαι τῶν δοκούντων κακῶν. Οὕτω καὶ ὁ τῆς κακίστης ζωῆς ἐφιέμενος μετέχει τοῦ ἀγαθοῦ ἐν τῷ τῆς δοκούσης αὐτῷ ἀρίστης ζωῆς ἐφίεσθαι. Καὶ ὁ τὸ κακὸν δὲ μετιὼν ἐν τῷ δοκεῖν καλὸν ποιεῖν μετέχει τοῦ ἀγαθοῦ. Ὥστε, ἂν πάντη τὸ ἀγαθὸν ἀνέλῃς, ἀνεῖλες καὶ πάντα. Ὥστε καὶ τὸ ἐκ φθορᾶς γίνεσθαι γένεσιν, ὃ ἀνωτέρω ἔλεγεν, οὐκ ἔστι κακοῦ δύναμις, ἀλλ' ἀγαθοῦ ἥττονος ἐπικράτησις. Ὥσπερ καὶ ἡ ὑγίεια τάξις ἐστὶ καὶ συμμετρία τῶν κράσεων, ἡ δὲ νόσος ἔλλειψις τῆς τοιαύτης τάξεως, πλὴν δὲ οὐ πάσης, ἀλλά τινος· εἰ γὰρ πάσης, φθαρήσεται ἂν τὸ ζῶον, καὶ ἡ νόσος οὐχ ὑποστήσεται. Ἔστι τοίνυν ἡ νόσος ἀπουσία ὑγιείας, σύστασιν ἔχουσα τὴν ἐλαχίστην τάξιν· ἂν μὴ γὰρ ἀποφύγῃ ὑγίεια, οὐκ ἂν συσταίη ἡ νόσος, παρυφισταμένη ἐν τῷ τὴν ἕξιν ἀποδιίστασθαι, οὐδὲ νικωμένη ὑπὸ τῆς νόσου ἡ ὑγίεια ἄπεισιν· οὕτω γὰρ ἂν εἶχεν ἡ νόσος καὶ τὴν πρωτίστην τάξιν. Ἀλλ' ἡ τῆς ὑγιείας στέρησις νόσος ἐστί· διὰ τοῦτο γὰρ εἶπε καὶ *παρυφισταμένη*· οὐδὲ γὰρ ἔχει ὑπόστασιν, ἀλλ' οἷον παρυπόστασιν ἐν τῷ τὴν ὑγίειαν ἀπεῖναι, ὥσπερ τὸ σκότος τῇ τοῦ φωτὸς ὑποχωρήσει παρυφίσταται. Τὸ γοῦν πάντη τοῦ ἀγαθοῦ ἄμοιρον οὐκ ἔστι, τὸ δὲ μετέχον καὶ ἀγαθοῦ, κατὰ τὸ ἀγαθὸν, καὶ καθ' ὅσον μετέχει τοῦ ἀγαθοῦ, ἢ μᾶλλον ἢ ἧττόν ἐστι, καὶ ἐν τοῖς οὖσίν ἐστιν. Ὁμοίως πάλιν καὶ ἐπὶ τοῦ αὐτὸ εἶναι κατὰ ἀπόφασιν· τὸ γὰρ μηδαμῇ μηδαμῶς ὄν, ὅπερ ἂν καὶ λέγοιτο καὶ αὐτὸ εἶναι κατὰ ἀπόφασιν, οὐκ ἔσται. Τὸ δὲ πῇ μὲν ὄν, πῇ δὲ μὴ ὄν, καθ' ὅσον τοῦ ὄντως ὄντος ἀποπέπτωκεν, οὐκ ἔστι καὶ ἐν τῷ ποσῶς εἶναι, καὶ τὸ μὴ ὂν αὐτοῦ διακρατεῖται καὶ διασώζεται· τοῦτο γὰρ ἔλεγε καὶ πρότερον, ὅτι καὶ τὰ ἐστερημένα δυναμοῖ κατὰ τὸ ὅλως εἶναι. Τὸ γοῦν πάντη κακὸν οὐκ ἔστι· τὸ δὲ πῇ μὲν ἀγαθὸν, πῇ δὲ οὐκ ἀγαθὸν, τοῦτό ἐστι τι τινι μαχόμενον ἀγαθῷ, κρατεῖται δὲ καὶ αὐτὸ καὶ συνέχεται παρὰ τοῦ ἀγαθοῦ τῇ ποσῶς μετουσίᾳ αὐτοῦ. Κἂν γὰρ τὴν δειλίαν εἴποις, κἂν τὸ θράσος, ἔχουσι καὶ ταῦτα ἐξ ἀγαθοῦ μοῖραν· ἡ μὲν τὸ προνοητικὸν καὶ φιλόζωον, τὸ δὲ τολμηρὸν καὶ πρὸς τοὺς κινδύνους ἕτοιμον. Πάντη γὰρ ἀπελθόντος τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ ἐναπομεῖναν οὔτε καθόλου ἀγαθὸν ἔσται, οὔτε μικτὸν, οὔτε μὴν αὐτόκακον. Τὰ γοῦν δύο παρέδραμε. Πῶς γὰρ καθόλου ἔσται ἀγαθὸν, ἐξ οὗπερ ἀπῆλθε τὸ παντελὲς ἀγαθόν; πῶς δὲ πάλιν αὐτόκακον ἔσται, ἐπειδὴ πάντα τὰ ὄντα τοῦ ἀγαθοῦ μετέχοντά εἰσι; τοῦτο δὲ παντελῶς ἀπέχει τοῦ ἀγαθοῦ. Τὸ δὲ, ὅτι οὐ μικτὸν ἐναπολειφθήσεται ἐν τῇ παντελεῖ ἀπουσίᾳ τοῦ ἀγαθοῦ, ἀποδείκνυσι λέγων οὕτως· Εἰ δώσομεν, ὅτι ἐν τῇ παντελεῖ ἀπουσίᾳ τοῦ ἀγαθοῦ τὸ ἐναπομεῖναν κακὸν ἀτελές

A ciente habitu, sicut deficiente calore ignis (manent) calida quæ calefacta sunt, et frigore nivis frigida, quæ frigefacta sunt. Et rursum alia sunt, quæ dum aliquos habitus non participant, tamen servantur et exsistunt. Quot enim res sunt vitæ mentisque expertes, attamen sunt, lapides, et stirpes, et similia? Veni etiam ad ipsum Deum; a substantia exemptus est, et est supersubstantialis. Et simpliciter in aliis quidem, vel absente etiam habitu vel non insito, esse aliquid et subsistere potest; quod vero omnimodo bono privatum est, tanquam per se malum, nequaquam exsistere potest. Ponit igitur exempli gratia intemperantem, qui quatenus mali particeps est, neque est, neque omnino quidquam concupiscit (qualis enim amor est, talia et illa quæ amantur) B simul tamen secundum quamdam unionis et amicitiæ speciem boni particeps exsistit, si non exsistentis, saltem apparentis; hoc enim est obscurum quoddam eorum quæ sunt amicitiæ vestigium. Et qui iracundia abutitur, particeps esse boni dicitur, in quantum movetur ad corrigenda illa quæ videntur mala. Sic et is qui deterrimam vitam expetit, boni particeps exsistit, in quantum cupit vitam optimam ipsi visam. Et qui malum aggreditur, in quantum videtur bonum agere, bonum participat. Ita ut si omnino bonum sustuleris, omnia sustuleris. Et quod ex corruptione fiat generatio, uti superius dixit, non est mali vis, sed minoris boni victoria. Sicut etiam sanitas ordo est et commensuratio temperiei, morbus vero defectus istiusmodi ordinis, verumtamen non universi, sed alicujus: nam si defectus esset universi ordinis, animal interiret, et morbus non subsisteret. Est itaque morbus absentia sanitatis, pro statu habens minimam constitutionem; nisi enim sanitas aufugeret, morbus non subsisteret, qui consistit in defectu constitutionis, neque sanitas a morbo superata abesset; nam sic etiam morbus primum ordinem haberet. Verum morbus est privatio sanitatis, idcirco etiam dixit παρυφισταμένη (id est quid minus quam subsistens;) siquidem non habet subsistentiam, sed quasi subsistentiam **411** in hoc quod absit sanitas; sicut tenebræ lucis subtractione quodammodo subsistunt. Quod itaque omnino boni expers est, non exi- D stit; quod autem boni particeps est, secundum bonum, et in quantum boni particeps est, vel majus vel minus quid exsistit, et in rebus est. Simili modo etiam in eo quod dicitur ipsum esse per affirmationem; nam quod nequaquam usquam est, tametsi etiam diceretur ipsum esse per affirmationem, nequaquam erit. Quod autem partim quidem est, partim vero non est, id quatenus ab eo quod vere est decidit, non est etiam vel aliquali modo, et non-ens ipsius superatur atque servatur; nam hoc etiam, prius dixit quod etiam privationes roboret secundum quod omnino sunt. Quod itaque prorsus malum est, nec est quidem: quod autem partim quidem bonum, partim vero non bonum est, hoc alicui bono adversatur, verumtamen superatur et conti-

netur a bono aliquali ejus participatione. Etsi enim pusillanimitatem autem audaciam dixeris, habent etiam hæc portionem aliquam boni, illa quidem providentiam et amorem vitæ, hæc vero strenuitatem et ad pericula promptitudinem. Bono enim prorsus decedente, id quod remanet nec omnino bonum erit, neque mistum, neque etiam per se malum. Duo igitur percurret. Quomodo enim omnino erit bonum, a quo decessit omnimodum bonum? quomodo vero iterum per se malum erit, cum omnia quæ sunt bonum participent? hoc autem omnimode abest a bono. Quod vero neque mistum quid residuum erit in omnimoda boni absentia, ostendit sic dicens : Si demus in omnimoda boni absentia, malum quod remanet imperfectum esse bonum, manebit in ipso residuum aliquod bonum; atqui in omnimoda boni absentia, tam quod perfectum quam quod imperfectum est aberit, quomodo ergo erit hoc imperfectum bonum? tunc enim tantum apparebit malum imperfectum bonum, quando non est omnimoda boni absentia. Sed id quod est ejusmodi, quibusdam quidem bonis tanquam malum adversabitur, ab aliis autem tanquam bonum eximitur; nequeunt enim eadem secundum eadem inter se in omnibus pugnare. Non ergo exsistit per se malum.

§ XXI. Quin ne quidem est in rebus, uti demonstrabit per syllogismum hypotheticum, **412** conjunctione disjunctiva. Si enim in rebus omnibus sit bonum, malum vel in rebus non erit, vel si sit, in bono est; sed hoc impossibile est ut sit in bono; ergo sequitur illud prius, quod non sit malum in rebus. Assumptum itaque confirmat ab exemplo, dicens : Neque enim in igne frigus est, nec depravatio in eo quod etiam malum bonum reddit. Quod si erit, quomodo erit in hoc? si quidem ex ipso quodammodo subsistat, absurdum id est, *non* enim *potest arbor bona malos fructus facere* [c], secundum sancta Evangelia. Neque etiam e contra bonum ex malo est, quoniam id absonum et impossibile est. Sin autem non ex ipso, ex alia profecto causa subsistet, et ecce duo principia et causæ. Nulla autem dualitas principiat, sed unitas quoque erit principium dualitatis. Hæc autem omnia dicuntur contra Manichæos, quia dualitas non principiat, unitas autem omnis dualitatis principium exsistit. Rursus absurdum, ex uno et eodem duo contraria, bonum et malum, proficisci, et principium non esse simplex, sed duplex; sibique vel contrariari, in quantum contraria producit; vel immutari, ut alias quidem producat bonum, alias vero immutatum producat malum. Quod si vel unum absurdum hinc sequatur, quid utique erunt ipsa principia? an rursus duo contraria? sed id absurdum est : neque enim sibi mutuo inesse possunt, neque sibi invicem repugnare; nam sic ne Deus quidem ipse incolumis erit, et ab insultu molestiaque liber. Deinde cuncta erunt inordinata pugnantiaque, cum alia quidem sub hoc, alia vero sub isto exsistant: sed hoc fieri nequit, quoniam bonum amicitiam conciliat, et Deus pax ipsa celebratur; idcirco etiam omnia bona consona sunt (sicut mala pariunt divisionem; nam κακὸν, id est *vitium*, a χάζω, id est *vito*, sive *recedo*, nomen habet) et ex una vita divina propagata sunt, et ad unum bonum tendunt. Non igitur in Deo, nec quid divinum, nec ex Deo malum est; vel enim non bonus et sic ex ipso malum est; vel bona facit

[c] Matth. VII, 18.

A ἐστιν ἀγαθὸν, μένει λοιπὸν ἐν αὐτῷ τι ἀγαθόν· ἀλλ' οὖν ἐν τῇ παντελεῖ ἀπουσίᾳ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τὸ τέλειον καὶ τὸ ἀτελὲς ἀπέσται, καὶ πῶς ἔσται τοῦτο ἀτελὲς ἀγαθόν; τότε γὰρ μόνον ὀφθήσεται τὸ κακὸν ἀτελὲς ἄγαθὸν, ὅτε οὐ γίνεται παντελὴς ἀπουσία τοῦ ἀγαθοῦ. Ἀλλὰ τὸ τοιοῦτον τοῖς μὲν τῶν ἀγαθῶν ὡς κακὸν ἐναντιοῦται, τῶν δὲ ὡς ἀγαθὸν ἐξήρτηται· μάχεσθαι γὰρ ἐν πᾶσι τὰ αὐτὰ κατὰ τὰ αὐτὰ ἀδύνατον. Οὐκ ἄρα ὂν τὸ αὐτόκακον.

B § XXI. Ἀλλ' οὐδὲ ἐν τοῖς οὖσίν ἐστι, καθὼς ἀποδείξει δι' ὑποθετικοῦ συλλογισμοῦ κατὰ τὸν διαζευκτικὸν σύνδεσμον. Εἰ γὰρ ἐν πᾶσι τοῖς οὖσι τὸ ἀγαθὸν, τὸ κακὸν ἢ ἐν τοῖς οὖσιν οὐκ ἔσται, ἢ ὂν ἐν τῷ ἀγαθῷ ἐστιν· ἀλλὰ μὴν τοῦτο ἀδύνατον, ὅτι ἐστὶν ἐν τῷ ἀγαθῷ· τὸ πρότερον ἄρα, ὅτι οὐκ ἔστι τὸ κακὸν ἐν τοῖς οὖσι. Τὴν γοῦν πρόσληψιν κατασκευάζει ἐκ παραδείγματος, λέγων· Ὅτι καὶ γὰρ οὐδὲ ἐν τῷ πυρὶ τὸ ψυχρὸν, οὐδὲ τὸ κακύνεσθαι ἐν τῷ καὶ τὸ κακὸν ἀγαθύνοντι. Εἰ γὰρ ἔσται, πῶς ἔσται ἐν τούτῳ; εἰ μὲν ὡς ἐξ αὐτοῦ ὑποστὰν ἄτοπον, *οὐ δύναται* γὰρ *ἀγαθὸν δένδρον καρποὺς πονηροὺς ποιεῖν*, κατὰ τὰ ἱερὰ Εὐαγγέλια. Οὐδὲ μὴν τὸ ἀνάπαλιν, ὅτι τὸ ἀγαθὸν ἐκ τοῦ κακοῦ· καὶ τοῦτο γὰρ ἄτοπον καὶ ἀδύνατον. Εἰ δὲ οὐκ ἐξ αὐτοῦ, ἐξ ἄλλης δηλονότι αἰτίας ὑφίσταται, καὶ ἰδοὺ δύο ἀρχαὶ καὶ αἰτίαι. Πᾶσα δὲ δυὰς οὐκ ἔστιν ἀρχή· ἡ μονὰς γὰρ ἔσται καὶ τῆς δυάδος ἀρχή. Ταῦτα δὲ πάντα κατὰ Μανιχαίων λέγονται, ἐπεὶ ἡ δυὰς οὐκ ἀρχὴ, μονὰς δὲ πάσης δυάδος ἀρχή. Πάλιν ἄτοπον ἐξ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ δύο ἐναντία, τὸ ἀγαθὸν καὶ τὸ κακὸν, προϊέναι, ὡς ἐντεῦθεν καὶ τὴν ἀρχὴν εἶναι μὴ ἁπλῆν, ἀλλὰ δυοειδῆ· καὶ ἢ ἐναντίαν ἑαυτῇ, καθὸ τὰ ἐναντία προΐεται· ἢ ἠλλοιωμένην, ὡς ἄλλοτε μὲν παράγειν τὸ ἀγαθὸν, ἄλλοτε δὲ ἀλλοιωθεῖσαν παράγειν τὸ κακόν. Εἰ οὖν τὸ ἓν ἄτοπον διὰ ταῦτα, τί δὴ εἶεν ἂν αἱ ἀρχαί; καὶ πάλιν δύο ἐναντία; ἀλλ' ἄτοπον· οὔτε γὰρ ἐν ἀλλήλαις εἶναι ταύτας εἰκὸς, οὔτε μὴν μαχομένας ἀλλήλαις· καὶ γὰρ ἔσται καὶ ὁ Θεὸς οὐκ ἀπήμων, καὶ οὐκ ἐκτὸς ἐπηρείας καὶ ἐνοχλήσεως. Ἔπειτα ἔσται πάντα ἄτακτα καὶ μαχόμενα, τὰ μὲν ὑπὸ τοῦτο, D τὰ δὲ ὑπὸ τοῦτο ὄντα· ἀλλὰ τοῦτο ἀδύνατον, φιλίας γὰρ τὸ ἀγαθὸν μεταδίδωσι, καὶ αὐτοειρήνη ὁ Θεὸς ὑμνεῖται· διὸ καὶ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἐναρμόνια (ὡς τὰ κακὰ σκεδαστικά· κακὸν γὰρ ἀπὸ τοῦ χάζω τὸ ὑποχωρῶ λέγεται·) καὶ μιᾶς ζωῆς τῆς θείας ἔκγονά ἐστι, καὶ πρὸς ἓν τείνουσι τὸ ἀγαθόν. Ὥστε οὔτε ἐν Θεῷ, οὔτε ἔνθεον, οὔτε ἐκ Θεοῦ τὸ κακόν· ἢ γὰρ οὐκ ἀγαθὸς (καὶ οὕτως ἐξ ἐκείνου ἐστὶ τὸ κακὸν), ἢ ἀγαθοποιεῖ, καὶ οὐκ ἐκ τούτου ἐστίν. Οὐδὲ γὰρ ποτὲ μὲν ἀγαθὸν παράξει, ποτὲ δὲ κακόν· ἀλλοίωσιν γὰρ πείσεται, καὶ ταῦτα περὶ αὐτὸ τὸ θειότατον, τὴν αἰτίαν.

Εἰ δὲ ἕτερόν ἐστι Θεὸς, καὶ ἕτερον ἐν αὐτῷ ἡ τοῦ ἀγαθοῦ ὕπαρξις, κατὰ συμβεβηκὸς ἂν εἴη τὸ ἀγαθὸν τῷ Θεῷ· ὥστε καὶ ποτὲ μὲν ἔσται Θεὸς ἔχων τὸ γνώρισμα τῆς θειότητος, τἀγαθὸν, ποτὲ δὲ οὐκ ἔσται, ἀποβαλὼν αὐτό. Καὶ εἰ μεθέξει τοῦ ἀγαθοῦ, ἐξ ἑτέρου μεθέξει καὶ ποτὲ, ποτὲ δὲ οὐ μεθέξει, ἀλλὰ τοῦ κακοῦ μεθέξει· ὥστε καὶ μετέχων τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ ἀγαθὸν παράξει, μὴ μετέχων δὲ τούτου, τὸ κακὸν, ὅπερ ἄτοπον. Οὐκ ἄρα ἐκ Θεοῦ ἢ ἐν Θεῷ τὸ κακὸν, οὔτε ἁπλῶς, οὔτε κατά τινα χρόνον.

A et sic ex ipso non est. Neque etiam aliquando quidem bonum producet, aliquando vero malum; sic enim mutationem pateretur etiam circa id quod omnium est divinissimum, scilicet causam. Si vero quid aliud sit Deus, et aliud in ipso boni substantia, utique per accidens in Deo bonum erit; et sic aliquando quidem **413** Deus erit habens in se notam divinitatis, scilicet bonum, aliquando vero non erit, bonum abjiciens. Quod si participet bonum, ex alio participabit et aliquando, quandoque vero non participabit, sed mali particeps erit; et sic bonum quidem participans bonum, non participans autem producet malum, quod est absurdum. Non itaque ex Deo, vel in Deo malum, neque omnino, neque certo tempore.

§ XXII. Ἔτι δὲ οὐδ' ἐν ἀγγέλοις ἐστὶ τὸ κακόν· ὁ γὰρ ἄγγελος εἰκών ἐστι τοῦ Θεοῦ, ἐκεῖνο ὢν δευτέρως κατὰ μέθεξιν, ὅπερ πρώτως κατ' αἰτίαν τὸ ἀγγελλόμενον, φανέρωσις τοῦ ἀφανοῦς φωτὸς, καὶ ἔσοπτρον διειδέστατον, εἰσδεχόμενον τὰς τῆς ὡραιότητος ἐμφάσεις· καὶ ἀμιγῶς πρὸς τὸ κακὸν, ἥγουν ἀγαθοειδῶς ἀναλάμπον ἐν ἑαυτῷ τὸ ἀγαθὸν τῆς κρυφίας σιγῆς· οὐκ ἄρα οὐδὲ ἐν ἀγγέλοις ἐστὶ τὸ κακόν. Ἐν ἀδύτοις δὲ σιγὴν, τὴν θείαν φησὶ κρυφιότητα· σιγῶνται γὰρ καὶ τὰ ἄτιμα δι' αἰσχρότητα, σιγῶνται δὲ καὶ τὰ ἔντιμα καὶ τὰ θεῖα διὰ τιμιότητα, καὶ τοῦ μὴ ἔχειν ἐξαγγεῖλαι ταῦτα ἐν ἀδύτοις κείμενα· ὅπου νοῦς οὐ διεισδύνει, κἂν λίαν καθαρὸς ᾖ, καὶ δι' ἁγιότητα διαβατικώτατος. Ἀλλ' εἴποι τις, ὅτι κακοὶ οἱ ἄγγελοι, ὡς κολαστικοί. Λύει γοῦν τὴν ἀντίθεσιν φιλοσοφώτατα· πρῶτον μὲν ἀπὸ τῶν ἱερέων τῶν ἀπειργόντων τοὺς ἀναξίους τῶν θείων μυστηρίων· ἔπειτα λέγει, ὅτι οὔτε αὐτὸ τὸ κολάζεσθαί τινα, κακόν· παίδευσις γάρ ἐστι, καὶ ἡ παίδευσις ἀγαθὸν, οὔτε οἱ κολάζοντες κακοί· εἴρηται γάρ· *Οὐ γὰρ εἰκῇ τὴν μάχαιραν φορεῖ· διάκονος γάρ ἐστι Θεοῦ εἰς ὀργὴν τῷ τὸ κακὸν πράσσοντι.* Λοιπὸν εἰσβάλλει εἰς τὴν λύσιν τῆς προκειμένης ἀπορίας, καί φησιν, ὅτι οὐδὲ οἱ δαίμονες φύσει κακοί. Τοῦτο γοῦν ἐκ πλειόνων κατασκευάζει· πρῶτον μὲν, πῶς ἔμελλον παραχθῆναι ἐξ ἀγαθοῦ ποιητοῦ, καὶ ἄλλο, ὅτι καὶ ἐξ ἀγαθῶν μετέβαλον; αἱ γοῦν κατ' ἀλλοίωσιν μεταβολαὶ οὐ κατ' οὐσίαν εἰσὶν, ἀλλὰ κατὰ τὸ ποιὸν, ὥσπερ αἱ κατὰ αὔξησιν καὶ μείωσιν, κατὰ τὸ ποσόν· ἡ δὲ κατ' οὐσίαν μεταβολὴ, ἢ γέννησίς ἐστιν, ἢ φθορά. Ἐπεὶ οὖν ὄντες μετέβαλον, ἔδει, εἰ κατ' οὐσίαν μετέβαλον, φθαρῆναι, καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν ἐλθεῖν· ἀλλ' ἰδοὺ εἰσιν οὐσίαι ἄϋλοι, εἰ καὶ κατ' ἄλλον τρόπον οὐκ εἶναι λέγονται, καθὸ κακοί. Σὺ δὲ σημείωσαι, ὅτι ἄλλο ἐστὶ τὸ εἰς τὸ μὴ ὂν ἐλθεῖν καὶ φθαρῆναι, καὶ ἄλλο μὴ εἶναί τι. Ὡς γὰρ ἡ γένεσις, ἡ μὲν ἁπλῶς ἐστιν, ὡς ἡ κατ' οὐσίαν· ἡ δὲ κατά τι, ὡς ἡ κατ' ἀλλοίωσιν, οὕτω καὶ ἡ φθορά, ἡ μὲν ἁπλῶς, ἡ κατ' οὐσίαν, ἡ δὲ κατά τι, ἡ κατ' ἀλλοίωσιν. Τὴν γοῦν ἀλλοιωτικὴν φθορὰν πεπονθότες, οὐκ εἶναι λέγονται· τὴν δὲ κατ' οὐσίαν μὴ γνόντες, (ἀθάνατοι γὰρ,) οὐ λέγονται φθαρῆναι καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν ἐλθεῖν.

§ XXII. Quin ne in angelis quidem est malum, siquidem angelus imago Dei est, id ipsum exsistens secundum participationem secundo ordine, quod secundum causam est id quod enuntiatur primo, arcani luminis declaratio et speculum purissimum, venustatis species excipiens, et a malo impollute sive boniformiter in semetipso resplendere faciens arcani illius silentii bonitatem; ergo etiam in angelis non est malum. Silentium autem quod in adytis est, vocat divinum illud arcanum; siquidem id silent res viles propter suam deformitatem, res vero pretiosæ ac divinæ illud silent propter ejus veneration em, quodque non valeant enuntiare illa quæ in adytis latent, quo mens nulla penetrat, quantumvis pura sit, et propter sanctitatem perspicacissima. Atqui dicet aliquis malos esse angelos quod puniant. Hanc objectionem sapientissime dissolvit, primum a sacerdotibus, qui indignos a divinis mysteriis arcent; deinde dicit, ne id ipsum quidem malum esse, punire aliquem, quoniam correctio est, correctio autem bona, neque qui puniunt mali sunt, dictum est enim: *Non enim sine causa gladium portat; Dei enim minister est, vindex in iram ei qui male agit* [d]. Cæterum solutionem propositæ quæstionis prosequitur, et ait, nec ipsos dæmones natura malos esse. Hoc ex pluribus probat: primum quidem, quomodo alioquin a bono Creatore conditi, et aliud sint, quoniam ex bonis mutati? mutationes enim quæ sunt secundum alterationem, non sunt secundum substantiam, sed secundum qualitatem, sicut illæ quæ sunt secundum augmentum aut decrementum, secundum quantitatem; mutatio autem secundum substantiam, generatio est, vel corruptio. Cum itaque mutati sint, oportebat eos, si secundum substantiam mutati essent, interire, et in nihilum abire; sed ecce sunt substantiæ immateriales, tametsi secundum alium modum dicantur non esse, in quantum mali sunt. Tu autem considera **414** quod aliud sit, in nihilum abire ac interire, et aliud non esse quidpiam. Sicut enim generatio alia quidem simplex est, ut secundum substantiam; alia vero secundum quid est, ut secundum alterationem; ita etiam corruptio, alia est simpliciter, quæ secundum substantiam; alia vero secundum quid, quæ secundum alterationem. Quod itaque corruptionem alterativam subierint, dicuntur non esse; cum autem illam secundum substantiam ignorarint (quoniam immortales sunt) non dicuntur interire et in nihilum abire.

[d] Rom. XIII, 4.

§ XXIII. Deinde dividens hic sanctus, quærit : A Si mali sunt, sibine mali sunt, an aliis? Si sibi, sequitur, illos se ipsos interimere (nam malum interimendi vim habet) ; verum non ita se res habet. Sin aliis (rursum distinguit). Quid interimunt? Substantiamne? an potentiam? an actionem? (talis differentia est inter potentiam et actionem, qualis est inter habitum et operationem ex habitu; v. g. potentia ignis est calefactiva, actio autem est calefactio alicujus.) Si itaque substantiam interimunt, primum quidem, quandoquidem illa quæ natura sua incorruptibilia sunt minime interimunt, sed ea quæ natura sua corruptibilia exsistunt, quæ etiam sine illis debebant interire, nil faciunt contra naturam, sed secundum naturam rerum. Deinde vero neque hoc omnino malum est, sed eatenus solum est malum, quatenus B interitus, ut putatur, sit ante tempus; neque omnibus id malum est, quibusdam enim id bonum est, ut in feris et serpentibus et herbis noxiis. Cum igitur hoc solvisset per oppositionem, modo solvit etiam per instantiam, quod nihil eorum quæ sunt intereat in quantum substantia est, ita nimirum ut penitus aboleatur et annihiletur, sed defectu naturalis ordinis debilitatur, ut ita se habeat. Imbecillitas autem hæc non est perfecta corruptio; nam si perfecta foret, illis circa quæ corruptio versatur intereuntibus, etiam ipsamet corruptio deficeret. Itaque defectio ordinis non est tale malum, sive omnino malum, quod in rebus non exsistit, sed deficiens bonum. Eadem quoque ratio est de potentia et actione; si enim interiret omnino subjectum potentiæ et actionis, C non solum non ipsa potentia et actio forent, sed nec ipsa corruptio. Sin subjectum quidem servaretur, sed potentia actioque deficerent, corruptio **415** hæc non esset omnino mala, ut quæ non penitus interimeret, sed solam potentiam et actionem. Quin etiam sæpenumero corruptio bonum foret; nam si potentia et actio bonarum rerum erant, corruptio earum inter mala est; sin illa erant malarum rerum, tum corruptio erat bonum, quippe sinens quidem subjectum, interimens vero malum habitum et actum. Præterea dæmones, quatenus ex bono Deo oriundi, nequaquam mali, verumtamen si quis dixerit eos malos, dicam et ego; sed non in quantum hoc sunt, sed quatenus hoc non sunt, nempe sicut erant creati. Quoniam procreati D sunt et ipsi ad omne opus bonum, sed infirmati sunt, quod non custodierint principatum suum ac statum in quo creati erant [e] : in nullo enim alio mali sunt quam in cessatione habitus bonorum, et quod non operentur bonum, ita ut secundum propositum mali sint, et non secundum naturam; alioquin enim fuissent semper mali. Atqui contra si semper mali, non mali; unde concluditur, quod si secundum naturam mali sunt, non sint mali; hoc enim absonum : malum autem quod semper eodem modo se habet, non est malum, siquidem eodem

§ XXIII. Ἔπειτα διαιρῶν ὁ ἅγιος ἐρωτᾷ· Κακοὶ ὄντες, ἑαυτοῖς εἰσι κακοί, ἢ ἑτέροις ; Εἰ μὲν ἑαυτοῖς, ἕπεται τὸ φθείρειν ἑαυτούς· (φθοροποιὸν γὰρ τὸ κακόν· ) ἀλλ' οὐδ' ἐστὶ τοῦτο. Εἰ δ' ἑτέροις, (πάλιν διαιρεῖ.) Τί φθείροντες ; οὐσίαν ; δύναμιν ; ἢ ἐνέργειαν ; (Δυνάμεως δὲ πρὸς τὴν ἐνέργειαν τοιαύτη ἐστὶ διαφορά, ὡς τῆς ἕξεως πρὸς τὴν καθ' ἕξιν ἐνέργειαν· οἷον πυρὸς δύναμις ἡ θερμαντική, ἐνέργεια δὲ, ὅτε θερμαίνει τι.) Εἰ οὖν οὐσίαν φθείρουσι, πρῶτον μέν, ἐπεὶ τὰ φύσει ἄφθαρτα οὐ φθείρουσιν, ἀλλὰ τὰ φύσει φθαρτά, ἃ καὶ χωρὶς τούτων ἔδει φθαρῆναι, οὐ ποιοῦσι τὸ παρὰ φύσιν, ἀλλὰ τὸ κατὰ φύσιν τοῖς πράγμασιν. Ἔπειτα δὲ τοῦτο οὐ πάντη κακὸν ἔνι, κατὰ τοῦτο μόνον κακὸν, ὅτι πρὸ τῆς νομιζομένης ὥρας γίνεται ἡ φθορά· οὐδὲ παντί, ἔστι γὰρ καί τισι καλὸν, ὡς ἐπὶ θηρίων, καὶ ἑρπετῶν, καὶ βοτανῶν ὀλεθρίων. Λύσας οὖν κατὰ ἀντιπαράστασιν, ἤδη λύει καὶ κατὰ ἔνστασιν, ὅτι οὐδέ τι τῶν ὄντων φθείρεται καθὸ οὐσία, ἤγουν εἰς τὸ μηδαμῇ μηδαμῶς προχωρεῖν· ἀλλὰ τῇ ἐλλείψει τῆς κατὰ φύσιν τάξεως ἐξασθενεῖ εἰς τὸ ὡσαύτως ἔχειν. Ἡ δὲ ἀσθένεια οὐκ ἔστι παντελὴς φθορά· εἰ γὰρ παντελὴς, ἀπολομένων ἐκείνων περὶ ἃ ἡ φθορὰ, καὶ ἡ φθορὰ ἂν ἐπιλελοίπει. Ὥστε ἡ ἔλλειψις τῆς τάξεως οὐ τοιοῦτον κακὸν, ἤγουν παντελῶς κακὸν, ὅπερ ἐν τοῖς οὖσιν οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἐλλιπὲς ἀγαθόν. Οὗτος ὁ λόγος ἔσται καὶ περὶ τῆς δύναμεως καὶ περὶ τῆς ἐνεργείας· εἰ γὰρ ἐφθείρετο παντελῶς τὸ ὑποκείμενον ἐν ᾧ ἡ δύναμις οὐδὲ ἡ ἐνέργεια, μὴ μόνον οὐδὲ ἡ δύναμις καὶ ἡ ἐνέργεια ἦν, ἀλλ' οὐδὲ αὐτὴ ἡ φθορά. Εἰ δὲ ἐσώζετο μὲν τὸ ὑποκείμενον, ἀπώλετο δὲ ἡ δύναμις καὶ ἡ ἐνέργεια, οὐκ ἦν παντελῶς κακὸν ἡ φθορὰ, ὡς μὴ παντελῶς φθείρουσα, ἀλλὰ μόνην τὴν δύναμιν καὶ τὴν ἐνέργειαν. Πολλάκις δὲ ἐμελλεν ἡ φθορὰ εἶναι καὶ ἀγαθόν· εἰ γὰρ ἡ δύναμις καὶ ἡ ἐνέργεια τῶν ἀγαθῶν ἦσαν, ἦν ἂν φθορὰ τῶν κακῶν· εἰ δὲ ἐκεῖνα τῶν κακῶν ἦσαν, ἦν ἂν ἡ φθορὰ ἀγαθὸν, ὡς ἐῶσα μὲν τὸ ὑποκείμενον, φθείρουσα δὲ τὴν κακὴν ἕξιν καὶ τὴν ἐνέργειαν. Εἶτα οἱ δαίμονες, ὡς ἐκ θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ γεγονότες, οὐ κακοί· ἀλλὰ μὴν εἴποι τις, ὅτι κακοί, φημὶ κἀγώ· ἀλλ' οὐ καθό εἰσι τόδε, ἀλλὰ καθὸ οὐκ εἰσὶ τόδε, δηλονότι ὡς ἐπλάσθησαν. Διότι παρήχθησαν καὶ αὐτοὶ εἰς πᾶν ἔργον ἀγαθόν· ἀλλ' ἠσθένησαν εἰς τὸ τηρῆσαι τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν, καὶ τὴν εἰς τὸ εἶναι παραγωγήν· ἐν οὐδενὶ γὰρ ἄλλῳ κακοί εἰσιν, εἰ μὴ ἐν τῇ παύσει τῆς ἕξεως τῶν ἀγαθῶν, καὶ ἐν τῷ μὴ ἐνεργεῖν τὸ ἀγαθόν· ὥστε κατὰ προαίρεσίν εἰσι κακοί, ἀλλ' οὐ κατὰ φύσιν· ἦσαν γὰρ ἂν ἀεὶ κακοί. Καὶ πάλιν, εἰ ἀεὶ κακοὶ, οὐ κακοί· καὶ συνάγεται, ὅτι εἰ κατὰ φύσιν κακοὶ, οὐ κακοί· ἄτακτον γὰρ τὸ κακὸν δὲ τὸ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον. οὐ κακὸν, τὸ γὰρ ἀεὶ ταὐτὸν, τοῦ ἀγαθοῦ ἴδιον· τὸ γαρ ἀγαθὸν συντηρητικόν ἐστι τοῦ ταὐτοῦ, ὥσπερ τὸ κακὸν διαλυτικόν. Εἰ δὲ οὐκ ἀεὶ κακοὶ, (εὑρηνται γὰρ ἀγαθοὶ παραχθέντες·) οὐ φύσει κακοὶ, ἀλλὰ καθό εἰσι καὶ ζῶσι καὶ νοοῦσι, τοῦ ἀγαθοῦ μετέχουσιν, ἧς δὴ ζωῆς καὶ ἐφίενται· κακοὶ δὲ λέγονται, διὰ τὸ ἀσθενεῖν περὶ τὴν κατὰ φύσιν ἐνέργειαν, καὶ ἐκβῆναι τῶν προση-

[e] Jud. vi.

κύντων. Ἄλλως τε· Τί τὸ ἐν δαίμοσι κακόν; εἴποι τις ἄν· Θυμὸς ἄλογος (εὕρηται γὰρ ἐν ἡμῖν καὶ ἔλλογος ὁ κατὰ τοῦ ἐχθροῦ καὶ τῆς ἁμαρτίας·) καὶ ἀνόητος ἐπιθυμία (εὕρηται γὰρ καὶ ἐπ' ἄλλοις ἐπιθυμία ἔνους· *Ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα*, καὶ, *ἀνὴρ ἐπιθυμιῶν* τῶν κρειττόνων ὁ Δανιήλ·) καὶ φαντασία προπετής, ἐκεῖνα φανταζομένους ὧν ποτε εἰς ἕξιν οὐκ ἐλεύσονται· ἔστι γὰρ καὶ φαντασία οὐ προπετής, καθ' ἣν ἐφαπτόμεθα τῶν ὄντων καὶ δυνατῶν. Ἐπεὶ οὖν τὰ τοιαῦτα, εἴτε τις εἴποι τὰ κρείττω καὶ παρὰ τοῖς ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, εἴτε τὰ χείρω καὶ παρὰ τοῖς δαίμοσιν, ἐφ' ἑτέρων ζώων συστατικαὶ δυνάμεις εἰσί, καὶ οὐχ ἡ ἕξις τούτων, ἀλλ' ἡ ἀναίρεσις φθορά· ἀναιρεθέντος γὰρ τοῦ θυμοῦ, τῆς φαντασίας καὶ τῆς ἐπιθυμίας, οὐδὲ ζῶον ἔσται· διὰ ταῦτα οὐ κακὰ ταῦτα, ὥστε οὐδὲ ἐν τοῖς δαίμοσι παντελῶς κακὰ ὡς μὴ φθαρτικά· οὐκ ἄρα κακοὶ κατὰ φύσιν, ἀλλ' ἢ οὐκ εἰσὶν ἀγαθοί. Καὶ οὐκ ἠλλοιώθη τούτοις τὸ δοθὲν ἀγαθὸν χάρισμα, ὥσπερ τάχα εἰς μεταμέλειαν ἐλθόντος τοῦ Θεοῦ, ὅτι οὕτως αὐτοὺς ἐτίμησε, μὴ γένοιτο! ἀλλ' αὐτοὶ τοῦ ὅλου ἀποπεπτώκασιν ἀγαθοῦ, μύσαντες αὐτῶν τὰς ἀγαθοπτικὰς δυνάμεις, καθὼς ἔχει καὶ τὸ περὶ τοῦ Ἰσραὴλ εἰρημένον· *Τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, μή ποτε ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς.* Διὰ τοῦτο καὶ ἔτι λέγεται ὁ Σατὰν Ἑωσφόρος· καὶ ἐν Εὐαγγελίοις· *Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ πεσόντα.* Περὶ γὰρ τὴν τάξιν αὐτῶν τὴν ἀγγελικὴν καὶ φωτοειδῆ τὴν ἀταξίαν καὶ τὴν φθορὰν ἔσχον ἐκ προαιρέσεως, καθὼς καὶ παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ εὕρηται· *Ἐφθάρη ἡ ἐπιστήμη σου σὺν τῷ κάλλει σου*, δηλονότι ἡ φωτοειδὴς ἕξις καὶ ἡ ἀγγελοπρέπεια. Πῶς δὲ τοῦ μὴ ὄντως ἐφιέμενοι, τοῦ κακοῦ ἐφίενται, ἢ δηλονότι, ἀλήθειά ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ ὄν; τὸ δὲ τῇ ἀληθείᾳ ἀντικείμενον ψεῦδος, οὔτε ὄν ἐστιν, ἔξω γὰρ τοῦ Θεοῦ παντελῶς, οὔτε εἰκὼν ἀληθείας. Ἐπειδὴ δὲ πείθει τινὰς εἶναί τι, ἔσται σκοτεινὸν καὶ ἀμυδρὸν τῶν ὁπωσοῦν ὄντων εἴδωλον· διὸ καὶ ἐνεργείᾳ ἐστὶν εἴδωλον, καὶ ἐνεργείᾳ ψεῦδος, τουτέστιν ἀληθινῶς καὶ ὄντως ψεῦδος, ὅθεν καὶ ἐνεργείᾳ μὴ ὄν. Ὥσπερ οὖν ἐπὶ τῶν ψευδῶς ὄντων τὸ ψεῦδος ἀναιρεθὲν, πᾶσαν τὴν οὐσίαν τοῦ πράγματος ἀναιρεῖ· οὕτω καὶ ὁ τοῦ ψεύδους ἐρῶν, ὡς οἱ δαίμονες, τοῦ μὴ ὄντος ἐρᾷ, καὶ ἐν τῷ ὄντι, τουτέστιν ἐν τῇ ἀληθείᾳ, οὐχ ἕστηκεν. Οἱ οὖν δαίμονες, καθά φησιν ὁ Κύριος, ψεῦσται ὄντες, καὶ πατέρες τοῦ ψεύδους, τοῦ μὴ ὄντος ἐφίενται, καὶ κακοῦ ἐφίενται.

A modo se habere, proprium est boni; quoniam bonum est conservativum identitatis, sicut malum destructivum. Quod si non semper mali fuerint, cum reperiantur boni esse creati, non sunt natura mali, sed quatenus sunt et vivunt et intelligunt participes sunt boni, quam utique vitam etiam appetunt; sed dicuntur mali, quatenus in naturali sua actione infirmantur, et a rebus sibi convenientibus deficiunt. Quid vero, dicet aliquis, præterea malum in dæmonibus? Furor irrationalis (invenitur enim etiam in nobis ira rationalis, ut contra hostem et peccatum) et concupiscentia demens (siquidem etiam in aliis prudens concupiscentia reperitur: *Desiderio desideravi* [f], et: *Vir desideriorum* bonorum Daniel [g]) et imaginatio præceps, dum illa imaginantur quæ nunquam habebunt effectum; est enim etiam imaginatio minime præceps, qua ea quæ sunt et fieri possunt attingimus. Cum itaque hæc ita se habeant, sive quis bona dicat de viris probis, sive mala de dæmonibus, in aliis tamen animalibus sunt virtutes constitutivæ, et nequaquam horum habitus, sed ablatio est interitus; ablata enim iracundia, imaginatione **416** et concupiscentia, nec ipsum animal erit; quapropter hæc non sunt mala, atque adeo etiam in dæmonibus non omnino mala sunt, quippe illos non interimentia; non itaque mali sunt secundum naturam, sed in quantum non sunt boni. Neque bonum, quod illis concessum est, penitus perversum est, quasi forte pœniteat Deum quod ita illos honorarit, absit; sed ipsimet a toto bono desciverunt, potentias suas boni visivas odio habentes, juxta id quod de populo Israelitico dictum est: *Oculos suos clauserunt, et auribus graviter audierunt, nequando convertantur, et sanem eos* [h]. Idcirco etiamnum Satanas Lucifer nominatur, et in Evangeliis dicitur: *Videbam Satanam sicut fulgur de cœlo cadentem* [i]. In ordinem enim suum angelicum ac luciformem inordinationem et interitum ex proposito invexerunt, sicut reperitur apud Ezechielem [k]: *Corrupta est scientia tua cum pulchritudine tua*, id est luciformis habitus et angelicus decor. Quomodo autem, dum id quod non est appetunt, malum appetunt, nisi quia Deus veritas est et ens? quod autem veritati repugnat mendacium, neque ens est, siquidem omnino est extra Deum, nec imago veritatis. Cum autem persuadeat quibusdam prorsus esse aliquid, obscurum erit ac tenue rerum quoquo modo exsistentium simulacrum; quocirca etiam effectu simulacrum est, et effectu falsum, id est vere ac realiter falsum, atque adeo etiam effectu non ens. Quemadmodum igitur in falsis entibus, si falsitas auferatur, omnem rei substantiam aufert; ita quoque falsitatis amans, ut dæmones, amat id quod non est, et in eo quod est, id est in veritate, non stat. Dæmones igitur, sicut ait Dominus, cum mendaces sint et mendacii patres, appetunt id quod non est, malumque desiderant.

§ XXIV. Μεταβαίνει ἐπὶ τὰς λεγομένας κακὰς ψυχὰς, γυμνάζων τὸν λόγον καὶ ἐπὶ τούτων, εἰ δύναται ἐπὶ ταύτης· εἶναί τινα οὐσίαν καὶ καθ' αὐτὸ τοῦ κακοῦ, καί φησιν· Ἀλλὰ τίς εἴποι ψυχὰς κακάς; Καὶ μὴν ἢ ἐν τῷ συγγίνεσθαι ἑτέροις κακοῖς τὸ κακὸν ἡ ψυχὴ

§ XXIV. Transit ad dictas pravas animas, sermonem in iis exercens, an possint in iis etiam secundum substantiam aliqua esse mala, et ait: Sed quis dicat animas esse malas? Etenim vel ex eo, quod cum aliis rebus malis versetur, malum ani-

[f] Luc. xxii, 15. [g] Dan. ix, 23. [h] Is. vi, 10. [i] Luc. x, 18. [k] Cap. xxviii, 7.

ma habebit, vel quod a semetipsa depravetur : siquidem ex conversatione, vel ut mala simili se conjungit ei accurrens, vel ut bona, quo forte illi prosit, juxta dictum Apostoli : *Factus sum iis qui sine lege erant, tanquam sine lege* [1], et hæc non sunt mala, quoniam utraque et provide **417** et salutariter fiunt, dum nimirum anima studet vel malum evitare, vel in bonum commutare. Illud primum itaque, quod tanquam mala cum malis coeat, providentiæ quoque ac salutis rationem habet, scilicet apparentis et non omnino veræ ; quoniam prava anima curat, ut servetur malum in iis quibuscum congreditur : hoc modo aggreditur qui sanctos ab initio cepit ; quia sub boni specie congreditur, ut nimirum prosit, et sic noceat. Præterit hic alterum, quod tanquam mala sæpenumero cum malis congrediatur, inferens hoc esse bonum, in quantum iis quæ perdita sunt consulere ac salutem afferre cupit, tametsi non possit, sed potius ipsamet mali particeps reddatur. Ad secundum hoc tantum opponit : Quod si tanquam bona congreditur ut prosit, et per hoc noceat, non jam hoc malum, sed bonum, et ex bono quod etiam malum bonum facit. Quod si non hoc, sed alterum concedamus, quod nimirum anima depravetur a semetipsa, quanam alia re depravetur, quam defectione bonorum ? Nequaquam sane in supposito aliquo malo depravatur, sicut exemplum illud de aere habet ; neque enim malum est aliqua substantia, neque potentia, neque actio, sed defectus et carentia perfectionis : ita nos qui mente ac ratione regimur, invadunt passiones per defectum bonorum ; et ideirco non sunt ipsæ per se malæ, in quantum sunt aliquid, sed malæ sunt, quod non sint in bono sed ab illo deficiant.

A ἔξει, ἢ ἀφ' ἑαυτῆς κακύνεται· εἰ μὲν ἐν τῷ συγγίνεσθαι, ἢ ὡς κακὴ συγγίνεται, τῷ ὁμοίῳ προστρέχουσα, ἢ ὡς ἀγαθὴ, ἵνα τυχὸν ὠφελήσῃ, κατὰ τὸ ἐν τῷ Ἀποστόλῳ λεγόμενον· *Ἐγενόμην τοῖς ἀνόμοις ὡς ἄνομος*· καὶ ταῦτα οὐκ ἔστι κακά, ἐπεί τοί γε καὶ ἀμφότερα προνοητικῶς τε καὶ σωστικῶς γίνονται, προνοουμένης τῆς ψυχῆς οἷον ἢ φυλάξαι τὸ κακὸν, ἢ μεταβαλεῖν εἰς τὸ ἀγαθόν. Ἔχει γοῦν καὶ τὸ πρότερον, ὅτι συγγίνεται ὡς κακὴ τοῖς κακοῖς, ἔννοιαν προνοίας καὶ σωτηρίας, φαινομένης δὲ, καὶ μὴ ἀληθινῆς πάντως, ὅτι προνοουμένη ἡ κακὴ ψυχὴ, ἵνα σώζηται τὸ κακὸν οἷς συγγίνεται. Διὰ τοῦτο συγγίνεται ὁ ἐν τοῖς ἁγίοις ἀρχῆθεν λαβὼν, ὅτι ὡς ἀγαθὴ συγγίνεται, ἵν' ὠφελήσῃ δηλαδὴ καὶ διὰ τοῦτο βλάπτηται· παριδὼν τὸ ἕτερον, τὸ ὡς κακὴ πολλάκις συγγίνεται τοῖς κακοῖς, B ἐπεξεργαζόμενος, ὅτι καλόν ἐστι τοῦτο καθὸ προνοεῖσθαι καὶ σώζειν θέλει τὰ ἀπολλύμενα, εἰ καὶ οὐ δύναται, ἀλλὰ μᾶλλον παραπολαύει τοῦ κακοῦ· πρὸς τὸ δεύτερον τοῦτο μόνον ἀπαντᾷ, ὅτι· Εἰ ὡς ἀγαθὴ συγγίνεται, ἵν' ὠφελήσῃ, καὶ διὰ τοῦτο βλάπτεται, οὐ κακὸν τοῦτο, ἀλλ' ἀγαθὸν, καὶ ἐκ τἀγαθοῦ τοῦ καὶ τὸ κακὸν ἀγαθύνοντος. Εἰ δὲ μὴ οὕτως, ἀλλὰ τὸ ἕτερον δώσομεν, ὅτι ἀφ' ἑαυτῆς κακύνεται ἡ ψυχὴ, ἐν τίνι ἄλλῳ κακύνεται πάντως, εἰ μὴ ἐν τῇ ἐλλείψει τῶν ἀγαθῶν ; Οὐ μὴν δὲ ἔν τινι ὑποστάσει τῷ κακῷ κακύνεται, καθὼς καὶ τὸ περὶ τὸν ἀέρα ἔχει παράδειγμα· οὔτε γὰρ οὐσία τίς ἐστι τὸ κακὸν, οὔτε δύναμις, οὔτε ἐνέργεια, ἀλλ' ἔλλειψις καὶ ἐρημία τῆς τελειώσεως· καὶ ἐφ' ἡμῖν τὰ πάθη ἅτε λογικοῖς οὖσι καὶ νῷ C κυβερνωμένοις, κατ' ἔλλειψιν τῶν ἀγαθῶν ἐπεισέρχονται· καὶ διὰ τοῦτο, οὐ κακὰ καθ' αὑτὰ, ὅτι εἰσί τι, κακὰ δὲ, ὅτι οὐκ εἰσὶν ἐν τῷ ἀγαθῷ, ἀλλ' ἐκείνου ἐλλείπονται.

§ XXV. In animalibus autem brutis passiones istæ non tantum non sunt malæ simpliciter et absolute, quin etiam, si illas abstuleris ab animalibus quibus insunt, ne istiusmodi quidem animalia futura sint qualia dicuntur ; ita ut, cum naturam magis conservent quam interimant, nequaquam mala sint ; siquidem naturæ interitus, defectio est habituum naturalium et actionum atque virtutum. Et cum generatio quidam motus exsistat, omnis autem motus sit in tempore, et imperfecti ad perfectionem, utique nec imperfectio contra naturam est, sed in natura quæ exigit suscipere perfectionem ; unde quoque ipsamet imperfectio non est omnino nihil, cum non sit omnino contra naturam. Hoc autem dicit, ut supra dictis sensum adaptet ; dixerat enim ibi, quod si anima depravatur, perturbatione depravatur ; perturbatio autem non est malum aliquod subsistens, sed defectus **418** et vacuitas bonorum perfectionis ; hæc autem imperfectio est : quod itaque imperfectum est, non est contra naturam, quandoquidem etiam ex hoc nondum exsistente perfectum quid gignatur. Si igitur id

§ XXV. Ἐπὶ δὲ τοῖς ἀλόγοις ζώοις τὰ πάθη τοσοῦτον οὐκ εἰσὶ κακὰ ἁπλῶς καὶ ὁλοτελῶς, ὥστε καὶ ἐὰν ἀνέλῃς ταῦτα ἀπὸ τῶν ἐχόντων αὐτὰ ζώων, οὐδὲ ζῶα τοιαῦτά εἰσιν οἷα λέγονται· ὥστε, ἐπεὶ μᾶλλον φυλάσσουσι καὶ οὐ φθείρουσι τὴν φύσιν, οὐ κακά· τῆς φύσεως γὰρ φθορὰ ἔλλειψις τῶν φυσικῶν ἕξεων καὶ ἐνεργειῶν καὶ δυνάμεών ἐστι. Καὶ ἐπεί ἐστιν ἡ γένεσις κίνησις, πᾶσα δὲ κίνησις ἐν χρόνῳ ἐστὶ καὶ ἐξ οὐ τελείου εἰς τὸ τελειωθῆναι, οὐδὲ τὸ ἀτελὲς ἄρα παρὰ D φύσιν, ἀλλ' ἐντὸς τῆς φύσεώς ἐστι τῆς πεφυκυίας δέξασθαι τὴν τελειότητα· ὅθεν καὶ τὸ ἀτελὲς οὐκ ἔστι παντελῶς μὴ ὄν, ἐπεὶ οὐ πάντη παρὰ φύσιν ἐστί. Τοῦτο δὲ λέγει, πρὸς τὸ ἄνω συναρμόζων τὴν ἔννοιαν· Ἔλεγε γὰρ ἐκεῖσε, ὅτι εἰ κακύνεται ἡ ψυχὴ, ἐν τῷ πάθει κακύνεται· τὸ δὲ πάθος οὐκ ἐνυπόστατον κακόν ἐστιν, ἀλλ' ἔλλειψίς ἐστι, καὶ ἐρημία τῆς τῶν ἀγαθῶν τελειότητος· αὕτη δὲ ἀτέλειά ἐστι· τὸ γοῦν ἀτελὲς οὐ παρὰ φύσιν ἐστὶν, ἐπεὶ ἐκ τούτου οὐκ ἐνυπάρχοντος τὸ τέλειον γίνεται. Εἰ γοῦν οὐ παρὰ φύσιν τὸ ἀτελὲς, ὃν ἐστι κατὰ τοῦτο, διότι κατὰ φύσιν ἐστίν. Ἡ γοῦν πᾶσα τῆς περικοπῆς ἔννοια τοιαύτη ἐστὶν, ὅτι εἰ κακύνεται ἡ ψυχὴ, ἐν τῇ ἐλ-

[1] I Cor IX, 21

λείψει τῶν ἀγαθῶν κακύνεται, καὶ οὐκ ἔστι κακὸν ἐνυπόστατον, κατὰ ἀντιπαράστασιν λέγων, ὅτε, εἰ ἦταν ἐπὶ πᾶσι, καὶ τὰ πάθη κακά. Ἔπειτα κατὰ ἔνστασιν, ὅτι οὐ κακὰ ἐπὶ πᾶσιν· ἐπὶ γὰρ τοῖς ἀλόγοις τινὰ τούτων, καὶ συστατικὰ τῆς φύσεώς ἐστι, καὶ μᾶλλον διὰ τοῦτο οὐ κακά εἰσι. Λοιπὸν ἐκ τούτων ἐστὶν ἀπορῆσαι, ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν λογικῶν, ἰδοὺ ἡ στέρησις τοῦ ἀγαθοῦ, τὸ κακόν ἐστιν, ἢ μὴν ἡ ἀτέλεια· ὅτε δηλαδὴ τὸ ἀγαθὸν οὐ προηγήσεται, ἀλλὰ μένει ἡ ψυχὴ ἔτι ἀτελής· ἐπὶ δὲ τῶν ἀλόγων ζώων, ἐπεὶ οὐκ εἰσὶ δεκτικὰ λόγου, πῶς εἴποιμεν, ὅτι κατὰ ἀπουσίαν τοῦ ἀγαθοῦ τὰ πάθη γίνονται; Ἀναγκασθησόμεθα τοίνυν ἐντεῦθεν εἰπεῖν, ὅτι εἰσὶ καὶ κακὰ καθ' ἑαυτά, καὶ οὐχὶ τῇ τοῦ ἀγαθοῦ ἀπουσίᾳ παρυφιστάμενα. Ἢ λέγομεν, ὅτι καὶ πάντως οὐκ ἐπὶ τοῖς ἀλόγοις τὰ πάθη, τὸν θυμὸν λέγω καὶ τὴν ἐπιθυμίαν, κακὰ ὁπωσοῦν τίθησιν, ἀλλ' οὐ κακά, καὶ μᾶλλον συστατικὰ τῶν φύσεων. Ἀναιρεθέντος οὖν τοῦ ἐκλαμβάνεσθαι τὰ πάθη κακὰ ἐπὶ τῶν ἀλόγων, ἀναιρεῖται καὶ ἡ ἀπορία· εἰ γὰρ οὐκ εἰσὶ κακὰ, περιττὸν ζητεῖν εἰ καθ' αὑτὰ κακά εἰσι, καὶ οὐ κατὰ τὴν τοῦ ἀγαθοῦ ἀπουσίαν· ἔστι γὰρ τοῦ ἁπλῶς ὄντος. Ζητοῦμεν καὶ τὸ, ἢ οὕτως ἢ οὕτως ἐστίν· ἁπλῶς δὲ μὴ ὄντος τοιούτου, περιττὴ καὶ ἀνόητος ἡ ζήτησις.

A quod imperfectum est non sit contra naturam, hoc ipso res est, quo secundum naturam est. Totius itaque orationis sensus concludit, animam si depravetur, bonorum defectu depravari, atque malum non esse quid subsistens; per oppositionem dicens, quod si omnibus passiones essent malæ. Deinde dat instantiam, quod non omnibus sint malæ: nam in brutis quorumdam natura hisce constat, et idcirco potius non malæ sunt. Cæterum hinc manet dubium, quomodo in ratione utentibus privatio boni, vel saltem imperfectio, malum sit, quando nimirum bonum non promovetur, sed anima manet imperfecta; in brutis autem, cum incapacia sint rationis, quomodo dicemus per boni absentiam passiones exsistere? Cogemur itaque hic B dicere, quod sint etiam quædam mala per se, quæ non oriantur ex absentia boni. Vel respondemus, etiam in brutis istiusmodi passiones, ut sunt iræ et concupiscentiæ, nullo modo esse malas, sed potius eorum naturas constituere. Si negetur itaque in brutis passiones esse malas, dubium quoque tollitur; si enim non sint malæ, superfluum erit quærere num per se malæ sint, et non secundum boni absentiam; est enim entis simpliciter. Quærimus etiam, an sic an aliter se habeat; de eo autem quod simpliciter non est, istiusmodi quæstio superflua est et insipiens.

§ XXVI. Ἐκβαλὼν τὸ κακὸν ἀπὸ τῶν ἀγγέλων, ἔτι δὲ τὸ παντελῶς κακὸν καὶ ἀπὸ τῶν νοῶν, καὶ ἀπὸ τῶν ψυχῶν, καὶ ἔτι ἀπὸ τῶν δαιμόνων, νῦν ἐκβάλλει αὐτὸ καὶ ἀπὸ τῶν ἄλλων, καὶ πρῶτον ἀπὸ τῆς καθολικῆς τῶν ὄντων φύσεως. Πάντες γοῦν, φησὶν, οἱ τῶν φύσεων λόγοι καὶ αἰτίαι, καθ' οὓς γεγόνασι καὶ εἰσὶ, παρὰ τῆς θείας φύσεως ὑπάρχουσιν· ἥντινα καθόλου καλεῖ, ἐπειδὴ ἐξ αὐτῆς ἔφυ τὰ ὅλα. Ὅλην δὲ φύσιν, πάντα τὰ ὑπὸ Θεοῦ πλασθέντα ἐκάλεσεν. Οὐδὲν οὖν ἐστι, φησὶν, ἐν τῇ φύσει ὅπερ ὅλον ὅλοις ἀντίκειται, τὸ γάρ τινι τῶν ὄντων παρὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν ἑτέρῳ ἐστὶ φύσις, τοῦτο δὲ ἀγαθὸν, ἡ γὰρ φύσις ἐστὶν ἀρχὴ κινήσεως καὶ ἡρεμίας· τὸ δὲ κινοῦν ἐστιν ὁ ἀκίνητος λόγος, ἡ θεία τέχνη. Ὡς γοῦν ἐν τοῖς τεχνικοῖς ἀποτελέσμασι τοὺς τῆς τέχνης λόγους ἐν αὐτοῖς μένειν λέγομεν, καὶ πολλάκις βλέποντες ταῦτα, Ὢ οἵα τέχνη! φαμὲν, ἐκθειάζοντες τὸ ὁρώμενον· οὕτω καὶ ἐν τοῖς φυσικοῖς πᾶσιν οἱ λόγοι τῆς δημιουργίας μένουσι. Πῶς γοῦν ἔσται ἐν τῇ καθόλου φύσει τι ἐναντίον; Καὶ οἱ ἐν τοῖς δημιουργήμασι λόγοι τίνι ἐναντιωθήσονται; Τῷ ποιητῇ; ἀλλ' οὐκ εὐαγές. Ἀλλ' ἑαυτοῖς; καὶ οὐδέν τι ὑποστήσεται πώποτε. Ἀλλ' ἄλλῳ τινί; καὶ ἔστιν ἕτερον παρὰ τοῦ καθόλου πρὸς ὃ ἡ μάχη γενήσεται. Οὐκοῦν οὐκ ἔστι τὸ κακὸν, οὐδὲ ἐν τῷ καθόλου. Τοῖς δὲ κατ' εἶδος τῆς δημιουργίας εἴ τι ἂν καὶ πρόσεστιν ἐναντίον, τοῦτο παρὰ φύσιν λέγεται, καὶ οὐ κατὰ φύσιν· ὡς τὸ φέρεσθαι ἄνω τὸ ὕδωρ, καὶ κάτω τὸ πῦρ. Τοῦτο δὲ στερήσει φύσεως γίνεται· ὥστε οὐκ ἔστιν ἡ φύσις κακὸν, ἀλλὰ μᾶλλον ἐπήρειά τις φύσεως τὸ κακὸν, ὃ δὴ καὶ παρὰ φύσιν λέγεται.

§ XXVI. Ubi malum ab angelis, quin et omnino malum etiam a mentibus et animis atque insuper a dæmonibus removit, nunc illud a rebus quoque C aliis excludit, et primum a natura rerum universali. Omnes ergo, inquit, naturarum rationes ac causæ, secundum quas factæ sunt et existunt, a divina natura existunt: quam universalem vocat, quia ex ipsa universa procedunt. Universam autem naturam, vocat omnia quæ a Deo creata sunt. Nihil igitur, inquit, est in rerum natura quod universim universis contrarietur; quod enim alicui rei contra naturam est, alteri est natura, hoc autem bonum, siquidem natura principium est motus et quietis; ille motus autem est ratio immobilis et ars divina. Sicut igitur in effectis artificialibus rationes artis remanere 419 dicimus, et sæpenumero cum hos cernimus, O miram artem! exclamamus, id quod D videmus admirantes; sic etiam in rebus omnibus naturalibus creationis rationes permanent. Quomodo igitur quidquam universæ naturæ possit esse contrarium? Et rationes creaturarum cui contrariari possint? Creatorine? sed hoc impium. An sibi ipsis? et sic nihil unquam subsistet. An alteri cuipiam? et erit diversum ab universo cum quo pugnabit. Itaque non est malum etiam in universo. Si quid autem alicui secundum speciem creationis suæ accidat contrarium, id dicitur contra naturam, et non secundum naturam accidere; sicut v. g. aquam ferri sursum, ignem deorsum. Hoc autem fit naturæ privatione, unde non est natura malum, sed potius offensio naturæ quid malum est, quod etiam contra naturam dicitur.

§ XXVII. Ubi autem dixit non esse malum in A natura, negat etiam, in corporibus naturalibus esse malum. Sicut enim pulchritudo est membrorum cum bono colore, symmetria seu proportio, sic deformitas est eorumdem disproportio. Deformitas autem non omnino malum est; nam si omnimoda formæ ordinisque resolutio exsistat, ipsum quoque corpus interibit. Quod autem corpus animæ non sit causa malitiæ sicut nonnulli depravatæ opinionis creatorem criminantur, manifestum est ex dæmonibus, qui cum incorporei sint, malitia abundant; malitia enim omnibus lapsus quidam est a propriis bonis.

§ XXVII. Εἰπὼν δὲ ὅτι οὐκ ἔστι τὸ κακὸν ἐν τῇ φύσει, φησὶν ὅτι οὐδὲ ἐν τοῖς φυσικοῖς σώμασιν. Ὥσπερ γὰρ κάλλος συμμετρία ἐστὶ μελῶν μετ' εὐχροίας, οὕτως αἶσχος ἀσυμμετρία τῶν αὐτῶν ἐστι. Τὸ δὲ αἶσχος οὐ πάντη κακόν· εἰ γάρ ἐστι παντελὴς λύσις τοῦ εἴδους καὶ τῆς τάξεως, καὶ αὐτὸ τὸ σῶμα οἰχήσεται. Ὅτι δὲ οὐδὲ κακίας αἴτιον τὸ σῶμα ψυχῇ, καθώς τινες κακῶς οἰόμενοι αἰτιῶνται τὸν δημιουργὸν, δῆλον ἐκ τῶν δαιμόνων, οἵ τινες, ἀσώματοι ὄντες, τὴν κακίαν προσεκτήσαντο· ἐπὶ πᾶσι γὰρ τοῦτό ἐστι κακία, ἡ ἀπόπτωσις τῶν οἰκείων ἀγαθῶν.

§ XXVIII. Neque materia malum est, ut quidam fabulantur. Primum quidem, quia nunquam reperietur informis, seu omni forma spoliata; cum forma autem, ut particeps formæ, pulchritudinem participat ac venustatem. Sin vero ipsam per se informem consideremus, nihil patientem aut sustinentem, quomodo materia mali quidquam agat, cum ne id pati quidem possit? Quod si etiam Deus, cum nihil pati possit, omnia faciat, per id excedit effectus naturales, etsi causa sit, sed efficiens. Causa autem materialis, quæ effectibus connaturalis est, nihil unquam agit in effectis, nisi prius passa sit informationem. Hæc autem omnia sanctus hic dicit, quia quidam philosophi dicebant, ex irrationalibi animæ parte materiæ corporique communista, cum ad eam anima adreperet, mala proficisci. Rursum de materia decertat, et argumentum **420** formet ex divisione. Vel itaque neutiquam nusquamve est, et neutrum habebit; aut uspiam erit: at vero quæ sunt, ex Deo sunt, et id ipsum, quippe ex Deo, bonum est. Alias autem cum duo sint, Deus et materia, si alterum supponatur bonum, alterum vero malum, continget ut vel bonum malum faciat, vel certe malum, quatenus ex bono est, bonum; vel e diverso, ut malum bonum efficiat; vel bonum, quatenus ex malo est, malum. Si non fiat alterum ex altero, sequitur etiam duo esse principia, quod dictu nefas. Hæc vero necessario iterum ad unum quid erunt reducenda, quia principium est unitas, non dualitas. Et hoc qualecunque tandem sit, eadem iterum dicenda erunt; Vel enim bonum erit, et bona omnia quæ ex ipso; D vel partim quidem malum, partim vero bonum; et jam compositum erit et non simplex, atque adeo neque principium, sed illa principium sunt ex quibus componitur, et hoc in infinitum. Quoniam vero quidam gentilium dixerunt propterea cœlum et astra non corrumpi, quia ex puriori materia producta sunt, ea vero quæ apud nos sunt ex subjecta crassioriqne materia, ait hic sanctus, ideirco etiam hæc corrumpi, quod non possint stabiliri, et firmiter hærere. Quod si materiam ad universi consummationem necessariam fuisse dicant, quomodo materia malum quid? Nota autem, Aristotelem ex hypothesi dixisse materiam esse necessariam, id est forma exsistente necessario etiam exsistere mate-

universarum nunquam deficit; verumtamen illud ipsum esse est ex eo qui prius est; et ipsius est essentia, et non ipse essentiæ; et in ipso est existentia, et non ipse in existentia; atque ipsum habet existentia, et non ipse habet existentiam; et ipse est ipsius existentiæ et ævum, et principium, et mensura, cum ante existentiam et entis et ævi, et omnium substantificum principium, et medium et finis existat. Atque ideo ab Eloquiis qui vere præexistit, secundum omnium eorum quæ sunt cogitationem multiplicatur, et in eo proprie celebratur, erat, et est, et erit, item factum est, et fit, et fiet; hæc enim omnia significant iis qui ut Deum decet intelligunt, esse eum secundum omnem cogitationem suprasubstantiam, et esse causam eorum quæ modis omnibus sunt. Etenim non hoc quidem est, illud vero non est; nec aliquo quidem modo est, aliquo vero non est; sed potius omnia est, ut omnium auctor, et in se omnia principia, omnes omnium rerum terminationes continens et anticipans; et supra omnia est, utpote ante omnia supraessentialiter supraquam existens. Quamobrem omnia de ipso et simul dicuntur, nihilque est omnium; est omnis figuræ, omnis **432** formæ, sine forma, sine pulchritudine, principia et media et fines rerum solute et abstracte in seipso anticipata habens, et omnibus pure illucens, largiendo ut sint secundum causam unam et supraquam copulatam. Si enim sol ille noster rerum sensilium substantias ac qualitates, quantumvis multæ sint ac diversæ, simul ille, cum sit unicus, et uniformiter diffundat lumen suum, omnes renovat, et nutrit, et servat, et perficit, et distinguit, et unit, et refovet, et fecundat, et auget, et immutat, et firmat, et producit, et suscitat, et vegetat; et quodlibet ex iis, modo cuique proprio, unius ejusdemque solis particeps existit, et plurimorum se participantium causas sol unicus in seipso uniformiter anticipavit; potiori utique ratione concedendum est, in ipsiusmet solis ac rerum omnium causa, secundum unicam supraessentialem copulationem, rerum omnium exemplaria præexstitisse, quandoquidem hæc ipsasmet essentias producat secundum excessum essentiæ. Exemplaria vero dicimus esse rationes in Deo substantificas rerum et unite præexistentes, quas divinus sermo vocat prædefinitiones, et divinas atque bonas voluntates, rerum definitrices et effectrices: secundum quas qui est supra substantiam, omnia quæ sunt prædefinivit et produxit.

A εἶναι, ἐκ τοῦ προόντος· καὶ αὐτοῦ ἐστι τὸ εἶναι, καὶ οὐκ αὐτὸς τοῦ εἶναι· καὶ ἐν αὐτῷ ἐστι τὸ εἶναι, καὶ οὐκ αὐτὸς ἐν τῷ εἶναι· καὶ αὐτὸν ἔχει τὸ εἶναι, καὶ οὐκ αὐτὸς ἔχει τὸ εἶναι· καὶ αὐτός ἐστι τοῦ εἶναι καὶ αἰών, καὶ ἀρχή, καὶ μέτρον, πρὸ οὐσίας ὢν καὶ ὄντος, καὶ αἰῶνος, καὶ πάντων οὐσιοποιὸς ἀρχή, καὶ μεσότης, καὶ τελευτή. Καὶ διὰ τοῦτο πρὸς τῶν λογίων ὁ ὄντως προὼν κατὰ πᾶσαν τῶν ὄντων ἐπίνοιαν πολλαπλασιάζεται, καὶ τὸ ἦν ἐπ' αὐτοῦ[74], καὶ τὸ ἔστι, καὶ τὸ ἔσται, καὶ τὸ ἐγένετο, καὶ γίνεται, καὶ γενήσεται, κυρίως ὑμνεῖται· ταῦτα γὰρ πάντα τοῖς θεοπρεπῶς νοοῦσι[75] τὸ κατὰ πᾶσαν αὐτὸν ἐπίνοιαν ὑπερουσίως εἶναι σημαίνει, καὶ τῶν πανταχῶς ὄντων αἴτιον. Καὶ γὰρ οὐ τόδε μέν ἐστι, τόδε δὲ οὐκ ἔστιν· οὐδὲ πῇ μέν ἐστι, πῇ δὲ οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ B πάντα ἐστίν, ὡς πάντων αἴτιος, καὶ ἐν αὐτῷ πάσας ἀρχάς, πάντα συμπεράσματα, πάντων τῶν ὄντων συνέχων[76] καὶ προέχων· καὶ ὑπὲρ τὰ πάντα ἐστίν, ὡς πρὸ πάντων ὑπερουσίως ὑπερών. Διὸ καὶ πάντα αὐτοῦ καὶ ἅμα κατηγορεῖται, καὶ οὐδέν ἐστι τῶν πάντων[77]· πάνσχημος, πανείδεος, ἄμορφος, ἀκαλλὴς, ἀρχὰς καὶ μέσα καὶ τέλη τῶν ὄντων ἀσχέτως καὶ ἐξηρημένως ἐν ἑαυτῷ προειληφὼς, καὶ πᾶσι τὸ εἶναι κατὰ μίαν καὶ ὑπερηνωμένην αἰτίαν ἀχράντως ἐπιλάμπων. Εἰ γὰρ ὁ καθ' ἡμᾶς ἥλιος τὰς τῶν αἰσθητῶν οὐσίας καὶ ποιότητας, καίτοι πολλὰς καὶ διαφόρους οὔσας, ὅμως αὐτὸς εἷς ὤν, καὶ μονοειδὲς ἐπιλάμπων φῶς, ἀνανεοῖ, καὶ τρέφει, καὶ φρουρεῖ, καὶ τελειοῖ, καὶ διακρίνει, καὶ ἑνοῖ, καὶ ἀναθάλπει, C καὶ γόνιμα εἶναι ποιεῖ, καὶ αὔξει, καὶ ἐξαλλάττει, καὶ ἐνιδρύει, καὶ ἐκφύει, καὶ ἀνακινεῖ, καὶ ζωοῖ πάντα, καὶ τῶν ὅλων ἕκαστον οἰκείως ἑαυτῷ τοῦ ταὐτοῦ καὶ ἑνὸς ἡλίου μετέχει, καὶ τὰς τῶν πολλῶν μετεχόντων ὁ εἷς ἥλιος αἰτίας ἐν ἑαυτῷ μονοειδῶς προείληφε· πολλῷ γε μᾶλλον ἐπὶ τῆς καὶ αὐτοῦ καὶ πάντων αἰτίας[78], προϋφεστάναι τὰ πάντα τῶν ὄντων[79] παραδείγματα, κατὰ μίαν ὑπερούσιον ἕνωσιν συγχωρητέον· ἐπεὶ καὶ οὐσίας παράγει κατὰ τὴν ἀπὸ οὐσίας ἔκβασιν. Παραδείγματα δέ φαμεν εἶναι τοὺς ἐν Θεῷ τῶν ὄντων οὐσιοποιοὺς καὶ ἑνιαίως[80] προϋφεστῶτας λόγους, οὓς ἡ θεολογία προορισμοὺς καλεῖ, καὶ θεῖα καὶ ἀγαθὰ θελήματα, τῶν ὄντων ἀφοριστικὰ καὶ ποιητικὰ, καθ' οὓς ὁ ὑπερούσιος τὰ ὄντα πάντα καὶ προώρισε καὶ παρήγαγεν.

## § IX

Si autem vult Clemens philosophus, ad aliquid dici exemplaria quæ sunt in rebus principaliora, progreditur quidem, cum sic loquitur, non per propria et perfecta et simplicia nomina; sed si concedamus etiam hoc recte dici, oportet meminisse

D Εἰ δὲ ὁ φιλόσοφος ἀξιοῖ Κλήμης, καὶ πρός τι παραδείγματα λέγεσθαι, τὰ ἐν τοῖς οὖσιν ἀρχηγικώτερα, πρόεισι μὲν οὐ διὰ κυρίων καὶ παντελῶν καὶ ἁπλῶν ὀνομάτων ὁ λόγος αὐτῷ· συγχωροῦντας δὲ καὶ τοῦτο ὀρθῶς λέγεσθαι, τῆς θεολογίας μνημονευτέον

### VARIÆ LECTIONES.

[a] subdit P καὶ τὸ εἶναι. [75] ὑμνοῦσι, S. D. [76] συνελών, M. Sc. [77] τῶν ὄντων M. Sc. [78] ἐπὶ γῆς et αἴτιος, M. Sc. [79] πάντων τῶν ὄντων S. P. D. [80] ἑνιαίους, S. P.

φασκούσης, Ὅτι οὐ παρέδειξά σοι αὐτὰ τοῦ πορεύεσθαι ὀπίσω αὐτῶν· ἀλλ' ἵνα διὰ τῆς τούτων ἀναλογικῆς γνώσεως ἐπὶ τὴν πάντων αἰτίαν, ὡς οἷοί τέ ἐσμεν, ἀναχθῶμεν. Πάντα οὖν αὐτῇ τὰ ὄντα κατὰ μίαν τὴν πάντων ἐξῃρημένην ἕνωσιν[81], ἀναθετέον· ἐπείπερ ἀπὸ τοῦ εἶναι, τῆς οὐσιοποιοῦ προόδου καὶ ἀγαθότητος ἀρξαμένη, καὶ διὰ πάντων φοιτῶσα, καὶ πάντα ἐξ ἑαυτῆς τοῦ εἶναι πληροῦσα, καὶ ἐπὶ πᾶσι τοῖς οὖσιν ἀγαλλομένη, πάντα μὲν ἐν ἑαυτῇ προέχει, κατὰ μίαν ἁπλότητος ὑπερβολὴν πᾶσαν διπλόην ἀπαναινομένη· πάντα δὲ ὡσαύτως[82] περιέχει κατὰ τὴν ὑπερηπλωμένην αὐτῆς ἀπειρίαν, καὶ πρὸς πάντων ἑνικῶς μετέχεται, καθάπερ καὶ φωνὴ μία οὖσα καὶ ἡ αὐτή, πρὸς πολλῶν ἀκοῶν ὡς μία μετέχεται.

A Scripturæ quæ ait[a]: Non ostendi illa tibi, ut eas post illa; sed ut per proportionem cognitionis horum ad cognoscendam omnium causam, quoad possumus, adducamur. Quamobrem universa ipsi entia secundum unam omnibus eminentem copulationem sunt attribuenda; quandoquidem dum ab ipsamet essentia substantificæ promanationis ac bonitatis exordiens, per omnia dimanat, et universa per semetipsam implet, et in rebus omnibus delectatur, omnia quidem in se præhabet excellentia simplicitatis, quæ omnem refugit duplicitatem; cuncta vero similiter continet secundum plusquam simplicem infinitatem suam, et ab omnibus singulariter participatur, quemadmodum et vox, cum una sit et eadem, a multis quoque auribus ut una percipitur.

## § X.

Πάντων οὖν ἀρχὴ καὶ τελευτὴ τῶν ὄντων ὁ προών. B Ἀρχὴ μὲν ὡς αἴτιος· τέλος δὲ ὡς οὗ ἕνεκα[83], καὶ πέρας πάντων, καὶ ἀπειρία πάσης ἀπειρίας καὶ πέρατος ὑπεροχικῶς τῶν ὡς ἀντικειμένων. Ἐν ἑνὶ γὰρ, ὡς πολλάκις εἴρηται, τὰ ὄντα πάντα, καὶ προέχει καὶ ὑπέστησε, παρ' ὧν[84] τοῖς πᾶσι, καὶ πανταχοῦ, καὶ κατὰ τὸ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ, καὶ κατὰ τὸ αὐτὸ πᾶν, καὶ ἐπὶ πάντα προϊὼν, καὶ μένων ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ ἑστὼς καὶ κινούμενος, καὶ οὔτε ἑστὼς οὔτε κινούμενος, οὔτε ἀρχὴν ἔχων, ἢ μέσον, ἢ τελευτήν· οὔτε ἕν τινι τῶν ὄντων, οὐδέ τι τῶν ὄντων ὄν. Καὶ οὔτε ὅλως αὐτῷ προσῆκει τι τῶν αἰωνίως ὄντων, ἢ τῶν χρονικῶς ὑφισταμένων, ἀλλὰ καὶ χρόνου, καὶ αἰῶνος, καὶ τῶν ἐν αἰῶνι, καὶ τῶν ἐν χρόνῳ πάντων ἐξῄρηται· διότι καὶ αὐτοαιῶν, καὶ τὰ ὄντα, καὶ τὰ μέτρα τῶν ὄντων, καὶ τὰ μετρούμενα δι' αὐτοῦ, καὶ ἀπ' αὐτοῦ[85]. Ἀλλὰ περὶ μὲν C τούτων ἐν ἄλλοις εὐκαιρότερον εἰρήσθω.

**433** Omnium igitur principium et finis, qui rebus præexistit. Principium quidem ut causa; finis vero, ut cujus causa, et finis omnium, atque infinitas omnis infinitatis et terminationis excellenter, sicut oppositorum. In uno enim, ut sæpenumero dictum est, omnia quæ sunt præhabet, et existere fecit, præsens omnibus ubique secundum unum et idem, et secundum idem omne; in omnia means et in se manens, et stans et se movens, et neque stans neque movens; neque principium vel finem vel medium habens; nec est in quopiam eorum quæ sunt, neque quidquam eorum est. Et neque totaliter ipsi convenit aliquid æternaliter existentium, aut temporaliter subsistentium, sed et a tempore, et ab ævo, et ab iis quæ sunt in ævo, et ab iis omnibus quæ sunt in tempore segregatur; quia ipsum per se ævum, et quæ sunt, et mensuræ rerum, et quæ mensurantur per ipsum et ab ipso. Sed de his quidem alibi commodius dicetur.

---

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. Nota, cum ait de Deo, quod *ipsam copulationem mentis superat*, id est, inquit S. Thomas, excedit ipsam copulationem intellectus beatorum, qui essentiam Dei vident per copulationem sui intellectus cum ipsa Dei essentia; quamvis enim videant ipsum Deum, non tamen est tanta perfectio visionis, quanta est perfectio ipsius esse divini, et quanta est perfectio visionis qua Deus seipsum videt.

Ibidem: *Porrigitur hæc nominatio Dei a bono tum ad ea quæ sunt tum ad ea quæ non sunt, et est supra ea.* Vocare solet Dionysius, ut S. Maximus notavit, ea quæ sunt, expertia materiæ; quæ vero materiam habent, vocat quæ non sunt, propter interitum. Porrigitur etiam nomen boni ad ea quæ non sunt; quia Deus *vocat ea quæ non sunt, tanquam ea quæ sunt*[b]; participatio enim boni est posse esse, ut ait S. Thomas. Aut porrigitur ad ea quæ non sunt; quia non esse, bonum est, cum contemplamur illud in Deo, qui est supra omne quod est, ut, bonum est non esse sapientem, sanctum, et alia hujusmodi, qualia in creaturis cognoscimus, quod Deo convenit, a quo hæc removentur, ut ait S. Thomas, non propter defectum, sed propter excessum. Aut esse supra ea quæ sunt, et quæ non sunt, significat esse loco incircumscriptum, id est esse ubique.

Ibidem: *Nominatio Dei a sapientia porrigitur ad omnia quæ intelligunt.* Græce νοερά. Nomine intelligentium comprehendit angelos et animas; et licet animas soleat Dionysius vocare νοεράς, id est *intelligentes*, cum eas distinguit ab angelis, quos vocare solet τὰ νοητά, id est *intellectilia*, quia habent angeli infra se a quibus intelligantur, nempe animas, animæ vero non habent; nunc tamen, ut dixi, communi

Exod. xxv. [b] Rom. iv, 17.

## VARIÆ LECTIONES.

[81] γνῶσιν. [82] παντελῶς, S. [83] τοῦ ἕνεκα, S. P. D. [84] παρῶν legendum; ita Vien. [85] hinc caput sextum inchoant, ita M. S. P. Sc. Sar.

nomine intelligentes vocat tum angelos tum animas, quia tum angeli tum animæ intelligunt Deum, et intelligendo Deum ad eum se convertunt. Per ea vero *quæ ratiocinantur* homines viatores intelligit; anima enim dum in corpore est, ratiocinari potest per conversionem ad phantasmata, non autem separata. Per ea *quæ sentiunt* significat animalia, quæ non participant rationem, quæ sapientiam Dei in suis a natura insitis conatibus participant, ut B. Basilius in *Hexaemero* docet.

§ II. Ad illa verba : *Non dicit aliud esse bonum, et aliud ens*; non otiose, inquit Maximus, hoc dicit, sed ut reprehendat eos philosophos et Simonem Magum, qui ponebant deos κοσμοποιούς, id est *opifices partium mundi*, majores et valentiores majorum creaturarum, et infirmiores infirmiorum, secundum gradus suos descendentes in opificio suo usque ad materiam. Nomen ergo boni, ait, complecti **434** omnem providentiam, reliqua vero nomina, partes providentiæ, ut vitam, sapientiam, rationem. Omnia enim quæ sunt, propter bonitatem Dei producta sunt, ut existant; et sunt bona, non tamen omnia participant vitam, vel sapientiam, vel rationem. Generaliores scilicet providentias vocat quas in pluribus contemplamur, ut vita pervadit in stirpes et animantes tum rationis participes tum non participes; sapientia vero et ratio pauciorum sunt : hæc enim solum in ratione utentibus cernuntur.

§ III. *Verum, dicet aliquis, cum ens quam vita*, etc. Nota hic cum D. Thoma, 1-2, quæst. 2, art. 5, quod esse simpliciter acceptum, secundum quod includit in se omnem perfectionem essendi, præeminet vitæ, et omnibus perfectionibus subsequentibus (sic enim ipsum esse præhabet in se omnia bona subsequentia; et hoc modo Dionysius loquitur), sed si consideretur ipsum esse prout participatur in hac vel illa re quæ non capiunt totam perfectionem essendi, sed habent esse imperfectum, sicut est esse cujuslibet creaturæ; sic manifestum est, quod ipsum esse cum perfectione superaddita sit eminentius. Unde Dionysius ibidem dicit, quod viventia sint meliora existentibus, et intelligentia viventibus. Hoc enim interest inter ipsas Dei participationes, et participantes, quod participatio quanto simplicior est, tanto nobilior sit; participans vero quanto majorem habet compositionem donorum participatorum, tanto nobilius sit : sicut esse est nobilius quam vivere, et vivere quam intelligere, si unum sine altero intelligatur (omnibus enim esse præcligeretur) sed quod habet plura ex his, melius existit.

§ IV. Ad ista verba : *Est vere effector existentiæ, personæ, substantiæ, naturæ*, nota ex D. Thoma, ea quæ existunt considerari posse et ut singularia, et ut species vel genus, et ut natura. Verbi gratia, Socrates est persona, homo, animal, species et genus, quæ potestate continent singularia, quia possunt cogitari in singularibus; humanitas est natura, quæ nec actu neque potestate continet singularia : itaque homo secundum substantiam constat ex humanitate quæ est hominis natura, cujus partes sunt corpus et anima in universali; secundum existentiam constat ex hoc corpore et ex hac anima. Natura generis vel speciei, id est universalis, ea tantum actu continet quæ in definitionem cadunt, ut humanitas quæ non continet actu carnes et ossa, quæ non cadunt in definitionem, sicut continet homo; quia notio hominis abstrahit ab istis, sicut abstrahit notio humanitatis; continet tamen potentia carnes et ossa, quia potest cogitari humanitas in nomine universali qui definitur; principia autem individui neque actu, neque potentia continet; humanitate enim est homo; sed non est, neque cogitari potest esse humanitate hic homo. Ad hunc modum se habent per se participatio, participatio, et hæc participatio, ut v. g. per se vita, vita, et hæc vita. Per se vita naturam vitæ significat, id est ea quæ cadunt in definitionem vitæ. Vita est universale speciei, ut vita hominum, vita equi : vel universale generis, ut vita angeli, hominis, equi. Et sicut Deus est auctor per se hominis, id est humanitatis, est, inquam, causa, ut natura hominis sit esse animal rationale (hæc enim continet humanitas) et auctor hominis, et hujus hominis; sic causa est per se vitæ, et vitæ, et hujus vitæ. Per se vita non est proprie et vere ens subsistens, ut homo, lapis, sicut neque humanitas; sed quo aliquid est, ut per se vita vivens, sicut humanitate homo.

Ibidem : *Deus enim non quovis modo est ens, sed simpliciter et infinite totum esse in se complexus.* Quia omnibus dat esse, per sui esse participationem, et ipse est omnia secundum causam, et suo esse omnia quæ sunt, et quomodocunque sunt, facit essē; sic est causa proprie absoluta, et incircumscripta. Vide hac de re fuse ac pulchre Lessium lib. I *De perfectionibus divinis*, cap. 1.

§ VI. *Primum igitur donum per se esse.* Dionysius hic aggressus disserere generatim in substantia simpliciter, et in participatione simpliciter, tractavit et ostendit prius quidem oportere esse subjectum, quod quidem dixit, antiquius esse Dei donum, deinde participationem, quæ in illo subjecto facta est. Proposita igitur est ad participationem participantium per se substantia; quod perinde est, ut si dicatur substantia facta ad participationem; nisi enim substantiam participaremus, penitus in rerum natura non essemus. Deinceps, ipsi substantiæ factæ ad capiendam participationem aliæ participationes propositæ sunt.

Ibidem : *Omnia quæcunque sunt, et quæ quomodocunque sunt.* Ut quæ sunt in alio sicut accidentia, et quæ sunt in potentia, et quæ sunt privationes, et quæ non habent totum esse simul, ut motus sunt in Deo incomprehense, in se autem finite : in se multa, in Deo unum; in se divisa, in Deo copulata. Sunt itaque incomprehense, et conjuncte, et unice res omnes quæcunque sunt in Deo; quia sunt ipsa divina essentia incomprehensibilis, Pater, Filius et Spiritus sanctus in unum incomprehensibiliter uniti. Vide Lessium supra citatum, et capite 4 et 5.

**435** § VIII. Nota illa verba : *Ipsius est essentia, et non ipse essentiæ; et in ipso est existentia, et non ipse in existentia; atque ipsum habet existentia, et non ipse habet existentiam.* Existentia enim habet Deum, ut consistat ipsa existentia, sicut quis habet vitam ad sui existentiam; non autem sic Deus habet existentiam, ut per existentiam sit. Sicut igitur existentia habet Deum, sic existentia est Dei, quia ab ipso manat; et ut Deus non habet sic existentiam ut per existentiam sit, sic neque Deus est ipsius existentiæ, ut per eam sit.

Ibidem : *Atque ideo*, inquit, *ab eloquiis qui vere prœexistit, secundum omnium eorum quæ sunt cogitationem multiplicatur.* Id est, quidquid cogitetur, et ad quamcunque rem quis mentem intendat, inveniet in ea notionem causæ, id est auctoris Dei. Hoc igitur est multiplicari, cerni eum in multis causam. Ex sancto Maximo et Pachymere.

Ibidem : *Et in eo proprie celebratur, erat, et est*, etc. Scilicet sicut Dionysius seipsum explicat, quatenus intelliguntur ut Deum decet, eatenus proprie dicuntur in Deo, et in Deo sunt; id est, quatenus est, erat, erit, participant esse; omnia enim secundum causam dicuntur de Deo, et in Deo sunt, et intelliguntur suprasubstantialiter. Quatenus vero sic accipiuntur, ut cum dicitur, Deus est, erat, erit, significetur Deum participare esse, aliena sunt a Deo. Ita Pachymeres.

Ibidem : *Est omnis figuræ, omnis formæ, sine forma, sine pulchritudine.* S. Maximus, contra illud, inquit, *esse omnis figuræ* opposuit *esse sine forma*, quia supra incorporeum et supra vacationem materiæ, non formatus ad quidquam eorum quæ sunt; contra illud vero *omnis formæ seu speciei* opposuit *esse sine pul*

*chritudine.* Sine pulchritudine dicit, quia ab ipso facta est pulchritudo, ipse vero est supra pulchritudinem. Auctoritates vero Scripturæ sunt Isaiæ LIII : *Vidimus eum, et non habebat speciem*, etc. Hoc de Christo secundum humanitatem dictum est, quod magis adhuc declarat quod sequitur ; *sed potius species ejus inhonorata et deficiens plusquam in omnibus filiis hominum ;* sic enim est apud LXX. Deficientem dixit, propter mutationem coloris naturalis in pallorem, ex recessu caloris ad intima sanguine se contrahente, et superficie refrigerata, ut Leontius Byzantius notavit scribens contra Ἀφθαρτοδοκήτας qui carnem Christi corruptibilem fuisse negabant, ac proinde non fuisse in eo passiones naturales tradebant. Sed nihil prohibet, quin de Christo quoque secundum divinitatem intelligatur esse sine pulchritudine, qui erat creator pulchritudinis, ac proinde non pulcher sed plusquam pulcher, quod est esse sine specie.

Ibidem nota, exemplaria esse rationes in Deo substantificas rerum. Docet autem eas, vocari prædestinationes, et bonas divinasque voluntates, rerum definitrices et effectrices ; quia etsi ideæ secundum se sint in intellectu, tamen quia sine imperio voluntatis nihil operantur, nec exercent officium ideæ, ideo vocat eas bonas voluntates. Clemens autem Alexandrinus lib. v *Stromatum* sub finem, « Alterum, inquit, mundum novit barbara philosophia (sic Christianam philosophiam vocat) intelligibilem, alterum sensibilem, illum archetypum, hunc imaginem ejus qui exemplar dicitur. » Eleganter quoque Boetius *De consolatione* lib. III, metro 9, hoc exemplar describit his verbis :

> . . . . . *Tu cuncta superno*
> *Ducis ab exemplo, pulchrum pulcherrimus ipse*
> *Mundum mente gerens, similique in imagine formans.*

E quibus constat, ideas proprie et formaliter esse conceptus divinos, quibus Deus res singulas concipit, sicut eas creaturus est, aut creare potest. Quæ sententia etiam est S. Augustini lib. LXXXIII *Quæstionum*, q. 46, ubi ait : « Sunt namque ideæ principales formæ quædam, vel rationes rerum stabiles atque incommutabiles, quæ ipsæ formatæ non sunt, ac per hoc æternæ, et semper eodem modo se habentes, quæ in divina intelligentia continentur ; » et addit, secundum eas omnia creata formari. Quæ perfectissime conveniunt divinis conceptibus, qui proprie sunt in mente Dei, secundum quos Deus omnia facit ; quia res omnes facit tales, quales per eos conceptus repræsentantur, et propter nos res creatæ dicuntur in Deo vivere, ut sæpe testatur D. Augustinus ; quia nimirum conceptus Dei, qui tanquam vivæ imagines eas exactissime repræsentant, atque ita quodammodo videntur esse res ipsæ, sunt proprie dicta vita in Deo. Hi conceptus etiam, secundum D. Augustinum et Dionysium, in Deo sunt ars et rerum effectrices, quatenus dirigunt voluntatem divinam in rerum creatione ; et ratione istorum conceptuum mundus intelligibilis est in mente divina.

§ IX. *Si autem vult Clemens philosophus, ad aliquid dici exemplaria quæ sunt in rebus principaliora, progreditur quidem, cum sic loquitur, non per propria et perfecta et simplicia nomina.* Id est, per se esse, et per se vita, et per se sapientia, et similia, quæ sunt principia, et causæ eorum quæ sunt, quæ vivunt et quæ sapientia prædita sunt, non possunt dici proprie exemplaria ; quia, quorum ista sunt principia, **436** non fiunt ut imitentur illa ipsa principia, sed fiunt ut impleatur in eis quod divina sapientia ordinavit, id est, quod erat in idea et exemplari divino. Non sunt etiam perfecta exemplaria, cum ipsa aliis exemplaribus indigeant. Non sunt simplicia, quia simul sunt ad exemplar formata (quæ vulgo vocantur exemplata) exemplaria. Ita divus Thomas.

Ad locum autem Exodi XXV : *Non ostendit illa tibi*, nota, illum non esse ad verbum a Dionysio citatum, sed secundum sensum. Sic nimirum apostolici discipuli a sanctis apostolis didicerunt citare aliquando Scripturam, sicut ipsi sancti apostoli interdum faciunt ; sic enim ait Scriptura : *Inspice, et fac secundum exemplar quod tibi monstratum est in monte* P. Cum ait, *Inspice, et fac secundum exemplar* (sive exemplaria, non enim fuit unum exemplar, sed multa) *tibi ostensum in monte*, satis clare dicit, ostendi exemplar, sive exemplaria, non ad colendum illa (hoc enim erat ire post ea, colere illa, et habere ea pro diis) sed ostendi exemplaria, ad faciendum secundum illa quæ facienda sunt in tabernaculo et vasis ejus, et in sacerdotibus, et eorum sacrificiis, et in aliis : *Lex enim umbram habebat futurorum bonorum* q, scilicet spiritualium, quæ quidem ostensa sunt Moysi in spiritu, quorum exemplarium imagines erant omnia quæ in lege fiebant, sicut ait idem Dionysius in extrema pagina cap. 4 *Ecclesiasticæ hierarchiæ*. Quia igitur Clemens videbat τὰ νοητά id est *spiritualia*, ostensa Moysi vocari in Scriptura Exodi παραδείγματα quæ sunt ad aliquid, quia referuntur ad imagines (exemplar enim dicitur imaginis, et imago exemplaris) similiter Clemens quæ sunt in rebus principaliora exemplaria dici voluit, quæ ad aliquid referuntur, ad illa scilicet quorum sunt principia, ut causæ ad effecta, et effecta ad causas. Si sic accipit Clemens, ut plane accepisse videtur, recte accepit ; et sic etiam ista principaliora, quæ exemplaria vocat, creata sunt, sicut *illa spiritualia* exemplaria ostensa Moysi in monte, non quidem tanquam exemplaria illa divina, quæ sunt increata et æterna, invisibilia Dei et adoranda, quæ sunt ipse Deus simplicissimus, sed tanquam exemplaria creata, et menti Moysis divinitus informata, ut secundum ea faceret, quæ facere Deus ei præcipiebat, quæ erant omnia imagines tenuiter et obscure adumbratæ illorum exemplarium.

Alii hunc locum a Dionysio citatum ex Deuteronomio cap. V sumptum esse adnotaverunt ; sed nulla ratione quadrat. Ego Pachymerem secutus sum, qui ad illum locum Exodi XXV retulit, quem dixi citatum esse a Dionysio secundum sensum, sicut aliquando solent apostoli et sancti Patres. Similiter citavit etiam ibidem Dionysius locum Epist. ad Rom. cap. II : *Invisibilia ipsius a creatura mundi, per ea quæ facta sunt, intellecta, conspiciuntur ;* citavit, inquam, hunc locum secundum sensum, qui est, ut ait Dionysius, per proportionem cognitionis creaturarum adduci nos, quoad possumus, ad cognoscendum causam omnium. Itaque cum dixit : *Invisibilia ipsius* (ut hoc obiter observetur) videtur plane Paulus intellexisse ita in Deo exemplaria æterna, quæ ideæ vocantur, secundum quas omnia per essentiam suam simplicissimam cognoscit, et fecit omnia tanquam per principium et causam omnium, et est omnia ut omnium causa. Ita Turrianus ad Cyparissioti, decadis 5, cap. 4.

§ X. *Omnium igitur principium et finis*, etc., *atque infinitas omnis infinitatis*, etc. Sanctus Thomas ad hunc locum : « Ab ipsius, inquit, infinitate proficiscitur omnis infinitas, et terminatio tanquam a causa exsuperante, et superlata, et effectrice oppositorum, quia in se habet omnia. » Unde omnia quæ de Deo prædicantur, possunt de eodem negari ; quia non conveniunt ei ut inveniuntur in rebus creatis, et ut

P Exod. XXV, 40. q Hebr. X, 1.

intelliguntur a nobis et significantur. Unde licet sit principium et finis, sicut dictum est, tamen neque habet principium, neque finem, neque medium, sicut in creaturis intelligimus : et licet sit præsens omnibus et ubique, nusquam tamen est, nec in ullo est sicut creatura. Sanctus Maximus in centuria 1, cap. 7, ait : « Omne principium et medium et finis non usquequaque negant, quin secundum habitudinem prædicentur ; Deus autem in universum omni habitudine infinite et infinitum superior cum sit, consentaneum est, ut neque principium, neque medium, neque finis sit ; neque quidquam omnino habet eorum, in quibus natura secundum habitudinem, prædicatio ad aliquid cerni potest.

Ibidem : *Et neque totaliter ipsi convenit aliquid æternaliter existentium, aut temporaliter subsistentium*, etc. « Universaliter, inquit sanctus Thomas, non convenit ei aliquid de numero creaturarum, sed separatur per quamdam eminentiam ; » et rursus : « Etiam, inquit, separatur ab iis quæ sunt in ævo et in tempore per quamdam eminentiam. » Quod igitur alibi etiam sanctus Thomas dixit, hæc Dei nomina, *bonus*, *sapiens*, et similia, significare esse hæc in Deo eminenter, ex Dionysio, quem interpretatus est, sumpsit.

—

## 437 PARAPHRASIS PACHYMERÆ (41).

§ I. Modo transcendum est ad essentiale nomen entis vere existentis. Quemadmodum enim ἀγαθωνυμίαν vocat nomen boni, sic et οὐσιωνυμίαν, nomen entis, sicut ἀντωνυμίαν ; ens autem et essentia sunt idem. Cæterum tantum admonebimus sermonis hujus scopum non esse, ipsam supraessentialem essentiam quatenus superessentialis est, explicare, sed exponere quidem omnis substantiæ principium, causam, essentiam, non in quantum essentiam superat (quod enim supra essentiam existit, quomodo secundum se explicari posset?) sed in quantum ab aliis entibus ab ipsa productis ad ipsam adducimur : ipsa enim secundum se ineffabilis existit, et ipsam unionem excedit ; per unionem intelligens entis unitatem ac definitionem, secundum quam ens est. Quemadmodum enim id quod non est, non est unum, sed ex multis atque infinitis defectibus productum, sic etiam id quod est, unum est, in quantum ens est ac definitum ; supra quod existit essentia illa supraessentialis, quæ unum nominatur, non ut principium numerorum, sed quod omnibus emineat, nullisque rebus quæ post ipsum sunt connumerari possit, quin etiam propter compositionis vacuitatem atque simplicitatem. Itaque, si Deum quoque unum dixeris, non hoc essentiam Dei explicabit ; nam essentia proprie de Deo non dicitur, quoniam superessentialis est ; quocirca hanc ipsam unionem extollit. Quemadmodum igitur de bono diximus, divinam bonitatem se extendere et ad ea quæ sunt, et ad ea quæ non sunt (per ea scilicet quæ non sunt, materialia, materiamque intelligenda) vel ea quæ partim quidem sunt, partim vero non sunt, non autem ea quæ nullibi usquam sunt : vel tertio, ut dictum est a S. Patre, quod id ipsum quod non est, pulchrum sit, quandoquidem in Deo per id quod superessentiale est, considereretur. Quemadmodum igitur in omnibus bonitas Dei relucet, et rursum his eminet, supra ens quidem, quia non est quidquam eorum quæ sunt ; supra non ens vero, quia quidquid tale est informat ; sic etiam essentiale entis nomen ad omnia porrigitur, cum omnibus esse donet, et supra ipsa sit, quia nihil est eorum quæ sunt. At enim hinc quispiam quæsiverit, Quomodo in bono quidem dicit bonitatem

A

B

C

§ I. Μετενεκτέον τὸν λόγον ἐπὶ τὴν ὄντως οὖσαν οὐσιωνυμίαν. Ὡς γὰρ ἀγαθωνυμίαν λέγει τοῦ ἀγαθοῦ ὀνομασίαν, οὕτω καὶ οὐσιωνυμίαν τὴν τοῦ ὄντος ὀνομασίαν, οἱονεὶ ἀντωνυμίαν· τὸ δὲ ὂν καὶ ἡ οὐσία ταὐτόν. Ὑπομνήσωμεν δὲ τοσοῦτον, ὅτι οὐκ ἔστι τῷ λόγῳ σκοπὸς, αὐτὴν τὴν ὑπερούσιον οὐσίαν, ἥ ὑπερούσιος, ἐκφαίνειν· ἀλλ' ἐκφαίνειν μὲν τὴν πάσης οὐσίας ἀρχὴν, αἰτίαν, οὐσίαν, οὐ καθὸ δὲ ὑπερούσιον, (τὸ γὰρ ὑπὲρ οὐσίαν ὂν πῶς ἐκφανθήσεται κατ' αὐτό ;) ἀλλὰ καθὸ ἀπὸ τῶν ἑτέρως ὄντων καὶ παρ' αὐτῆς παραχθέντων εἰς αὐτὴν ἀναγόμεθα. Ἐκείνη γὰρ καθ' αὐτὴν ἀνέκφαντός ἐστι, καὶ αὐτὴν τὴν ἕνωσιν ὑπεραίρουσα ἕνωσιν λέγων τὸ τοῦ ὄντος ἑνιαῖον καὶ ὡρισμένον, καθὸ ὄν ἐστιν. Ὡς γὰρ τὸ μὴ ὂν οὐχ ἕν, ἀλλ' ἐκ πολλῶν καὶ ἀπείρων ἐλλείψεων παρεισαγόμενον· οὕτως τὸ ὂν, ἕν, καθὸ ὂν καὶ ὡρισμένον, ὑπὲρ ὅ ἐστιν ἡ ὑπερούσιος οὐσία, ἥτις ὀνομάζεται ἕν, οὐχ ὡς ἀριθμῶν ἀρχὴ, ἀλλὰ διὰ τὸ πάντων ἐξῃρῆσθαι, καὶ οὐδὲν συναριθμούμενον ἔχειν τῶν μετ' αὐτὴν, ἄλλως δὲ καὶ διὰ τὸ ἀσύνθετον καὶ ἁπλοῦν. Τέως δὲ, καὶ ἓν ἂν εἴπῃς τὸ Θεῖον, οὐ τοῦτο παρίστησι τὴν οὐσίαν τοῦ Θεοῦ· κυρίως γὰρ οὐσία ἐπὶ Θεοῦ οὐκ ἂν λέγοιτο, ἔστι γὰρ ὑπερούσιος· διὰ τοῦτο ὑπεραίρει καὶ αὐτὴν τὴν ἕνωσιν. Ὡς γοῦν ἐπὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἐλέγομεν· ὅτι ἡ θεία ἀγαθότης καὶ εἰς τὰ ὄντα, καὶ εἰς τὰ οὐκ ὄντα ἐκτείνεται (οὐκ ὄντα δὲ ῥητέον τὰ ὑλικὰ καὶ τὴν ὕλην·) ἢ τὰ πῇ μὲν ὄντα, πῇ δὲ οὐκ ὄντα, καὶ οὐχ ἁπλῶς τὰ μηδαμῇ μηδαμῶς ὄντα· ἢ τρίτον, κατὰ τὸ εἰρημένον αὐτῷ τῷ Πατρὶ, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ μὴ ὄν, καλὸν, ὅταν ἐν Θεῷ διὰ τὸ ὑπερούσιον θεωρῆται. Ὡς γοῦν ἐπὶ πᾶσιν ἡ ἀγαθότης τοῦ Θεοῦ διήκει, καὶ πάλιν ὑπὲρ ταῦτά ἐστιν, ὑπὲρ τὸ ὂν μὲν, ὅτι οὐκ ἔστι τι τῶν ὄντων· ὑπὲρ τὸ οὐκ ὂν δὲ, ὅτι καὶ ἅπαν τοιοῦτον εἰδοποιεῖ· οὕτως καὶ ἡ τοῦ ὄντος οὐσιωνυμία εἰς πάντα τὰ ὄντα ἐκτείνεται, πᾶσι τὸ εἶναι διδοῦσα, καὶ ὑπὲρ ταῦτά ἐστιν, ὅτι οὗ τι τῶν ὄντων ἐστίν. Ἀλλ' εἴποι τις ἂν ἀπορῶν ἐνταῦθα· Πῶς ἐπὶ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ λέγει, ὅτι διήκει ἡ ἀγαθότης καὶ εἰς τὰ ὄντα, καὶ εἰς τὰ μὴ ὄντα, ἐπὶ δὲ τοῦ ὄντος οὐ λέγει τοῦτο, ἀλλὰ μόνον διήκει εἰς τὰ ὄντα ; Καὶ ῥητέον, ὅτι τὸ μὲν ὂν ἀγαθυνόμενον μένει πολλάκις μὴ ὄν· ἐπεὶ γὰρ μὴ ὂν λέγεται καὶ ἡ ὕλη, ἀγαθὸν δόξειεν ἂν καὶ ἡ ὕλη ἡ νόῃ λογισμῷ καταλαμβανομένη, καὶ δίχα τῶν εἰδῶν νοουμένη, εἰ καὶ μὴ καθ' αὐτήν ἐστιν, ὡς ἐκ Θεοῦ παραχθεῖσα, καὶ μέ-

(41) Vide Scholia S. Maximi, tom. II, cap 5 *De divin. nomin.*

νει πάλιν μὴ ὄν. Τῷ δὲ μὴ ὄντι, πῶς ἐκταθείη τὸ ὄν, καὶ μενεῖ μὴ ὂν πάλιν, τοῦτο πάντη τῶν ἀδυνάτων. Ἀσφαλῶς γοῦν τίθησι ταῦτα ὁ ἅγιος. Ὁμοίως καὶ ἡ τῆς ζωῆς ὀνομασία τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ εἰς πάντα τὰ ζῶντα ἐκτείνεται, καὶ ὑπὲρ ταῦτά ἐστι, καὶ ἡ τῆς σοφίας εἰς πάντα τὰ λογικὰ καὶ νοερά, τοὺς ἀγγέλους φημί, καὶ αἰσθητικά, δηλονότι τὰς μετὰ σώματος ψυχὰς ἐκτείνεται, καὶ ὑπὲρ ταῦτά ἐστι. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὅτι ὅταν περὶ ἀγγέλων καὶ ἀνθρώπων μόνων φησὶ, τοὺς ἀγγέλους νοητούς φησι, τὰς δὲ ἡμετέρας ψυχὰς νοεράς· νῦν δὲ ἐπειδὴ περὶ Θεοῦ φησιν, εἰκότως καὶ τοὺς ἀγγέλους μεθ' ἡμῶν νοερούς φησιν, ἅτε καὶ αὐτοὺς διὰ τοῦ νοεῖν τὸν Θεὸν τρεφομένους τῇ νοήσει, καθὼς καὶ αἱ ἀνθρώπιναι ψυχαί. Αἰσθητικὰ δὲ νοήσεις καὶ τὰ ἄλογα, ὡς καὶ αὐτὰ θείας σοφίας μετέχοντα, ἐν ταῖς φυσικαῖς αὐτῶν ὁρμαῖς, ὡς ἐπὶ τοῦ ἀράχνου, καὶ τοῦ μύρμηκος, καὶ τῶν ἄλλων ἐφεξῆς ἁπάντων.

A **438** pertingere ad ea quæ sunt et ea quæ non sunt, in ente autem hoc non dicit, sed tantum pertingere ad ea quæ existunt? Utique dicendum, ens quidem bonum factum manere sæpenumero non ens; cum enim materia quoque non ens dicatur, utique materia quoque bonum videbitur impropria ratione accepta et sine formis intellecta, tametsi non per se sit, utpote a Deo producta, maneatque rursum non ens. Quomodo autem ens non enti coextendi possit, et maneat rursum non ens, hoc utique impossibile est. Secure igitur proponit hæc sanctus. Similiter etiam nomen vitæ boni Dei ad omnia viventia extenditur, et supra hæc est, uti et sapientiæ ad omnia rationalia et intelligentia, angelos inquam et sensilia, id est ad animas corporeas extenditur, et supra hæc eminet. Scien-
B dum vero, quando de angelis et hominibus solis loquitur, ipsum angelos vocare intelligibiles, nostras vero animas intelligentes; nunc autem cum de Deo sermo est, merito etiam tam angelos quam nos intelligentes appellare, quod etiam ipsi Deum intelligendo intellectione alantur, non secus ac animæ humanæ. Sensilia vero intelliges etiam irrationalia, ut quæ eitam divinam sapientiam participent in suis naturalibus propensionibus, ut in aranea et formica cæterisque omnibus patet.

§ II. Ταύτας βούλεται ὁ λόγος ὑμνῆσαι τὰς τῆς προνοίας ἐκφαντορικὰς καὶ παραστατικὰς, καὶ δηλωτικὰς θεωνυμίας, οὐδὲ γὰρ αὐτὴν τὴν ὑπὲρ πᾶσαν ἀγαθότητα καὶ θεότητα (θεοὶ γὰρ καὶ οἱ ἄγγελοι καὶ οἱ δίκαιοι ἄνθρωποι) τὴν ἱδρυμένην ἐν ἀποκρύφοις, κατὰ τό, *Ἐν ἀποκρύφῳ καταιγίδος*· καὶ τό, *Ἔθετο σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ*· ἀλλὰ τὴν τῶν ἀγαθῶν ἁπάν-
C των αἰτίαν ἀγαθότητα, καὶ τὸ τῶν ὄντων αἴτιον ὄν, καὶ τὴν τῶν ζώντων αἰτίαν ζωὴν, καὶ τὴν σοφοδότιν σοφίαν· τί τούτου δηλοῦντος ἐντεῦθεν, ἐν τῷ συνάγεσθαι ἅμα τῷ αἰτιατῷ τὸ αἴτιον· ἐν δῆλον, ἵν' ἀποδειχθείη ἐκ τοῦ αἰτιατοῦ τὸ αἴτιον· ἢ καὶ ἀπόδειξις λέγεται, ἀλλ' οὐ τοῦ *διότι*, ἀλλὰ τοῦ *ὅτι*, ὡς ὅταν δεικνύωμεν τὴν τῆς σελήνης ἀντίφραξιν διὰ τῆς ἐκλείψεως. Ὅτι γοῦν ἐστι τὸ Θεῖον ἀγαθὸν, καὶ ὄν, καὶ ζωὴ, καὶ σοφία, μανθάνομεν διὰ τῶν αἰτιατῶν· δι' ὃ δὲ ταῦτά ἐστιν, οὐ γινώσκομεν, ἐπειδὴ πρὸ μικροῦ ἔδοξέ πως ὑπόβασιν λέγειν, τὸ ἀγαθὸν εἰπὼν τοῦ ὄντος αἴτιον. Καὶ οὕτω καθεξῆς, ἵνα μὴ δράξωνταί τινες ἀφορμῆς ἀσυνέτως, οὐκ ἄλλο φησὶν εἶναι τὸ ὂν, καὶ ἄλλο τὸ ἀγαθὸν, καὶ καθεξῆς τἄλλα· ἓν γὰρ τῶν ἁπάντων αἴ-
D τιον, καὶ οὐ πολλά· καὶ μία θεότης ἡ τὰ πάντα παράγουσα. Καθάπτεται δὲ ἐντεῦθεν τῶν τε ἐν Ἕλλησι σοφῶν καὶ τῶν ἀπὸ Σίμωνος αἱρετικῶν, οἳ κοσμοποιούς φασι θεοὺς, καθ' ὅσον ὑποδεδήκασι, τοσοῦτον καὶ τὰ ἀσθενέστερα τῶν κτισμάτων παράγοντας, ἕως καὶ τῆς πάντων ὑποστάθμης, τῆς ὕλης· καὶ ταύτης γὰρ ἴδιον δημιουργὸν ἀποδεδώκασι. Τούτων τοίνυν τῶν τοῦ ἑνὸς Θεοῦ θεωνυμιῶν, ἡ μὲν τοῦ ἀγαθοῦ ἐκφαντική ἐστι τῆς παντελοῦς τοῦ Θεοῦ προνοίας, αἱ δὲ λοιπαὶ μεριχῶν προνοιῶν εἰσι δηλωτικαὶ, αἱ μὲν ὁλικωτέρων, αἱ δὲ μερικωτέρων· ἡ γὰρ τοῦ ἀγαθοῦ τῆς παντελοῦς προνοίας, ὅτι πάντα δι' ἀγαθότητα παρήχθη καὶ εἰσιν· ἡ δὲ τῆς ζωῆς, μερικῆς, ἀλλ' ὁλικωτέ-

§ II. Has igitur Dei nominationes, quæ providentias Dei aperiunt et proponunt ac manifestant, propositum est prædicare, non vero illam quæ supra omnem bonitatem ac deitatem (nam et angeli hominesque justi Dii appellantur) in absconditis sedem posuit, juxta illud : *In abscondito tempestatis* [r]; atque illud : *Posuit tenebras latibulum suum* [s]; sed bonitatem illam quæ bonorum omnium rerumque causa existit, et vitam quæ viventium causa est, sapientiamque sapientiæ largitricem; quod hinc manifestum fit, dum una cum effectu causam conjungit, ut nimirum ex effectu clare causa demonstretur; vel etiam demonstratio dicitur non particulæ διότι, sed ὅτι, ut quando demonstramus lunæ oppositionem per eclipsim. Quoniam igitur Deus bonum est, et ens, et vita, et sapientia, discimus ex effectis; per quod autem hæc sit, non cognoscimus, quippe qui paulo ante visus est dicere, bonum esse subjectum, cum dixit esse ejus quod est causa. Et ita deinceps, ne qui hac occasione imprudentes deciperentur, non ait, aliud esse **439** ens, et aliud bonum, et sic de cæteris : una siquidem omnium causa, et non multæ; et una deitas quæ universa produxit. Perstringit autem hic Græcorum sapientes, et hæreticos Simonis sectatores, qui asserunt, deos mundi fabricatores quanto inferiores sunt, tanto quoque infirmiores producere creaturas, etiam usque ad omnium fundamentum (id est) materiam; nam et huic peculiarem conditorem assignarunt. Inter hæc itaque unius Dei nomina, nomen boni universales Dei providentias declarat, reliqua vero particulares providentias manifestant, alia quidem magis universales, alia vero magis particulares; siquidem boni

[r] Psal. LXXX, 8. [s] Psal. XVII, 12.

nomen designat universalem omnino providentiam, quoniam universa per bonitatem producta sunt, et existunt; nomen vero vitæ particularem providentiam declarat, sed generaliorem, non enim omnia vivunt, sapientiæ vero adhuc magis particularem, non enim omnia quæ vivunt sapiunt. Generaliores autem vocat eas, quæ in pluribus cernuntur; vita enim pervenit usque ad plantas, et animalia rationalia rationisque expertia; sapientia autem et ratio sunt magis particulares.

ρας, οὐ γὰρ πάντα ζῶσιν· ἡ δὲ τῆς σοφίας, ἔτι μερικωτέρας, οὐδὲ γὰρ πάντα τὰ ζῶντα σοφά. Ὑλικωτέρας γοῦν φησι τὰς ἐπὶ πλειόνων θεωρουμένας· ἡ ζωὴ γὰρ φθάνει καὶ ἐπὶ φυτῶν, καὶ ζώων λογικῶν, καὶ ἀλόγων· σοφία δὲ καὶ λόγος, μερικώτεροί εἰσιν.

§ III. Dubium hinc resultans solvit, cur, cum nomen ipsius entis, quam vitæ, et vitæ, quam sapientiæ latius pateat (siquidem ens ut universalius in omnibus reperitur, vita vero ut magis particularis in quibusdam, et sapientia adhuc in paucioribus) non magis excellant, Deoque viciniora sint quæ simpliciter existunt, et his minus quæ vivunt, et his iterum minus ea, quæ intelligunt; sed ordine inverso, magis particularia, ut intelligentia, circa Deum sunt, et deinceps quantum superexpanduntur, tanto remotius a Deo existunt. Majora vero munera vocat ea, quæ a pluribus cernuntur, ut ens, et vitam. Respondet itaque, et solvit quæstionem dicens, quod si quidem ea, quæ intelligunt, entitate ac vita carerent, et ea quæ vivunt similiter substantiam non haberent, recte se haberet dubitatio; verum cum ea quæ intelligunt etiam existant, et vivant vita potiori, et intelligant supra sensum ac rationem, et præ cunctis entibus participent entitatem, hoc utique bono Deo viciniores existunt, quo luculentius ipsum participantes, plures etiam ab ipso dotes acceperunt, scilicet et entitatem, et vitam, et cognitionem, et intellectum; nec non etiam dotes ampliores, quod hæc omnia præ cæteris præstantiori modo habeant; estque hoc verum, **440** illa quæ Deum magis participant ipsi quoque existere viciniores. Quoniam autem de his disseruimus, agedum ad propositum scopum veniamus, et de ente vere existente et entitatum effectrice verba faciamus.

§ III. Ἐντεῦθεν ἐπαναχύπτουσαν ἀπορίαν λύει, διά τί, τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ τοῦ ὄντος ὑπεραίροντος τὴν ζωὴν, καὶ τῆς ζωῆς ὑπεραιρούσης τὴν σοφίαν, (τὸ γὰρ ὂν πλατύτερον καὶ ἐπὶ πᾶσιν, ἡ δὲ ζωὴ μερικωτέρα καὶ ἐπὶ τισι, καὶ ἔτι ἡ σοφία μερικωτέρα)· οὐ μᾶλλον ὑπερέχουσι, καὶ περὶ Θεόν εἰσι τὰ ἁπλῶς ὄντα, καὶ ἧττον τούτων τὰ ζῶντα, καὶ αὐτῶν πάλιν ἧττον τὰ νοερά· ἀλλ' ἀντέστραπται ἡ τάξις, καὶ μᾶλλον τὰ μερικώτερα, νοερὰ, περὶ Θεόν εἰσι, καὶ καθεξῆς ὅσον ὑπερεκτείνονται, τὸ πορρώτερον ἐκ Θεοῦ ἔχουσι. Μείζονας δὲ δωρεὰς φησι τὰς ἐπὶ πλειόνων θεωρουμένας, οἷον τὸ ὂν καὶ τὴν ζωήν. Ἀποκρίνεται τοίνυν καὶ λύει τὴν ἀπορίαν, λέγων, ὅτι εἰ μὲν ἀνούσια ἦσαν τὰ νοερὰ καὶ ἄζωα, καὶ πάλιν τὰ ζῶντα ἀνούσια, καλῶς ἂν εἶχεν ἡ ἀπορία· ἐπειδὴ δὲ τὰ νοερὰ καὶ ὄντα εἰσὶ, καὶ ζῶσι, καὶ ζωὴν κρείττονα, καὶ γινώσκουσιν ὑπὲρ αἴσθησιν καὶ λόγον, καὶ παρὰ πάντα τὰ ὄντα τοῦ ὄντος μετέχουσιν, αὐτοὶ μᾶλλον ἂν πλησιάζοιεν τῷ ἀγαθῷ Θεῷ, οἱ ὑπερπερισσῶς αὐτοῦ μετέχοντες, καὶ πλείους δωρεὰς ἔχοντες, δηλονότι καὶ τὸ εἶναι, καὶ τὸ ζῆν, καὶ τὸ γινώσκειν, ἀλλὰ καὶ τὸ νοεῖν· πάλιν δὲ μείζους δωρεὰς, ὅτι ταῦτα πάντα κρειττόνως ἔχουσιν οὗτοι παρὰ τὰ ἄλλα· καὶ ἔστιν ἀληθὲς, ὅτι τὰ μᾶλλον μετέχοντα τοῦ Θεοῦ μᾶλλον αὐτῷ πλησιάζουσι. Ἐπειδὴ δὲ περὶ τούτων εἴπομεν, φέρε ἐπὶ τὸν προκείμενον σκοπὸν ἔλθωμεν, καὶ περὶ τοῦ ὄντως ὄντος, καὶ τῶν ὄντων οὐσιοποιοῦ διαλάβωμεν.

§ IV. Qui est, id est Deus, secundum oraculum Mosaicum, est supra ipsummet esse (hoc enim est *supra substantiam*) causa efficiens substantiam; quippe subsistentiam et existentiam perficiens totius esse collective sumpti; nihil enim est in rebus, quod non inde suum esse sortiatur. *Secundum virtutem* autem dixit, quoniam alia quidem producta sunt, alia vero producuntur. Cum itaque Deus universum esse in se ipso collectum habeat, tam eorum quæ existunt, quam quæ futura sunt, ponit illud *secundum virtutem* comprehendens etiam entitatem futurorum, quia in eo qui vere est existunt, vel potius etiam præexistunt. Et si enim quæ exstitura sunt futurum habeant, tamen apud creatorem præexistunt, secundum id quod a Jeremia dictum est; ita ut illud *secundum virtutem* non ad creatorem referendum sit, sed ad creaturas. Quod si aliam significationem virtutis accipias, quemadmodum dicis, ignem habere vim calefaciendi, hoc sensu de creatore intelligi commode non potest. Est igitur creator entitatis, et quid dico entitatis rei? quinimo ipsiusmet existentiæ entitatis, sub-

§ IV. Ὁ ὢν, ὁ Θεὸς κατὰ τὸν πρὸς Μωσῆν χρηματισμὸν, ὑπὲρ εἶναι ὄν, (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ *ὑπερούσιος*,) αἰτία ὑποστάτις ἐστί· τὸ γοῦν εἰς ὑπόστασιν καὶ ὕπαρξιν συντελοῦσα ὅλου τοῦ εἶναι συλλήβδην· οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων, ὃ μὴ ἐκεῖθεν ἔχει τὸ εἶναι. *Κατὰ δύναμιν* δὲ εἶπεν, ὅτι τὰ μὲν παρήχθησαν, τὰ δὲ παράγονται. Ἐπεὶ γοῦν τὸ Θεῖον ἅπαν τὸ εἶναι ἐν ἑαυτῷ συλλαβὸν ἔχει, καὶ τῶν ὄντων καὶ τῶν ἐσομένων, τίθησι τὸ *κατὰ δύναμιν* περιλαμβάνων καὶ τὸ εἶναι τῶν ἐσομένων, ὅτι ἐν τῷ ὄντως ὄντι ἐστὶν, ἢ μᾶλλον καὶ πρόεστιν. Ἂν γὰρ καὶ τὰ ἐσόμενα τὸ μέλλον ἔχωσιν, ἀλλὰ παρὰ τῷ δημιουργῷ προϋφίστανται, καθὼς ἔχει καὶ τὸ περὶ τοῦ Ἱερεμίου λεγόμενον· ὥστε τὸ *κατὰ δύναμιν*, οὐ πρὸς τὸν δημιουργὸν χρήσεις, ἀλλὰ πρὸς τὰ δημιουργούμενα. Εἰ δέ γε τὸ ἕτερον σημαινόμενον τῆς δυνάμεως λαμβάνεις, ὥσπερ λέγεις, δύναται τὸ πῦρ θερμαίνειν, τοῦτο ἐπὶ τοῦ δημιουργοῦ νοῆσαι οὐκ ἐπισφαλές. Ἔστι γοῦν δημιουργὸς τοῦ ὄντος, καὶ τί λέγω ὄντος πράγματος; αὐτῆς τῆς ὑπάρξεως τοῦ ὄντος, τῆς ὑποστάσεως, τῆς οὐσίας, τῆς φύσεως, ἀρχὴ τῶν αἰώνων, ὡς δημιουργὸς αὐτῶν· δι' οὗ γὰρ καὶ *τοὺς αἰῶνας ἐποίησε*, φησὶν ὁ Ἀπόστολος.

Ὑντότης τῶν χρόνων· ἔστωσαν γὰρ εἰς σημεῖα, καὶ εἰς ἐνιαυτούς, φησὶν ἡ Γραφή· ὁ γὰρ χρόνος ἡλίου φορᾷ μετρεῖται, καὶ ὅπερ ἡμῖν ὁ χρόνος τὸ πρότερον καὶ τὸ ὕστερον ἔχων, τοῦτο τοῖς ἀϊδίοις αἰών. Ὁ γοῦν μήτε ἦν μήτε ἔσται, ἀλλ' ἔστι μόνον, τοῦτο ἑστὼς ἔχον τὸ εἶναι, τῷ μὴ μεταβάλλειν εἰς τὸ ἔσται, μηδ' αὖ μεταβεβληκέναι ἐκ τοῦ ἦν εἰς τὸ ἔστι, τοῦτό ἐστιν αἰών. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ αἰὼν λέγεται τῶν ὄντων ὁ Θεὸς, ὡς μήτε ἀρχὴν ἔχων, μήτε τέλος, μήτε τὸ ἦν, μήτε τὸ ἔσται, ἀλλὰ μόνον τὸ ἀΐδιον καὶ ἀπεριόριστον· χρόνος δὲ τῶν γινομένων, ὅτι τὰ ὁρώμενα εἰκόνες εἰσὶ τῶν ἀοράτων καὶ νοητῶν. Καὶ ὥσπερ αἰῶνα λέγομεν τὴν ἄτρεπτον ἐκείνην, καὶ ὁμοῦ πᾶσαν ζωὴν, καὶ ἄπορον ἦδη καὶ ἀκλινῆ πάντη, καὶ ἐν ἑνὶ καὶ πρὸς ἓν ἑστῶσαν· οὕτω καὶ τὸν χρόνον τότε μὲν ἐν τῷ ἀεὶ ὄντι ἀναπαύεσθαι λέγομεν, ἐκφανῆναι δὲ, ὅτε ἐχρῆν καὶ ἥλιον ὑποστῆσαι, καὶ ὁρατὴν φύσιν προελθεῖν. Τὴν οὖν εἰς τὰ αἰσθητὰ πρόοδον τῆς εἰς τὸ ταὐτὰ δημιουργεῖν ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ καλεῖ χρόνον τῶν γινομένων, ἀλλὰ καὶ εἶναι τοῖς οὖσι, καὶ γένεσιν τῶν γινομένων, ὅτι ἐξ αὐτοῦ ἐκινήθησαν καὶ ὑπέστησαν ἅπαντα τὰ ὑπὸ γένεσιν ὄντα, καὶ τὰ ὑπὸ χρόνον γινόμενα. Ἐκ τούτου τοῦ ὑπερουσίου ὄντος καὶ ὁ αἰὼν ὑπέστη, τὸ τοῖς οὖσι δηλαδὴ συμπαρεκτεινόμενον· καὶ ἡ οὐσία τῶν ὄντων, καὶ τὸ ὂν αὐτὸ τὸ κατὰ τὴν οὐσίαν λεγόμενον. Ταῦτα τῶν ὑπὲρ ἡμᾶς καὶ θειοτέρων δυνάμεων. Καὶ αὖθις τὰ καθ' ἡμᾶς, καὶ ὁ χρόνος, τοῖς ὑπὸ γένεσιν τῷ προτέρῳ καὶ τῷ ὑστέρῳ μετρούμενος, καὶ ἡ γένεσις τῶν ὑπὸ γένεσιν ὄντων, καὶ τὸ γιγνόμενον αὐτὸ τὸ κατὰ τὴν γένεσιν λεγόμενον, καὶ τἆλλα πάντα, τά τε ἐν τοῖς οὖσιν ὄντα τοῖς θειοτέροις, καὶ τὰ ὁπωσοῦν ὑφεστῶτα, τὰ καθ' ἡμᾶς δηλαδή. Πάντα δὲ ταῦτα ποσῶς ἐστιν ὄντα· οὐδὲ γὰρ τὸ ὂν τὸ τῶν ἀγγέλων περιλαμβάνει καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων, οὐδὲ τὸ τούτων καὶ τὸ τῶν ἀγγέλων, ἀλλ' ἕκαστόν ἐστιν ἰδιοϋπόστατον, καὶ περιγραπτὸν, καὶ ὅτι ἃ μὲν ἀρχὴν ἔχοντα, τέλος οὐκ ἔχουσιν, ἃ δὲ καὶ ἀρχὴν καὶ τέλος ἔχουσιν. Ἔστι δὲ ἃ καὶ ἀρχὴν μὲν οὐκ ἔχουσι, τέλος δὲ ἔχουσι, καθὼς καὶ ὁ μέγας διαλαμβάνει Βασίλειος, λέγων περὶ τῶν θείων τῆς προνοίας τοῦ κόσμου βουλήσεων, αἳ δὴ καὶ ἀρχὴν μὲν οὐκ ἔσχον, τέλος δὲ ἔσχον τούτων τινὲς, καί τινες ἔξουσι. Ταῦτα γοῦν πάντα ποσῶς ὄντα, μόνον δὲ τὸ Θεῖον οὐ ποσῶς ἐστιν ὄν, ἀλλ' ἁπλῶς καὶ ἀπεριορίστως· ὅλον γὰρ ἐν ἑαυτῷ συλλαβὸν ἔχει τὸ εἶναι, οὔτε ἀρξάμενον οὔτε παυσόμενον· διὸ καὶ βασιλεὺς λέγεται τῶν αἰώνων, ὡς πάντα αἰῶνα καὶ πᾶν ὃν περιέχον, καὶ τὰ τοῦ χρόνου τμήματα, τὸ ἦν, τὸ ἔσται, τὸ γενέσθαι, τὸ γίνεσθαι διαπεφευγός· ταῦτα γὰρ τῶν καθ' ἡμᾶς καὶ τῆς ῥευστῆς φύσεως. Ἔτι δὲ οὐδὲ τὸ ἔστιν ἔχει, ὑπὲρ αὐτὸ γάρ ἐστιν, αὐτό ἐστι τὸ τοῖς οὖσιν εἶναι· οὐδὲ γὰρ τὰ ὄντα μόνον ἐκ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὸ εἶναι τῶν ὄντων· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ὑπάρχων πρὸ τῶν αἰώνων, κατὰ τὸν Δαυΐδ, ὁ αἰὼν τῶν αἰώνων, δηλονότι ὁ συνοχεὺς τῆς ἀϊδίου παρεκτάσεως, ὁ ὅρος τῆς αἰωνίου ζωῆς, ὁ ἐπέκεινα τοῦ μὴ ἐπιλείποντος.

A sistentiæ, essentiæ, naturæ, principium sæculorum, tanquam conditor eorum, per eum enim etiam *sæcula fecit*, ut inquit Apostolus [t]. Entitas temporum, siquidem statuta sunt *in signa, et in annos*, ut ait Scriptura [u]; quoniam tempus solis cursu mensuratur; et quod nobis tempus est, quod prius et posterius habet, hoc rebus sempiternis est æterni tas. Quod itaque neque erat, neque erit, sed solum est, habens hoc esse consistens, non mutari inerit, neque transivisse ex erat in est, hoc est æternitas. Idcirco enim etiam æternitas dicitur rerum Deus, quippe non habens principium, neque finem, neque erat, neque erit, sed solum esse perpetuum et incircumscriptum; tempus autem est eorum quæ fiunt, quoniam ea quæ videntur imaB gines sunt eorum quæ non videntur et intelliguntur. Et sicut æternitatem dicimus immutabilem illam vitam, quæ et simul tota existit, et nullius unquam eget, nec omnino deficit, et in uno ac propter unum consistit; sic etiam tempus tum quidem in eo quod semper **441** est requiescere dicimus, apparere vero, quando oportebat quoque solem subsistere, et visibilem naturam prodire. Itaque progressum divinæ bonitatis ad sensilia producenda, vocat tempus eorum quæ fiunt, quin etiam esse rerum et generationum quæ fiunt; quoniam ex ipso mota sunt, et substiterunt omnia quæ generationi subjecta sunt, et quæ sub tempore fiunt. Ex hoc superessentiali ente etiam ævum existit, quod nimirum rebus coextenditur, et essentia rerum, et ipsummet ens, quod secundum essentiam dicitur. Hæc quoad superiores nobis divinioresque virtutes. Et rursum quoad nostratia quoque, tempus est per prius et posterius in rebus genitis mensuratum, et generatio eorum quæ generantur, et id ipsum quod gignitur secundum generationem dictum, cæteraque omnia quæ in rebus divinioribus existunt, et quæ quocunque modo existunt, scilicet secundum nos. Hæc autem omnia sunt aliquo modo entia : non enim esse angelorum et hominum comprehendunt, neque horum et angelorum, sed quodlibet habet propriam subsistentiam, eamque limitatam; quoniam alia quidem principium habent, finem non habent, alia vero et D principium et finem habent. Sunt vero etiam quæ principium quidem non habent, sed finem habent, uti etiam Magnus Basilius tradit, loquens de divinis circa mundi providentiam volitionibus, quæ principium quidem non habuerunt, finem vero aliquæ illarum jam acceperunt, aliquæ etiam habebunt. Hæc igitur omnia sunt aliquo modo entia, solus autem Deus non est aliquo modo ens, sed simpliciter et illimitate : totum enim esse in se complexus est, nec incipiens neque desinens; quare etiam dicitur Rex sæculorum, quippe qui omnia sæcula et ens omne complectitur, et temporum decisiones, erat, erit, factum esse ac fieri subterfugit; siquidem hæc rebus nostratibus, naturæque

[t] Hebr. I, 2. [u] Gen. I, 14.

fluxæ conveniunt. Quin ne quidem habet ipsum est, quoniam supra ipsum est, et ipsemet est esse rebus; nec enim entia solum a Deo sunt, sed entium quoque ipsa entitas; ipse enim est existens *ante sæcula*, secundum Davidem [v], sæculum sæculorum, quippe continens sempiternam coextensionem, terminus vitæ sempiternæ, qui est supra id quod non deficit.

B Ab ipsa vivificantur et foventur universa, tam animalia quam plantæ. Et sive spiritalem dixeris, sive rationalem, sive sensitivam, sive nutritivam et auctricem, sive qualemcunque **453** tandem vitam, vel vitæ principium, vel vitæ essentiam, ex ipsa et vivit et viget supra omnem vitam, et in ipsa secundum causam uniformiter præexsistit. Nam supraquam vitalis et vitæ principialis vita, et omnis vitæ causa est, adeoque vivificat et complet atque distinguit vitam, et ex omni vita prædicanda, juxta fecundam vitarum omnium propagationem, unde tanquam omnigena omnisque vita concipitur ac celebratur, et ut nullius indiga, imo vero vitæ superplena, seipsa vivens, et quasi omnem vitam

C vivificans, et supervivens, sive quomodocunque ineffabilem illam vitam humano more laudare quis possit.

—

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. *Nunc laudanda nobis est vita æterna, ex qua per se vita, et omnis vita manat.* Quid sit *per se vita*, collige ex Notis ad § IV capitis præcedentis. Quibus hæc adde ex sancto Maximo: Quemadmodum oportet dicere, quandoque quidem accipiendum esse Deum, cum dicimus per se vitam, et alia ejusmodi; quandoque vero horum effectorem esse, id est hæc creasse; quoniam tanquam causa ille quidem horum et principium et supraquam principium vocatur his nominibus, ea vero quæ hæc participant, inde, id est ex participatis, dicuntur esse, et vivere, et divina esse. Vitæ igitur creationem, et substantiæ creationem, ipsas, inquam, res fecit Deus. Primum igitur cogitemus rem ipsam, deinde ipsius rei generalem notionem informemus; v. g. vitam aut substantiam universe consideratam, et postea in parte. Hæc autem dicit, non quasi dicat, alteram quidem vitam esse ipsum Deum, alteram vero productam substantialem esse, et veluti per se exsistentem præter Deum, quam participant quæ vitam participant; sed potius, sicut ipse suus est interpres cap. XI, per se quidem vita, inquit, et per se potestas, et per se similitudo, et alia hujusmodi dicitur Deus, quod hæc sit Deus tanquam principialiter et divine et efficienter: hæc enim est ipse eorum verus fons; auctor vero est per se vitæ et similium, tanquam largiens participate iis quæ primum inter ea quæ sunt hoc donum participant. Cuncta namque, ut cujusque naturæ convenit, hujusmodi dona participant: primæ quidem et supremæ inter cœlestes mentes creaturæ participant præcipue; quæ vero deinceps, participant infra illas. Cum autem Dionysius horum contemplationem dilatat: « Nec aliam, inquit, divinitatem quæ vitam pariat dicimus, præter causam supraquam divinam omnium quæcunque vivunt, et per se vitæ causam. » Quod si non est alia causa viventium, nec alia divinitas quæ vitam pariat viventibus, nisi vita supraquam divina, et substantia supraquam substantia, et ipsum singularissimum et splendidissimum unum, et hoc est sola causa omnium; evidens est, quod hæc quæ primo et principaliter sunt, et effecta tantum, nihil eorum quæ postea sunt, tanquam causa, efficiunt. Idcirco bonus Deus, eorum ipsorum quæ prima sunt, effector dicitur, deinde eorum quæ universe participant, ut vita omnium viventium; in parte, ut vita hominum, angelorum, etc. Sic demonstrat solum Deum esse causam omnium, sive prima dicuntur, sive universe sive in parte, et sive sic participata dicuntur, sive participantia.

## VARIÆ LECTIONES.

[96] ἀντιῤῥητικώτεροι, S. [97] χωρίου, M. Sc. [98] αὐτὸ παρὰ φύσιν, M. Sc. [99] οὐσίας ζωήν, P. [100] καὶ ζῶσι, M. Sc. καὶ ζωὴ, καὶ ζωοῖ, P. [1] εἰ γάρ, M. Sc. [2] ζωή, M. Sc. [3] καὶ πᾶσα ζωή, S. P D Sc. Sar.

Nota autem, ut in § 4 ad cap. V indicavimus, per se vitam esse participationem simpliciter, quæ non distinguitur a viventibus, a quibus participatur secundum rem ; re enim vita et vivens idem sunt, sicut humanitas simpliciter et homo ratione tantum differunt. Quia sicut humanitas sola illa comprehendit quæ hominem definiunt, et non quæ materiam faciunt individuam, neque humanitas actu aut potentia continet principia quæ individuum reddunt, homo vero continet potentia ; sic per se vita illa continet quæ viventem definiunt, quatenus vivit. Itaque ut homo formaliter est humanitate homo, sic vivens per se vita vivens. Participatio autem, secundum exsistentiam, est vita illa simpliciter jam recepta in subjecto vivente, sicut humanitas secundum exsistentiam, est in hoc homine qui **454** exsistit ; sola enim singularia exsistunt in rerum natura, universalia vero et abstracta solum in mente.

§ II. *Id quod antiquitati quidem contra naturam esse videtur.* Antiquitatem hic vocat stultam et fatuam opinionem gentilium, ut sanctus Maximus notatum reliquit. Itaque non antiquis simpliciter, sed fatuis antiquis, visum esse hoc dicit.

§ III. *Ab ipsa vivificantur et foventur universa*, etc. Deus enim, inquit Lessius, libro sexto *De perfectionibus divinis*, cap. 5, non solum vita, sed prima vita et æterna vita, et ipsa vitæ plenitudo ac universitas, omnis vitæ origo et consummatio, principium et finis ; in quo etiam omnia quæ non vivunt vita sunt. Ipse enim est supervitalis essentia et superessentialis vita, omnem vitalem substantiam intra se eminentissime et simplicissime præhabens, et causaliter complectens, et extra se quamlibet, juxta suam speciem, formans, conservans, et perficiens. Ipse est sua vitalis operatio, (ut sic loquar) nimirum sua intellectio, suus amor, suum gaudium, sua beatitas. Ex illo supervitali fonte omnia quæ aliquo modo vivunt vitam hauriunt, et vitales facultates motusque arcessunt, alia præstantiores, alia minus præstantes, juxta gradum cujusque et ordinem ; inde vita omnis et plantarum et animalium, et hominum et dæmonum et angelorum, omnis vita naturalis et supernaturalis, hujus sæculi et futuri, temporalis et æterna. Denique, sicut ipse est omnium exsistentium esse superessentiale, ita omnium viventium vita supervitalis, uti Dionysius ait. Plura vide apud divum Thomam, parte prima, quæstione 18, artic. 1 et sequentibus, ubi disputat de vita.

—

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (42).

§ I. Incipit de vita æterna verba facere, scilicet divina. Æternam autem dicit, non quod participet æternitatem (siquidem hæc continet æternitates), sed sicuti Deus et ens dicitur et plusquam ens ; cum quod sit exsistentia plusquam exsistentia, tum quod non participet essentiam, sed sit supraquam essentia ; sic etiam æterna est vita ejus, et rursum plusquam æterna. Æterna quidem, quia ipse sibi æternitas et perpetuitas exsistit ; supraquam æterna vero, quia ipse sæculorum quoque conditor est. Ex hac vita sempiterna per se vita omnisque vita est. Per se vita intelligenda est in Deo ratio exemplaris ipsius vitæ ; omnis autem vita, accipienda ea quæ est in angelis, et in hominibus, atque insuper in brutis, et stirpibus ; licet enim omnia vivant vitamque participent, proprio tamen cuique modo pro ratione naturæ suæ vita disseminatur. Proprie autem *disseminatur*, siquidem omnibus viventis membris vita aspergitur, verum non secundum aliam atque aliam vitæ partem in alia atque alia corporis parte, sed tota in omnibus, sicut in semine in suis folliculis distributo, in unaquaque parte omnis vis seminis exsistit integra et perfecta. Ex hac vita æterna angelorum vita est et subsistit, qui et immortales appellantur, et non immortales ; illud quidem, quia sunt incorruptibiles ; hoc vero, respectu propriæ immortalitatis, quia non per se habent immortalitatem uti ipsa, sed per illius æternæ ac **455** divinæ vitæ participationem ; quam et vim conservandi habere dicit, ita ut rebus non solum vitam conferat, verum etiam ut perseverent contineat. Et sicut de ente diximus, Deum non tantum ipsius per se esse, id est rationis qua ens creatur, ævum esse ; sic etiam rationis ejus, qua vita

§ I. Ἄρχεται περὶ τῆς αἰωνίου λέγειν ζωῆς, τῆς θείας δηλαδή. Αἰωνίαν δὲ λέγει, οὐχ ὅτι τοῦ αἰῶνος μετέχει, (αὕτη γὰρ περιέχει καὶ τοὺς αἰῶνας·) ἀλλ' ὥσπερ λέγεται μὲν καὶ ὂν ὁ Θεὸς, λέγεται δὲ καὶ ὑπὲρ τὸ ὄν· τὸ μὲν, ὅτι ἐστὶν ὕπαρξις ὑπὲρ ὕπαρξιν· τὸ δὲ, ὅτι οὐ μετέχει τοῦ εἶναι, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ εἶναί ἐστιν· οὕτω καὶ αἰώνιος ἡ ζωὴ αὐτοῦ, καὶ πάλιν ὑπεραιώνιος. Αἰώνιος μὲν, διότι αὐτὸς ἑαυτῷ ἐστιν αἰὼν καὶ ἀϊδιότης· ὑπεραιώνιος δὲ, ὅτι καὶ αἰώνων οὗτός ἐστι ποιητής. Ἐκ ταύτης τῆς ἀϊδίου ζωῆς ἡ αὐτοζωὴ καὶ πᾶσα ζωή. Αὐτοζωὴν νοητέον τὸν ἐν τῷ Θεῷ παραδειγματικὸν λόγον τῆς ζωῆς· πᾶσαν δὲ ζωὴν τὴν ἐν τοῖς ἀγγέλοις, τὴν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἐν τοῖς ἀλόγοις, καὶ ἔτι τὴν ἐν τοῖς φυτοῖς· ἂν γὰρ καὶ πάντα ζῶσι καὶ πάντα μετέχωσι τῆς ζωῆς, ἀλλ' οἰκείως ἑκάστῳ κατὰ τὸν τῆς φύσεως αὐτοῦ λόγον τὸ ζῆν διασπείρεται. Οἰκεῖον δὲ καὶ τὸ *διασπείρεται*· παρεσπαρμένον γάρ ἐστι τὸ ζῆν τοῖς τοῦ ζῶντος μέλεσιν ἅπασι, πλὴν οὐ κατὰ μερισμόν τινα καὶ ἄλλο μέρος ζωῆς, ἐν ἄλλῳ μέρει σώματος, ἀλλ' ἅπαν ἐν πᾶσιν, ὥσπερ καὶ ἐπὶ τοῦ εἰς τὰς κύστεις μεμερισμένου σπέρματος ἅπασα ἡ τοῦ σπέρματος δύναμις ἐν ἑκάστῳ μέρει ὁλοτελὴς καὶ τελεία ἐστίν. Ἐκ ταύτης τῆς αἰωνίου ζωῆς ἡ τῶν ἀγγέλων ζωὴ ἐστί τε καὶ ὑφίσταται, οἵτινες καὶ ἀθάνατοι λέγονται, καὶ οὐκ ἀθάνατοι· τὸ μὲν, διὰ τὸ εἶναι ἀνώλεθροι, τὸ δὲ, πρὸς τὸ κυρίως ἀθάνατοι, ὅτι οὐ παρ' ἑαυτῶν τὸ ἀθάνατον ἔχουσιν, ὥσπερ ἐκεῖνο, ἀλλὰ κατὰ μετοχὴν τῆς αἰωνίου ἐκείνης καὶ θείας ζωῆς, ἣν καὶ συνοχικὴν λέγει ὡς τὴν ζωὴν τὴν ἐν τοῖς οὖσι μὴ μόνον δημιουργήσασαν, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ διαμένειν συνέχουσαν. Καὶ ὥσπερ ἐπὶ τοῦ ὄντος ἐλέγομεν, ὅτι καὶ τὸ αὐτὸ εἶναι, τουτέστι τοῦ δημιουργικοῦ λόγου τοῦ ὄντος ἐστὶν αἰὼν ὁ Θεός· οὕτω

(42) Vide Scholia S. Maximi tom II, cap. 6 *De divinis nomin.*

καὶ τοῦ τῆς ζωῆς δημιουργικοῦ λόγου αἰτία ἐστὶν ἡ θεία ζωή. Ταῦτα δὲ κατὰ τῶν πρεσβευόντων ἰδέας αὐθυποστάτους καὶ συναϊδίους τῷ δημιουργῷ λέγονται. Ἐκ ταύτης τῆς αἰωνίου ζωῆς αἱ λογικαὶ ψυχαὶ τὸ ἀνώλεθρον ἔχουσι, τὰ ἄλογα ζῶα πάντα ζῶσι, καὶ τὰ φυτὰ τὸ ζῆν ἔχουσι κατὰ ἔσχατον ἀπήχημα, ὡς ἐλέγομεν πρότερον. Αἱ γοῦν ζωαὶ τῶν ἀλόγων καὶ τῶν φυτῶν οὐκ εἰσὶ θεῖαι, ἀλλὰ τοῦ ἐνύλου πυρός τε καὶ πνεύματος. Τὴν δὲ ἀνθρωπίνην ζωὴν πνεῦμά φησιν ὁ Δαυΐδ, λέγων· *Ἀνταναιρεῖς τὸ πνεῦμα αὐτῶν, καὶ ἐκλείψουσι·* καὶ πάλιν· *Ἐξαποστελεῖς τὸ πνεῦμά σου, καὶ κτισθήσονται*, δηλονότι εἰς παλιγγενεσίαν καὶ ἐξανάστασιν. Τὸ γὰρ *ἀνταναιρεῖσθαι* ἐπὶ τοῦ *κεχωρίσθαι* τέθεικε, δεικνὺς, ὅτι καὶ παρ' αὐτοῦ ἀρχῆθεν ἐδόθη τὸ πνεῦμα· *ἀσθενεῖν* δὲ πρὸς τὸ μετέχειν τῆς ζωῆς ταύτης φησὶ, διὰ τὸ μὴ οἰκοθεν καὶ παρ' ἑαυτῶν ἔχειν τὴν ζωὴν, ἀλλ' ἐπακτὴν ἐκ τοῦ Θεοῦ.

§ II. Ὅτι γοῦν τὴν ζωὴν ἐπακτὴν ἔχουσιν, ἀσθενοῦντα πρὸς τὴν μετοχὴν αὐτῆς, ἐκλείπουσι· καὶ πάλιν ἐπιστρεφόμενα, πάλιν ζωοῦνται. Τοίνυν ἡ αὐτοζωὴ, αὐτὸς ὁ δημιουργικὸς καὶ παραδειγματικὸς τῆς ζωῆς λόγος, ὁ ἐν τῷ Θεῷ ἀΐδιος ὤν, δωρεῖται ἁπάσῃ ζωῇ τὸ εἶναι, καὶ τῇ ἁπλῶς, καὶ τῇ καθ' ἕκαστα οἰκείως ἑκάστῳ τῶν ζώντων· καὶ τοῖς μὲν ἀγγέλοις ζωὴν δίδωσι τὴν ἄϋλον καὶ θεοειδῆ· ὅλοι γάρ εἰσι ζωαὶ ἐνούσιοι, ἀεὶ καὶ ἀπαρεγκλίτως κινούμενοι ἐν τῷ ζῆν. Ὑπερεκτείνει δὲ τὴν τοιαύτην ζωὴν δι' ἀγαθότητα (*ἀμεταμέλητα γὰρ τὰ θεῖα χαρίσματα*·) καὶ τῷ δαιμονίῳ φύλῳ· καὶ ἡ ζωὴ γὰρ τῶν δαιμόνων καὶ παρ' αὐτῆς ὑπέστη, καὶ παρ' αὐτῆς συνέχεται τῆς αὐτοζωῆς. Δωρεῖται καὶ τοῖς ἀνθρώποις ταῖς συμμίκτοις ψυχαῖς μετὰ σώματος τὴν ἀγγελοειδῆ ζωὴν, πλὴν ὡς ἔνεστι· μέσον γὰρ τῆς φυσικῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀγγελικῆς ὄντες ἡμεῖς, τὴν ῥοπὴν ἐπ' ἀμφότερα κατ' αὐτεξουσιότητα ἔχομεν· ἢ μᾶλλον εἰπεῖν, πρὸς τὴν ἀγγελικὴν ταχθέντες ζωὴν, εἴ που τῇ προαιρέσει καὶ παρεγκλίνοιμεν, ὑπερβλύσει φιλανθρωπίας πρὸς τὸ ἐξ ἀρχῆς ἀνακαλούμεθα καὶ ἐπιστρεφόμεθα· καὶ τὸ θαυμαστότερον, ὅλους ἡμᾶς κατὰ σώματος πρὸς τὴν ἀνώλεθρον ζωὴν ἐπαγγέλλεται μεταθήσειν. Πρᾶγμα τῇ ἀνοήτῳ μὲν δόξῃ τῶν Ἑλλήνων, (ταύτην γὰρ παλαιότητά φησιν, ὡς μωρὰν καὶ σαθράν·) καὶ πιστευόμενον, ἴσως ὡς παρὰ φύσιν δοκοῦν· ἐκεῖνοι γὰρ παρὰ φύσιν λέγουσιν εἶναι τῇ ὕλῃ τὸ ἀπαθανατίζεσθαι· ὕλη γὰρ οὖσα, καὶ κατὰ φύσιν ἔχουσα τὸ ἐν ἑαυτῇ μεταβάλλειν τὰ εἴδη, πῶς μενεῖ ἐν αὐτῷ ἐσαεὶ ἀμετάβλητος καὶ ἀκίνητος; Ἐκεῖνοι γοῦν, τῇ φύσει ἀκολουθοῦντες, εἰκότως ἅπαν ξένον τῆς φύσεως παρὰ φύσιν φασὶ, καὶ μὴ οἷόν τε γενέσθαι πώποτε· ἡμεῖς δὲ, πρὸς τὸν Θεὸν ἀποβλέποντες, τὸν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος τὰ πάντα λόγῳ μόνῳ καὶ θελήματι ὑποστήσαντα, τὸ δοκοῦν ἐκείνοις παρὰ φύσιν θεῖον καὶ ὑπὲρ φύσιν λέγομεν, καὶ δυνατὸν γενέσθαι, Θεοῦ θέλοντος. Θεοῦ γὰρ βουλομένου τὸ γενέσθαι τι ξένον, οὐ λέγομεν παρὰ φύσιν· βία γάρ ἐστι τοῦτο τῆς φύσεως, καὶ οὐχὶ σύστασις φύσεως, ἀλλ' ἀσθένεια, ὥστε πεφυκέναι καὶ πάλιν ἐπὶ τὸ κατὰ φύσιν χωρῆσαι, εἴπου τῆς βίας ἀφε-

producitur, causa exsistit divina vita. Hæc autem secundum antiquiores dicuntur ideæ per se subsistentes et creatori coæternæ. Ex hac æterna vita animæ rationales incorruptibilitatem habent, bruta omnia vivunt, et plantæ, quod ultimo vitæ gradu gaudeant, sicut antea diximus. Vitæ itaque brutorum ac plantarum non sunt divinæ, sed ignis materialis ac spiritus. Humanam autem vitam vocat David spiritum, dicens : *Auferes spiritum eorum, et deficient* [g] ; et : *Emittes spiritum tuum, et creabuntur* [h], videlicet in resuscitatione ac resurrectione. *Auferri* autem posuit pro *separari*, declarans, ab initio quoque spiritum fuisse datum ; *infirmari* vero dicit in hujus vitæ participatione, quia non domi suæ, nec a seipsis vitam habent, sed insitam a Deo.

§ II. Quia itaque vitam insitam habent, dum ad ejus participationem infirmantur, deficiunt, et dum rursum convertuntur, rursum vivificantur. Itaque per se vita est conditricis atque exemplaris vitæ ratio, quæ in Deo æterna exsistens, tribuit esse omni vitæ, tam vitæ simpliciter quam cuilibet viventium in particulari ; atque angelis quidem dat vitam immaterialem ac deiformem ; toti enim sunt vitæ substantiales, quæ vivendo semper et indesinenter moventur. Ad ipsam quoque turbam dæmoniacam istiusmodi vitam per bonitatem extendit (*sine pœnitentia enim sunt dona Dei* [i]); siquidem vita dæmonum ab ipsamet per se vita quoque exsistit ac continetur. Quin et hominibus, quorum animæ corporibus commistæ sunt, angeliformem vitam tribuit, quantum scilicet fas est ; nos enim, cum medii simus inter angelicam vitam ac naturalem, secundum liberum arbitrium habemus propensionem ad utramque ; sive melius dicendo, ad angelicam vitam compositi, sicubi per libertatem etiam deflectimus, superabundantia benignitatis ad pristinum statum revocamur atque convertimur ; quodque magis mirandum est, etiam secundum corpus ad incorruptibilem vitam nos traducturos promittit. Quæ res **456** insanæ quidem gentilium opinioni (quam vetustatem appellat, quippe fatuam et putidam) etiam credita merito quasi contra naturam videatur ; illi enim aiunt, esse contra naturam ut materia fiat immortalis ; nam dum est materia, etiam secundum naturam suam habet ut in se formas transmutet, quomodo ergo in se semper immutabilis et immobilis manere possit ? Illi itaque naturam sequentes, verosimiliter dicunt, omne id quod naturæ peregrinum ac novum accidit, contra naturam esse, et fieri nunquam posse : nos vero ad Deum spectantes, qui omnia ex nihilo vel verbo solo ac voluntate sua consistere fecit, id quod ipsis contra naturam videtur, id nos divinum et supra naturam esse dicimus, et, volente Deo, fieri posse. Deo enim volente quidpiam peregrinum seu

[g] Psal. CIII, 29. [h] Ibid., 30. [i] Rom. XI, 29.

novum fieri, minime contra naturam esse dicimus; vis enim hæc est naturæ, et non naturæ status, sed imbecillitas, ita ut denuo ad naturalem statum redire debeat, si quando vis illa motusque, qui contra naturam est, auferatur. Quod vero supra naturam est, statum habet et naturæ transformationem, ita ut Deo quidem volente fiat, miraculo autem etiam in identitate sui ordinis perseveret: ita ut ignoretur penitus id quod prius secundum naturam habere dicebatur. Proprii autem motus peregrini quidem, et supra eos quos nos habemus dicendi, sed proprii ac secundum naturam ejus. Etsi enim dicatur esse supra naturam, tamen (superintelligi debet) nostram hanc quæ videtur, et eam quam prius habuit, non autem est supra naturam omnipotentem ac divinam; divinæ siquidem naturæ, ut B quæ est natura statusque vitarum omnium, præsertim diviniorum sive angelicarum, vel etiam corporum in resurrectione vivis animabus conjunctorum, nulla vita est contra naturam, vel supra naturam. Qualis enim vita Deo contra naturam ac violenta sit? quæ vero supra naturam ejus? quid enim et quale divinam naturam superet? Unde, quando dicimus de Deo, quod hoc sit et hoc dicatur supra naturam, non intelligimus naturam ejus, absit! sed nostram, et cæterarum rerum omnium; et quando rursum e contra dicimus secundum naturam, non nostram intelligimus rerumque cæterarum, sed ipsius. Quamobrem contradictoriæ Simonis rationes, contra doctrinam quæ ait, corpora nostra **457** immortalitate donanda, procul repellantur. Hunc C autem arbitrari, ex his conspicuis et his sensilibus contra incomprehensibilem atque omnibus obscuram universorum causam demonstrationes præbere posse, vanum est; quomodo enim id quod omnem sensum et cogitationem superat evertent ea quæ sensu et cogitatione percipiuntur? cum autem Deo nihil sit contrarium, quomodo aliquid erit ei contra naturam vel violentum?

A θεία καὶ τῆς παρὰ φύσιν κινήσεως. Τὸ δ' ὑπὲρ φύσιν σύστασιν ἔχει καὶ μετασχηματισμὸν φύσεως, ὥστε γενέσθαι μὲν Θεοῦ θέλοντος, μένειν δὲ καὶ θαυμαστὸν καὶ ἐν τῇ ταυτότητι τῆς τάξεως αὐτοῦ, ὡς ἀγνοῆσαι παντάπασιν ὅπερ ἐλέγετο ἔχειν κατὰ φύσιν πρότερον. Τὰς δὲ οἰκείας κινήσεις ξένας μὲν καὶ ὑπὲρ ὃ ἔχομεν λέγειν, ὡς οἰκείας δὲ καὶ κατὰ φύσιν αὐτοῦ. Ἂν γὰρ καὶ ὑπὲρ φύσιν λέγηται, ἀλλ' οὖν τὴν καθ' ἡμᾶς ταύτην καὶ ὁρωμένην καὶ τὴν ἣν εἶχε τυχὸν πρότερον, οὐ μὴν δὲ τὴν πανσθενῆ καὶ θείαν· τῇ γὰρ θείᾳ φύσει, ὡς οὔσῃ φύσει καὶ συστάσει τῶν ζωῶν ἁπασῶν, καὶ μάλιστα τῶν θειοτέρων εἴτουν τῶν ἀγγελικῶν, ἢ μὴν τῶν ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν σωμάτων μετὰ ψυχῶν ζωσῶν, οὐδεμία ἐστὶ ζωὴ ἢ παρὰ φύσιν, ἢ ὑπὲρ φύσιν. Ποία γὰρ ζωὴ τῷ Θεῷ παρὰ φύσιν καὶ βίαιος; Ποία δὲ ὑπὲρ φύσιν τὴν ἑαυτοῦ; τί γὰρ καὶ ὁποῖον τὸ τῆς θείας φύσεως ὑπερέκεινα; Ὥστε, ὅτε λέγομεν ἐπὶ Θεοῦ, ὅτι τοῦτό ἐστι καὶ τοῦτο λέγεται ὑπὲρ φύσιν, οὐ τὴν ἑαυτοῦ λέγομεν, μὴ γένοιτο! ἀλλὰ τὴν ἡμετέραν τε καὶ τὴν τῶν ἄλλων ἁπάντων· καὶ ὅτε πάλιν κατὰ φύσιν, ἀντιστρόφως, οὐ τὴν ἡμετέραν τε καὶ τῶν ἄλλων, ἀλλὰ τὴν ἑαυτοῦ. Οἱ γοῦν ἀντιῤῥητικοὶ τοῦ Σίμωνος λόγοι κατὰ τοῦ δόγματος τοῦ λέγοντος, ὅτι τὰ σώματα ἡμῶν ἀθανατισθήσονται, πόῤῥω ἀπεληλάσθωσαν. Τὸ δὲ οἴεσθαι τοῦτον ἐκ τῶν φανερῶν τούτων καὶ αἰσθητῶν τὰς ἀποδείξεις κατὰ τῆς ἀκαταλήπτου καὶ πᾶσιν ἀφανοῦς αἰτίας ταῖς πάντων ποιεῖσθαι μάταιόν ἐστι· τὰ γὰρ δοξαστὰ ταῦτα καὶ αἰσθητὰ πῶς ἀνατρέψει ἐκεῖνα τὰ ὑπὲρ αἴσθησιν καὶ ἅπασαν νόησιν; οὐδενὸς καὶ τῷ Θεῷ C ἐναντίου ὄντος, πῶς ἔσται τι παρὰ φύσιν καὶ βίαιον;

§ III. Cum vero ab ipso vivificetur id quod vivit, sive angelus sit sive homo, sive brutum sive planta, et ex ipso vitæ omnis initium, vitæque substantia sit, credibile etiam erat et illud resurrectionis, quoniam ab ipso ad denuo vivendum resuscitabimur. Vitæ porro principium ait esse animas (per has enim corpora, quæ ad vitam veniunt, vivunt et moventur), vitæ autem essentiam ipsas per se esse animas intellectilesque virtutes (siquidem hæ sunt substantiales, et per se mobiles atque immor- D tales; hæ autem ex ipsamet divina vita quæ est supra omnem vitam, et vivunt corporaque vivificant, in qua divina vita licet multæ sint vitæ, et ejusdem nominis cum nostra, tamen uno modo et secundum unam vitalem causam præexsistunt. Quare Deus, tanquam auctor et consummator vitæ nostræ, tanquam contentor et distributor, tanquam disponens differentias omnis vitæ, scilicet intellectilium, rationalium, sensilium, et eorum quæ augentur, omnium principium exsistit. Consideratur enim in omni vita secundum multiplicem vitæ generationem ac varietatem: alia est enim angeli, et alia hominis, et alia bruti, et alia plantæ; quocirca consideratur ut omnigena diversaque, quæ unita

§ III. Ἐπεὶ δὲ παρ' αὐτοῦ ζωοῦται τὸ ζῷον, κἂν ἄγγελος ᾖ, κἂν ἄνθρωπος, κἂν ἄλογον, κἂν φυτόν, καὶ ἐξ αὐτοῦ πᾶσα ζωῆς ἀρχὴ καὶ ζωῆς οὐσία, πιστὸν ἂν εἴη καὶ τὸ τῆς ἀναστάσεως, ὅτι παρ' αὐτοῦ εἰς παλινζωΐαν ἀναστησόμεθα. Ζωῆς δὲ ἀρχὴν τὰς ψυχάς φησι, (δι' αὐτῶν γὰρ τὰ εἰς ζωὴν ἐρχόμενα σώματα ζῶντά εἰσι καὶ κινοῦνται·) ζωῆς δὲ οὐσίαν αὐτὰς καθ' αὑτὰς τὰς ψυχὰς καὶ τὰς νοητὰς δυνάμεις· (αὗται γάρ εἰσι ζωαὶ ἐνούσιοι, καὶ αὐτοκίνητοι, καὶ ἀθάνατοι·) αὗται δὲ ἐξ αὐτῆς τῆς ὑπὲρ πᾶσαν ζωὴν θείας ζωῆς καὶ ζῶσι, καὶ ζωοῦσι τὰ σώματα, ἐν ᾗ τῇ θείᾳ ζωῇ, εἰ καὶ πολλαί εἰσι ζωαὶ καὶ ὁμώνυμοι αἱ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' οὖν ἑνοειδῶς καὶ κατὰ μίαν τὴν ζωτικὴν αἰτίαν προϋφίστανται. Ὁ οὖν Θεὸς, ὡς αἴτιος καὶ συμπληρωτικὸς τῆς ζωῆς ἡμῶν, ὡς συνοχεὺς καὶ διαιρετικὸς, ὡς διατάξας δηλαδὴ τὰς διαφορὰς ἁπάσης ζωῆς, νοητῶν, λογικῶν, αἰσθητικῶν, αὐξητικῶν, ἀρχὴ πάντων ἐστίν. Ἐνθεωρεῖται δὲ ἁπάσῃ ζωῇ κατὰ τὴν πολυγονίαν καὶ τὴν ποικιλίαν τῆς ζωῆς· ἄλλη γὰρ ἀγγέλου, καὶ ἄλλη ἀνθρώπου, καὶ ἄλλη ἀλόγου, καὶ ἄλλη φυτοῦ· διὰ τοῦτο ἐνθεωρεῖται παντοδαπὴ καὶ ποικίλη ἡ ἐνιαία τε καὶ ἁπλῆ, ἡ ἀνενδεὴς, μᾶλλον δὲ καὶ ὑπερπλήρης· οὐ γὰρ ἱκανὸν ἐπὶ ταύτης τὸ ἀνενδεὲς λέγειν, ἀλλὰ προσθετέον καὶ τὸ ὑπερπλήρης, καθὸ τὸ ἀγαθὸν τῆς

ζωῆς καὶ ἐπὶ πολλοῖς ἑτέροις παρ' αὐτῆς χέεται· ἡ αὐτόζωος, καὶ ὑπέρζωος, ἡ ζωοποιὸς, ἤ ὅπως ἄλλως ἀνθρωπικῶς ἂν ὑμνήσοι τις τὴν ἄφθεγκτον ἐκείνην καὶ θείαν ζωήν.

A simplexque est, nullius indiga, quinimo superplena; non enim satis est de ea dicere quod non sit indiga, sed addendum, eam esse supraquam plenam, in quantum vitæ bonum ab hac in multa alia diffunditur, ut quæ est seipsa vivens, et supervivens, et vivificans, vel quocunque alio modo humano ineffabilem illam divinamque vitam laudare quis possit.

---

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ζ'.

*Περὶ σοφίας, νοῦ, λόγου, ἀληθείας, πίστεως.*

## 458 CAPUT VII.

*De sapientia, mente, ratione, veritate, fide.*

### SYNOPSIS CAPITIS.

*I. Docet, sapientiam Dei esse omnis sapientiæ creatricem, supraque omnem sapientiam exsistere investigabilem et incomprehensibilem; neque secundum nostram intelligentiam metiendam esse. II. Ex ea Dei sapientia dicit angelos habere, quod sint intellectiles, et homines quod sint rationales, et res aliæ sensibiles. Quærit insuper, quomodo Deus omnia novit sine ulla actione; et quomodo omnia cognoscendo anticipet, et in seipso per sui notitiam cognoscat; et angeli quoque sensilia intellectiliter percipiant. III. Ostendit, Deum, ut in se est, nobis ignotum esse, eumdemque nosci partim per notionem, partim sine notione, et hanc notitiam esse illa diviniorem ac veriorem. IV. Quomodo Deus Verbum sit, quod est simplex veritas et fidei fundamentum.*

### § 1

Φέρε δὲ, εἰ δοκεῖ, τὴν ἀγαθὴν καὶ αἰωνιαν [a] ζωὴν. B καὶ ὡς σοφὴν, καὶ ὡς αὐτοσοφίαν ὑμνῶμεν, μᾶλλον δὲ ὡς πάσης σοφίας ὑποστατικὴν, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν σοφίαν καὶ σύνεσιν ὑπεροῦσαν. Οὐ γὰρ μόνον ὁ Θεὸς ὑπερπλήρης ἐστὶ σοφίας, καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμὸς, ἀλλὰ καὶ παντὸς λόγου, καὶ νοῦ, καὶ σοφίας ὑπερίδρυται. Καὶ τοῦτο ὑπερφυῶς ἐννοήσας ὁ θεῖος ὄντως ἀνὴρ, ὁ κοινὸς ἡμῶν καὶ τοῦ καθηγεμόνος ἥλιος, *Τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων*, φησὶν, οὐ μόνον ὅτι πᾶσα ἀνθρωπίνη διάνοια πλάνη τίς ἐστι, κρινομένη πρὸς τὸ σταθερὸν καὶ μόνιμον [b] τῶν θείων καὶ τελειοτάτων νοήσεων· ἀλλ' ὅτι καὶ σύνηθές ἐστι τοῖς θεολόγοις, ἀντιπεπονθότως ἐπὶ Θεοῦ τὰ τῆς στερήσεως ἀποφάσκειν. Οὕτω καὶ ἀόρατόν φησι τὰ Λόγια τὸ παμφαὲς φῶς· καὶ τὸν πολυύμνητον καὶ πολυώνυμον, ἄῤῥητον καὶ C ἀνώνυμον· καὶ τὸν πᾶσι παρόντα καὶ ἐκ πάντων εὑρισκόμενον, ἀκατάληπτον καὶ ἀνεξιχνίαστον. Τούτῳ δὴ τῷ τρόπῳ καὶ νῦν ὁ θεῖος Ἀπόστολος ὑμνῆσαι λέγεται μωρίαν Θεοῦ, τὸ φαινόμενον ἐν αὐτῇ παράλογον καὶ ἄτοπον, εἰς τὴν ἄῤῥητον καὶ πρὸ λόγου παντὸς ἀναγαγὼν ἀλήθειαν. Ἀλλὰ, ὅπερ ἐν ἄλλοις ἔφην, οἰκείως ἡμῖν τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς παραλαμβάνοντες, καὶ τῷ συντρόφῳ τῶν αἰσθήσεων ἐνειλούμενοι [c], καὶ τοῖς καθ' ἡμᾶς τὰ θεῖα παραβάλλοντες, ἀπατώμεθα, κατὰ τὸ φαινόμενον τὸν θεῖον καὶ ἀπόῤῥητον λόγον μεταδιώκοντες· δέον εἰδέναι τὸν καθ' ἡμᾶς νοῦν, ἔχειν τὴν μὲν δύναμιν εἰς τὸ νοεῖν, δι' ἧς τὰ νοητὰ βλέπει, τὴν δὲ ἕνωσιν ὑπεραίρουσαν τὴν τοῦ νοῦ φύσιν [d], δι' ἧς συνάπτεται πρὸς τὰ ἐπέκεινα ἑαυτοῦ. Κατὰ ταύτην οὖν τὰ θεῖα νοητέον, οὐ καθ' ἡμᾶς, ἀλλ' D ὅλους ἑαυτοὺς ὅλων ἑαυτῶν ἐξισταμένους [e], καὶ

Age porro, ipsam, si placet, veram æternamque vitam, etiam, ut sapientem, ipsamque sapientiam celebremus, imo vero tanquam omnis sapientiæ procreatricem, supraque omnem sapientiam et intelligentiam eminentem. Non enim Deus tantum supraquam plenus sapientia exsistit, et intelligentiæ ejus non est numerus, sed supra omnem rationem et mentem et sapientiam collocatur. Idque supernaturaliter intelligens vir plane divinus, communis ille noster nostrique præceptoris sol, *Quod*, inquit, *stultum est Dei, sapientius est hominibus* [k], non solum quod omnis humana cogitatio error quidam sit, si cum divinarum absolutissimarumque intelligentiarum firmitate stabilitateque comparetur; verum etiam quia solemne est theologis, ut in Deo ea quæ sunt privationis contrario sensu dicant. Sic lucem splendidissimam Scripturæ vocant inaspectabilem: et qui multa laudum insignia nominaque habet, dicunt ineffabilem et innominabilem; atque eum qui omnibus præsens est et ex omnibus invenitur, vocant incomprehensum et investigabilem. Hoc igitur modo etiamnum divinus Apostolus stultitiam Dei laudare dicitur, dum id quod in ea rationi contrarium et absurdum videtur, ad ineffabilem omnique ratione potiorem veritatem refert. Verum (ut alibi dixi) si more nostro ea quæ supra nos sunt accipiamus, familiaribusque nobis sensibus inhæreamus, atque divina cum rebus nostris conferamus, fallimur, si secundum id quod deforis apparet divinum Numen et arcanam illam rationem **459** metiamur; cum scire debeamus, mentem quidem nostram pollere vi intelligendi, qua res in-

[k] I Cor. I, 25.

### VARIÆ LECTIONES.

[a] ἀληθῆ καὶ αἰών., S. P. [b] πρὸς τὸ βέβαιον καὶ μόνιμον, S. P. [c] ἐνιλλούμενοι, P. D. [d] τὴν δὲ φυσιν. M. τήν τε, Sc. [e] ὅλων αὐτῶν, S. P. ἐξισταμένων, S. Sar.

tellectiles contueatur, tamen istam unionem, qua rebus se superioribus conjungitur, naturam ipsius longe superare. Secundum hanc itaque divina sunt intelligenda, non more nostro, sed quatenus nos ipsi totos a nobis totis abdicamus, et toti transimus in Deum; siquidem longe præstat nos Dei esse quam nostros; sic enim divina nobis dari poterunt, si cum Deo fuerimus conjuncti. Hanc igitur rationis expertem et amentem atque fatuam sapientiam superlate laudantes, dicamus, omnis mentis et rationis, omnisque sapientiæ et intelligentiæ causam esse; et ipsius esse omne consilium, et ab ea omnem scientiam et intelligentiam proficisci, et in ea omnes thesauros sapientiæ et scientiæ absconditos esse [1]. Etenim convenienter iis quæ antea dicta sunt, causa supraquam sapiens et omnia sciens, per se sapientiæ et totius sapientiæ universalis et singularis effectrix

A ὅλους Θεοῦ γιγνομένους· κρεῖττον γὰρ εἶναι Θεοῦ, καὶ μὴ ἑαυτῶν [9]· οὕτω γὰρ ἔσται τὰ θεῖα δοτὰ τοῖς μετὰ Θεοῦ γινομένοις [10]. Ταύτην οὖν τὴν ἄλογον καὶ ἄνουν καὶ μωρὰν σοφίαν ὑπεροχικῶς ὑμνοῦντες, εἴπωμεν, ὅτι παντός ἐστι νοῦ, καὶ λόγου, καὶ πάσης σοφίας, καὶ συνέσεως αἰτία· καὶ αὐτῆς ἐστι πᾶσα βουλὴ, καὶ παρ' αὐτῆς πᾶσα γνῶσις καὶ σύνεσις, καὶ ἐν αὐτῇ πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας καὶ τῆς γνώσεώς εἰσιν ἀπόκρυφοι. Καὶ γὰρ ἑπομένως τοῖς ἤδη προειρημένοις ἡ ὑπέρσοφος καὶ πάνσοφος αἰτία καὶ τῆς αὐτοσοφίας καὶ τῆς ὅλης καὶ τῆς καθ' ἕκαστόν ἐστιν ὑποστάτις.

## § II.

§ II. Ex ea intellectiles ac intelligentes angelicarum mentium virtutes simplices ac beatas habent intelligentias, dum non dividuis aut e dividuis, vel sensibus vel diffusis rationibus, ratiocinando divinam colligunt scientiam, nec iisdem communiter adhærent, sed ab omni materia pluralitateque puræ, spiritali, a materia secreto atque uniformi modo ea capiunt, quæ in divinis intelligi possunt; estque illis vis spiritalis atque operatio impermista, et immaculata puritate resplendens, et conspicax divinarum intelligentiarum, quæ divisionis ac materiæ carentia, nec non deiformi unitate ad divinam et plusquam sapientem mentem ac rationem, quantum fieri potest, per divinam sapientiam efformatur. Hinc etiam animæ ratiocinandi vim obtinent, quæ dum per digressus quosdam et per ambages rerum investigant veritatem, propter divisam et omnifidam varietatem non parum ab unitis illis mentibus deficiunt; sed ubi demum e multis in unum sese colligunt, angelicas etiam, quantum quidem animabus congruit, intelligentias æmulantur. Quin et sensus ipsos si quis sapientiæ quemdam sibilum esse dixerit, nequaquam a vero aberrabit: nam et dæmonum quoque mens, in quantum mens est, ex ipsa est; in quantum vero amens est, et id quod appetit nec scit, nec vult assequi, verius a sapientia defectio dici debet. Sed **460** quoniam divina sapientia ipsiusmet sapientiæ, atque omnis etiam mentis, rationis ac sensus principium, et causa, et procreatrix, et perfectio, et custodia, et terminatio dicta est; quomodo ergo Deus ipse supraquam sapiens sapientia, et mens, et verbum, et cognitio prædicatur? quomodo enim intelligat quidquam intellectilium, si non habeat spiritalem actum? vel

B Ἐξ αὐτῆς αἱ νοηταὶ καὶ νοεραὶ τῶν ἀγγελικῶν νοῶν δυνάμεις τὰς ἁπλᾶς καὶ μακαρίας ἔχουσι νοήσεις, οὐκ ἐν μεριστοῖς, ἢ ἀπὸ μεριστῶν, ἢ αἰσθήσεων, ἢ λόγων διεξοδικῶν [11] συνάγουσαι τὴν θείαν γνῶσιν, οὐδὲ ὑπό τινος κοινοῦ πρὸς ταῦτα συμπεριεχόμεναι, παντὸς δὲ ὑλικοῦ καὶ πλήθους [12] καθαρεύουσαι, νοερῶς, ἀΰλως, ἐνοειδῶς [13], τὰ νοητὰ τῶν θείων νοοῦσι· καὶ ἔστιν αὐταῖς ἡ νοερὰ δύναμις καὶ ἐνέργεια, τῇ ἀμιγεῖ καὶ ἀχράντῳ καθαρότητι κατηγλαϊσμένη, καὶ συνοπτικὴ τῶν θείων νοήσεων ἀμερεία, καὶ ἀϋλία, καὶ τῷ θεοειδῶς ἑνὶ [14] πρὸς τὸν θεῖον [15] ὑπέρσοφον καὶ νοῦν, καὶ λόγον, ὡς ἐφικτὸν, ἀποτυπουμένη διὰ τὴν θείαν σοφίαν. Καὶ ψυχαὶ τὸ λογικὸν ἔχουσι διεξοδικῶς μὲν καὶ κύκλῳ περὶ τὴν τῶν ὄντων ἀλήθειαν περιπορευόμεναι, καὶ τῷ μεριστῷ καὶ τῷ παντοδαπῷ [16] τῆς ποικιλίας ἀπολειπόμεναι τῶν ἑνιαίων νοῶν [17]· τῇ δὲ τῶν πολλῶν εἰς τὸ ἓν συνελίξει, καὶ τῶν ἰσαγγέλων νοήσεων, ἐφ' ὅσον ψυχαῖς οἰκεῖον καὶ ἐφικτὸν, ἀξιούμεναι. Ἀλλὰ καὶ τὰς αἰσθήσεις αὐτὰς, οὐκ ἄν τις ἁμάρτοι σκοποῦ, τῆς σοφίας ἀπήχημα φήσας· καίτοι καὶ ὁ δαιμόνιος νοῦς, ᾗ νοῦς [18], ἐξ αὐτῆς ἐστι· καθ' ὅσον δὲ νοῦς ἐστιν ἠλογημένος, τυχεῖν, οὗ ἐφίεται, μὴ εἰδὼς, μήτε βουλόμενος, ἔκπτωσιν σοφίας κυριώτερον αὐτὸν προσρητέον. Ἀλλ' ὅτι μὲν σοφίας αὐτῆς καὶ πάσης, καὶ νοῦ παντὸς, καὶ λόγου, καὶ αἰσθήσεως πάσης ἡ θεία σοφία, καὶ ἀρχὴ, καὶ αἰτία, καὶ ὑποστάτις [19], καὶ τελείωσις, καὶ φρουρὰ, καὶ πέρας, εἴρηται· πῶς δὲ αὐτὸς ὁ Θεὸς ὁ ὑπέρσοφος σοφία, καὶ νοῦς, καὶ λόγος, καὶ γνῶσις [20] ὑμνεῖται; πῶς γὰρ νοήσει τι τῶν νοητῶν, οὐκ ἔχων νοερὰς ἐνεργείας; ἢ πῶς γνώσεται τὰ αἰσθητὰ, πάσης αἰσθήσεως ὑπεριδρυμένος; Καίτοι πάντα αὐτὸν εἰδέναι φησὶ τὰ Λόγια, καὶ οὐδὲν διαφεύγειν τὴν θείαν γνῶσιν· ἀλλὰ, ὅπερ ἔφην πολλάκις,

[1] Coloss. II, 3.

### VARIÆ LECTIONES.

[9] καὶ μέλη αὐτῶν, M. Sc. [10] γενομένοις, P. S. [11] διεξοδικῶς, P. [12] πάθους. [13] καθαρῶς, ἀΰλως, M. Sc. καὶ ἀΰλως, καὶ ἐνοειδῶς, P. καὶ νοητῶς, ἀΰλως, S. [14] ἑνιαίῳ, P. Sar. [15] πρὸς τὸ νοερόν, M. Sc. [16] καὶ τῶν μεριστῶν καὶ παντοδαπῶν, S. P. [17] ἐννοιῶν, S. [18] εἰ νοῦς, M. Sc. [19] ὑπόστασις, S. Sc. [20] καὶ γνώστης, S. P. Sc. Sar.

τὰ θεῖα θεοπρεπῶς νοητέον. Τὸ γὰρ ἄνουν καὶ ἀναίσθητον καθ' ὑπεροχήν, οὐ κατ' ἔλλειψιν ἐπὶ Θεοῦ [21] τακτέον· ὥσπερ καὶ τὸ ἄλογον ἀνατίθεμεν τῷ ὑπὲρ λόγον, καὶ τὴν ἀτέλειαν τῷ ὑπερτελεῖ [22] καὶ προτελείῳ· καὶ τὸν ἀναφῆ καὶ ἀόρατον γνόφον τῷ φωτὶ τῷ ἀπροσίτῳ, καθ' ὑπεροχὴν τοῦ ὁρατοῦ [23] φωτός. Ὥστε ὁ θεῖος νοῦς πάντα συνέχει τῇ πάντων ἐξῃρημένῃ γνώσει, κατὰ τὴν πάντων αἰτίαν ἐν ἑαυτῷ τὴν πάντων εἴδησιν προειληφὼς, πρὶν ἀγγέλους γενέσθαι εἰδὼς καὶ παράγων ἀγγέλους, καὶ πάντα τὰ ἄλλα ἔνδοθεν καὶ ἀπ' αὐτῆς, ἵν' οὕτως εἴπω, τῆς ἀρχῆς εἰδὼς, καὶ εἰς οὐσίαν ἄγων· καὶ τοῦτο οἶμαι παραδιδόναι τὸ Λόγιον, ὁπόταν φησὶν, Ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν. Οὐ γὰρ ἐκ τῶν ὄντων τὰ ὄντα μανθάνων, οἶδεν ὁ θεῖος νοῦς, ἀλλ' ἐξ αὐτοῦ, καὶ ἐν αὐτῷ, κατ' αἰτίαν τὴν πάντων εἴδησιν, καὶ γνῶσιν, καὶ οὐσίαν προέχει καὶ προσυνείληφεν, οὐ κατ' ἰδέαν ἑκάστοις ἐπιβάλλων, ἀλλὰ κατὰ μίαν τῆς αἰτίας περιοχὴν τὰ πάντα εἰδὼς καὶ συνέχων· ὥσπερ καὶ τὸ φῶς κατ' αἰτίαν ἐν ἑαυτῷ τὴν εἴδησιν τοῦ σκότους προείληφεν [24], οὐκ ἄλλοθεν εἰδὼς τὸ σκότος ἢ ἀπὸ τοῦ φωτός. Ἑαυτὴν οὖν ἡ θεία σοφία γινώσκουσα, γνώσεται [25] πάντα, ἀΰλως τὰ ὑλικὰ, καὶ ἀμερίστως τὰ μεριστὰ, καὶ τὰ πολλὰ ἑνιαίως, αὐτῷ τῷ ἑνὶ τὰ πάντα καὶ γινώσκουσα καὶ παράγουσα· καὶ γὰρ εἰ κατὰ μίαν αἰτίαν ὁ Θεὸς πᾶσι τοῖς οὖσι τοῦ εἶναι μεταδίδωσι, κατὰ τὴν αὐτὴν ἑνικὴν αἰτίαν οἴσεται πάντα ὡς ἐξ ἑαυτοῦ ὄντα, καὶ ἐν ἑαυτῷ [26] προϋφεστηκότα, καὶ οὐκ ἐκ τῶν ὄντων λήψεται τὴν αὐτῶν γνῶσιν, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς ἑκάστοις τῶν αὐτῶν, καὶ ἄλλοις τῆς ἄλλων γνώσεως ἔσται χορηγός. Οὐκ ἄρα ὁ Θεὸς ἰδίαν ἔχει τὴν ἑαυτοῦ γνῶσιν, ἑτέραν δὲ τὴν κοινῇ [27] τὰ ὄντα πάντα συλλαμβάνουσαν· αὐτὴ γὰρ ἑαυτὴν ἡ πάντων αἰτία γινώσκουσα, σχολῇ που τὰ ἀπ' αὐτῆς, καὶ ὧν ἐστιν αἰτία, ἀγνοήσει. Ταύτῃ γοῦν [28] ὁ Θεὸς τὰ ὄντα γινώσκει, οὐ τῇ ἐπιστήμῃ τῶν ὄντων, ἀλλὰ τῇ ἑαυτοῦ· καὶ γὰρ καὶ τοὺς ἀγγέλους εἰδέναι φησὶ τὰ Λόγια τὰ ἐπὶ τῆς γῆς, οὐ κατ' αἰσθήσεις αὐτὰ γινώσκοντας, αἰσθητά γε ὄντα, κατ' οἰκείαν δὲ τοῦ θεοειδοῦς νοῦ δύναμιν καὶ φύσιν.

A quomodo percipiat sensilia, si supra sensum omnem sit collocatus? atqui Eloquia tradunt Deum omnia nosse, nihilque divinam effugere cognitionem; verum, ut sæpenumero dixi, divina prout Deo competunt accipienda sunt. Nam amentia et insensilitas, per excessum, non per defectum Deo tribuuntur; sicut etiam rationis carentiam ei qui supra rationem est attribuimus, et imperfectionem supraquam perfecto ac præperfecto; et caliginem, quæ tactum visumque fugiat, luci inaccessæ accommodamus, secundum quod excellit lucem spectabilem. Itaque mens divina comprehendit omnia cognitione quadam eminenti, qua secundum ipsammet omnium causam in se omnium cognitionem anticipat, priusquam angeli fierent cognoscens angelos, B eosque creans, cæteraque omnia intus et ab ipso, ut ita dicam, exordio noscens, et in rerum naturam profereus; idque arbitror Scripturam significare, cum ait: Qui novit omnia priusquam fiant [m]. Non enim ex rebus ipsis res discens, novit eas divina mens, sed ex seipsa et in seipsa, secundum causam omnium scientiam, et notionem, et essentiam præhabet, et ante comprehendit, non singulis secundum cujusque speciem intendens, sed secundum unicam causæ complexionem cuncta sciens et continens; sicut et lux secundum causam tenebrarum notionem anticipat, non aliunde quam ex luce tenebras noscens. Seipsam igitur divina sapientia noscens, sciet omnia; materialia sine materia, et indivise divisibilia, et unice multa, ipso uno omnia C et cognoscens et producens; nam si secundum unam causam Deus omnibus esse impertit, secundum eamdem unicam causam sciet omnia tanquam ex se exsistentia, et in seipso ante præexsistentia, et non ex rebus rerum accipiet notionem, sed et ipsis singulis ipsarum aliisque aliarum notitiam largietur. Non habet itaque Deus peculiarem scientiam sui, aliam vero communem res omnes complectentem; ipsa enim omnium causa seipsam cognoscens, nullo **461** modo ea quæ ab ipsa, et quorum causa est, ignorabit. Hac igitur Deus res cognoscens, non scientia rerum, sed scientia suiipsius ipsas novit; etenim angelos quoque Scriptura testatur ea scire quæ in terra sunt, non secundum sensus illa cognoscentes quæ sensibilia sunt, sed secundum virtutem ac naturam mentis deiformis.

## § III.

Ἐπὶ δὲ τούτοις ζητῆσαι χρὴ, πῶς ἡμεῖς Θεὸν γινώσκομεν, οὐδὲ νοητὸν, οὐδὲ αἰσθητὸν, οὐδέ τι καθόλου τῶν ὄντων [29] ὄντα. Μήποτε οὖν ἀληθὲς εἰπεῖν, ὅτι Θεὸν γινώσκομεν οὐκ ἐκ τῆς αὐτοῦ [30] φύσεως, (ἄγνωστον γὰρ τοῦτο, καὶ πάντα λόγον καὶ νοῦν ὑπεραῖρον·) ἀλλ' ἐκ τῆς πάντων τῶν ὄντων διατάξεως, ὡς ἐξ αὐτοῦ προβεβλημένης, καὶ εἰκόνας τινὰς καὶ ὁμοιώματα τῶν θείων αὐτοῦ παραδειγμάτων ἐχούσης, εἰς τὸ ἐπέκεινα πάν-

Præterea quærendum est, quomodo nos Deum cognoscamus, qui neque sensu percipitur nec intelligentia, et nihil omnino est ex iis quæ sunt. An non D potius vere dicatur, quod Deum non cognoscimus ex natura ejus (id enim quod natura ejus est incognitum est, et omnem rationem ac mentem superat), sed ex ordine omnium rerum, tanquam ab ipso proposito, et imagines quasdam ac similitudines exem-

[m] Dan. XIII, 42.

### VARIÆ LECTIONES.

[21] ἐπὶ τοῦ Θεοῦ. [22] ὑπερτελείῳ, S. [23] τοῦ non habet S. ἀοράτου, M. Sc. [24] παρείληφεν. [25] γινωσκεται, M. Sc. [26] ἐν αὐτῷ, S. P. [27] κοινήν, S. P. [28] ταύτῃ οὖν, P. [29] τῶν νοητῶν, S. [30] ἑαυτοῦ, P.

plarium ejus divinorum in se habente, ad cognoscendum illud summum bonum et omnium bonorum finem, via et ordine pro viribus ascendimus in ablatione et in superlatione omnium, et in omnium causa. Quocirca Deus in omnibus cognoscitur, et separatim ab omnibus; et per cognitionem Deus cognoscitur ac per ignorationem; et est de eo cognitio, ratio, et scientia, et tactus, et sensus, et opinio, et cogitatio, et nomen, et alia omnia; et neque intelligitur, neque dicitur, neque nominatur; nec est aliquid eorum quæ sunt, nec in aliquo eorum quæ sunt cognoscitur; et in omnibus omnia est, et nihil in ullo; et ex omnibus ab omnibus cognoscitur, et a nullo ex ulla re : utique de Deo ista recte dicimus; et ex omnibus quoque rebus celebratur, secundum omnium quorum ipse causa est proportionem. Est item divinissima Dei notitia, quæ per nescientiam accipitur, secundum illam, quæ supra intellectum est, unionem, quando mens, a rebus omnibus recedens, ac demum semetipsam deserens, desuper fulgentibus radiis unitur, quibus in illo inscrutabili sapientiæ profundo collustratur. Attamen (ut dixi) ex iis quoque omnibus est agnoscenda, quoniam ipsa, secundum Scripturam, est omnium effectrix [n], quæque semper erat cuncta componens [o], et indissolubilis rerum omnium connexionis ordinisque causa, semperque fines præcedentium cum principiis sequentium connectit, unicamque totius universi concordiam et consonantiam concinnat.

A των ὁδῷ καὶ ταξει κατα δύναμιν ἀνειμεν ἐν τῇ πάντων ἀφαιρέσει καὶ ὑπεροχῇ, καὶ ἐν τῇ πάντων αἰτίᾳ. Διὸ καὶ ἐν πᾶσιν ὁ Θεὸς γινώσκεται, καὶ χωρὶς πάντων· καὶ διὰ γνώσεως ὁ Θεὸς γινώσκεται, καὶ διὰ ἀγνωσίας, καὶ ἔστιν αὐτοῦ καὶ νόησις, καὶ λόγος, καὶ ἐπιστήμη, καὶ ἐπαφὴ, καὶ αἴσθησις, καὶ δόξα, καὶ φαντασία, καὶ ὄνομα, καὶ τὰ ἄλλα πάντα, καὶ οὔτε νοεῖται, οὔτε λέγεται, οὔτε ὀνομάζεται· καὶ οὐκ ἔστι τι τῶν ὄντων, οὐδὲ ἔν τινι τῶν ὄντων γινώσκεται· καὶ ἐν πᾶσι πάντα ἐστὶ, καὶ ἐν οὐδενὶ οὐδὲν, καὶ ἐκ πάντων πᾶσι γινώσκεται, καὶ ἐξ οὐδενὸς οὐδενί· καὶ γὰρ ταῦτα ὀρθῶς περὶ Θεοῦ λέγομεν, καὶ ἐκ τῶν ὄντων ἁπάντων ὑμνεῖται κατὰ τὴν πάντων ἀναλογίαν ὧν ἐστιν αἴτιος. Καὶ ἔστιν αὖθις ἡ θειοτάτη τοῦ Θεοῦ γνῶσις, ἡ δι' ἀγνωσίας γινωσκομένη, κατὰ τὴν ὑπὲρ νοῦν B ἕνωσιν, ὅταν ὁ νοῦς, τῶν ὄντων πάντων ἀποστὰς, ἔπειτα καὶ ἑαυτὸν ἀφεὶς, ἑνωθῇ ταῖς ὑπερφαέσιν ἀκτῖσιν, ἐκεῖθεν καὶ ἐκεῖ τῷ ἀνεξερευνήτῳ βάθει τῆς σοφίας καταλαμπόμενος. Καίτοι καὶ ἐκ πάντων, ὅπερ ἔφην, αὐτὴν γνωστέον· αὕτη γάρ ἐστι κατὰ τὸ Λόγιον ἡ πάντων ποιητικὴ, καὶ ἀεὶ πάντα ἁρμόζουσα καὶ τῆς ἀλύτου τῶν πάντων ἐφαρμογῆς καὶ τάξεως αἰτία, καὶ ἀεὶ τὰ τέλη τῶν προτέρων συνάπτουσα ταῖς ἀρχαῖς τῶν δευτέρων καὶ τὴν μίαν τοῦ παντὸς σύμπνοιαν καὶ ἁρμονίαν καλλιεργοῦσα.

## § IV.

Deus etiam ratio prædicatur a Scripturis, non solum quia rationis **462** et mentis et sapientiæ largitor est, sed quia causas omnium in se ipso [30*] uniformiter anticipavit, et quia per omnia meat, pervadens, ut ait Scriptura [p], usque ad finem omnium: et potissimum, quia ratio Dei supra omnem simplicitatem simplex est, et ab omnibus supra omnia, supra substantiam absoluta. Ratio hæc simplex est ac vere exsistens veritas, circa quam, ut puram et infallibilem universorum notionem, fides divina versatur, quæ est constans fidelium firmamentum fundans illos in veritate, atque in ipsis veritatem, dum indissuasibili identitate simplicem veritatis cognitionem habent rerum credendarum. Nam si cognitio res cognitas cum cognoscentibus unit, ignoratio vero ignoranti causa est ut semper mutet, atque a seipso discrepet, eum qui credit in veritate, juxta Scripturam, nihil a vero fidei fundamento dimovebit, in quo constantiam habebit immobilis et immutabilis identitatis. Probe namque novit quisquis unitus est veritati, quam bene se habeat, quamvis eum multi ut amentem arguant; latet enim illos, uti par est, eum per veræ fidei veritatem ex errore excessisse; ipse autem vere novit se, non (ut illi fabulantur) insanire, sed ab in-

C Λόγος δὲ ὁ Θεὸς ὑμνεῖται πρὸς τῶν ἱερῶν Λογίων, οὐ μόνον ὅτι καὶ λόγου καὶ νοῦ καὶ σοφίας ἐστὶ χορηγὸς, ἀλλ' ὅτι καὶ τὰς πάντων αἰτίας ἐν ἑαυτῷ μονοειδῶς προείληφε, καὶ ὅτι διὰ πάντων χωρεῖ διικνούμενος, ὡς τὰ Λόγιά φησιν, ἄχρι τοῦ πάντων τέλους· καὶ πρό γε τούτων, ὅτι πάσης ἁπλότητος ὁ θεῖος ὑπερήπλωται λογος, καὶ πάντων ἐστὶν ὑπὲρ πάντα κατὰ τὸ ὑπερούσιον ἀπολελυμένος. Οὗτος ὁ λόγος ἐστὶν, ἡ ἁπλῆ καὶ ὄντως οὖσα ἀλήθεια, περὶ ἣν, ὡς καθαρὰν καὶ ἀπλανῆ τῶν ὅλων γνῶσιν, ἡ θεία πίστις ἐστὶν, ἡ μόνιμος τῶν πεπιστευμένων [31] ἵδρυσις, ἡ τούτους ἐνιδρύουσα τῇ ἀληθείᾳ, καὶ αὐτοῖς τὴν ἀλήθειαν, ἀμεταπείστῳ ταυτότητι, τὴν ἁπλῆν τῆς ἀληθείας γνῶσιν ἐχόντων τῶν πεπεισμένων. Εἰ γὰρ ἡ γνῶσις ἑνωτικὴ τῶν ἐγνωκότων καὶ ἐγνωσμένων, ἡ δὲ D ἄγνοια μεταβολῆς ἀεὶ καὶ τῆς ἐξ ἑαυτοῦ τῷ ἀγνοοῦντι διαιρέσεως αἰτία, τὸν ἐν ἀληθείᾳ πιστεύσαντα, κατὰ τὸν ἱερὸν Λόγον, οὐδὲν ἀποκινήσει τῆς κατὰ τὴν ἀλήθη πιστιν εστιας, ἐφ' ᾗ τὸ μόνιμον ἕξει τῆς ἀκινήτου καὶ ἀμεταβόλου ταυτότητος. Εὖ γὰρ οἶδεν ὁ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἑνωθεὶς, ὅτι εὖ ἔχει, κἂν οἱ πολλοὶ νουθετοῖεν αὐτὸν, ὡς ἐξεστηκότα· λανθάνει μὲν, ὡς εἰκὸς, αὐτοὺς ἐκ πλάνης τῇ ἀληθείᾳ διὰ τῆς ὄντως πίστεως ἐξεστηκώς· αὐτὸς δὲ ἀληθῶς οἶδεν ἑαυτὸν, οὐχ (ὅ φασιν [32] ἐκεῖνοι) μαινόμενον [33], ἀλλὰ τῆς ἀστάτου καὶ

[n] Prov. VIII. [o] Sap. VII. [p] Sap. VIII.

### VARIÆ LECTIONES.

[30*] id est, *sine ulla compositione.* [31] πεπεισμένων, S. D. [32] ὡς φασιν, P. [33] μαινόμενοι S.

ἀλλοιωτῆς περὶ τὴν παντοδαπῆ τῆς πλάνης ποικιλίαν A stabili mutabilique omnimode errantis varietatis
σοφᾶς διὰ τῆς ἁπλῆς καὶ ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχούσης ἀληθείας ἠλευθερωμένον. Οὕτω γοῦν οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς θεοσοφίας ἀρχηγικοὶ καθηγεμόνες ὑπὲρ ἀληθείας ἀποθνήσκουσι πᾶσαν ἡμέραν, μαρτυροῦντες, ὡς εἰκὸς, καὶ λόγῳ παντὶ καὶ ἔργῳ τῇ ἐνιαίᾳ τῶν Χριστιανῶν ἀληθογνωσίᾳ, τὸ πασῶν αὐτὴν εἶναι καὶ ἁπλουστέραν καὶ θειοτέραν, μᾶλλον δὲ τὸ αὐτὴν εἶναι τὴν μόνην ἀληθῆ καὶ μίαν καὶ ἁπλῆν θεογνωσίαν.

motione per simplicem, circa eadem semper et eodem modo se habentem, veritatem esse liberatum Hoc modo primi divinæ sapientiæ nostri præceptores pro veritate quotidie moriuntur, testificantes, uti par est, et omni sermone et opere singularem illam Christianæ veritatis agnitionem, omnium esse cum simplicissimam tum divinissimam, imo potius hanc solam esse veram atque unicam simplicem Dei notitiam.

---

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. Ad locum Pauli I Cor. I, 25. vide quæ supra diximus in notis ad primum caput hujus libri, § I. Sensus litteralis est: *Quod stultum est Dei*, id est quod in Deo et Christo nato ac passo putant gentiles et philosophi stultum esse, *id sapientius est hominibus*, id est omnem humanam sapientiam excedit. Ita P. Cornelius.

Ibidem: *Istam unionem, qua rebus se superioribus conjungitur, naturam ipsius longe superare.* Ubi nota, intelligi actum fidei, qua hic in via dirigimur ad res divinas pro captu nostro apprehendendas, quæ est donum Dei et ordinis supernaturalis. Cur autem Deus hujusmodi sublimia et captum nostrum excedentia a nobis credi voluerit, tres pulchras rationes affert Lessius lib. VI *De perfectionibus divinis*, cap. 3.

« Prima est, inquit, ut captivantes intellectum nostrum in obsequium fidei, illum **463** totum Deo subjiciamus; et agnoscentes imbecillitatem mentis nostræ, ac divinæ sapientiæ altitudinem, Deum sic honoremus.

« Secunda est, ut mens nostra sursum erigatur, et ad divina elevetur; si enim Deus non proponeret ea quæ captum humanum excedunt, mens non attolleretur sursum, sed in suo gradu et infima sorte maneret, neque ad Dei visionem disponeretur, fides enim supernaturalium media est inter cognitionem naturalem et visionem beatam.

« Tertia, quia cum vita æterna sit supra naturam, ea quoque quæ ad illam ducunt debent naturæ captum superare; hinc tantopere in Scripturis donum fidei commendatur, et ex divina illustratione haberi dicitur.

§ II. *Ex ea intellectiles ac intelligentes*, etc. Hinc divus Thomas parte prima, quæst. 55, artic. 2 concludit, angelos, cum a corporibus sint abstracti, non intelligere per species a rebus acceptas, sed per species sibi naturaliter congenitas. Sic enim, inquit, oportet intelligere distinctionem spiritualium substantiarum et ordinem, sicut est distinctio et ordo corporalium. Suprema autem corpora habent potentiam in sui natura totaliter perfectam per formam; in corporibus autem inferioribus potentia materiæ non totaliter perficitur per formam, sed accipit nunc unam nunc aliam formam ab aliquo agente; similiter et inferiores substantiæ intellectivæ, scilicet animæ humanæ, habent potentiam intellectivam non completam naturaliter, sed completur in eis successive, per hoc quod accipiunt species intelligibiles a rebus; potentia vero intellectiva in substantiis spiritualibus superioribus, id est in angelis, naturaliter completa est per species intelligibiles connaturales, ad omnia intelligenda quæ naturaliter cognoscere possunt. Et hoc etiam ex ipso modo essendi hujusmodi substantiarum apparet, substantiæ enim spirituales inferiores, scilicet animæ, habent esse affine corpori in quantum sunt corporum formæ, et ideo ex ipso modo essendi competit eis ut a corporibus et per corpora suam perfectionem intelligibilem consequantur, alioquin frustra corporibus unirentur; substantiæ vero superiores, id est angeli, sunt a corporibus totaliter absolutæ, immaterialiter et in esse intelligibili subsistentes, et ideo suam perfectionem intelligibilem consequuntur per intelligilem effluxum, quo a Deo species rerum cognitarum acceperunt simul cum intellectuali natura. Unde idem D. Thomas ex hoc item loco Dionysii quæst. 58, art. 3, concludit, angelos quæcunque cognoscunt sine discursu apprehendere, et confirmat a pari. Angeli enim, inquit, illum gradum tenent in substantiis spiritualibus, quem corpora cœlestia in substantiis corporeis (unde et cœlestes mentes a Dionysio appellantur). Est autem hæc differentia inter cœlestia et terrena corpora, quod corpora terrena per mutationem et motum adipiscuntur suam ultimam perfectionem, corpora vero cœlestia statim ex ipsa sua natura suam ultimam perfectionem habeat. Sic igitur inferiores intellectus, scilicet hominum, per quemdam motum et discursum intellectualis operationis perfectionem in cognitione veritatis adipiscuntur; dum scilicet ex uno cognito in aliud cognitum procedunt. Si autem statim in ipsa cognitione principii noti inspicerent, quasi notas, omnes conclusiones consequentes, in eis discursus locum non haberet, et hoc est in angelis, quia statim in illis quæ primo naturaliter cognoscunt, inspiciunt omnia quæcunque in eis cognosci possunt; et ideo dicuntur intellectuales, quia etiam apud nos ea quæ statim naturaliter apprehenduntur, intelligi dicuntur, unde intellectus dicitur habitus primorum principiorum, animæ vero humanæ, quæ veritatis notitiam per quemdam discursum acquirunt, rationales vocantur. Quod quidem contingit in eis ex debilitate luminis intellectualis; si enim ejus plenitudinem haberent, sicut angeli, statim in primo aspectu principiorum totam virtutem eorum comprehenderent, intuendo quidquid ex eis syllogizari posset.

Cæterum docet, angelos, homines, sensilia, et denique omnia per Dei sapientiam creata esse, et suo modo sapientiam Dei prædicare, ut pulchre magnus Basilius in illud Proverbiorum VIII, 22, *Dominus creavit me principium viarum suarum.* Loquitur, inquit, de sapientia mundi, quæ apparet, et vocem fere per ea quæ cernuntur emittit, quod scilicet a Deo factus sit, et non fortuito tanta sapientia ea quæ effecta sunt decorat. Ut enim *Cæli enarrant gloriam Dei, et opus manuum ejus annuntiat firmamentum* [q], enarrant, inquam, me voce *quia non sunt voces, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum*: ad eumdem mo-

[q] Psal. XVIII, 2.

dum sunt quidam sermones sapientiæ antiquitus editæ, quæ ante alia in fabricatione mundi cum creatura conseminata est. Hæc tacens suum conditorem et Dominum clamat, ut per eam, ad cogitandum eum qui solus est sapiens, te referas. Sic etiam intelligi potest hic locus Scripturæ, ut scilicet nulli usquam sint homines, quacunque lingua et sermone loquantur, qui non audiant et percipiant, quid dies et noctes sua illa composita et rata mutuæ successionis vicissitudine prædicent et declarent, nempe notitiam Dei, qui omnia fecit, moderatur et regit. Est autem constructio **464** verborum idiomatis Græci : *Non sunt loquelæ neque sermones*, hominum scilicet, *quorum non audiantur*, id est a quibus non audiantur, *voces eorum*, dierum scilicet et noctium. Sic intellexit Eusebius Cæsariensis in Commentariis suis eruditissimis, uti notat Turrianus. Ex quibus liquet quod divina sapientia, et scientia, et mens, et Verbum, et intelligentia, ex nihilo creat ipsam late patentem et cum creatura conditam per se sapientiam, et ea quæ secundum ipsam per se sapientiam sapiunt et omnem aliam sapientiam, quæ in iis quæ sunt reperitur.

Aliud autem, quia cunctis providentia sua Deus adest, et propter omnium conservationem fit omnia in omnibus, dum in semetipso propriaque identitate inemananter permanens, et secundum unam incessantem operationem sibi ipsi adhærens, virtute quadam indeficiente semetipse tradit, ad divinam formam conversis imprimendam; variarum autem Dei, secundum multiformes visiones, figu-

D Τὸ δὲ ἕτερον, ἐπειδὴ πᾶσι προνοητικῶς ὁ Θεὸς πάρεστι, καὶ πάντα ἐν πᾶσι διὰ τὴν πάντων σωτηρίαν γίγνεται, μένον [73] ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ τῆς οἰκείας ταὐτότητος ἀνεκφοιτήτως κατ' ἐνέργειαν μίαν, καὶ ἄπαυστον ἑστηκὼς, καὶ ἑαυτὸν ἐπιδιδοὺς ἀκλίτῳ δυνάμει πρὸς ἐκθέωσιν τῶν ἐπεστραμμένων· καὶ τὴν ἑτερότητα τῶν ποικίλων τοῦ Θεοῦ κατὰ τὰς πολυειδεῖς ὁράσεις σχημάτων [74], ἕτερά τινα τοῖς φαι-

[m] Hebr. IV, 12.

### VARIÆ LECTIONES.

[65] αἴτιόν ἐστι, sine adjectivo στοιχειωτικόν, legitur in D. S. Sc. Sar. [66] οὐδαμοῦ, S. P. [67] ἐναργές. [68] τε non habent D. S. P. ut nec verba quæ sequuntur, καὶ κριτικὸν ἐνθυμήσεων. Adstipulantur Sc. et Sar., quæ tamen in Paulo, cujus sunt hæc verba, leguntur ad Hebr. IV. [69] S. P distinguunt, μόνον, ἀεὶ, κατὰ τὰ αὐτά. [70] πᾶν, ἀγένητον, S. D. Sar. [71] καθ' ἑαυτοῦ P [72] περιέχον, D. [73] μένων lege; ita Cod. Vien. [74] S. subjungit μορφῶν.

νομένοις παρ' ὃ φαίνονται, σημαίνειν οἰητέον. Ὡς γὰρ εἰ τὴν ψυχὴν αὐτὴν σωματοειδῶς ὁ λόγος διέπλαττε, καὶ μέρη σωματικὰ τῇ ἀμερεῖ περιέπλαττεν, ἑτέρως ἐνοοῦμεν ἐπ' αὐτῇ τὰ περιτιθέμενα μέρη, τῇ ἀμερείᾳ τῇ κατὰ ψυχὴν οἰκείως· καὶ κεφαλὴν μὲν τὸν νοῦν, αὐχένα δὲ τὴν δόξαν, (ὡς ἐν μέσῳ λόγου καὶ ἀλογίας·) στῆθος δὲ θυμὸν, γαστέρα δὲ τὴν ἐπιθυμίαν, σκέλη δὲ καὶ πόδας τὴν φύσιν ἐλέγομεν, τοῖς τῶν μερῶν ὀνόμασι τῶν δυνάμεων συμβόλοις χρώμενοι· πολλῷ γε μᾶλλον ἐπὶ τοῦ πάντων ἐπέκεινα τὴν ἑτερότητα τῶν μορφῶν καὶ τῶν σχημάτων, ἱεραῖς καὶ θεοπρεπέσι καὶ μυστικαῖς ἀναπτύξεσιν ἀνακαθαίρεσθαι χρή. Καὶ εἰ βούλει τὰ τριττὰ τῶν σωμάτων σχήματα τῷ ἀναφεῖ καὶ ἀσχηματίστῳ Θεῷ περιάψαι, πλάτος μὲν θεῖον ῥητέον τὴν ὑπερευρεῖαν ἐπὶ πάντα τοῦ Θεοῦ πρόοδον· μῆκος δὲ, τὴν ὑπερεκτεινομένην τὰ ὅλα δύναμιν· βάθος δὲ, τὴν πᾶσι τοῖς οὖσιν ἀπερίληπτον κρυφιότητα καὶ ἀγνωσίαν. Ἀλλ' ὅπως μὴ λάθωμεν ἑαυτοὺς ἐκ τῆς τῶν ἑτεροίων σχημάτων καὶ μορφῶν ἀναπτύξεως, τὰς ἀσωμάτους θεωνυμίας ταῖς διὰ συμβόλων αἰσθητῶν συμφύροντες, διὸ περὶ μὲν τούτων ἐν τῇ Συμβολικῇ θεολογίᾳ [75]· νῦν δὲ αὐτὸ τὴν θείαν ἑτερότητα, μὴ ἀλλοίωσίν τινα τῆς ὑπερατρέπτου ταὐτότητος ὑποπτεύσωμεν, ἀλλὰ τὸν ἑνιαῖον αὐτοῦ πολυπλασιασμὸν, καὶ τὰς μονοειδεῖς τῆς ἐπὶ πάντα πολυγονίας προόδους.

A rarum diversitate, quædam alia ab iis quæ visis insinuantur, significari putandum est. Quemadmodum enim si quis cogitando animam ad corporeæ figuræ modum ipsam repræsentaret, et rei partium experti partes corporeas affingeret, alio modo in ea partes, quæ illi attributæ **487** essent, intelligeremus, prout nimirum convenit ipsius individuitati; et caput quidem intelligentiam, cervicem vero opinionem (utpote mediam inter rationem atque irrationabilitatem) pectus autem iram, ventrem vero cupiditatem, crura denique ac pedes naturam diceremus, istarum partium nominibus pro facultatum symbolis utendo; ita multo sane potiori ratione, in eo qui omnibus eminet, diversitas illa formarum atque figurarum, sacris quibusdam ac Deo B congruis mysticisque explanationibus, anagogice est describenda. Et si tripartitas corporis figuras ipsi Deo, qui tangi ac figurari nequit, attribuere volueris; divina quidem latitudo dicenda est, latissima ad universas res progressio; longitudo autem, potentia quæ supra omnia expanditur; profundum vero, arcanum illud omnibus inaccessum, ejusdemque ignoratio. Verum ne fallamus nosmetipsos, dum variis figuris formisque explicandis insistimus, divinarum rerum incorporeas appellationes cum signorum sensibilium appellationibus confundendo, de his in Symbolica theologia disseruimus; nunc autem divinam diversitatem, ne mutationem quamdam ejus, qui immutabiliter idem est, esse suspicemur, sed potius multiplicationem singularem, et emanationes simplices ad omnia.

## § VI.

Ὅμοιον δὲ τὸν Θεὸν εἰ μὲν ὡς ταὐτὸν εἴποι τις, ὡς ὅλον διόλου ἑαυτῷ μονίμως καὶ ἀμερίστως ὄντα ὅμοιον, οὐκ ἀτιμαστέον ἡμῖν τὴν τοῦ ὁμοίου θεωνυμίαν. Οἱ δὲ θεολόγοι τὸν ὑπὲρ πάντα Θεὸν, ᾗ αὐτὸς, οὐδενί φασιν εἶναι ὅμοιον, αὐτὸν δὲ ὁμοιότητα θείαν δωρεῖσθαι τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐπιστρεφομένοις, τῇ κατὰ δύναμιν μιμήσει τὸν [76] ὑπὲρ πάντα καὶ ὅρον καὶ λόγον. Καὶ ἔστιν ἡ τῆς θείας ὁμοιότητος δύναμις, ἡ τὰ παραγόμενα πάντα πρὸς τὸ αἴτιον ἐπιστρέφουσα. Ταῦτα γοῦν ῥητέον ὅμοια τῷ [77] Θεῷ, καὶ κατὰ θείαν εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν· οὐδὲ γὰρ αὐτοῖς τὸν Θεὸν ὅμοιον, ὅτι μηδὲ ἄνθρωπος τῇ ἰδίᾳ εἰκόνι ὅμοιος ἐπὶ γὰρ [78] τῶν ὁμοταγῶν δυνατὸν καὶ ὅμοια αὐτὰ ἀλλήλοις εἶναι, καὶ ἀντιστρέφειν ἐφ' ἑκάτερα τὴν ὁμοιότητα, καὶ εἶναι ἄμφω ἀλλήλοις ὅμοια κατὰ προηγούμενον ὁμοίου εἶδος· ἐπὶ δὲ τοῦ αἰτίου καὶ τῶν αἰτιατῶν οὐκ ἀποδεξόμεθα τὴν ἀντιστροφήν. Οὐ γὰρ μόνοις τοῖσδε ἢ τοῖσδε τὸ ὁμοίως [79] εἶναι δωρεῖται, πᾶσι δὲ τοῖς ὁμοιότητος μετέχουσι τοῦ εἶναι ὁμοίοις ὁ Θεὸς αἴτιος γίγνεται, καὶ ἔστι καὶ αὐτῆς [80] τῆς αὐτοομοιότητος ὑποστάτης, καὶ τὸ ἐν πᾶσιν ὅμοιον

C Similem vero Deum si quis dicat ut eumdem, et ut totum per totum sibi unite et impartiabiliter similem, non est improbandum nomen divinum *similis*. Theologi tamen Deum, qui est supra omnia, quatenus ipse est, nullius similem esse aiunt, sed ipsum divinam similitudinem dare iis qui ad eum convertuntur, dum eum supra omnem terminum ac rationem pro viribus imitantur. Atque hæc est divinæ similitudinis vis, ut omnia quæ producta sunt, ad auctorem suum convertat. Ista igitur Deo similia dicenda sunt, ut ad ejus imaginem ac similitudinem efficta; non autem Deus iis similis dicendus est, quia ne quidem homo est imagini suæ similis; quoniam quæ æqualia sunt, possunt quidem sibi invicem esse similia, et ad utraque po- D test ista similitudo reciprocari, sint ambo invicem similia secundum principalem speciem similitudinis; in causa vero ad effectus nequaquam admittemus istiusmodi reciprocationem. Neque enim soli is his aut illis dat Deus ut similia sint, sed causa est cur similia sint omnia, quibuscum

### VARIÆ LECTIONES.

[75] subdit D. εἰρήσεται, P. εἴρηται. [76] τῶν, P. S. Sc. [77] τῷ non est in S. D. [78] ἐπὶ μὲν γάρ, P. D. Sar. [79] ὁμοίοις, P. Sc. Sar. [80] καὶ αὐτή, S. Sc.

similitudo 488 est communicata, idemque est etiam ipsius similitudinis auctor; et quidquid est in omnibus simile, vestigio quodam divinæ similitudinis simile existit, et eorumdem conjunctionem explet.

ἔχνει τινὶ τῆς θείας ὁμοιότητος ὅμοιόν ἐστι, καὶ τὴν ἕνωσιν αὐτῶν συμπληροῖ.

## § VII.

Sed quorsum hæc dicuntur? Nam et ipsamet Scriptura dicit Deum esse dissimilem, nullique conferendum, ut ab omnibus diversum, et, quod magis mirandum est, nihil ei esse simile. Verumtamen nequaquam id ejus similitudini repugnat; nam eadem Deo et similia sunt et dissimilia; similia quidem, secundum possibilem ejus qui participari nequit participationem; dissimilia vero, secundum effectuum a causis differentiam infinitis prorsus parasangis incomparabiliter distantem.

Καὶ τί δεῖ περὶ τούτου λέγειν; Αὐτὴ γὰρ ἡ θεολογία [81] τὸ ἀνόμοιον αὐτὸν εἶναι πρεσβεύει, καὶ τοῖς πᾶσιν ἀσύνταχτον, ὡς καὶ πάντων [82] ἕτερον, καὶ τὸ δὴ παραδοξότερον, ὅτι μηδὲ εἶναί τι ὅμοιον αὐτῷ φησι. Καίτοι οὐκ ἐναντίος ὁ λόγος τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμοιότητι· τὰ γὰρ αὐτὰ καὶ ὅμοια Θεῷ καὶ ἀνόμοια· τὸ μὲν κατὰ τὴν ἐνδεχομένην τοῦ ἀμιμήτου μίμησιν [83]· τὸ δὲ, κατὰ τὸ ἀποδέον τῶν αἰτιατῶν τοῦ αἰτίου, καὶ μέτροις ἀπείροις καὶ ἀσυγκρίτοις ἀπολιμπανόμενον [84].

## § VIII.

Quid autem de divino statu vel sede dicamus? Quid, inquam, aliud, præterquam manere Deum in seipso, et in eodem statu immobili firme fixum, et supraquam fundatum esse stabiliter, et secundum eadem et circa idem ipsum et similiter operari, et omnino esse a seipso immutabilem, et non posse transmoveri, et esse ex toto immobilem, atque hæc quidem supra substantiam; ipse enim est omnis status et sessionis auctor, qui supra sessionem omnem ac statum existit, et in ipso cuncta consistunt, dum in bonorum suorum statu inconcussa conservantur.

Τί δὲ καὶ περὶ τῆς θείας στάσεως, ἤτοι καθέδρας, φαμέν; Τί δὲ ἄλλο γε, παρὰ τὸ [85] μένειν αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ τὸν Θεὸν, καὶ ἐν ἀκινήτῳ ταὐτότητι μονίμως πεπηγέναι, καὶ ἀραρότως ὑπεριδρῦσθαι, καὶ τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ περὶ τὸ αὐτὸ καὶ ὡσαύτως ἐνεργεῖν, καὶ κατὰ τὸ ἀμετάστατον αὐτὸν ἐξ ἑαυτοῦ πάντως ὑπάρχειν, καὶ κατὰ τὸ ἀμετακίνητον αὐτὸ, καὶ ὁλικῶς ἀκίνητον, καὶ ταῦτα ὑπερουσίως· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τῆς πάντων στάσεως καὶ ἕδρας αἴτιος, ὁ ὑπὲρ πᾶσαν ἕδραν καὶ στάσιν, καὶ ἐν αὐτῷ πάντα συνέστηκεν, ἐκ τῆς τῶν οἰκείων ἀγαθῶν στάσεως ἀσάλευτα διαφυλαττόμενα.

## § IX.

Quid porro, quando iterum theologi tradunt, eum qui immobilis est ad universa procedere ac moveri, nonne id etiam ratione quadam Deo congrua intelligendum est? Pie siquidem putandum est ipsum moveri, non secundum delationem, vel immutationem, vel alterationem, vel conversionem, aut localem motum, vel rectum, vel orbicularem, vel ex utrisque constantem, vel intellectilem, vel animalem, vel naturalem, sed secundum quod Deus omnia in rerum naturalem producit continetque, atque omnibus modis rebus omnibus providet, omnibus adest incomprehense omnia complectendo, idque omnibus providentiæ viis et operationibus. Quin et immobilis Dei motus ratione quadam Deo convenienti possit prædicari. Ac rectus quidem intelligendus de inflexibilitate et indeclinabili progressu operationum, eoque, qui ex ipso est, rerum omnium ortu; obliquus autem de illarum stabili progressu ac fecundo statu; circularis denique de identitate ac complexione mediorum atque extremorum quæ continent atque continentur, et de illorum, 489 quæ ab ipso prodierant, ad ipsum conversione.

Τί δὲ, καὶ ὅταν αὖθις οἱ θεολόγοι καὶ ἐπὶ πάντα προϊόντα, καὶ κινούμενόν φασι τὸν ἀκίνητον, οὐ θεοπρεπῶς καὶ τοῦτο νοητέον; Κινεῖσθαι γὰρ αὐτὸν εὐσεβῶς οἰητέον, οὐ κατὰ φοράν, ἢ ἀλλοίωσιν, ἢ ἑτεροίωσιν, ἢ τροπὴν, ἢ τοπικὴν κίνησιν, οὐ τὴν εὐθεῖαν, οὐ τὴν κυκλοφορικὴν, οὐ τὴν ἐξ ἀμφοῖν, οὐ τὴν νοητὴν, οὐ τὴν ψυχικὴν, οὐ τὴν φυσικὴν [86], ἀλλὰ τὸ εἰς οὐσίαν ἄγειν τὸν Θεὸν καὶ συνέχειν τὰ πάντα, καὶ παντοίως πάντων προνοεῖν, καὶ τὸ παρεῖναι [87] πᾶσι τῇ πάντων ἀσχέτῳ περιοχῇ, καὶ ταῖς ἐπὶ τὰ ὄντα πάντα προνοητικαῖς προόδοις καὶ ἐνεργείαις. Ἀλλὰ καὶ κινήσεις Θεοῦ τοῦ ἀκινήτου, θεοπρεπῶς τῷ λόγῳ συγχωρητέον ὑμνῆσαι. Καὶ τὸ μὲν εὐθὺ τὸ ἀκλινὲς νοητέον, καὶ τὴν ἀπαρέγκλιτον πρόοδον τῶν ἐνεργειῶν, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ τῶν ὅλων γένεσιν· τὸ δὲ ἑλικοειδὲς τὴν σταθερὰν πρόοδον καὶ τὴν γόνιμον στάσιν· τὸ δὲ κατὰ κύκλον τὸ ταὐτὸν, καὶ τὸ τὰ μέσα καὶ ἄκρα περιέχοντα καὶ περιεχόμενα συνέχειν, καὶ τὴν εἰς αὐτὸν τῶν ἀπ' αὐτοῦ προεληλυθότων ἐπιστροφήν.

### VARIÆ LECTIONES.

[81] καὶ αὐτὴ γὰρ ἡ θεολογία, S. [82] πᾶσιν, P. Sc. καί non est in S. D. [83] præponit P. τοῦ ἀμεθέκτου μέθεξιν, quæ verba sunt in S. et D., sed illa absunt. [84] ἀσυγχύτως ἀπολειπόμενον, S. D. [85] ἢ παρὰ τό, P. [86] τὴν φυσικήν, D. [87] τῷ παρεῖναι, S. Sar.

## § X.

Εἰ δέ τις τὴν τοῦ αὐτοῦ τῶν λογίων, ἢ τὴν τῆς δικαιοσύνης θεωνυμίαν, ἐπὶ τοῦ ἴσου λαμβάνοι, ῥητέον ἴσον τὸν Θεὸν, οὐ μόνον ὡς ἀμερῆ καὶ ἀπαρέγκλιτον, ἀλλὰ καὶ ὡς ἐπὶ πάντα καὶ διὰ πάντων ἐπίσης διαφοιτῶντα, καὶ ὡς τῆς αὐτοϊσότητος ὑποστάτην, καθ' ἣν ἰσουργεῖ τὴν δι' ἀλλήλων ἁπάντων ὁμοίαν χώρησιν, καὶ τὴν τῶν μεταλαμβανόντων ἐπ' ἴσης μετοχὴν, κατὰ τὴν ἑκάστων ἐπιτηδειότητα, καὶ τὴν ἴσην κατ' ἀξίαν ἐπὶ πάντα νενεμημένην δόσιν[88], καὶ κατὰ τὸ πᾶσαν ἰσότητα, νοητὴν, νοερὰν, λογικὴν, αἰσθητικὴν, οὐσιώδη, φυσικὴν, θελητὴν ἐξῃρημένως καὶ ἐνιαίως ἐν ἑαυτῷ προειληφέναι, κατὰ τὴν ὑπὲρ πάντα πάσης ἰσότητος ποιητικὴν δύναμιν.

A Si quis vero in sanctis Scripturis nomen, quo Deus nominatur idem, et quo nominatur justus, in nomine divino, quo nominatur æqualis, accipiat, dicendum est Deum esse æqualem, non solum ut expertem partium, et qui a recto declinare non possit, sed ut in omnia et per omnia æqualiter meantem, et ut per se æqualitatis effectorem, secundum quam æqualiter operatur similem omnium per ipsa inter se incessum, et participationem æqualiter participantium, ut quodque eorum aptum est, et æqualem in omnia pro cujusque dignitate distributionem; et quatenus omnem æqualitatem intellectilem, intelligentem, ratiocinantem, sentientem, substantialem, naturalem, voluntariam, exempte et unite in se ipso anticipavit, secundum virtutem omnia superantem, omnisque æqualitatis effectricem.

---

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. *Quoniam vero etiam magnum et parvum*, etc. Notanda sunt hic loca Scripturæ ad quæ alludit, scilicet in *Magno*, ad Psalm. LXXXV : *Quoniam magnus es tu*, et Psalmum CXLVI : *Magnus Dominus noster*. In *Parvo*, ad illud Isa. IX : *Parvulus natus est nobis. Idem*, Psalm. CI : *Tu autem idem ipse es*; et I Corinth. XII : *Idem autem Deus qui operatur omnia in omnibus. Alterum*, Joan. XIV : *Et ego rogabo Patrem, et alium Paracletum dabit vobis. Simile*, Genes. I : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram*; et Psalm. CI : *Similis factus sum pelicano. Dissimile*, II Paralip. VI : *Non est similis tui Deus. Stans*, Psalm. LXXXI : *Deus stetit in synagoga deorum. Sedens*, Psal. XXVIII : *Et sedebit Dominus Rex in æternum. Mobile*, Sap. VII : *Omnibus mobilibus mobilior est sapientia. Immobile*, Malach. III : *Ego Dominus et non mutor.*

§ II. *Ac magnus quidem Deus appellatur*, etc. Hic varias, inquit Lessius, assignat causas cur Deus dicatur magnus. Primo, quia omnis magnitudinis causa; omnia enim magna ipsius largitione habent, quod magna sint, at propter quod unumquodque tale, illud magis. Secundo, quia non solum magnis omnibus coextenditur, sed etiam extrinsecus sine termino supra circumfunditur et expanditur, sicut lumen circumfunditur pilæ vitreæ ad solem pendenti. Tertio, quia omnem ambit locum, intellige non solum verum (id enim etiam cœlum extimum vel ejus convexa superficies facit), sed etiam imaginarium, quantumvis magnus extra cœlum locus cogitetur. Quarto, quia omnem excedit numerum; nam et numeri magni dicuntur. Hanc numerorum magnitudinem excedit magnitudine potentiæ, sapientiæ, bonitatis et extensionis; plura enim potest, plura novit, pluribus æquivalet, pluribus coexistere et coextendi, ac plura intra sinum amplitudinis suæ admittere potest, quam numero aliquo, quantumvis magno, possint comprehendi. Quinto, quia omnem transilit infinitatem. Est autem infinitas quintuplex. Primo in substantiis, quatenus species rerum excurrunt in infinitum, aliæ aliis sine termino perfectiores, sicut numeri absque termino sunt alii aliis majores; secundo in magnitudine; tertio in duratione; quarto in numeris; quinto in qualitatibus, et in perfectione intensiva. Hanc omnem infinitatem Deus sua magnitudine transit, sese illi veluti coextendens et superextendens, eamque intra se complectens, et totam ambiens; complectitur enim in se et superat omnem dimensionem, omnem æternitatem, omnem multitudinem, omnem perfectionem intensivam, imaginabilem, et omnes rerum species sub multis generibus substantiarum et qualitatum in infinitum excurrentes.

S. Gregorius libro II *Moralium*, capite 12 : « Deus, inquit, ipse manet intra omnia et extra omnia, ipse supra omnia et infra omnia, superior per potentiam, inferior per sustentationem, exterior per magnitudinem, interior per subtilitatem, **490** sursum regens, deorsum continens, extra circumdans, interius penetrans; nec alia parte superior, alia inferior, aut alia parte exterior, alia interior; sed unus et idem, totus ubique præsidendo sustinens, et sustinendo præsidens, circumdando penetrans, penetrando circumdans. » Plura vide apud Lessium libro II *De perfectionibus divinis*, cap. 1.

§ III. *Parvum vero sive subtile in ipso dicitur.* Notat, nomen parvi de Deo dictum nihil vile aut abjectum significare, ut in creatis, sed parvi proprietates, v. g. subtilitatem, penetrabilitatem, incomprehensibilitatem, etc.; excellenter in Deo reperiri sine ulla imperfectione. Confirmat id ex Apostolo ad Hebræos IV, 12, ubi dicitur sermo, seu Verbum Dei, penetrare *ad divisionem animæ et spiritus*; quoniam examinat et discernit motus et cogitationes animæ, id est animales et spiritus, id est rationales ac spirituales; *compagum quoque ac medullarum*, id est intimas hominis partes pervadit. S. Gregorius hom. 21 *in Ezechielem*, per *compages*, cogitationes invicem nexas, per *medullas* intentiones accipit, ut Apostolus seipsum explicat in sequentibus. Quasi dicat : Omnia omnino intima et abditissima novit, examinat, judicat, vindicat. *Et cogitationum cordis*, quippe καρδιογνώστης, *scrutans renes et cor Deus* [a].

[a] Psal. VII, 10.

## VARIÆ LECTIONES.

[88] Θεονοουμένην, S.

§ IV. *Idem autem ipsum.* Agit hic de immutabilitate Dei, de qua vide pulchre et fuse apud Lessium lib. III *De perf. divinis.*

Ibidem : *Ingenitum, non tanquam nondum factum*, etc.; *sed tanquam omnino ingenitum*, etc. Vide Maximum et Pachymerem et divum Thomam ad hunc locum. S. Athanasius in iis quæ contra Monophysitas edidit. « Ingenitum, inquit, id est non creatum, solus Deus est. » Deinceps dubitans, quomodo Dionysio summo theologo in mentem venisset, ut Deum diceret esse supra omne ingenitum, multa ingenita significavit, id est non creata. « Atqui, inquit, quomodo hoc fieri potest? Nemo namque ingenitus, nisi solus Deus. » Post quæ rursus confutans opinionem Manichæorum, Dionysium Alexandrinum citat verbi hujus interpretem, cum ait : « Solet externa philosophia vocare ingenitum omnem naturam inaspectabilem; quibus sic vocatis, Deum dixit theologus Dionysius antecellere. » Et S. Epiphanius : « Ab omni, inquit, causa plane exemptum est ingenitum, quia unum est ingenitum et venerandum. » Quomodo autem *ingenitum* sit proprietas et notio Dei Patris, vide Scholasticos in I partem, quæst. 33, art. 4.

§ V. *Aliud autem quia cunctis providentia sua adest*, etc. Ponit hic, inquit D. Thomas, duos modos quibus nomen *Aliud* Deo competit. Primum, quod omnibus providentia sua fit omnia ; secundum, quod diversis visionibus quid aliud a rebus visis de Deo insinuetur. Aliter vocem *aliud* in divinis usurpat Athanasius in *Dialogo orthodoxi et Anomii*, dicens : « Aliud est substantia, et aliud persona, aliud et aliud; compositio igitur. » Et se explicans, ait : « Aliud et aliud dixi, non ut rem aliam et aliam, sed ut aliud significante persona, et aliud substantia : sicut granum frumenti dicitur et est semen, et fructus, non res alia et alia; sed aliud quid significat semen, aliud fructus. » Ubi nota, quod aliud dicitur significare in divinis substantia, et aliud persona; quia licet unam et eamdem rem substantia et persona significent, aliter tamen eam significat substantia, et aliter persona; et recte dicitur Græce ἄλλο καὶ ἄλλο, id est *aliud et aliud*, ubi solum est alius et alius modus significandi. Sicut semen et fructus unam rem significant, granum scilicet frumenti; aliud tamen et aliud dicuntur significare, non tanquam aliam et aliam rem, sed quia aliter significat illam unam rem semen, et aliter fructus. Semen enim ita significat granum frumenti, ut intelligamus in eo contineri seminaliter aliud simile, semen enim est, in quo est virtus seminalis ad producendum aliud simile. Fructus autem non sic significat granum frumenti, sed esse fructum alterius sive productum ab alio; sic etiam substantia et persona una res sunt, et unam rem significant, sed aliter rem significat persona, scilicet singulariter, substantia vero communiter. « Quam enim rationem habet commune ad proprium (ait Basilius in epistola ad Terentium), hanc habet substantia ad personam. » Hic igitur modus diversus significandi unam alioqui et eamdem rem, vocatur ab Athanasio aliud et aliud; non quia alia et alia res sit, sed quia una et eadem res alio et alio modo significatur. Possunt enim esse unius rei plura nomina, ut unum nomen plurium rerum.

Ibidem : *Divina quidem latitudo*, etc. Alludit ad locum Apostoli ad Ephesios III, 18, qui locus commode accipi potest de Christo qua Deus. Licet enim omnes dimensiones in Deo unum sint, unaque immensitas, sitque Deus quasi sphæra intelligibilis carens dimensione, ut explicat Ambrosius, tamen dimensiones in Deo distinguendo, uti in creatis distinguuntur, secundum Dionysium, *latitudo* est providentiæ processus late expansus; *longitudo*, omnipotentia se ad omnia extendens; *profundum*, arcanum Dei ignotum. Secundum alios Patres, *longitudo* æternitas, *latitudo* omnipotentia, *sublimitas* est divina majestas, *profundum* abyssus judiciorum et sapientiæ Dei. Ita sanctus Anselmus, D. Thomas, et alii. Alios **491** sensus vide apud P. Cornelium in *Epistolam ad Ephesios*. Præ reliquis mihi placet explicatio P. Lessii lib. II *De perfectionibus divinis*, cap. 1, ita ut *longitudo* sit Dei longanimitas, et patientia, qua tot sæculis sustinuit peccatores, exspectans eos ad pœnitentiam; *latitudo* sit ejus charitas, qua omnes gentes, etiam inimicos, complectitur; *sublimitas* gloriæ celsitudo, quam diligentibus se præparavit; *profundum* damnatio et miseriarum abyssus impiis præparata.

§ VI. *Similem vero Deum si quis dicat*, etc. Primo docet, non improbandum nomen *similis* in Deo, quatenus sibi ipsi similis esse dicitur, scilicet unite, impartibiliter, quippe omnis partis, mutationis et alteritatis expers. Simili fere modo loquendi dicitur vir constans et prudens, sibi semper esse similis, quod mores suos secundum virtutem in omni casu et eventu æqua ratione similiter moderetur, scilicet æquam memor in omnibus servare mentem. Secundo dicit, quod licet aliquo modo concedatur, quod creatura sit similis Deo, nullo tamen modo concedendum sit, quod Deus sit similis creaturæ; quia in his, inquit, quæ unius sunt ordinis, recipitur mutua similitudo, non autem in causa et causato. Dicimus enim quod imago sit similis homini, et non e converso. Et similiter dici potest aliquo modo, quod creatura sit similis Deo; non tamen quod Deus sit similis creaturæ. Hinc D. Thomas, parte I, quæst. 4, artic. 3, quærit, utrum aliqua creatura possit esse similis Deo ; et respondet, cum Deus sit universale agens, et principium totius esse, non contentum in aliqua specie vel genere, creaturas ei similes esse, non secundum eamdem specificam aut genericam rationem, sed secundum aliqualem analogiam. Cum enim omnis effectus assimiletur suæ causæ, ut quæ necessario in se vel formaliter vel eminenter habet quidquid alteri confert, hinc omnis creatura assimilatur Deo, saltem quatenus est, vel etiam quatenus vivit, et omnium perfectissime rationalis, quæ sola ad imaginem Dei creata est. Etsi autem hæc similitudo consistat in participatione ejusdem formæ, non tamen secundum eamdem rationem, sed omnino diversam; nam esse, vivere, sapere, respectu Dei et creaturæ, vel æquivoca, vel valde analoga sunt, ideoque in his non est reciproca similitudo, quia etsi creatura sit similis Deo, Deus tamen non est similis creaturæ, cujus ratio est, quia creatura est facta ad quamdam Dei assimilationem, eumque imitatur, non tamen contra. Unde reciproca similitudo reperitur in illis solis quæ participant formam ejusdem rationis. Vide hæc fusius a D. Thoma loco citato in corpore explicata.

§ VII. *Scriptura dicit Deum esse dissimilem.* Nota cum D. Thoma supra citato, cum sacra Scriptura dicit aliquid non esse simile Deo, id non esse contrarium assimilationi ad ipsum; eadem enim sunt similia Deo et dissimilia. Similia quidem, secundum quod imitantur ipsum, prout valent eum imitari qui non perfecte imitabilis est. Dissimilia vero, secundum quod deficiunt a sua causa, non solum secundum suam intensionem et remissionem, sicut minus album deficit a magis albo, sed quia non est convenientia nec secundum speciem, nec secundum genus.

§ VIII. *Quid autem de divino statu vel sede dicamus.* Nota cum D. Thoma ad hunc locum, Deo tribui stationem et sessionem tripliciter. Primo quidem, quantum ad hoc quod ipse in se existit : Deus enim non stat neque sedet tanquam sustentatus in aliquo altero, sicut nos, sed in seipso manet, non quidem mobiliter, sicut homo sedet in sede, a qua potest removeri; neque secundum aliquam diversitatem sui a se, sicut differt homo a loco in quo sedet aut stat, sed secundum immobilem identitatem; neque ite-

rum communi modo, sicut quælibet res quodammodo est in seipsa, in quantum continetur infra terminos naturæ suæ; sed singulariter est simplex in seipso. Sic enim sibi ipsi innititur, ut a nullo alio dependeat, et sit fixus, et omnibus superlocatus. Secundo, quoad operationem, et hoc est quod dicit Deum *secundum eadem*, id est secundum eamdem sapientiam, virtutem et bonitatem et hujusmodi: *et circa idem ipsum*, quantum ad objectum suæ operationis, quia semper ejus operatio est circa seipsum, in quantum intelligendo et amando se omnia operatur; *et similiter* secundum modum operationum, non enim debilitatur aut corroboratur in agendo. Tertio, per remotionem omnis passionis vel transmutationis ab ipso, cum ait: *Omnino esse a seipso immutabilem et non posse transmoveri et esse ex toto immobilem*, id est, quod non habeat ex seipso aliquam causam suæ transmutationis, et quod non possit ab aliquo exteriori moveri in contrarium, sed sit totaliter immobilis. *Atque hæc quidem*, inquit, *supra substantiam*; quia nimirum est causa omnis stationis et sessionis quæ in rebus creatis invenitur, in quantum est super omnem sessionem et stationem et omnia stabiliuntur in ipso, qui custodit ea ne commoveantur a statione, et permaneant in propriis bonis.

§ IX. *Pie siquidem putandum est Deum moveri*, etc. Hunc locum edisserens S. Maximus: « Deus, inquit, non movetur aliquo ex istis generibus motus, quin potius motus immobilis, et eodem modo se habentis voluntas ejus dicitur, qua vult esse **492** ea quæ sunt, et emanatio providentiæ ad omnia. Ex his patet, Deum nulla ex iis motionibus, quas Dionysius ingeniose enumeravit, moveri, illa tantum excepta, quæ externa est, et qua creaturas per suas divinas emanationes produxit, multiplicatus, et dispertitus ac distributus, non quatenus ipse est, sed quatenus manens immobilis et impartibilis, et multiplicationis expers, et eodem prius et postea tenore sola voluntate omnia produxit, neque sic a seipso ullo modo recedens. Quo enim moveretur, qui omnia substantia sua replet? Imo, inquit Cyparissiotus, si una facies maneat, cujus forma nulla parte et nullo modo varietur, et ponamus multas circum facies ex fulgore illius emicare, videor mihi ex hac tenui imagine ac similitudine conjecturam de his facere. Ad hunc modum recte quis dicat, non distribui, aut partitim multiplicari Deum, sed nos potius ab eo, tanquam similitudines et imagines exemplarium ejus, distinctos ac variatos esse, et multiplicationem et partitionem subiisse; hujusmodi enim affectiones similitudinibus, non Deo, conveniunt. Sic a Dionysio, rerum divinarum peritissimo, hæc quæ in Deo apparet discretio appellata est: videtur enim, inquit, et dicitur unius Dei discretio et multiplicatio; est tamen nihilominus principium divinitatis supra omnem naturam unus Deus impartibilis in partibus et secum ipse copulatus, et permistionis plurium ac multiplicationis expers.

§ X. *Ut per se æqualitatis effectorem secundum quam*, etc. In elementorum scilicet mistione versatur hujusmodi æqualitas, quæ si non esset, non fierent generationes in mundo. Si enim aliquod ex elementis exsuperet ac redundet, corrumpitur quod generatur.

Ibidem: *Ut quodque aptum est*, etc. Hoc dicit propter æqualitatem proportionis, sive quæ sunt natura fiant, sive per gratiam; ut non omnes æqualiter illuminantur a sole, nec omnes æqualiter sanctificantur, sed proportione, ut apti sunt, aut digni habentur.

§ Ibidem: *Quatenus omnem æqualitatem*, νοητὴν καὶ νοερὰν, id est *intellectilem et intelligentem*, id est angelicam. Sic enim vocare solet angelos νοητοὺς καὶ νοερούς, quia habent infra se a quibus intelliguntur, et ipsi intelligunt, animæ autem non solent vocari νοηταί, id est *intellectiles*, quia non habent infra se a quibus intelligantur, sed dicuntur ratiocinantes, et νοεραί etiam, id est *intelligentes*, sed non proprie ut angeli. *Sentientem* vero æqualitatem vocat quæ in animalibus reperitur; *substantialem*, quæ in substantialibus (sic vocat quæ sunt sine sensu et motu); *naturalem*, quæ in naturalibus (illa intelligit, quæ qualemcunque motionem habent; natura enim est principium motus et quietis); *voluntariam*, in iis qui voluntate præditi sunt, qui volunt juste vivere: justitia enim est quædam æqualitas. Omne porro genus æqualitatis habet Deus anticipatum in se ipso simpliciter, tanquam in ideis et exemplaribus æternisque suis notionibus. Ita sanctus Maximus.

—

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (45).

§ I. Ἐπειδὴ καὶ τὰ προκείμενα ὀνόματα ἐν ταῖς Γραφαῖς ἐμφαίνονται· μέγας, ὡς τό· *Μέγας ὁ Κύριος ἡμῶν, καὶ μεγάλη ἡ ἰσχὺς αὐτοῦ*· μικρὸς, ὡς ἐν τῇ τρίτῃ τῶν Βασιλειῶν, *Φωνὴ αὔρας λεπτῆς, κἀκεῖ Κύριος*· ταὐτὸς, ὡς τὸ, *Ἐγώ εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι*· ἕτερος, ὅτε ἄλλως καὶ ἄλλως παρὰ τῷ Ἰεζεκιὴλ φαίνεται· ὅμοιος, ὅτε καθ' ὁμοιότητα ἰδίαν δημιουργεῖν τὸν ἄνθρωπον λέγεται· ἀνόμοιος, ὅταν λέγῃ ἐν Ἡσαΐᾳ, *Τίνι μὲ ὡμοιώσατε;* ἅτε μηδὲν ἔχων ὅμοιον· ἑστὼς, ὅτε λέγει πρὸς Μωϋσῆν· Ὧδε ἐγὼ ἕστηκα πρὸ τοῦ σε ἐκεῖ· καθήμενος, ὡς ὁ Βαρούχ, ὅταν λέγῃ, *Σὺ καθήμενος εἰς τὸν αἰῶνα*· καὶ ἀλλαχοῦ, *Ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν χερουβὶμ ἐμφάνηθι*· κινούμενος, ὡς τὸ, *Ἐπέβη ἐπὶ χερουβίμ*. Ἐπειδὴ γοῦν ταῦτα ἐν ταῖς Γραφαῖς περὶ Θεοῦ εὑρίσκονται, ἄγε δὴ καὶ τὰς τοιαύτας θεωνυμίας, A

§ I. Cum proposita quoque nomina in Scripturis afferantur: Magnus, juxta illud, *Magnus Dominus noster, et magna virtus ejus* [o]. Parvus, sicut in tertio Regum: *Vox auræ tenuis et ibi Dominus* [p]. Idem, juxta illud: *Ego sum et non mutor* [q]. Alius, quando aliter atque aliter apparet apud Ezechielem. Similis, quando hominem ad suam similitudinem creare dicitur [r]. Dissimilis, quando dicit in Isaia: *Cui me assimilastis* [s]? Ut qui nihil habeat simile. Stans, quando ait ad Moysem: Hic ego steti, antequam tu esses illic. Sedens, juxta Baruch, cum dicit: *Tu sedes in sempiternum* [t], et alibi: *Qui sedes super cherubim appare* [u]. Motus, juxta illud: *Ascendit super cherubim* [v]. Cum itaque hæc in Scripturis de Deo reperiantur, agedum, etiam istiusmodi divina nomina, quoad licet, **493** contemplemur. Dictio-

[o] Psal. CXLVI, 5. [p] III Reg. XIX, 12. [q] Malach. III, 6. [r] Genes. I, 26, 27. [s] Isai. XLVI, 5. [t] Baruch. III, 3. [u] Dan. III, 55. [v] Psal. XVII, 11.

(45) Vide Sch. S. Maxim. tom. II, cap. 9 *De divin. nomin.*

nem autem simulacrorum a gentilibus ad veritatem traduxit; illi enim quasi quasdam statuas faciebant, manibus pedibusque destitutas, has autem Ἑρμᾶς seu *Mercuriales* appellabant, quippe fixas, quoniam quadratæ erant; vel rerum quarumdam indices: ἑρμῆς enim vim sermonis explicat, quippe proferens id quod insitum et internum. Faciebant itaque illas concavas portas habentes, atque in illis simulacra collocabant deorum quos venerabantur, deforis autem illas claudebant. Viles ergo apparebant istiusmodi Mercurii, verum intra se ipsorummet deorum ornatum continebant. Similiter et hic ait, nomina quidem ipsiusmet existentis ac solius veri Dei, quæ in Scriptura recensentur, videntur quidem indigna Deo; verum explicata, dignam Deo interpretationem habent, et intra se simulacra quædam divinasque figuras divinæ gloriæ continent.

καθόσον ἐστὶ, θεωρήσωμεν. Τὴν δὲ λέξιν τῶν ἀγαλμάτων ἐξ Ἑλλήνων ἐπὶ τὸ ἀληθὲς μετήγαγεν· ἐκεῖνοι γὰρ οἷόν τινας ἀνδριάντας ἐποίουν, μήτε χεῖρας μήτε πόδας ἔχοντας· τούτους δὲ Ἑρμᾶς ἐκάλουν, δηλονότι στερρούς, τετράγωνοι γὰρ ἦσαν· ἢ ἐμφατικούς τινων· Ἑρμῆς γὰρ ἡ τοῦ λόγου ἔμφασις, ὡς προφορικὸς τοῦ ἐνδιαθέτου καὶ ἐνδοτέρου. Ἐποίουν τοίνυν αὐτοὺς διακένους θύρας ἔχοντας, καὶ ἔσωθεν αὐτῶν ἐτίθεσαν ἀγάλματα ὧν ἐσέβοντο θεῶν, ἔξωθεν δὲ ἀπέκλειον τοὺς Ἑρμᾶς. Ἐφαίνοντο οὖν οἱ Ἑρμαῖ εὐτελεῖς, ἔσωθεν δὲ τοὺς τῶν θεῶν αὐτῶν καλλωπισμοὺς εἶχον. Οὕτω δὴ κἀνταῦθά φησι τὰ μὲν περὶ τοῦ ὄντος καὶ μόνου ἀληθινοῦ Θεοῦ ἐν τῇ Γραφῇ ὀνόματα ἀνάξια εἶναι περὶ Θεοῦ λεγόμενα, ἀναπτυσσόμενα δὲ, καὶ ἀξίως Θεοῦ ἑρμηνεύονται, καὶ ἔσωθεν ἔχουσι τὰ ἀγάλματα, καὶ τοὺς θείους τύπους τῆς περὶ Θεοῦ δόξης.

§ II. Magnus Deus appellatur, sed non alterius comparatione, sed secundum sibi propriam magnitudinem; sicut cœlum, ut sic dicam, magnum dicitur non respectu alterius cœli alicujus minoris, et sol lucidus, non ad aliquid, sed secundum se. Itaque Deus magnus dicitur, non per alterius collationem, sed propter incomparabilem et vere incomprehensibilem divinæ magnitudinis excellentiam. Dicitur ergo magnus, tanquam qui se omnibus rebus magnis communicet; nihil enim in rebus creatis neque mole neque virtute magnum, quod non dicatur magnum secundum participationem ejus qui omni magnitudini superfunditur, omnemque locum continet, omnemque numerum excedit. Cum enim magnum de quantitate dicatur, idcirco magnitudine tam locum quam numerum comprehendit, quæ sunt species quantitatis, magnitudinem quidem pro linea, superficie et corpore sumens; tempus vero sermonemque vocalem missa faciens, illud quidem, quia temporum est conditor, hunc vero, quia de ipso antea verba fecit, in quantum Deus Verbum appellatur. Locum itaque comprehendit tanquam incorporeum, magnitudinem vero numerumque, quod illa quidem in infinitum dividi, hic vero sine termino augeri possit. Nam idcirco etiam addit: Omnem transiliens infinitatem. Mirabiliter autem ponit, Omnem locum continens, quia locus continet, non continetur, terminus enim est continentis; Deus autem plusquam **494** infinitus existit, quia regni ejus non est finis. Quin etiam supra omnem numerum existit; etsi enim Deus dicatur unus et unum, est tamen etiam plus quam unum, proprie enim unum connexionem habet ad multos numeros ex ipso existentes, et principium est multitudinis. Verum Deus unum dicitur, quia simplex est, et individuum, et incompositum. Quin et sic plus quam unitur, et plus quam unum est; dicitur enim de ipso: *Et scientiæ ejus non est numerus* [x]. Dicitur etiam magnus, secundum plusquam plenitudinem ac magnificentiam suam, quoniam fontes munerum ipsius ab omnibus participati minime minuuntur.

§ II. Μέγας ὁ Θεὸς ὀνομάζεται, ἀλλ' οὐ πρὸς σύγκρισιν ἑτέρου, ἀλλὰ κατὰ τὸ ἰδίως αὐτοῦ μέγα· ὡς ὁ οὐρανὸς, οἷον φέρε εἰπεῖν, λέγεται μέγας, οὐ πρὸς ἄλλον οὐρανὸν μικρότερον, καὶ ὁ ἥλιος φωτεινὸς, οὐ πρός τι, ἀλλὰ καθ' αὑτόν. Ὁ γοῦν Θεὸς μέγας λέγεται οὐ πρὸς ἀντιπαράθεσιν ἑτέρου, ἀλλὰ διὰ τὸ ἀπαράθετον καὶ ὄντως ἀκατάληπτον τῆς θείας μεγαλειότητος. Λέγεται γοῦν μέγας, ὡς μεταδιδοὺς ἑαυτοῦ πᾶσι τοῖς μεγάλοις· οὐδὲν γὰρ μέγα οὔτε ποσῷ οὔτε μὴν τῇ δυνάμει ἐπὶ τῶν κτισμάτων, ὅπερ οὐ κατὰ μετοχὴν ἐκείνου λέγεται μέγα, ὑπερχεομένου παντὸς μεγέθους, καὶ πάντα τόπον περιέχοντος, καὶ πάντα ἀριθμὸν ὑπερβάλλοντος. Ἐπειδὴ γὰρ τὸ μέγα ἐπὶ ποσοῦ λέγεται, διὰ τοῦτο περιλαμβάνει μέγεθος τόπον καὶ ἀριθμὸν, ἅπερ ἐστὶ τοῦ ποιοῦ εἴδη, τὸ μὲν μέγεθος λαβὼν ἀντὶ γραμμῆς, ἐπιφανείας, καὶ σώματος· χρόνον δὲ καὶ λόγον ἀφεὶς τὸν προφορικόν· τὸ μὲν, ὅτι ποιητὴς χρόνων, τὸ δὲ, ὅτι περὶ αὐτοῦ ἔμπροσθεν εἶπε, κατὰ τί λόγος τὸ Θεῖον λέγεται. Τὸν γοῦν τόπον περιέλαβεν ὡς ἀσώματον, τὸ δὲ μέγεθος καὶ τὸν ἀριθμὸν, ὡς τὸ μὲν ἐπ' ἄπειρον διαιρετὸν, τὸν δὲ ἐπ' ἄπειρον αὐξανόμενον. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ προστίθησι· Καὶ πᾶσαν ἀπειρίαν διαβαῖνον. Θαυμασίως δὲ τίθησι τὸ, Πάντα τόπον περιέχον· ὁ γὰρ τόπος περιέχει, οὐ περιέχεται, πέρας γάρ ἐστι τοῦ περιέχοντος· ὁ δὲ Θεὸς ὑπεράπειρός ἐστι, τῆς βασιλείας γὰρ αὐτοῦ οὐκ ἔστι πέρας. Ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ πάντα ἀριθμόν ἐστιν· εἰ γὰρ καὶ λέγεται ὁ Θεὸς εἷς καὶ ἕν, ἀλλ' οὖν καὶ ὑπὲρ τὸ ἕν ἐστι· κυρίως γὰρ τὸ ἓν σχέσιν ἔχει πρὸς τοὺς ἐξ αὐτοῦ πολλοὺς ἀριθμοὺς, καὶ πλήθους ἐστὶν ἀρχή. Ὅμως λέγεται ὁ Θεὸς ἕν, ἐπειδὴ ἁπλοῦν ἐστι, καὶ ἀμερὲς, καὶ ἀσύνθετον. Ἀλλὰ καὶ οὕτως ὑπερήνωται, καὶ ὑπὲρ το ἓν ἐστι· λέγεται γὰρ περὶ αὐτοῦ· *Καὶ τῆς συνέσεως αὐτοῦ οὐκ ἔστιν ἀριθμός.* Λέγεται καὶ μέγας κατὰ τὸ ὑπερπλῆρες αὐτοῦ καὶ μεγαλουργὸν, ὅτι αἱ πηγαὶ τῶν δωρεῶν αὐτοῦ, παρὰ πάντων μετεχόμεναι, ἀμείωτοί εἰσι.

[x] Psal. CXLVI, 5.

§ III. Μικρὸν δὲ πάλιν λέγεται, ὡς οὐδένα ὄγκον ἢ διάστημα πεφυκὼς δέξασθαι, ἀλλ' ὑπὲρ ταῦτα ὤν· καὶ ἄλλως, διότι διὰ πάντων ἀκωλύτως χωρεῖ. Τὸ γὰρ σμικρὸν ἀρχοειδέστερόν ἐστι πάντων· καθὸ ἐκ τοῦ μικροῦ πρὸς τὸ μεῖζον πρόεισι πάντα τὰ ἐν τῇ αὐξήσει, καὶ πάλιν ἐκ μείζονος πρὸς τὸ μικρὸν καταντᾷ τὰ ἐν τῇ μειώσει. Στοιχεῖον δέ ἐστιν, ἐξ οὗ καὶ συνίσταταί τι, καὶ εἰς ὃ ἀναλύεται. Ἢ γοῦν διὰ τοῦτο στοιχειωτικόν ἐστι τὸ σμικρόν, ἢ ὅτι καὶ ἐν τῷ μείζονι τὸ μικρὸν θεωρεῖται, ἐν δὲ τῷ μικρῷ τὸ μεῖζον οὔ. Ὡς γοῦν ἐν τῷ συνθέτῳ τὰ ἁπλᾶ ἐμφαίνονται, ἐν δὲ τοῖς ἁπλοῖς οὐκέτι τὸ σύνθετον, καὶ ἐν ταῖς συλλαβαῖς δηλονότι τὰ στοιχεῖα, οὐ μὴν ἐν τοῖς στοιχείοις αἱ συλλαβαί· οὕτως ἐνταῦθα τὸ μικρὸν στοιχειωτικὸν λέγεται, ὅτι αὐτὸ μὲν ἐν τῷ μείζονι ἐμφαίνεται, οὐ μὴν δὲ καὶ τὸ ἀνάπαλιν. Οὕτω λέγεται καὶ ἐπὶ Θεοῦ τὸ μικρὸν, δι' ὧν τίθησιν ἀποστολικῶν ῥημάτων, ἐξ ὧν τὸ ὑπεροξύπορον τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ ἐπὶ τὰ ἀσώματα χωρήσεως δηλοῦται. Τὸ γὰρ διικνεῖσθαι τὸν Θεὸν ἄχρι καὶ μερισμοῦ ψυχῆς καὶ πνεύματος ἀποφαίνει, ὅτι καὶ αὐτὸ τὸ ἀσώματον τῆς ψυχῆς καὶ ἐνοειδὲς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ διαιρεῖσθαι δύναται. Διὸ καὶ τὰς ἐννοίας ὁ Θεὸς οἶδεν, μεταξὺ γὰρ νοῦ καὶ νοήσεως ὁ Θεὸς χωρεῖ, καθὸ εἴρηται· *Σὺ ἔγνως τοὺς διαλογισμούς μου ἀπὸ μακρόθεν*, ἀλλὰ καὶ μεταξὺ ψυχῆς καὶ πνεύματος, ἐν ᾧ δὴ πνεύματι τὰς αἰσθήσεις ἐπεστηριγμένας ἔχομεν, δι' οὗ καὶ αἰσθητοῖς ἡ ψυχὴ προσβάλλει καὶ τὸ διανοητικὸν τῶν σκέψεων ἔχομεν. Τοῦτο δὲ τὸ πνεῦμα, δύναμιν, καὶ οἱονεὶ δευτέραν ψυχὴν αἰσθητικὴν, οἱ παρ' Ἕλλησι καλοῦσι σοφοί. Ἡ οὖν αἰσθητικὴ αὕτη ψυχή ἐστιν ἡ μέχρι μυελῶν καὶ φλεβῶν καὶ ἀρτηριῶν καὶ ὀστέων, καὶ τοῦ ὅλου σώματος διικνοῦσα, δι' ὧν ἁπάντων διικνεῖται ὁ Θεὸς ἀκωλύτως, τοῖς μὲν διδοὺς σύστασιν, τοῖς δὲ ἐμβατεύων, ὡς μηδεμίαν κτίσιν, ἀφανῆ εἶναι ἐνώπιον αὐτοῦ. Σημείωσαι δὲ περὶ τοῦ πνεύματος, ὅτι ἄλλο ἐστὶ τὸ λεγόμενον πνεῦμα ἐνταῦθα, ὅπερ φαμὲν καὶ αἰσθητικὴν ψυχὴν, καὶ ἄλλο ἐκεῖνο τὸ πνεῦμα, περὶ οὗ ὁ μέγας Παῦλός φησιν· *Ὁ ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος*. Πνεῦμα γὰρ ἐκεῖσε τὸ πνευματικὸν φησι χάρισμα, ὅπερ ἐκ τοῦ θείου βαπτίσματος λαμβάνομεν οἱ πιστοὶ, καρτερίας πνεῦμα, ὑπομονῆς, πραότητος, μακροθυμίας, συντονίας εἰς τὸ ἀγαθὸν, καθὸ τοῖς ψυχικοῖς οἱ πνευματικοὶ μωραίνοντες φαίνονται, κἂν ἐκεῖνοι του ἀληθοῦς ἐξέρχωνται, καθὼς καὶ πρώην ἐλέγομεν.

§ IV. Πάντα τὰ τῷ Θεῷ προσεῖναι λεγόμενα ὑπερουσίως λέγονται· ὅθεν καὶ ταὐτὸν λέγεται ὑπερουσίως ὅτι ἐφ' ἑαυτοῦ μένει, καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχει ἱδρυμένον ἐν τοῖς καλλίστοις πέρασι τῆς περὶ τὴν οὐσίαν φαινομένης ταὐτότητος. Ἐκ δὲ τῶν περάτων ἐμφαίνεται, ὅτι οὐχὶ ἐστι μὲν νῦν ταὐτὸν, πέφυκε δέ ποτε ἐκχυθῆναι εἰς ἑτερότητα· ἐκεῖνο γὰρ ἑτεροιοῦται πολλάκις ἐκ τῆς ταὐτότητος, ὅπερ οὐχ ἵδρυται ἐν τοῖς τῆς ταὐτότητος πέρασιν. Ὁ δὲ Θεὸς

A

B

C

D

§ III. Parvum rursus dicitur, ut quod nullam molem vel distantiam suscipere possit, sed supra hæc existat; et aliter, quia absque impedimento cuncta penetrat. Parvum enim, principium est omnium; quoniam omnia quæ incrementum sumunt, ex parvo in magnum evadunt, et rursum in decremento, ex majori ad id quod minus est redeunt. Elementum autem est id, ex quo etiam aliquid componitur, et in quod resolvitur. Vel idciroo igitur etiam parvum est elementare, vel quia in majori parvum consideratur, non autem magnum in parvo. Sicut ergo in composito simplicia apparent, non autem in simplicibus compositum, et in syllabis v. g. elementa, non vero syllabæ in elementis; ita hic, parvum id quod elementare est dicitur, quoniam ipsum quidem in majori apparet, non autem e contra. Sic dicitur etiam de Deo parvum, propter quod apostolica verba refert, quibus demonstratur velocitas progressus Dei ad res incorporeas. Quod enim pertingat usque ad divisionem animæ et spiritus declarat ipsam quoque incorporeitatem et uniformitatem animæ a Deo dividi posse. Unde Deus quoque cogitationes intelligit, quoniam Deus etiam usque ad intellectum et intellectionem ipsam penetrat, sicut dictum est: *Tu intellexisti cogitationes meas de longe*[y]; quin et inter animam et spiritum, in quo nimirum spiritu sensus habemus stabilitos, per quem etiam anima sensilibus intendit, et vim habemus intelligendi speculationes. Hunc autem spiritum gentiles sapientes vocant *facultatem*, et veluti secundam animam sensitivam animæ. Ergo anima hæc sensitiva penetrat usque ad medullas, et venas, et arterias, et ossa, et totum corpus, ad **495** quæ omnia Deus absque impedimento pertingit; aliis quidem statum impertiens, aliis vero se insinuans, ita ut nulla creatura sit occulta in conspectu ejus. Nota vero circa spiritum, alium esse prædictum spiritum, quem etiam animam sensitivam appellamus, et alium esse illum spiritum, de quo magnus Paulus ait: *Animalis homo non capit ea quæ sunt spiritus*[z]. Spiritum enim ibi vocat gratiam spiritalem, quam fideles in baptismo accipimus, spiritum fortitudinis, sustinentiæ, mansuetudinis, longanimitatis, intentionis ad bonum, juxta quod viri spiritales hominibus animalibus insanire videntur, quantumvis ipsimet a veritate aberrent, uti superius dicebamus.

§ IV. Hæc omnia quæ Deo inesse dicta sunt, suprasubstantialiter dicuntur; unde etiam id ipsum suprasubstantialiter dicitur, quod in seipso maneat, et secundum eadem eodemque modo stabilitatem habeat in pulcherrimis terminis circa substantiam apparentis identitatis. Ex terminis autem apparet, quod non sit modo quidem idem, aliquando vero possit in alteritatem effundi; quoniam id frequenter ex identitate in alterum mutatur

[y] Psal. cxxxviii, 3. [z] I Cor. ii, 14.

quod in terminis identitatis non stabilitur. Deus autem identitatis terminos comprehendit, quomodo ergo aliud aliquando admittere possit? Non dixit autem pro more loquendi suo, ut in aliis per excessum, ut quod excedat terminos identitatis: quoniam deficeret ab identitate, et in aliud incideret, si identitatem excederet. Solet itaque hic Pater in illis excessum nominare, in quibus excessus minime exterminat illa quæ Deum decent; in quibus vero tale quid periculi est, satis esse putat summam de Deo testari. Est itaque Deus immutabilis, et secundum omnem motum immobilis. Dicens autem *ingenitum*, cum multis modis hoc nomen accipiatur, celebriores ejus interpretationes explicat; dicitur enim ingenitum, vel quod necdum genitum, sed gignendum est, ut Sara dixit: Nondum quidem mihi natus est [a]; vel quod imperfectum est, sicut turris in Chalane [b]; vel ab hoc non factum, ut: *Paulus apostolus non ab hominibus* [c]; vel non hoc factum, sicut: Justus non unus ex duodecim; vel id quod penitus nullo modo est, ut quæ fingunt gentiles Scyllam et Chimæram, et similia. Speciatim igitur et absolute, supra hæc omnia ingenitum in Deo dicitur; uno enim et **496** eodem modo definitur. Uno modo, propter omnimodam incomparabilitatem divinæ naturæ, eodem modo; propter immutabilitatem. Ἀφοριζόμενον vero est definitum seu demonstratum, a verbo ὁρίζειν, vel exemptum et separatum. Et quoniam Deus semper idem et eodem modo se habet, tribuit creaturis, ut in identitate permaneant. Eodem modo igitur omnia, etiam quæ non sunt in eadem natura, in Deo videntur; siquidem Deus est eodem modo, sive similiter, rerum omnium causa.

A τὰ τῆς ταὐτότητος περιλαμβάνει πέρατα, πῶς γοῦν σχοίη ποτὲ τὸ ἕτερον; Οὐκ εἶπε δὲ κατὰ τὸ σύνηθες αὐτῷ ἐν τοῖς ἄλλοις τὴν ὑπεροχὴν λέγοντι, ὅτι, ὑπερέχων τὰ πέρατα τῆς ταὐτότητος· ἐκκλινεῖ γὰρ τῆς ταὐτότητος, καὶ εἰς ἕτερον μεταπέσοι, εἴπερ ὑπερέξει τῆς ταὐτότητος. Εἴωθε γοῦν ὁ Πατὴρ ἐν ἐκείνοις λέγειν τὴν ὑπεροχήν, ἐν οἷς ἡ ὑπεροχὴ οὐκ ἀφανίζει τὰ τῷ Θεῷ πρέποντα· ἐν οἷς δὲ τοιοῦτόν τι κινδυνεύεται, ἱκανὸν ἡγεῖται τὴν περιοχὴν τοῦ πράγματος μαρτυρῆσαι ἐπὶ Θεοῦ. Ἔστιν οὖν τὸ Θεῖον ἀμετάβλητον, καὶ κατὰ πᾶσαν κίνησιν ἀκίνητον. Εἰπὼν δὲ *ἀγέννητον*, ἐπειδὴ πολλαχῶς λαμβάνεται τὸ *ἀγέννητον*, τὰς παλιμφήμους ἑρμηνείας τοῦ ὀνόματος ἀποκαθαίρει· λέγεται γὰρ ἢ τὸ μήπω γενόμενον, γενησόμενον δὲ, ὡς ἡ Σάρρα εἶπε τὸ, Οὔπω μέν μοι B γέγονεν· ἢ ὡς ἀτελείωτον, ὡς ὁ ἐν Χαλάνῃ πύργος· ἢ τὸ ὡς οὐχ ὑπὸ τοῦδε, ὡς τὸ, *Παῦλος ἀπόστολος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων*· ἢ ὡς οὐ τόδε, ὡς, Ὁ Ἰοῦστος οὐχ εἷς τῶν δώδεκα· ἢ ὡς μηδαμῇ μηδαμῶς ὄν, ὡς ὅσα τερατεύονται Ἕλληνες, Σκύλλαν, καὶ Χίμαιραν, καὶ τὰ ὅμοια. Ἰδικῶς γοῦν καὶ ἀπολύτως ὑπὲρ ταῦτα πάντα ἐπὶ Θεοῦ τὸ ἀγένητον· μονοειδῶς γὰρ καὶ ταὐτοειδῶς ἀφορίζεται· μονοειδῶς διὰ τὸ παντελῶς ἀπαράβλητον τῆς θείας φύσεως· ταὐτοειδῶς διὰ τὸ ἀναλλοίωτον. Ἀφοριζόμενον δὲ τὸ δεικνύμενον, ὡς ἀπὸ τοῦ *ὁρίζειν*, ἢ τὸ ἐξῃρημένον καὶ κεχωρισμένον. Καὶ τὸ ἀεὶ ταὐτὸν καὶ ὡσαύτως ἔχον ὁ Θεὸς, δωρεῖται τοῖς κτίσμασι τὸ ἐν ταὐτότητι διαμένειν. Ταὐτῶς οὖν ἅπαντα, καὶ τὰ μὴ ἐν ταὐτότητι τῆς φύσεως, ἐν τῷ Θεῷ θεωρεῖται· πάντων γὰρ τῶν ὄντων ταὐτῶς, ἤγουν C ὁμοίως, αἴτιος ὁ Θεός.

§ V. Aliud autem significare putandum est; constructio enim hæc per trajectionem ad putandum relationem habet; quoniam Deus in seipso et propria identitate permanens, providentia sua fit omnia in omnibus propter omnium salutem, semetipsum diversimode impertiens ad eorum qui conversi sunt deificationem. Idcirco enim multimoda quoque dicitur Dei sapientia; et ipsammet variarum figurarum diversitatem significare putandum est, quod in prophetis Deus aliter atque aliter appareat; quoniam aliud quid est ab eo quod apparet, cum aqualiter omnia sint ab ipso diversa. Si enim aliqua ex illis erat formis, ut quid non per illam apparebat, cum omnino posset comprehendi, licet per aliam atque aliam? Quemadmodum enim si indivisibilis animæ virtutibus proprias partes corporeas affingeremus, secundum indivisibilitatem ejus illas intelligere deberemus, per quamdam anagogem et allegoriam, mentem quidem dicentes esse caput, quoniam mens est animæ præcipuum atque præstantissimum, sicut caput corporis; opinionem vero cervicem, quia sicut cervix media est inter caput reliquumque corpus, sic et opinio media est

§ V. Τὸ δὲ ἕτερον σημαίνειν οἰητέον· καθ' ὑπερβατὸν γὰρ ἡ σύνταξις πρὸς τὸ οἰητέον ἔχουσα τὴν ἀπόδοσιν· ὅτι μένων ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ τῆς οἰκείας ταὐτότητος, τὰ πάντα ἐν πᾶσι προνοητικῶς διὰ τὴν πάντων σωτηρίαν γίνεται, ἑαυτὸν ποικίλως ἐπιδιδοὺς πρὸς ἐκθέωσιν τῶν ἐπεστραμμένων. Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ πολύτροπος ἡ τοῦ Θεοῦ σοφία λέγεται· καὶ αὐτὴν τὴν τῶν ποικίλων σχημάτων ἑτερότητα, τὸ ἄλλως καὶ ἄλλως τὸν Θεὸν ἐν τοῖς προφήταις φαίνεσθαι, τοῦτο οἰητέον σημαίνειν, ὅτι ἄλλο τί ἐστι παρ' ὃ φαίνεται, ἐπίσης ἔχων τὰ πάντα ἀλλότρια ἑαυτοῦ. Εἰ γὰρ D ἦν τῆς ἐξ ἐκείνων τῶν μορφῶν, ἵνα τί μὴ δι' ἐκείνης ἐφαίνετο πάντοτε οἵας τε οὔσης καταλαμβάνεσθαι, ἀλλὰ δι' ἄλλης καὶ ἄλλης; Ὡς γὰρ εἰ περιεπλάττομεν τῇ ἀμερεῖ ψυχῇ οἰκεῖα ταῖς δυνάμεσι μέρη σωματοειδῆ, ὀφείλομεν οἰκείως τῇ ἀμερείᾳ νοεῖν τὰ λεγόμενα, κατά τινα ἀναγωγὴν καὶ ἀλληγορίαν, τὸν νοῦν μὲν λέγοντες κεφαλὴν, ὅτι ὁ νοῦς τὸ κρεῖττον καὶ περιεκτικώτερον τῆς ψυχῆς, ὡς ἡ κεφαλὴ τοῦ σώματος· τὴν δὲ δόξαν, αὐχένα, ὅτι ὥσπερ ὁ αὐχὴν, μέσον τῆς κεφαλῆς καὶ τοῦ ἑτέρου σώματος, οὕτως ἡ δόξα μέσον τοῦ νοῦ καὶ τῆς ἀλογίας, τὰ γὰρ τῆς διανοίας συμπεράσματα ἀλόγως οἶδεν·

[a] Gen. XVIII. [b] Gen. X et XI. [c] Gal. I, 1.

τὸν δὲ θυμὸν στῆθος, ὅτι καὶ τὸ θυμικὸν ἐν τῷ στήθει φασὶν εἶναι· τὴν δὲ ἐπιθυμίαν γαστέρα, ἐπεὶ καὶ περὶ τὴν γαστέρα τοῦ σώματος τὸ ἐπιθυμητικὸν περιγραφουσι· τὴν δὲ φύσιν, σκέλη καὶ πόδας, δηλοῦντες ἐντεῦθεν τὸ βάσιμον καὶ ἑδραῖον τῆς φύσεως· πολλῷ γε μᾶλλον ἐπὶ Θεοῦ τοῦ πάντων ἐπέκεινα θεοπρεπῶς ὀφείλομεν ἀναπτύσσειν, καὶ ἀνακαθαίρειν, καὶ τῶν σωματικῶν ἀπαλλάττειν τὸ θεωρούμενον. Καὶ αὐτὸ δὲ τὸ τριχῆ διαστατὸν, ὅπερ ἐπὶ τῶν σωμάτων ἰδίως ἐστὶ, τὸ μῆκος, τὸ πλάτος, καὶ τὸ βάθος, εἰ βουληθείη τις περιάψαι τῷ Θείῳ, θεοπρεπῶς ὀφείλει τοῦτο ποιῆσαι· καὶ νοῆσαι μὲν πλάτος τὴν ὑπερεύρειαν εἰς πάντα τοῦ Θεοῦ πρόοδον εἰς τὸ παραγαγεῖν, εἰς τὸ κυβερνᾷν, εἰς τὸ προνοεῖν· μῆκος δὲ τὴν ὑπερέχουσαν τὰ πάντα δύναμιν· βάθος δὲ τὴν ἀπερίληπτον κρυφιότητα. Ἀλλὰ δέδοικα, μὴ λάθωμεν ἑαυτοὺς συμφύροντες τὰ περὶ Θεοῦ ἀσωμάτως ὀφειλόμενα νοεῖσθαι ταῖς διὰ συμβόλων αἰσθητῶν ἀναπτύξεσιν. Ἤγουν ἀναπτύσσομεν τὸ πλάτος, ἢ τὸ μῆκος, ἢ τὸ βάθος, ἢ ἄλλο τι, βουλόμενοι ἀνάξαι αὐτὰ ἀπὸ τῶν σωματικῶν· καὶ πάλιν, μὴ ἄλλως ἔχοντες λέγειν, περὶ τὰ σωματικὰ καταντῶμεν, πρόοδον λέγοντες δύναμιν, κρυφιότητα, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἃ δὴ καὶ αὐτὰ σωματικά εἰσιν, εἰ καὶ ὑψηλότερα τῶν προτέρων· διὸ περὶ τούτων ἐν ἄλλοις εἴρηται. Νῦν δὲ ἑτερότητα λέγοντες ἐπὶ Θεοῦ, μὴ ὑποπτεύσωμεν, ὅτι εἰς ἕτερον καὶ ἕτερον ἀλλοιοῦται τὸ Θεῖον, ἀλλὰ τὸ, ἐν τῇ οἰκείᾳ ἁπλότητι μένοντα τὸν Θεὸν, τὰ ποικίλα καὶ παντοδαπὰ εἴδη τῆς κτίσεως παραγαγεῖν, ἐμφαίνομεν· πρόοδον γὰρ λέγει τὴν πρὸς τὸ κτίσαι τὰ πάντα οἱονεὶ κίνησιν καὶ ὁρμήν.

A inter rationem et irrationabilitatem, intelligentiæ enim terminos sine ratiocinatione novit; iram vero pectus, quoniam vim irascibilem in pectore sitam esse aiunt; concupiscentiam vero ventrem, cum per ventrem quoque corporis vis concupiscibilis designetur; naturam vero crura pedesque, per hæc nimirum naturæ constantiam firmitatemque significando: multo magis utique in Deo, rebus omnibus eminentiore, eo quo Deum decet modo mystico hæc explicare, et id quod consideratur, ab omni re corporea liberare et abstrahere debemus. Porro triplicem distantiam, quæ in corporibus proprie est, longitudo et latitudo, et profunditas, si quis Deo accommodare voluerit, ea qua Deum decet **497** ratione id faciendum est; et intelligenda quidem latitudo, su- B praquam extensa illa Dei ad res omnes progressio cum in producendo, tum in gubernando, tum in providendo; longitudo vero, potentia illa quæ res omnes superat; profunditas vero, arcanum illud quod comprehendi nequit. Sed vereor ne nos ipsos ignoremus, ea quæ de Deo incorporeo modo intelligere debemus sensilium symbolorum explicationibus commiscentes. Explicamus igitur latitudinem, vel longitudinem, vel profunditatem, vel aliud quidpiam, dum a rebus corporeis illa volumus abstrahere; et cum aliter efferre non possimus, rursum ad corporea redimus, dum processum dicimus virtutem, arcanum, et similia, quæ utique etiam ipsa corporea sunt, licet prioribus sublimiora. Verum de his alibi dictum. Modo vero alteritatem de Deo C dicentes, ne suspicemur Deum in aliud atque aliud permutari, sed in propria simplicitate permanentem, diversas et omnimodas species creaturæ producere significamus: progressum enim dicit ipsam veluti motionem et propensionem ad rerum omnium creationem

§ VI. Ὅμοιον δὲ τὸν Θεὸν εἰ μὲν ὡς αὐτὸν ἑαυτῷ ὅλον δι' ὅλου εἴποι τις, οὐκ ἀτιμαστέον τὴν θεωνυμίαν. Ὅμοιον δέ τινι τῶν ὄντων πῶς τὸ Θεῖον λεχθήσεται; ἐπεί τοί γε ἡ θεία Γραφὴ, ὡς ἀεὶ τὸν αὐτὸν ἀναλλοιώτως ὄντα, ἀνόμοιον πᾶσί φησιν, ἐν τῷ, *Τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε;* καὶ πάλιν, *Τίνι με ὡμοιώσατε; λέγει Κύριος*· καὶ πάλιν· *Ἐγὼ ὁράσεις ἐπληθυνα, καὶ ἐν χερσὶ τῶν προφητῶν ὡμοιώθην*· τουτέστιν, Ὁ αὐτὸς ἐγὼ ἐμαυτῷ, ὡς Εἰρηναῖος λέγει ἐν τοῖς *Κατὰ αἱρέσεως*. Οὕτω δὲ, ὡς οὐκ ἔστιν ὅμοιος D οὐδενὶ, δωρεῖται τὴν ὁμοιότητα τοῖς ἐπ' αὐτὸν ἐπιστρεφομένοις. Πῶς; Κατὰ μίμησιν τὴν κατὰ δύναμιν τῶν θείων ἐκείνων καὶ ὑπὲρ πάντα ὅρον καὶ λόγον ὑπαρχόντων, κατὰ τὸ, *Γίνεσθε τέλειοι*, καὶ, *Γίνεσθε οἰκτίρμονες ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ οὐράνιος*· ἅπερ ἐπὶ Θεοῦ μὲν κυρίως καὶ ὑπὲρ πάντα λογον καὶ ὅρον· οὐδὲ γὰρ τόσον ἢ τόσον ἐστὶν ἐπ' ἐκείνῳ τὸ οἰκτίρμον ἢ τὸ τέλειον, ἀλλ' ἀπεριόριστον· ἐπὶ δὲ τῶν κτισμάτων κατὰ τὴν ἑκάστου σπουδὴν καὶ δύναμιν. Τὰ γοῦν παραγόμενα ῥητέον ὅμοια Θεῷ, αὐτοῖς δὲ τὸν Θεὸν ὅμοιον οὐ ῥητέον, ὅτι οὐδὲ ὁ ἄνθρωπος ὅμοιος τῇ εἰκόνι αὐτοῦ, ἡ δὲ εἰκὼν ὁμοία τῷ ἀνθρώπῳ. Ἐπὶ γὰρ τῶν ὁμοταγῶν καὶ ὁμοφύλων Ηέ-

§ VI. Similem vero Deum si quis dixerit, tanquam sibi totum per totum conformem, tale nomen Dei minime aspernandum est. Quomodo vero Deus alicui rei similis dici possit? quoniam divina Scriptura, tanquam semper eumdem sine mutatione, omnibus dissimilem dicit, ut in illo: *Quis similis tibi in diis, Domine?* [d] ac iterum: *Cui me assimilastis? inquit Dominus* [e]; et rursus: *Ego visiones multiplicavi, et in manibus prophetarum assimilatus fui* [f]; id est, idem ego mihi ipsi, ut Irenæus dicit in libris *Contra hæreses*. Cum autem non sit similis ulli, similitudinem ad se conversis elargitur. Quomodo? Secundum imitationem et virtutem istarum rerum divinarum quæ rationem omnem terminumque excedunt, juxta illud: *Estote perfecti* [g]; et: *Estote misericordes sicut Pater vester cœlestis* [h]. Quæ in Deo quidem proprie et supra omnem terminum et rationem; non enim tantum vel tantum in illo est misericordia vel perfectio, sed infinita; in creaturis vero pro cujusque studio et facultate. Hæc itaque quæ adducta sunt, dicenda sunt Deo similia, non autem iis similis dicendus est Deus; quoniam neque homo similis

[d] Psal. LXXXV, 7. [e] Isai. XLVI, 5. [f] Ose. XII, 10. [g] Matth. V, 48. [h] Luc. VI, 36.

est imagini suæ, sed imago similis est homini. Siquidem in iis quæ ejusdem ordinis et æqualia **498** sunt, Petro, verbi gratia, et Paulo, potest similitudo reciprocari, alterutrum alterutri præferri.

τρου τυχὸν καὶ Παύλου, δυνατὸν ἀντιστρέφειν τὸ ὅμοιον, καὶ προηγεῖσθαι θάτερον θατέρου.

§ VII. In causa vero ad effectus nequaquam admittemus istiusmodi reciprocationem, sed effectus quidem causis esse similes, causam vero effectis similem nequaquam dicimus; quia non est æqualis, sed major est qui dat quam quæ participant : Deus vero omnium quoad entitatem similium causa est, et ipsius per se similitudinis effector. Solet enim hic Pater Deum dicere id quod per se est, et ejus quod per se est conditorem, et per se vitam, et per se vitæ creatorem. Hæc autem dicit, non quod dicat Deum diversam quidem esse vitam, ac diversam ab eo vitam essentialem fuisse productam et quasi subsistentem in Deo, quam participent ea quæ vitam participant; sed, sicut seipsum explicat capite undecimo, Deus dicitur ipsa vita, atque ipsa virtus, atque ipsa similitudo, tanquam hoc existens per modum principii, et ut Deus, et ut causa : hæc enim ipse reipsa est. Ipsius autem similitudinis et similium conditor est, ut qui rebus donum hoc primario participantibus, ut id ipsum participent, elargitur . siquidem omnia pro captu suo talia participant, prima quidem suprema, per modum principii, cætera vero consequenter inferiori gradu. Non secus vero dicendum est, Deum quoque esse conditorem rationis exemplaris similitudinis, ut qui in se sine principio et unite semper habeat rerum omnium rationes præexistentes, quas et prædefinitiones superius appellavit. Illa igitur omnium similitudo, quæ est omnium unitas, per participationem primæ causæ, id est quasi vestigio quodam participationis, participat illud quod secundum eadem et eodem modo se habet. Hoc itaque simile, quod secundum eadem et eodem modo se habet, dissimile est, rerumque omnium compositionem respuit, uti testatur Scriptura dicens : *Non est similis tibi in diis, Domine* [i]. Non est utique hoc contrarium iis quæ dicta sunt, cum diximus, omnia Deo esse similia, Deum autem non esse ulli similem; siquidem eadem et similia et dissimilia sunt Deo; illud quidem secundum indultam cuique imitationem, non enim perfecta est imitatio; hoc vero, quoniam effectus a causis infinitis et incomparabilibus parasangis deficiunt.

§ VII. Ἐπὶ δὲ τοῦ αἰτίου καὶ τῶν αἰτιατῶν οὐκ ἀποδεξόμεθα τὴν ἀντιστροφὴν, ἀλλὰ τὰ μὲν αἰτιατὰ ὅμοια τῷ αἰτίῳ εἴποιμεν, τὸ δὲ αἴτιον οὐχ ὅμοιον τοῖς αἰτιατοῖς· οὐδὲ γὰρ ἐξισάζει, ἀλλ' ἐπὶ πλέον ὁ διδοὺς τῶν μετεχόντων ἐστί. Πᾶσι γὰρ τοῦ εἶναι ὁμοίοις αἴτιος ὁ Θεὸς, καὶ αὐτῆς τῆς αὐτοομοιότητος ὑποστάτης. Ἔθος γὰρ τῷ Πατρὶ τὸν Θεὸν λέγειν καὶ αὐτὸν, καὶ τοῦ αὐτοεῖναι ὑποστάτην, καὶ αὐτοζωὴν, καὶ τῆς αὐτοζωῆς ὑποστάτην. Φησὶ δὲ ταῦτα, οὐχ ὡς ἑτέραν μὲν φάσκων ζωὴν αὐτὸν τὸν Θεὸν, ἑτέραν δὲ παρῆχθαι ζωὴν οὐσιώδη καὶ οἱονεὶ ἐνυπόστατον περὶ τὸν Θεὸν, ἧς μετέχει τὰ ζωῆς μετέχοντα· ἀλλ' ὡς αὐτὸς ἑαυτὸν ἑρμηνεύει ἐν τῷ ἑνδεκάτῳ κεφαλαίῳ, αὐτοζωὴ καὶ αὐτοδύναμις καὶ αὐτοομοιότης λέγεται ὁ Θεὸς, ὡς ἀρχικῶς τοῦτο ὢν καὶ θεϊκῶς, καὶ αἰτιατῶς· ταῦτα γὰρ αὐτὸς τῷ ὄντι ἐστί. Τῆς δὲ αὐτοομοιότητός ἐστιν ὑποστάτης, καὶ τῶν τοιούτων, ὡς μεθεκτῶς, αὐτοῖς τοῖς πρώτως ἐν τοῖς οὖσι τῆς δωρεᾶς ταύτης μετέχουσι χορηγῶν· πάντα γὰρ οἰκείως ἑαυτοῖς μετέχει τῶν τοιούτων, αἱ μὲν πρῶται· καὶ ὑπέρταται, ἀρχικῶς, τὰ δὲ ἑξῆς, ὑποβατικῶς. Οὐ χεῖρον δὲ εἰπεῖν, ὅτι καὶ αὐτοῦ τοῦ παραδειγματικοῦ τῆς ὁμοιότητος λόγου ὑποστάτης ἐστὶν ὁ Θεὸς, ὡς ἐν ἑαυτῷ ἔχων ἀεὶ τοὺς λόγους πάντων ἀνάρχως καὶ ἑνιαίως προϋφεστῶτας, οὓς καὶ προορισμοὺς προλαβὼν εἴρηκε. Τοῦτο γοῦν τὸ ἐν πᾶσιν ὅμοιον ἡ τῶν ὅλων ἑνότης, τοῦ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἐχόντος μετέχει, κατὰ μετουσίαν τοῦ πρώτου αἰτίου· τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ἴχνει τινὶ οἱονεὶ μετουσίᾳ. Τοῦτο γοῦν τὸ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον ἑαυτῷ ὅμοιον, ἀνόμοιον, καὶ τοῖς πᾶσιν ἀσύντακτον ἡ θεία Γραφὴ φησιν, *Οὐκ ἔστιν ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε*, λέγουσα. Οὐκ ἔστι γοῦν ἐναντίον τοῦτο τοῖς προῤῥηθεῖσιν, ὅτε ἐλέγομεν τὰ πάντα ὅμοια τῷ Θεῷ, οὐ μὴν δὲ ὁ Θεὸς τούτοις ὅμοιος· τὰ γὰρ αὐτὰ καὶ ὅμοια τῷ Θεῷ καὶ ἀνόμοια· τὸ μὲν, κατὰ τὴν ἐνδεχομένην μίμησιν, οὐ γὰρ τελείως ἡ μίμησις· τὸ δὲ, ὅτι μέτροις ἀπείροις καὶ ἀσυγκρίτοις τὰ αἰτιατὰ τοῦ αἰτίου ἀπολείπονται.

§ VIII. Statum ac sedem pro eodem accipit, respiciens ad immobilem identitatem utriusque. Statum enim non **499** dico illum, quo quis rectus fit postquam in sede fuerat incurvatus, sed inflexibilitatem et immutabilitatem Dei, firmum statum appellavit; sicut etiam sedere perpetuam et incomprehensibilem quietem habere in basi innominabili : omnis enim status ac sedis causa est iis, in quo omnia in bonis propriis custodita consistunt.

§ VIII. Στάσιν καὶ καθέδραν τὸ αὐτὸ δέχεται, πρὸς τὴν ἀκίνητον ταὐτότητα ἑκάτερον ἀναπτύξας. Στάσιν γὰρ οὐ τὴν εἰς τὸ ὀρθὸν γενέσθαι ἀπὸ τοῦ συγκεκάμφθαι τῇ καθέδρᾳ φημὶ, ἀλλὰ τὸ ἀκλόνητον καὶ ἀμετάστρεπτον τοῦ Θεοῦ, βέβαιαν στάσιν ἐκάλεσεν· ὡς καὶ τὸ καθῆσθαι τὸ ἐν ἀνονομάστῳ βάσει καὶ ἀναπαύσει διαρκῶς καὶ ἀκαταλήπτως ἔχειν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τῆς πάντων στάσεως καὶ ἕδρας αἴτιος, ἐν ᾧ πάντα συνέστηκεν ἐν τοῖς οἰκείοις ἀγαθοῖς διαφυλαττόμενα.

§ IX. Quando vero etiam motum reperimus in Deo dictum, juxta illud : *Inclina cœlos, et descende* [k],

§ IX. Ὅταν δὲ καὶ κίνησιν εὕρωμεν ἐπὶ Θεοῦ λεγομένην κατὰ τὸ, *Κλῖνον οὐρανοὺς, καὶ κατάβηθι*, θεο-

[i] Psal. LXXXV, 7. [k] Psal. XVII, 10.

πρεπῶς τὴν κίνησιν ἐκληψόμεθα· κινεῖται γὰρ οὐ κατά τινα τῶν ἓξ παρὰ φιλοσόφοις κινήσεων, οὔτε κατὰ γένεσιν, οὔτε κατὰ φθορὰν, οὔτε κατὰ αὔξησιν, οὔτε κατὰ μείωσιν, οὔτε κατὰ τόπον, οὔτε κατὰ ἀλλοίωσιν. Καὶ πάλιν, ἐπεὶ ἡ κίνησις τριχῶς γίνεται, ἢ κατ' εὐθεῖαν, ἢ κατὰ κύκλον, ἢ ἐξ ἀμφοῖν ἑλικοειδῶς, ὡς ὁ ὄφις, καὶ ἡ ἐν τοῖς ὕδασι ναῦς, οὐδὲ κατὰ ταύτας κινεῖται. Ἀλλ' οὐδὲ νοητὴν κίνησιν κινεῖται, οἵαν ὁ νοῦς εἰς ἑαυτὸν συνελισσόμενος, καὶ εἰς νοήσεις πολλαπλασιαζόμενος. Οὐ ψυχικὴν, οἵαν κινεῖται ψυχὴ διανοουμένη τε καὶ δοξάζουσα. Οὐ φυσικὴν, οἵαν ἡ φύσις κινεῖ· ἀρχὴ γὰρ κινήσεως καὶ ἠρεμίας ἐστίν. Ἀλλὰ κίνησις τοῦ ἀκινήτου ὡσαύτως ἔχοντος λέγεται ἡ εἰς τὰ ὄντα βούλησις αὐτοῦ· καὶ αἱ πρόοδοι τῆς εἰς πάντα προνοίας αὐτοῦ, ἐν τῷ παρεῖναι πᾶσι τῇ πάντων ἀσχέτῳ καὶ ἀπολύτῳ καὶ ἀσυναφεῖ περιοχῇ. Ἀπαγορεύσας δὲ τὰς τοιαύτας κινήσεις ἐπὶ Θεοῦ, μᾶλλον δὲ τὰς σωματικὰς, τὴν κύκλῳ, τὴν κατ' εὐθεῖαν, καὶ τὴν ἑλικοειδῆ, ὅπως χρὴ θεοπρεπῶς κίνησιν νοεῖν ἐπὶ Θεοῦ σαφηνίζει, τὰς αἰσθητὰς ἐν τῷ παντὶ κινήσεις ἀναγωγικῶς ἑρμηνεύων. Τὴν γοῦν κατ' εὐθεῖαν κίνησιν νοοῦμεν ἐπὶ Θεοῦ, διὰ τὸ εὐθὺ καὶ ἀκλινὲς, καὶ τὴν ἐξ αὐτοῦ τῶν ὅλων γένεσιν· αὐτόθεν γὰρ καὶ εὐθέως ἡ γένεσις ἐξ αὐτοῦ ἐστι, καὶ οὐ διά τινων εἰς τοῦτο συντελούντων τυχόν. Τοῦτο δὲ κρειττόνως σαφηνίζεται, εἴ τις ἀπὸ τῶν αἰτιατῶν ἀρξάμενος σκοποίη. Εἴ τι γὰρ τῶν ὄντων ἐπὶ νοῦν λάβοις, ἐπὶ τὸν ποιητὴν αὐτοῦ ἀνατρέχεις εὐθέως, ὥστε ἀπὸ τοῦ αἰτίου εὐθέως εἰς τὸ αἰτιατὸν ἡ τῆς γενέσεως ἔννοια πρόεισιν. Ἢ καὶ ἄλλως, ὅτι τὴν κατὰ γένεσιν κίνησιν εὐθεῖάν φασιν, ὡς εὐθέως ἐφιεμένης τῆς ὕλης τοῦ εἴδους καὶ καθ' αὐτό· διὸ καὶ τὸ εἶδος, οὗ ἕνεκα λέγεται, οἱονεὶ τὸ τέλος πρὸς ὅπερ ἡ φύσις εὐθέως τρέχει, μὴ εἰς ἄλλα καὶ ἄλλα ἑλισσομένη, ἀλλ' εἰς αὐτὸ ἀφορῶσα τὸ σκοπιμώτατον. Ἐπεὶ γοῦν ἡ κατὰ γένεσιν κίνησις εὐθέως γίνεται, τὸν τῆς γενέσεως αἴτιον θεοπρεπῶς κατ' εὐθεῖαν κινεῖσθαί φαμεν. Τὴν δὲ σταθερὰν πρόοδον καὶ τὴν γόνιμον στάσιν ἑλικοειδῆ φαμεν· ἡ τοιαύτη γὰρ κίνησις, καὶ τὸ σταθερὸν ἔχει, ὅτι, εἰ καὶ ἐκκλίνειν ποιεῖ, πάλιν εἰς τὸ αὐτὸ καὶ τὸ ἐξίσου τοῖς προτέροις κατὰ τὰ αὐτὰ, καὶ κοινωνεῖ κατὰ τοῦτο τῇ κυκλικῇ, καὶ τὴν πρόοδον ἔχει, καθ' ἣν κοινωνεῖ τῇ κατ' εὐθεῖαν κινήσει. Ἐπεὶ γοῦν ἡ κατ' εὐθεῖαν κίνησις ἐπὶ Θεοῦ διὰ τὴν εἰς γένεσιν αἰτίαν καὶ πρόοδον ἐξελαμβάνετο, λαμβάνομεν καὶ τὴν ἑλικοειδῆ κίνησιν, πῇ μὲν, ὡς εἰς αὐτὸ καταντῶσαν, διὰ τὸ σταθερὸν, πῇ δὲ, ὡς προερχομένην ἐξ ἑαυτῆς διὰ τὸ εἰς τὰ ποιήματα γόνιμον. Πάλιν τὴν κατὰ κύκλον λέγομεν κίνησιν, διὰ τὸ ταὐτὸν, καὶ ὅτι συνέχει πάντα. Σημείωσαι γὰρ, ὅτι τὰ ὑπερβεβηκότα περιέχει τὰ ὑποβεβηκότα. Ἄκρα γοῦν καλεῖ τὰς ἀνωτάτω δυνάμεις καὶ πλησιαζούσας Θεῷ, μέσας δὲ τὰς μετ' ἐκείνας μὲν, τῶν δὲ αἰσθητῶν ἁπάντων ὑπερκειμένας. Αἱ μὲν οὖν ἀνώταται περιέχουσι τὰς μέσας, αἱ δὲ μέσαι τὰ αἰσθητά. Ὁ μέντοι Θεὸς ἅπαντα περιέχει ὡς κύκλος τὰ ἐντὸς αὐτοῦ πάντα, καὶ εἰς ἑαυτὸν ὡς πρὸς αἴτιον ἐπιστρέφει.

A Deo digne motum accipiemus; non enim movetur secundum aliquem e sex motibus, de quibus philosophi agunt, neque secundum generationem, neque secundum corruptionem, neque secundum accretionem, neque secundum imminutionem, neque secundum locum, neque secundum immutationem. Et rursum, cum motus tripliciter fiat, vel secundum lineam rectam, vel secundum circulum, vel ex utrisque oblique, sicut serpens, et in aquis navis, neque etiam secundum hos modos movetur. Sed neque motu intellectili cietur, sicut mens in seipsam revolvitur, et in intellectionibus multiplicatur. Non etiam motu animali, quali movetur anima dum intelligit et opinatur. Non naturali, qualem natura ciet, quoniam hæc est principium motus et quietis.

B Sed motus immobilis, et eodem modo se habentis, dicitur ipsius voluntas circa ea quæ sunt, et progressus providentiæ ipsius ad universa, dum adest omnibus per omnium incomprehensibilem et absolutam et intactilem comprehensionem. Cum negasset istiusmodi in Deo motiones, maxime vero corporeas, ut circularem, rectam, et obliquam, declarat quomodo convenienter Deo, intelligenda sit in Deo motio, sensitivas in universo motiones anagogice explanans. Ac rectum quidem motum intelligimus in Deo, propter rectitudinem et inflexibilitatem, et universorum ex ipso procreationem; per se enim et ex tempore creatio ex ipso existit, et non per aliqua, quæ ad ipsam disponant, accidit.

C Hoc autem melius declaratur, si quis ab effectis incipiendo speculetur. Nam si quid eorum quæ sunt in mentem capis, recta ad auctorem ejus accurris, ita ut a causa statim ad effectum generationis intellectio pertingat. Vel etiam aliter, quia motum secundum generationem rectum esse aiunt, dum materia nempe recta et per se formam appetit; quare etiam forma, cujus gratia esse dicitur, quasi finis sit **500** ad quem natura recta currat, nequaquam aliis atque aliis se implectens, sed ad id quod maxime propositum est intuens. Cum itaque motus is, qui secundum generationem est, recta fiat, auctorem generationis, eo quo Deo convenit modo, recta moveri dicimus. Stabilem autem progressum et fecundum statum dicimus obliquum; talis enim motus et stabilitatem habet, quoniam licet inclinare faciat, rursum in eodem, etiam ex æquo, prioribus secundum eadem et communicat quoad hoc cum circulari, et progressum habet, secundum quem communicat cum motu recto. Cum itaque motus rectus in Deo causa generationis atque processionis acceptus sit, accipimus quoque motum obliquum, partim quidem, tanquam in idem remeantem, propter constantiam; partim vero tanquam ex seipso prodeuntem, propter creaturarum fecunditatem. Rursum circularem motum dicimus propter identitatem, et quod omnia contineat. Nota enim, superiora continere illa quæ inferiora sunt. Extrema igitur vocat supremas illas virtutes Deoque propinquas, medias vero quæ ipsas sequuntur, inferiores denique, naturas omnium sensilium. Supremæ itaque continent medias, me-

diæ vero res sensiles. Porro Deus omnia continet, sicut circulus omnia quæ in ipso sunt, et ad seipsum tanquam ad causam convertit.

§ X. Denique, si quis idem et justum pro æquali accipiat (siquidem idem secundum omnia æquale ac simile est, et justitia distribuit æqualitatem) hoc etiam dicendum est, Deum æqualem dici, non solum ut partium expertem (quod enim aliquid secundum totum exæquat, non habet partem secundum quam vel redundet, vel deficiat) verum etiam quasi ex æquo cuncta pervadit, et tanquam ipsiusmet æqualitatis effector (uti diximus prius ipsius similitudinis) secundum quam mutuam penetrationem ex æquo procurat, ut in elementis, siquidem horum mistio ex æquo fit, et dum in compositis non præponderant, mundi efficit generationes. Si enim aliquod elementum redundet, id quod genitum est corrumpitur. Cum vero dicit participationem æqualiter participantium, ne cui videatur dicere, quod omnia æqualiter sanctificentur, et æqualiter illuminentur, semetipsum explicuit, dicens : Secundum cujusque capacitatem et dignitatis æqualitatem. Et rursus secundum alium **501** modum Deus æqualis dicitur, quatenus secundum virtutem æqualitatis effectricem omnem æqualitatem anticipavit, juxta prædefinitionem alibi traditam; intellectilem, quæ sub sensum non cadit, scilicet angelorum; intelligentem, quæ simplices et liberas habet intellectiones, sive mentis secundum se; rationalem, quæ per rationem et speculationem rerum notiones suscipit, animarum scilicet rationalium; sentientem, quæ sub sensum cadit, sive partium mundi, quæ dividuntur in essentiales ac naturales, id est in res insensibiles ac prorsus immobiles, et eas quæ aliqualem motum habent; naturam enim definiunt principium motus et quietis; voluntariam vero æqualitatem vocant eam quæ potest eligere, quam quando volumus, et ex arbitrii libertate recte ordinamus, ea quæ justa sunt agimus.

§ X. Εἰ δέ τις τὸ ταὐτὸν καὶ τὸ δίκαιον εἰς τὸ ἴσον μεταλαμβάνει, (ταὐτὸν γὰρ τὸ κατὰ πάντα ἴσον καὶ ὅμοιον, καὶ δικαιοσύνη ἡ τοῦ ἴσου διανεμητική·) ῥητέον καὶ τοῦτο, ὅτι ἴσος λέγεται ὁ Θεὸς, οὐ μόνον ὡς ἀμερὴς, (τὸ γὰρ ἐξισάζον δι' ὅλου πρός τι, οὐκ ἔχει μέρος καθὸ ἢ πλεονεκτήσει ἢ μειονεκτήσει·) ἀλλὰ καὶ ὡς ἐπίσης ἐπὶ πάντα φοιτῶν, καὶ ὡς ὑποστάτης τῆς αὐτοῖσότητος, (ὡς ἐλέγομεν πρότερον τῆς αὐτοομοιότητος,) καθ' ἣν ἰσουργεῖ τὴν δι' ἀλλήλων χώρησιν, ὡς ἐπὶ τῶν στοιχείων· ἡ γὰρ ἐπίσης κρᾶσις τούτων, καὶ τὸ μὴ ὑπερταλαντεύειν ἐν τοῖς συγκρίμασι τὰς γενέσεις τοῦ κόσμου ποιεῖ. Εἰ γάρ τι τῶν στοιχείων πλεονάσειε, φθείρεται τὸ γινόμενον. Εἰπὼν δὲ τὴν τῶν μεταλαμβανόντων ἐπίσης μετοχὴν, ἵνα μή τινι δόξῃ λέγειν ὅτι ἐπίσης τὰ πάντα ἁγιάζονται, καὶ ἐπίσης φωτίζονται, ἐπεξηγήσατο ἑαυτὸν, εἰπών· Κατὰ τὴν ἑκάστου ἐπιτηδειότητα καὶ τὸ ἴσον τῆς ἀξίας. Καὶ κατ' ἄλλον πάλιν τρόπον ἴσον τὸ Θεῖον λέγεται, διότι κατὰ τὴν ἑαυτῶν ποιητικὴν τῆς ἰσότητος δύναμιν πᾶσαν ἰσότητα προεῖληφε, κατὰ τὸν καὶ ἐν ἄλλοις ῥηθέντα προορισμόν· νοητὴν, τὴν αἰσθήσει οὐχ ὑποπίπτουσαν, τὴν τῶν ἀγγέλων δηλαδὴ· νοερὰν, τὴν ἁπλῶς καὶ ἀπολύτως τὰς νοήσεις ἔχουσαν, ἤγουν τὴν τοῦ νοὸς κατ' αὐτόν· λογικὴν, τὴν διὰ λόγου καὶ θεωρίας τὰς τῶν ὄντων γνώσεις δεχομένην, τῶν λογικῶν ψυχῶν δηλονότι· αἰσθητὴν, τὴν τῇ αἰσθήσει ὑποπίπτουσαν, εἴτουν τὴν τῶν μερῶν τοῦ κόσμου, ἅπερ διαιροῦνται εἰς οὐσιώδη καὶ φυσικὰ, τουτέστιν εἴς τε τὰ ἀναισθήτως καὶ πάντη ἀκινήτως ὄντα, καὶ εἰς τὰ τὴν ὁποιανοῦν ἔχοντα κίνησιν· τὴν γὰρ φύσιν ἀρχὴν κινήσεως καὶ ἠρεμίας ὁρίζονται· θελητὴν δὲ ἰσότητα τὴν προαιρετικήν φησιν, ἣν θέλοντες καὶ ἐκ προαιρέσεως κατορθούμενοι, τὰ δίκαια ἐργαζόμεθα.

---

# CAPUT X.

*De omnitenente, antiquo dierum; in quo etiam de ævo seu æternitate et tempore.*

# ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ι΄.

*Περὶ παντοκράτορος, παλαιοῦ ἡμερῶν· ἐν ᾧ καὶ περὶ αἰῶνος καὶ χρόνου.*

## SYNOPSIS CAPITIS.

I. *Dicit, unde Deus dicatur* παντοκράτωρ *seu omnitenens.* II. *Unde dictus sit antiquus dierum.* III. *Quid sit tempus, et æternitas seu ævum, et quibus competat.*

## § I.

Sed tempus est oratione nostra Deum multinomium, ut omnitenentem, et ut antiquum dierum, prædicandi. Ac omnitenens quidem dicitur, quod ipse sit omnium sedes, omnia continens atque complectens, et cuncta stabiliens, fundans atque constringens, et universum insolubile in seipso præstans, et ex se, veluti ex omnitenente radice, cuncta producens, atque ad se, tanquam ad fundum,

Ὥρα δὴ τῷ λόγῳ τὸν πολυώνυμον Θεὸν, ὡς παντοκράτορα, καὶ ὡς παλαιὸν ἡμερῶν ὑμνῆσαι. Τὸ μὲν γὰρ λέγεται διὰ τὸ πάντων αὐτὸν εἶναι παντοκρατορικὴν ἕδραν, συνέχουσαν καὶ περιέχουσαν τὰ ὅλα, καὶ ἐνιδρύουσαν, καὶ θεμελιοῦσαν, καὶ περισφίγγουσαν, καὶ ἀῤῥαγὲς ἐν ἑαυτῇ [89] τὸ πᾶν ἀποτελοῦσαν, καὶ ἐξ αὐτῆς τὰ ὅλα, καθάπερ ἐκ ῥίζης παντοκρατορικῆς, προάγουσαν, καὶ εἰς ἑαυτὴν [90] τὰ

## VARIÆ LECTIONES.

[89] ἐν αὐτῇ, D. [90] εἰς αὐτήν, S. P.

πάντα, καθάπερ εἰς πυθμένα παντοκρατορικὸν, ἐπιστρέφουσαν καὶ συνέχουσαν αὐτά, ὡς πάντων ἕδραν παγκρατῆ, τὰ συνεχόμενα πάντα κατὰ μίαν ὑπερέχουσαν πάντα συνοχὴν ἀσφαλιζομένην, καὶ οὐκ ἐῶσαν αὐτὰ διεκπεσόντα ἑαυτῆς, ὡς ἐκ παντελοῦς ἑστίας κινούμενα, παραπολέσθαι. Λέγεται δὲ παντοκράτωρ ἡ θεαρχία καὶ ὡς πάντων κρατοῦσα, καὶ ἀμιγῶς τοῖς διοικουμένοις ἐπάρχουσα[91], καὶ ὡς πᾶσιν ἐφετὴ καὶ ἐπέραστος οὖσα, καὶ ἐπιβάλλουσα[92] πᾶσι τοὺς ἐθελουσίους ζυγοὺς, καὶ τὰς γλυκείας ὠδῖνας τοῦ θείου καὶ παντοκρατορικοῦ καὶ ἀλύτου[93] τῆς ἀγαθότητος αὐτῆς ἔρωτος.

A omnitenens, universa convertens, et continens, ut omnium sedes omnicapax, omnia contenta una præcellenti connexione communiens, neque sinens ea sibi excidere, ne, tanquam perfecta domo mota, dispereant. Dicitur autem omnitenens Deus, ut omnia dominatu suo tenens, et qui iis quæ gubernat præsit immiste, et ut omnibus desiderabilis et amabilis, et cunctis juga voluntaria imponens, et dulces parturitiones amoris divini et omnitenentis, et insolubilis ipsius bonitatis.

## § II.

Ἡμερῶν δὲ παλαιὸς ὁ Θεὸς ὑμνεῖται διὰ τὸ πάντων αὐτὸν εἶναι καὶ αἰῶνα, καὶ χρόνον, καὶ πρὸ ἡμερῶν, καὶ πρὸ αἰῶνος, καὶ χρόνου. Καίτοι καὶ χρόνον, καὶ ἡμέραν, καὶ καιρὸν, καὶ αἰῶνα θεοπρεπῶς αὐτὸν προσρητέον, ὡς ὄντα κατὰ πᾶσαν κίνησιν ἀμετάβλητον καὶ ἀκίνητον, καὶ ἐν τῷ ἀεὶ κινεῖσθαι μένοντα ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ ὡς αἰῶνος, καὶ χρόνου, καὶ ἡμερῶν αἴτιον. Διὸ καὶ ἐν ταῖς ἱεραῖς τῶν μυστικῶν ὁράσεων θεοφανείαις καὶ πολιὸς[94] καὶ νέος πλάττεται· τοῦ μὲν προτέρου[95] τὸν ἀρχαῖον καὶ ὄντα ἀπ' ἀρχῆς, τοῦ νεωτέρου δὲ τὸν ἀγήρω σημαίνοντος· ἢ ἀμφοῖν τὸ ἐξ ἀρχῆς διὰ πάντων ἄχρι τέλους αὐτὸν προϊέναι διδασκόντων· ἢ, ὡς ὁ θεῖος ἡμῶν ἱεροτελεστὴς φησι, τοῦ ἑκατέρου τὴν ἀρχαιότητα τὴν θείαν ὑποδηλοῦντος, τοῦ μὲν πρεσβυτέρου τὸ πρῶτον ἐν χρόνῳ, τοῦ νεωτέρου δὲ τὸ κατὰ ἀριθμὸν ἀρχαιότερον ἔχοντος· ἐπείπερ ἡ μονὰς καὶ τὰ περὶ μονάδα τῶν ἐπὶ πολὺ προεληλυθότων ἀριθμῶν ἀρχηγικώτερα.

B **502** Laudatur autem Deus ab antiquitate dierum, quia ipse est omnium ævum et tempus, ante dies, ante ævum, ante tempus; et quidem tempus et dies et tempestivitas appellandus est ipse, ut Deum decet, tanquam qui omni motu est immutabilis et immobilis, et semper movetur, manens in seipso, et tanquam auctor ævi et temporis et dierum. Quamobrem etiam in sacris mysticarum visionum apparitionibus et antiquus et novus fingitur; quorum prior quidem veterem et eum qui est ab initio, junior autem insenescibilem significat; aut utrumque eum ab initio ad finem per omnia progredi declarat: vel, ut divinus noster præceptor ait, utrumque divinam antiquitatem indicat, ita tamen, ut senex id quod primum est ordine temporis, juvenis autem, sive novus, id quod in numero est præstantius contineat; quandoquidem unitas, quæque ei vicina sunt, numeris longius progressis præstent.

## § III.

Χρὴ δὲ, ὡς οἶμαι, καὶ χρόνου καὶ αἰῶνος φύσιν ἐκ τῶν λογίων εἰδέναι· καὶ γὰρ οὐ τὰ πάντα καὶ ἀπολύτως ἀγένητα καὶ ὄντως ἀΐδια πανταχοῦ φησιν αἰώνια, καὶ τὰ ἄφθαστα δὲ, καὶ ἀθάνατα, καὶ ἀναλλοίωτα, καὶ ὄντα ὡσαύτως· ὡς ὅταν λέγῃ τό· *Ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι*, καὶ τὰ ὅμοια. Πολλάκις δὲ καὶ τὰ ἀρχαιότατα[96] τῇ τοῦ αἰῶνος ἐπωνυμίᾳ χαρακτηρίζει, καὶ τὴν ὅλην δὲ αὖθις ἕσθ' ὅτε τοῦ καθ' ἡμᾶς χρόνου παράτασιν αἰῶνα προσαγορεύει, καθ' ὅσον καὶ ἰδιότης αἰῶνός ἐστι τὸ ἀρχαῖον καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ τὸ καθόλου τὸ εἶναι μετρεῖν. Χρόνον δὲ καλεῖ τὸν ἐν γενέσει καὶ φθορᾷ, καὶ ἀλλοιώσει, καὶ ἄλλοτε ἄλλως ἔχοντα· διὸ καὶ ἡμᾶς ἐνθάδε κατὰ χρόνον ὁριζομένους αἰῶνος μεθέξειν[97] ἡ θεολογία φησὶν, ἡνίκα τοῦ ἀφθάρτου καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντος αἰῶνος ἐφικώμεθα. Τοῖς λογίοις δὲ ἔσθ' ὅτε καὶ ἔγχρονος αἰὼν δοξάζεται, καὶ αἰώνιος χρόνος· εἰ καὶ μᾶλλον ἴσμεν αὐτοῖς, καὶ κυριώτερον τὰ ὄντα τῷ

Operæ pretium autem duco, ut temporis et ævi seu æternitatis naturam ex Scripturis sacris addiscamus; neque enim omnino et absolute sunt ingenita vereque sempiterna, quæ passim æterna vocant et incorrupta, immortaliaque et immutabilia, atque eodem modo se habentia; sicut cum aiunt, *Elevamini, portæ æternales*[1], et similia. Sæpenumero etiam antiquissima quæque æternitatis appellatione significant, ut cum universam temporis nostri durationem æternitatem vocant, quatenus videlicet D antiquum esse et immutabile, totumque rerum statum mensurare proprium est æternitatis. Tempus vero appellant id quod mensurat generationem et corruptionem atque alterationem, quodque alias aliter se habet; atque ita nos, quos hic tempus definit et circumscribit, æternitatem consecuturos esse Scriptura tradit, cum ad æternitatem quæ non interit, sed semper eodem modo se habet,

[1] Psal. XXIII, 7, 9.

### VARIÆ LECTIONES.

[91] ἐπαρκοῦσα, S. P. Sc. [92] περιβάλλουσα, P. [93] καὶ ἀλύπου, S. ἀΰλου legisse Sc. videtur. [94] παλαιός, S. P. D. Sc. [95] πρεσβυτέρου, S. P. D. Sc. Sar. [96] ἀρχαιότερα, D. [97] μεθέξει, P. μέθεξιν, Sc.

pervenerimus. Quin etiam in Scripturis aliquando ævum temporale et æternum tempus celebratur; tametsi scimus, ab ipsis quæ magis proprie sunt, potius per ævum, quæ autem fiunt, potius per tempus efferri et declarari. Oportet igitur non simpliciter arbitrari ea quæ æterna dicuntur, coæterna esse Deo, qui est ante æternitatem, sed potius, sequentes incorrupte Scripturas maxime venerandas, oportet æterna quidem, et quæ in tempore sunt, secundum modos in eis notos accipere; media vero inter ea quæ sunt **503** et quæ fiunt illa numerantur, quæcunque partim ævum et partim tempus participant. Deum autem ut ævum et ut tempus celebrare oportet, tanquam omnis temporis et ævi auctorem, et antiquum dierum, tanquam ante tempus, et supra tempus, et ut variantem tempestivitates et tempora; et rursus ut ante sæcula existentem, quatenus est ante sæculum, et supra sæculum, sive ævum, et regnum ejus regnum omnium sæculorum. Amen.

A αἰῶνι, καὶ τὰ ἐν γενέσει τῷ χρόνῳ καὶ λεγόμενα καὶ δηλούμενα. Χρὴ τοιγαροῦν οὐχ ἁπλῶς συναΐδια Θεῷ τῷ πρὸ αἰῶνος οἴεσθαι τὰ αἰώνια λεγόμενα· τοῖς σεπτοτάτοις δὲ λογίοις ἀπαρατρέπτως συνεπομένους, αἰώνια μὲν καὶ ἔγχρονα[98] κατὰ τοὺς συνεγνωσμένους αὐτοῖς προσυπακούειν τρόπους, μέσα δὲ ὄντων καὶ γιγνομένων, ὅσα πῇ μὲν αἰῶνος, πῇ δὲ χρόνου μετέχει. Τὸν δὲ Θεὸν καὶ ὡς αἰῶνα καὶ ὡς χρόνον ὑμνεῖν, ὡς χρόνου παντὸς καὶ αἰῶνος αἴτιον, καὶ παλαιὸν ἡμερῶν, ὡς πρὸ χρόνου, καὶ ὑπὲρ χρόνον, καὶ ἀλλοιοῦντα καιροὺς καὶ χρόνους· καὶ αὖθις πρὸ αἰώνων ὑπάρχοντα, καθ' ὅσον καὶ πρὸ αἰῶνός[99] ἐστι, καὶ ὑπὲρ αἰῶνα, καὶ ἡ βασιλεία αὐτοῦ βασιλεία πάντων τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. *Ac omnitenens quidem dicitur*, Græce παντοκράτωρ, cujus vim vocis et differentiam a παντοδύναμος, quod sonat *omnipotens*, vide supra in adnotationibus ad caput octavum, § 1.

Ibidem dicitur de Deo, quod *præest immiste;* quia non opus est, ut se veluti cum rebus et negotiis misceat ad cognoscendum ea, ut tute et caute gubernet, sicut necesse est homini, alioqui non poterit solus sufficere gubernationi. *Cunctis juga voluntaria imponens*, id est appetitus naturæ, ut cuique convenit, insitos, tanquam leges impositas, quibus omnis natura libenter et sponte sua paret, et nulla resistit, nec obedientiam detrectat. Et quia hujusmodi appetitus, et impetus insiti et inclinationes tendunt ad amandum summum bonum, quod varie participant, idcirco ejusmodi inclinationes dicuntur a Dionysio divinum amorem parturire, sicuti terra sole tepefacta fructus parturit.

§ II. *Laudatur Deus ab antiquitate dierum*, etc. Quia (inquit Lessius, libro IV *De perfectionibus divinis*, cap. 2) solus initio caret durationis, solus nunquam incepit, solus omne tempus et intervallum durationis occupat et ambit. Hinc vocatur antiquus dierum apud Danielem cap. VII, quoniam, ut Dionysius hic exponit, *ipse est omnium ævum et tempus, ante dies, ante ævum, ante tempus;* quod intellige de omni tempore, etiam comprehensibili a creatura. Parum enim esset ipsum fuisse ante tempus reale, quod nondum sex annorum millia complevit, cum etiam angeli plurimis sæculis, juxta Patrum quorumdam sententiam, ante illud tempus fuerint, Deumque laudaverint; sed fuit etiam ante omne tempus imaginabile, quantumvis illud longum concipiatur. Accipe ante mundum conditum tot sæcula quot sunt arenæ in littore maris, Deus jam erat; accipe totidem myriades sæculorum, Deus antea erat; hunc immensum sæculorum numerum in se multiplica, adhuc Deus infinitis sæculis est antiquior. Dicitur autem *omnium ævum et tempus;* quia omne ævum ex ipsius duratione pendet, et omne tempus ex ipso fluit, qui ævo et tempori suum esse tribuit et continuat. Unde cap. 5 idem Dionysius ait: Αὐτός ἐστιν αἰὼν τῶν αἰώνων, ὁ ὑπάρχων πρὸ αἰώνων, *Ipse est ævum ævorum, exsistens ante omne ævum;* et paulo ante: Ἀρχὴ καὶ μέτρον αἰώνων, καὶ χρόνων ὀντότης, καὶ αἰὼν τῶν ὄντων; *Ipse est principium et mensura ævorum, et temporum entitas et entium ævum*, quæ omnia causaliter intelligenda. Omnis vero creatura initium habet, quia non ex substantia Dei, sed ex nihilo est; imo, secundum sanctorum Patrum sententiam, nec æterna retro esse potest. Sanctorum Patrum auctoritates hac de re vide apud Lessium loco citato. Est ergo Deus ævum angelorum qui sunt in ævo, quos antea ab ævo æternos seu æviternos nominaverat, tempus eorum quæ sunt subjecta tempori, id est eorum omnium quæ facta sunt post cœlum, ex cujus motu existit tempus, id est numerus motus cœli secundum prius et posterius. Addit autem θεοπρεπῶς, id est, *ut Deum decet.* Dicitur enim ævum, sive sæculum, et tempus, et dies, sed immutabiliter, quia omnia quæ sunt in his, scilicet in ævo, et tempore, et die, mutationem convenienter naturis suis capiunt; ipsa vero ævum, et tempora, et dies, quatenus ævum, et tempora, et dies sunt, quadam imitatione Dei immutabilia sunt. Cum enim omnis mutatio in tempore fiat, quali tempore temporis mutatio fieret? Variationes vero anni, veris scilicet, æstatis, autumni, et hiemis, quas vocamus tempestivitates, mutationes quidem temporum et dierum sunt secundum qualitates, non autem temporum et dierum secundum se, id est quatenus tempora et dies sunt.

**504** § III. *Operæ pretium ut temporis et ævi naturam ex Scripturis addiscamus.* Nota Scripturas dicere Psal. LXXIII: *Tuus est dies, et tua est nox; tu fabricatus es auroram et solem*, ubi appellat et laudat Deum tanquam tempus et diem, et cum dicit in eodem Psalmo: *Æstatem et ver, tu plasmasti ea*, ubi similiter appellatur et laudatur Deus tanquam tempestivitas, quæ a Græcis dicitur καιρός, sicut tempus dicitur χρόνος. Monet autem hæc secundum modos in Scripturis notos, sive secundum scopum Scripturæ intelligenda esse, secundum, inquam, naturam eorum quæ dicuntur in Scripturis æterna aut temporalia. Angeli enim dicuntur in Scripturis æterni (Psal. XXIII: *Elevamini, portæ æternales*); quia sunt participes ævi et antiquissimi omnium creaturarum. Dicitur etiam ævum, sive sæculum, Græce αἰών, extensio sive duratio ipsa temporis, ut illud Matth. XXVIII: *Usque ad consummationem sæculi;* et Psal. LXXVI: *Annos æternos in mente habui;* et II Cor. IV: *Deus hujus sæculi.* Perinde enim est, ut si

## VARIÆ LECTIONES.

[98] ἐγχρόνια. [99] προαιώνιος, P.

interpres vertisset, hujus ævi, sive æternitatis, Græce αἰῶνος. Exodi XXI : *Erit ei servus in sæculum*, sive in æternum. Hanc igitur vocat Scriptura temporalem æternitatem, sicut apud Paulum dicitur, tempus æternum. II Tim. I : *Ante tempora sæcularia*, Græce est αἰώνια, id est æterna. Et ad Tit. I : *Ante tempora sæcularia*, Græce αἰώνια, id est æterna. Et Rom. XVI : *Secundum revelationem mysterii temporibus æternis taciti* ; idem vocabulum est Græce, quod in hoc loco interpres vertit æternum, et in aliis sæculare.

Non est alienum ab hoc capite, ex Turriano in Cyparissioti decad. 8, cap. 3, explicare, quomodo intelligendum sit, quod pontifex Romanus credidit de creatione angelorum, et ad credendum Catholicis proposuit in cap. *Firmiter*, de summa Trinitate. Non enim discrepat Decretalis ab eo quod hic tradit Dionysius, imo convenit, cum ait, unum universorum principium, creator omnium visibilium et invisibilium, qui sua omnipotente virtute simul ab initio temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem, angelicam videlicet et mundanam, et deinde humanam, quasi communem ex spiritu et corpore constitutam. Hactenus Decretalis. Sed dilatandus est aliquantum hic locus.

Quærit B. Athanasius in *Quæstionibus ad Antiochum principem*, quæst. 4 : Quando, et quomodo, et unde facti sint angeli ; et respondet ad quæstionem : Nec quando, nec quomodo facti sint, ab humana natura dici posse, præterquam hoc solum, factos esse Verbo Dei ex nihilo. Quando vero ? alii, inquit, aiunt primo die, alii ante primum diem. Creatos vero esse testatur, inquit Propheta, cum ait : *Laudate eum, omnes angeli ejus ; quoniam ipse dixit, et facta sunt ; ipse mandavit, et creata sunt* [m]. Moysen enim ait, quia sciebat Judæos esse idololatriæ deditos, idcirco non fecisse sermonem de angelis in Genesi, ne eos ceu deos colerent, ut in vitulo et in aliis idolis postea fecerunt [n]. Quod ergo ex Scripturis sanctis disci poterat, utramque scilicet creaturam, spiritualem et corporalem, simul et ex nihilo esse a Deo conditam ; *Omnia* enim *per ipsum facta sunt* [o]. Et : *Qui vivit in æternum*, ait Ecclesiasticus, *creavit omnia simul* [p]. Utrumque horum Decretalis catholicæ fidei subjecit. Illud vero *simul ab initio temporis*, sicut ad creaturam corporalem, id est ad mundum qui cernitur, et quæcunque in eo continentur, referri voluit, quia scriptum est : *In principio creavit Deus cœlum et terram* [q] ; sic ad angelicam naturam non necesse est, secundum Scripturam, referri voluisse, quia, ut paulo ante aiebat Athanasius, quando angeli creati fuerint, humana natura dicere non potest. Sed quia durationem angelorum, quæ non est subjecta tempori, quia est tota simul et invariabilis, quæ est et dicitur in sacris Litteris ævum, non possumus cognoscere, nec aliis manifestare, nisi per extensionem nostri temporis ex horis, diebus et annis constantem, quam Scriptura ævum quoque aliquando vocat, ut Dionysius notavit ; idcirco pontifex proposuit ad credendum, simul ab initio temporis utramque creaturam, spiritualem et corporalem, conditam esse. Nomine itaque temporis ævum et tempus comprehendit pontifex, imitatus Dionysium. Quare non prohibet hæc Decretalis, quin liceat sentire, quod apostolorum discipuli, Clemens et Dionysius, quos multi alii postea secuti sunt, senserunt creatos fuisse angelos ante mundum. De angelis enim interpretatur Dionysius dictum esse illud : *Elevamini, portæ æternales* [r] ; quia antiquum et invariabile, et metiri secundum totum esse, proprietatem ævi esse dicit. Quare si ævum antiquius est tempore, et ævum dicitur, et est duratio angelorum : sunt igitur angeli ante tempus, et ante ea quæ sunt in tempore creati. Idem sentit S. Maximus in prima centuria theologica. Si enim angelos non creasset ante tempus cum quo ortus est mundus, antiquius virtute fuisset, non esse virtutem ; et bonitate antiquius, non esse bonitatem, quæ absurda S. Maximo esse videntur. Sic etiam intelligendum esse, quod Epiphanius, disputans contra hæresim Pauli Samosateni, ait, non esse angelos ante cœlum et terram creatos. Cum plane, inquit, hoc dictum non sit mutabile, quod ante cœlum et terram nihil erat ex creatis ; **505** nam *in principio fecit Deus cœlum et terram* [s], ut principium sit, et nihil ex creatis ante hoc ipsum sit. Hactenus Epiphanius.

Verissimum est, ante cœlum et terram nihil fuisse ex creatis, scilicet in tempore (sic enim intelligendum est), angeli autem in ævo creati sunt. Ævum enim est mensura eorum quæ non sunt tempori subjecta.

Idem quod hæc Decretalis, dixit prius synodica epistola Sophronii patriarchæ Jerosolymitani, missa ad Honorium I, et non ad Sergium Constantinopolitanum, ut Photius in sua *Bibliotheca* testatur. Recitata fuit hæc epistola in sexta synodo, et in undecima actione collocata. Loquens ergo de creatione mundi a Deo facta, sic confitetur Sophronius : Καὶ τοῖς πᾶσιν ὥρισεν ἀρχὴν χρονικήν : id est : *Et omnibus decrevit principium temporis* : quia angeli, licet immortales sint, hoc habent commune cum iis quæ sunt in tempore, quod facti sunt, idcirco tempus eis attribuit. Hunc plane secutus est pontifex in sua Decretali, et Sophronius secutus plane Dionysium, quem in eadem synodica citat (ne quis dicat ignotum fuisse Dionysium Sophronio).

Esse igitur angelos ante mundum hunc corporeum creatos, tradit Dionysius hoc loco, et apostolica Doctrina lib. VIII Clementis, cap. 12, et eam secutus Gregorius Nazianzenus in sermone *de Natali Christi*, et in secundo *de Pascha*, et hunc secutus Damascenus lib. II *De fide orthodoxa*. Idem quoque docet Magnus Basilius in *Hexaemero* et illum secutus Philoponus lib. I *De creatione mundi*, cap. 8, 9, 10, ubi Mopsuestenum, cui contrarium sentiebat, refellit.

Quomodo vero intelligendum sit creaturas spirituales et corporales simul creatas esse, illas cum ævo, has cum tempore, ut hoc quoque non prætereamus, explanavit idem Athanasius lib. III *contra Arium*, intuens in illum locum Ecclesiastici cap. XVIII : *Qui vivit in æternum, creavit omnia simul*. Nihil enim ait ex rebus creatis ante alia sui generis conditum esse, sed omnia simul uno eodemque mandato facta esse. Et paulo ante magis adhuc explicat, cum ait, nihil esse in rebus creatis quod ipsum unum et solum, et primum ante alia, scilicet sui generis, factum sit, sed cum omnibus simul, κατὰ γένος ἢ τάξιν, id est cum omnibus sui generis vel ordinis. « Nullum enim, inquit, ex astris, aut ex magnis luminaribus ita apparuit, ut hoc prius, illud posterius in rerum naturam emergeret ; sed omnia eodem die eodemque jussu ortum ceperunt, quamvis alia ab aliis splendore differant. Similiter in quadrupedibus, volucribus, piscibus, pecoribus, stirpibus. Similiter, inquit, Adam, quanquam solus e terra formatus est, fuere tamen in eo etiam tunc rationes successionis posteritatisque humani generis. Subjungit deinde : Et ex creatione mundi visibilis invisibilia ejus (angelos dicit) hoc etiam genere operum, inquit, facta esse intelligimus, colligimusque, ne in illis quidem quidquam seorsum in genere suo aut prius aut posterius creatum esse, sed omnia simul quæ ejusdem conditionis sunt exstitisse. » Non enim singulas res enu-

[m] Psal. CXLVIII. [n] Exod. XXXII. [o] Joan. I, 3. [p] Eccli. XVIII, 1. [q] Gen. I, 1. [r] Psal. XXIII, 7, 9. [s] Gen. I, 1.

meravit Apostolus, ut in hunc modum diceret : Sive angelus quispiam, sive thronus aliquis, sive dominatio illa, aut illa, aut hæc vel illa ex potestatibus, sed universos simul, qui ejusdem ordinis erant, comprehendit. *Sive*, inquit, *throni, sive dominationes, sive principatus, sive potestates* [1], etc. Hactenus Athanasius : « Omnes itaque cherubini simul creati sunt, simul item seraphini, et simul throni, similiter in reliquis ordinibus, in quibus, quod ad creationem pertinet, non est quidquam prius aut posterius, licet gloria et honore inter se differant. » Sic probat Athanasius contra Arium, non esse Verbum creaturam. « Alioquin, inquit, necesse erat ut simul cum aliis ex ordine virtutum crearetur, et non ante, licet gloria cæteris antecelleret. » Ex quo rursus fieret, ut non posset esse primum et initium aliorum, ut Ariani volebant. Tradebant enim creatum esse Verbum, ut per ipsum Deus omnia alia crearet, quasi non esset de numero omnium ; cum tamen tale principium omnium, ait Athanasius, in omnibus convinceretur, atque ita concludit, differre Verbum substantia et natura a creaturis, solumque ipsum esse solius veri Dei imaginem. Ex quibus patet angelos antiquiores esse rebus temporaneis, utpote æviternos, cum ævum tempore antiquius sit, non esse tamen Deo cœternos, cum æternitas sua ipsi propria sit, nec ulli alteri communicabilis creaturæ. Ex quo manifestum fit, nihil neque temporum, neque sæculorum, nec quidquam eorum quæ in ipsis temporibus aut sæculis sunt, coæternum esse infinitati Dei, quæ omnium causa est, et supra omnia est, et cujus voluntate omnia ex nihilo facta sunt, sive a tempore, sive a sæculo seu ævo ortum duxerint. Simul etiam decens videtur, ut illæ perfectiones quæ a Deo manant, quæ a creaturis αἰτιατῶς, id est *create*, participantur, antiquiores sint ipso tempore, cum quo creaturæ tempori subjectæ illas participarunt. Itaque sanctitas et bonitas, charitas, vita, sapientia et aliæ perfectiones Dei ex Deo αἰτιατικῶς, id est *efficienter*, sive causaliter participatæ, non cœperunt creari cum creatione hominis, sed antiquius, ante tempus scilicet, cum angeli αἰωνίως, id est *in ævo*, et non coæterne, Deum laudabant.

—

## 506 PARAPHRASIS PACHYMERÆ (46).

§ I. Tempus est etiam dicendi de omnitenente, et quomodo a Daniele Deus antiquus dierum appelletur. Dicitur itaque omnitenens a metaphora radicatæ ac nativæ petræ, in qua fundamentum ædificii ipsumque ædificium fundatur. Deinde cum dixit sedem omnia continentem, ne quis opinaretur ipsum hoc dixisse, quod rebus ipsis creatis coexistendo, juxta rationem petræ in exemplo allatæ, et non extrinsecus ipsas contineat, subdit etiam sequentes dictiones. Siquidem de petra non dicitur, quod petra contineat, vel fundet, de Deo autem dicitur, quod sit causa efficiens, ex qua, ceu radice efficiente, omnia producuntur, et ad quem, seu ad fundum efficientem ac providum convertuntur. Secundum unam autem supereminentem continentiam omnia munit ; quoniam omnis processio Dei, sive ad creandum, sive ad providendum, unica est et simplex, tametsi res creatæ ac provisæ diversimode hæc munera participent. Dicitur etiam alio modo omnitenens, quia omnibus imperat, et dominatur, et sufficit potestas ejus omnibus qui ab ipso gubernantur ; quod in regibus terrenis locum non habet, quoniam viris præstantioribus opus habent ad gubernandum. Quod si vero et ipsi aliquos per se regant, negotiis quodammodo se implicare, et quæ ad eos spectant discere debent, ut secure præsint : verum Deus omnipotenter dominatur, et immiste præest. Dicitur omnitenens etiam, ut omnibus amabilis et desiderabilis ; quoniam ab ipso omnia voluntarie gubernantur, et erga ipsum divino amore feruntur, ita ut nulla existat dissensio, nulla invita et violenta tractio, quapropter omnitenentem dignitatem habere perhibetur ; nihil enim habenas excutit, nihil contravenit, nihil obstat, nihil coactum succumbit, sed omnia tanquam creaturæ quæ Crea-

§ I. Καιρός ἐστι καὶ περὶ παντοκράτορος, καὶ ὅπως παλαιὸς ἡμερῶν παρὰ τῷ Δανιὴλ λέγεται ὁ Θεὸς, εἰπεῖν. Λέγεται τοίνυν παντοκράτωρ ἀπὸ μεταφορᾶς ἐρριζωμένης καὶ συμφύτου πέτρας, ἐφ' ἧς ὅ τε θεμέλιος τοῦ οἰκοδομήματος καὶ αὐτὸ τὸ οἰκοδόμημα ἑδράζεται. Εἶτα εἰπὼν συνέχουσαν τὴν ἕδραν, ἵνα μή τις ὑπονοήσῃ, ὅτι τοῦτο εἶπε διὰ τὸ ἐν τῷ εἶναι σὺν αὐτοῖς τοῖς κτίσμασι συνέχειν, καθάπερ τὴν προτεθεῖσαν εἰς ὑποδείγματος λόγον πέτραν, καὶ οὐκ ἔξωθεν, ἐπιφέρει καὶ τὰς ἐπιλοίπους λέξεις. Ἐπὶ γὰρ τῆς πέτρας οὐ λέγεται, ὅτι ἡ πέτρα περιέχει ἢ θεμελιοῖ· ἐπὶ δὲ τοῦ Θεοῦ λέγεται, ὅτι ποιητικὸς αἴτιός ἐστιν, ἐξ οὗ καὶ ὡς ἐκ ῥίζης ποιητικῆς τὰ πάντα προάγονται, καὶ εἰς ὃν, ὡς εἰς πυθμένα ποιητικὸν καὶ προνοητικὸν, ἐπιστρέφονται. Κατὰ μίαν δὲ ὑπερέχουσαν συνοχὴν τὰ πάντα ἐξασφαλίζεται, ὅτι πᾶσα πρόοδος ἐπὶ Θεοῦ, κἂν εἰς τὸ κτίζειν, κἂν εἰς τὸ προνοεῖν, ἑνιαία καὶ ἁπλῆ ἐστιν, εἰ καὶ τὰ κτιζόμενα καὶ τὰ προνοούμενα διαφόρως τῶν δωρεῶν μετέχουσι. Λέγεται παντοκράτωρ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον, ὅτι πάντων κρατεῖ, καὶ ἐξουσιάζει, καὶ ἐπαρκεῖ ἡ ἐξουσία αὐτοῦ τοῖς διοικουμένοις ἅπασιν, ὅπερ ἐπὶ τῶν ἐπὶ γῆς βασιλέων οὐκ ἔστι, διὸ καὶ τῶν συνδιαφερόντων αὐτοῖς τὴν ἀρχὴν δέονται. Εἰ δέ τινων καὶ ἀφ' ἑαυτῶν ἄρχουσιν, ἀλλ' οὖν μιγνύμενοι οἷον τοῖς πράγμασι, καὶ μανθάνοντες τὰ περὶ τούτων, οὕτως ἀσφαλῶς ἄρχουσιν. Ὁ δὲ Θεὸς παγκρατῶς ἐξουσιάζει, καὶ ἐπαρκεῖ ἀμιγῶς. Λέγεται παντοκράτωρ καὶ ὡς πᾶσιν ἐφετὸς καὶ ἐπέραστος· διὸ γὰρ ἐθελουσίως τὰ πάντα παρ' αὐτοῦ ἄρχονται, καὶ θεῖον ἔρωτα πρὸς αὐτὸν ἔχουσιν, οὐδεμιᾶς δυσμενείας οὔσης, οὐδὲ ἀκουσίου τινὸς καὶ βιαίου ὁλκῆς, διὰ τοῦτο τὸ παντοκρατορικὸν λέγεται ἔχειν ἀξίωμα· οὐδὲν γὰρ ἀφηνιάζει, οὐδὲν ἀντιβαίνει, οὐδὲν ἀνθίσταται, οὐδὲν βιαζόμενον ὑποπίπτει, ἀλλὰ πάντα, ὡς ποιήματα τὸν παραγωγέα εἰδότα, τὸν πρὸς

[1] Coloss. I, 16.

(46) Vide Sch. S. Maximi, tom. II, cap. 10 *De divin. nomin.*

αὐτὴν θεῖον ὠδίνουσιν ἔρωτα. Ἡ δὲ λέξις, ἀπὸ τῶν κυϊσκομένων ληφθεῖσα, δηλοῖ τὴν οἷον ἐν ἡμῖν φυσικὴν διάθεσιν, καὶ ἀφ' ἡμῶν φυσικὴν ὁρμὴν πρὸς τὸν δημιουργὸν καὶ κίνησιν. Ὡς γὰρ ἡ γῆ, θερμαινομένη τῷ ἡλίῳ, πρὸς ὠδῖνας διεγείρεται, οὕτω καὶ ἡ καρδία, τὸ ἐραστὸν ἐν ἑαυτῇ περιφέρουσα, ὠδίνει τὸν ἔρωτα.

A torem agnoscant divinum erga ipsum amorem parturiunt. Vocabulum autem hoc a parturientibus acceptum, declarat quodammodo in nobis affectionem naturalem, et a natura nobis insitam propensionem ac motionem ad Creatorem. Sicut enim terra sole calefacta ad paritudines provocatur; sic et cor, id quod amabile est in seipso circumferens, amorem parturit.

§ II. Παλαιὸς δὲ ἡμερῶν ὑμνεῖται ὁ Θεὸς διὰ τὸ εἶναι τὸν αὐτὸν αἰῶνα τῶν αἰωνίων ἀγγέλων· τούτους γὰρ εἶπε πρότερον αἰωνίους, ὡς αἰῶνος μετέχοντας, οὐ μὴν δὲ ὡς ἀνάρχους. Χρόνον δὲ τῶν ὑπὸ χρόνον, ἁπάντων δηλονότι τῶν γεγονότων μετὰ τὴν παραγωγὴν τοῦ οὐρανοῦ, οὗ τῇ κινήσει ὁ χρόνος εἰσάγεται. Λέγεται δὲ καὶ χρόνος καὶ αἰὼν καὶ ἡμέρα ὁ Θεὸς θεοπρεπῶς, ὡς ἀμετάβλητος, ὅτι τὰ πάντα ἐν τούτοις μεταβάλλονται· αὐτὰ δὲ ἀμετάβλητα μένουσι κατὰ τὸ εἶναι χρόνους καὶ ἡμέρας. Εἰ γὰρ μετεβάλλοντο κατ' οὐσίαν, πᾶσα δὲ μεταβολὴ ἐν χρόνῳ, ἔμελλε καὶ ἡ μεταβολὴ τοῦ χρόνου ἐν χρόνῳ γίνεσθαι, καὶ ποίῳ τούτῳ οὐκ οἶδα· κατὰ τὸ εἶναι δὲ χρόνον καὶ ἡμέρας εἶπε τὸ αὐτῶν ἀμετάβλητον. Ἐπεὶ παρακατιὼν ὁ ἅγιος ἐν ἀλλοιώσει εἶποι τὸν χρόνον· ὃ καὶ δοτέον· θέρος γὰρ καὶ ἔαρ, φθινόπωρον καὶ χειμὼν, αἱ τοῦ χρόνου ἀλλοιώσεις. Οὕτω γοῦν θεοπρεπῶς καὶ ὁ Θεὸς ἀεὶ κινούμενος ἐφ' ἑαυτοῦ μένει. Καὶ τρίτον, ὅτι καὶ ὡς αἴτιος αὐτῶν· ἐλέγομεν γὰρ καὶ πρότερον, ὅτι τὰ πάντα λέγεται ὁ Θεὸς ὡς αἴτιος ἐκ τῶν αἰτιατῶν, εἰ καὶ ὑπὲρ πάντα ἐστί. Διὸ καὶ πολιὸς μὲν ὤφθη τῷ Δανιὴλ, λευκὴν ἔχων κεφαλὴν ὡσεὶ ἔριον, νεανίσκος δὲ πάλιν τῷ Ἀβραάμ· τὸ μὲν, ὡς πάντων ἐκ Θεοῦ τε ὄντων καὶ μετ' αὐτὸν, καὶ νεωτέρων αὐτοῦ· τὸ δὲ, ὅτι ἐν ἀκμαίᾳ καὶ εὐσταθεῖ μακαριότητι ἀπαλαίωτός ἐστιν· ἢ δι' ἀμφοτέρων, τοῦ τε πρεσβύτου καὶ τοῦ νέου, δηλοῦται τὸ ἐξ ἀρχῆς ἄχρι τέλους διὰ πάντων τῶν κτισμάτων προϊέναι αὐτόν· ἢ τρίτον, καθὼς καὶ ὁ ἱεροτελεστὴς καὶ διδάσκαλος τοῦ Πατρὸς Ἱερόθεός φησιν, ὅτι δι' ἀμφοτέρων ἡ θεία ἀρχαιότης δηλοῦται, διὰ μὲν τοῦ πρεσβυτέρου, ὅτι τὸ ἀρχαῖον καὶ πρῶτον δηλοῖ τὸ πρεσβύτερον· διὰ δὲ τοῦ νεωτέρου, ἐπείπερ ὡς ἐν ἀριθμοῖς ἀρχηγικώτερον μὲν ἡ μονὰς, καὶ κατ' ἀριθμὸν νεώτερον, ὁ δὲ ἀριθμός ἐστι τῷ πλήθει φαινόμενος, ὅσον αὐξάνεται, ἔμφασιν ὑστεροχρονίας ἔχει. Διὰ τοῦτο ὁ μὲν Θεὸς, ὡς αἴτιος τῶν κτισμάτων, ἀρχῆς καὶ μονάδος λόγον ἐπέχων· τὰ δὲ κτίσματα, ὡς ἀπ' αὐτοῦ καὶ αἰτιατὰ πλήθους, εἰκότως ὁ μὲν τὸ ἀρχαῖον ἕξει, τὰ δὲ κτίσματα τὸ μετὰ ταῦτα τῆς ἀρχῆς καὶ ὕστερον.

**507** § II. Antiquus vero dierum celebratur Deus, quia ipse est ævum angelorum æviternorum; hos enim antea æternos dixerat, quod participent æternitatem, non vero quod principii expertes sint. Tempus autem eorum quæ sunt subjecta tempori, id est eorum omnium quæ facta sunt post cœlum, ex cujus motu existit tempus. Dicitur autem Deus B et tempos, et ævum, et dies eo modo quo Deum decet, quatenus immutabilis est; quoniam omnia quæ sunt in his mutationem capiunt, ipsa vero, quatenus tempora et dies sunt, immutata permanent. Nam si secundum essentiam mutarentur, cum omnis mutatio in tempore fiat, deberet etiam mutatio temporis in tempore fieri, quali autem illo, non scio; quatenus autem dies tempus sunt, dixit iis quoque competere immutabilitatem. Cum in progressu hic sanctus dixerit, tempus in mutatione consistere; hoc etiam concedendum est: siquidem æstas et ver, autumnus et hiems sunt temporis mutationes. Sic itaque etiam Deus, modo Deo convenienti, semper motus in seipso permanet. Tertio etiam tanquam auctor eorum; dicebamus enim C antea, Deum omnia dici tanquam causam ex effectis, tametsi supra omnia sit. Quare Danieli quidem canus apparuit, candidum habens caput velut lanam, rursum vero juvenis Abrahamo: illud quidem, quod omnia ex Deo sint, et post ipsum, eoque juniora; hoc vero, quod in vigorosa constantique beatitudine sit senii expers; vel per utrumque, cum senem tum juvenem, significatur, ipsum a principio usque ad finem per creaturas omnes pervenire; vel tertio, ut divinus hujus Patris initiator ac præceptor Hierotheus ait, quod utroque divina ejus antiquitas indicetur, ita ut per senem quidem id quod antiquum et primum est declaretur; per juvenem vero, quoniam sicut in numeris principalior quidem est unitas, cum sit in numeris recentior, numerus autem in multitudine apparens, prout augetur, posterioritatem temporis obtinet. Idcirco Deus quidem, tanquam causa creaturarum, principii atque unitatis rationem habens; creaturæ vero quidem habebit id quod antiquius est, creaturæ D ro, tanquam ab ipso et causa multitudinis; ipse vero id quod post principium et posterius existit.

§ III. Εἰσβάλλει περὶ αὐτοῦ τοῦ χρόνου καὶ τοῦ αἰῶνος εἰπεῖν, σοφώτατα κατασφαλιζόμενος τὸν ἀκροατὴν εἰς εὐσέβειαν, καὶ φάσκων, μὴ χρῆναι ὑπονοεῖν τὰ λεγόμενα αἰώνια κατὰ τοῦτο καὶ συναΐδια εἶναι θεῷ τῷ πρὸ αἰώνων. Τὰ γοῦν πάντη καὶ ἀπολύτως ἀγένητα καὶ ἄϊδια τὰ ἐπὶ Θεοῦ κυρίως αἰώνια· οἱ δὲ ἄφθαρτοι ἄγγελοι αἰώνιοι λέγονται

§ III. Incipit de ipso tempore et æternitate verba facere, sapientissime securum reddens auditorem in religione, **508** ac dicens non debere existimari ea quæ æterna dicuntur, ideo esse Deo coæterna, qui est ante sæcula. Ea itaque, quæ omnino et absolute ingenita et sempiterna sunt in Deo, proprie æterna sunt; angeli vero incorruptibiles, æterni dicuntur,

juxta illud : *Elevamini, portæ æternales* [a], quia participant æternitatem, et antiquiores sunt cæteris creaturis. Invenitur enim hæc ipsa temporis extensio αἰών, seu *sæculum*, dicta, juxta illud : *Usque ad consummationem sæculi* [y]; et illud : *Annos æternos in mente habui, et meditatus sum* [x], et iterum : *Deus hujus sæculi excæcavit cogitationes eorum* [y]; et a Moyse Deum vidente dictum : *Erit tibi servus in sæculum* [z], sive in æternum. Hæc igitur vocat temporalem æternitatem : apud Apostolum vero dicitur tempus æternum [a], et, *temporibus æternis taciti* [b]. Dicuntur itaque angeli æterni, tanquam qui proprietatem æternitatis participent, quæ est antiquitas et immutabilitas, et quod secundum totum esse mensuratur; sicut etiam theologus Gregorius ait, id quod rebus coextenditur. Temporis autem proprium est, versari in generatione et corruptione, cœlo enim ejusque motui accidit; itaque iterum immutatis elementis tempus quidem interibit, æternitas vero erit. Unde et nos, qui modo hic tempori subjacemus, quandoque etiam incorruptibiles effecti, æterni erimus. Oportet itaque illa quæ æterna dicta sunt non simpliciter accipere etiam sempiterna, sed secundum divinum Scripturarum scopum figurasque in illis notas; scilicet secundum naturas rerum subjectarum sic æterna dicenda sunt. Cum itaque illa quæ proprie sunt, divina, inquam, quæ sunt, supra omnem creaturam, ævo sive æternitati attribuamus, tametsi supra ævum sive æternitatem sint, illa vero quæ fiunt tempore definiverit, media inter ea quæ sunt et quæ fiunt, angelos et animas dicit; quæ quidem partim ævum participant, utpote immortalia et ab interitu libera; partim vero tempus, quia in generatione cernuntur. Dei autem regnum æternum, vel potius regnum omnium sæculorum, ipsi gloria. Amen.

κατὰ τό· *Ἐπάρθητε, πύλαι αἰώνιοι*, διότι αἰῶνος μετέχουσι καὶ ἀρχαιότατά εἰσι τῶν ἑτέρων κτισμάτων. Εὕρηται γὰρ καὶ αὕτη ἡ τοῦ χρόνου παράτασις αἰὼν λεγομένη, κατὰ τό· *Ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος*· καὶ τό· *Ἔτη αἰώνια ἐμνήσθην, καὶ ἐμελέτησα*· καὶ πάλιν· *Ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα αὐτῶν*· καὶ τὸ παρὰ τῷ θεόπτῃ Μωϋσῇ λεγόμενον· *Ἔσται σοι κατόχιμος εἰς τὸν αἰῶνα*. Ταῦτα γοῦν λέγει ἔγχρονον αἰῶνα· αἰώνιος δὲ *χρόνος* παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ πρὸ χρόνων αἰωνίων, καί· *Χρόνοις αἰωνίοις σεσιγημένου*. Λέγονται τοίνυν οἱ ἄγγελοι αἰώνιοι, ὡς τῆς ἰδιότητος τοῦ αἰῶνος μετέχοντες, ἥτις ἐστὶ τὸ ἀρχαῖον καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ τὸ καθ' ὅλον τὸ εἶναι μετρεῖν· καθὼς καὶ ὁ θεολόγος λέγει Γρηγόριος, τὸ συμπαρεκτεινόμενον τοῖς οὖσι. Χρόνου δὲ ἴδιον τὸ ἐν γενέσει εἶναι καὶ φθορᾷ· τῷ γὰρ οὐρανῷ καὶ τῇ κινήσει τούτου ἐγένετο· καὶ αὖθις, ἀλλαγέντων τῶν στοιχείων, χρόνος μὲν φθαρήσεται, αἰὼν δὲ ἔσται. Διὸ καὶ ἡμεῖς οἱ ὑπὸ χρόνον ἐνταῦθα, ἔστιν ὅτε ἀφθαρτισθέντες, ἐσόμεθα αἰώνιοι. Πρέπει τοιγαροῦν μὴ ἁπλῶς τὰ λεγόμενα αἰώνια δέχεσθαι καὶ ἀΐδια, ἀλλὰ κατὰ τὸν θεῖον τῶν Γραφῶν σκοπὸν καὶ τοὺς συνεγνωσμένους αὐτοῖς τρόπους, δηλονότι καθὼς ἔχουσι φύσεως τὰ ὑποκείμενα, οὕτως αἰώνια λέγεσθαι. Ἐπεὶ γοῦν τὰ μὲν ὄντα, δηλονότι τὰ θεῖα καὶ ὑπὲρ πᾶσαν κτίσιν, τῷ αἰῶνι προσένειμεν, εἰ καὶ ὑπεραιώνιά εἰσι· τὰ δὲ ἐν γενέσει τῷ χρόνῳ ἀφώρισε· (μέσα λέγει τούτων τῶν τε ὄντων καὶ γινομένων τοὺς ἀγγέλους καὶ τὰς ψυχάς, ἃ πῇ μὲν αἰῶνος μετέχουσιν ὡς ἄφθαρτα καὶ ἀθάνατα, πῇ δὲ χρόνου διὰ τὸ ἐν γενέσει ὁρᾶσθαι·) τοῦ δὲ Θεοῦ ἡ βασιλεία αἰώνιος, μᾶλλον δὲ καὶ βασιλεία πάντων αἰώνων, αὐτῷ ἡ δόξα. Ἀμήν.

---

## 509 CAPUT XI.

*De pace, quidque sibi velit ipsum per se esse, quæ sit per se vita, quæ vis ipsa per se, et quæ ita dicuntur.*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΑ'.

*Περὶ εἰρήνης, καὶ τί βούλεται αὐτὸ τὸ αὐτοεῖναι· τίς ἡ αὐτοζωὴ, καὶ τίς ἡ αὐτοδύναμις, καὶ τὰ οὕτω λεγόμενα.*

### SYNOPSIS CAPITIS.

I. *Describit quænam sit pax divina, quæ, res omnes coordinat atque conciliat, et quinam sint ejus effectus. Quomodo item silentium illud ignotum Dei exprimi non possit.* II. *Quomodo Deus per se pacis, et universalis et particularis pacis auctor cuncta pacifice conciliet, et ad omnia pertingat.* III. *Quomodo pax inter tot et tam contraria servetur.* IV. *Quomodo pax in iis quæ semper moventur, reperiatur.* V. *Nihil in natura rerum sine pace consistere.* VI. *Quomodo Deus dicatur per se vita, per se sapientia, etc., et per se vitæ, et per se sapientiæ auctor. Et quid sit per se bonitas, et per se divinitas.*

### § I.

Age jam divinam pacem, ut conciliationis principem, pacificis laudibus prosequamur; hæc enim est quæ cuncta conjungit, et universorum concordiam ac connexionem gignit elicitque; quare etiam ipsam expetunt universa, ut eorum divisam multitudinem ad integram quamdam re-

Ἄγε δὴ τὴν θείαν καὶ ἀρχισυνάγωγον εἰρήνην ὕμνοις εἰρηναίοις ἀνευφημήσωμεν· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ πάντων ἑνωτικὴ, καὶ τῆς ἁπάντων ὁμονοίας τε καὶ συμφυΐας γεννητικὴ καὶ ἀπεργαστική· διὸ καὶ πάντα αὐτῆς ἐφίεται, τὸ μεριστὸν αὐτῶν πλῆθος ἐπιστρεφούσης εἰς τὴν ὅλην ἑνότητα, καὶ τὸν ἐμφύλιον τοῦ

[a] Psal. xxiii, 7, 9. [y] Matth. xxviii, 20. [x] Psal. lxxvi 6. [y] II Cor. iv, 4. [z] Exod. xxi, 6. [a] II Tim. i, 9. [b] Rom. xvi, 25.

παντὸς πόλεμον ἐνούσης εἰς ὁμοειδῆ συνοικίαν. Τῇ μετοχῇ τῆς θείας εἰρήνης αἱ γοῦν πρεσβύτεραι [100] τῶν συναγωγῶν δυνάμεων αὐταί τε [1] πρὸς ἑαυτὰς καὶ πρὸς ἀλλήλας ἑνοῦνται, καὶ πρὸς τὴν μίαν τῶν ὅλων εἰρηναρχίαν, καὶ τὰ ὑφ' ἑαυτὰς ἑνοῦσιν αὐτά τε πρὸς ἑαυτά, καὶ πρὸς ἄλληλα, καὶ πρὸς τὴν μίαν καὶ παντελῆ τῆς πάντων εἰρήνης ἀρχὴν καὶ αἰτίαν, ἥτις, ἀμερῶς ἐπιβεβηκυῖα τοῖς ὅλοις, ὥσπερ τισὶ κλείθροις [2] τῶν διῃρημένων συμπτυκτικοῖς, τὰ πάντα ὁρίζει, καὶ περατοῖ, καὶ ἀσφαλίζεται, καὶ οὐκ ἐᾷ διαιρεθέντα χυθῆναι πρὸς τὸ ἄπειρον καὶ ἀόριστον, ἄτακτα, καὶ ἀνίδρυτα, καὶ ἔρημα Θεοῦ γιγνόμενα, καὶ τῆς ἑαυτῶν ἑνώσεως ἐξιόντα, καὶ ἐν ἀλλήλοις παμμιγῶς συμφυρόμενα. Περὶ μὲν οὖν αὐτῆς, ὅ τι ποτέ ἐστι τῆς θείας εἰρήνης καὶ ἡσυχίας, ἣν ὁ ἱερὸς Ἰοῦστος ἀφθεγξίαν καλεῖ, καὶ ἐπὶ πᾶσαν γιγνωσκομένην πρόοδον ἀκινησίαν, ὅπως τε ἠρεμεῖ, καὶ ἡσυχίαν ἄγει, καὶ ὅπως ἐν ἑαυτῇ καὶ εἴσω ἑαυτῆς ἐστι, καὶ πρὸς αὐτὴν ὅλην ὅλη ὑπερήνωται, καὶ οὔτε εἰς ἑαυτὴν εἰσιοῦσα, καὶ πολλαπλασιάζουσα ἑαυτὴν ἀπολείπει τὴν ἑαυτῆς ἕνωσιν, ἀλλὰ καὶ πρόεισιν ἐπὶ πάντα ἔνδον ὅλη μένουσα δι' ὑπερβολὴν τῆς πάντα ὑπερεχούσης ἑνώσεως, οὔτε εἰπεῖν, οὔτε ἐννοῆσαί τινι τῶν ὄντων, οὔτε θεμιτὸν οὔτε ἐφικτόν. Ἀλλ' ὡς ἄφθεγκτον καὶ τοῦτο, καὶ ἄγνωστον ἐπ' αὐτὴν ἀναθέντες, ὡς πάντων οὖσαν ἐπέκεινα, τὰς νοητὰς αὐτῆς καὶ ῥητὰς μετουσίας, καὶ τοῦτο ὡς δυνατὸν ἀνδράσι, καὶ ἡμῖν πολλῶν ἀνδρῶν ἀγαθῶν ἀπολειπομένοις, ἐπισκοπήσωμεν [3].

digat unitatem, atque intestinum bellum universi ad concordem inducat commorationem. Quin et divinæ pacis participatione primæ virtutes conciliatrices, et secum ipsæ et inter se, et cum una mundi pace prima conjunguntur; inferioraque tum ipsa secum tum inter se conjungunt, tum cum uno, eoque perfecto omnium pacis principio et auctore, qui ad omnia individue cum venit, quasi claustris ac septis quibusdam quæ divisa sunt copulat, omnia definit, determinat, et munit; neque permittit divisa in infinitum sine termino diffundi, neque inordinata, et sede carentia, Deoque destituta, suam unitatem egressa, sibi invicem confuse misceri. De ipsa igitur divina pace ac silentio, quam sanctus Justus vocat insonantiam et immobilitatem ad omnem emanationem quæ cognoscitur, quidnam tandem sit, et quomodo Deus quiescat et sileat, et quomodo in se et intra se sit, et totus secum sit supra quam unitus, et nec in se ingrediens, et se ipse multiplicans deserat unionem; quin potius ad omnia egreditur totus intus manens, propter excellentiam unionis omnia superantis, neque dicere neque cogitare ulli eorum qui sunt fas est, neque possibile. Sed cum hoc alioquin eloqui non possimus, nec assequi **510** intelligendo, ad ipsam tamen divinam pacem, ut ultra omnia positam, sursum evecti, participationes ejus, quæ intelliguntur et nominantur, idque, quantum homines (et nos præsertim qui multis bonis viris impares sumus) consequi possumus, attendamus.

## § II.

Καὶ πρῶτόν γε τοῦτο ῥητέον, ὅτι τῆς αὐτοειρήνης καὶ τῆς ὅλης καὶ τῆς καθ' ἕκαστόν ἐστιν ὑποστάτις, καὶ ὅτι πάντα πρὸς ἄλληλα συγκεράννυσι κατὰ τὴν ἀσύγχυτον αὐτῶν ἕνωσιν, καθ' ἣν ἀδιαιρέτως ἡνωμένα, καὶ ἀδιαστάτως ὅμως ἀκραιφνῆ κατὰ τὸ οἰκεῖον ἕκαστα εἶδος ἕστηκεν, οὐκ ἐπιθολούμενα διὰ τῆς πρὸς τὰ ἀντικείμενα κράσεως, οὐδὲ ἀπαμβλύνοντά τι τῆς ἑνωτικῆς ἀκριβείας καὶ καθαρότητος. Μίαν οὖν τινα καὶ ἁπλῆν τῆς εἰρηνικῆς ἑνώσεως θεωρήσωμεν φύσιν, ἑνοῦσαν ἅπαντα ἑαυτῇ καὶ ἑαυτοῖς καὶ ἀλλήλοις, καὶ διασώζουσαν πάντα ἐν ἀσυγχύτῳ πάντων συνοχῇ καὶ ἀμιγῇ καὶ συγκεκραμένα. Δι' ἣν οἱ θεῖοι νόες ἑνούμενοι ταῖς νοήσεσιν ἑαυτῶν ἑνοῦνται καὶ τοῖς νοουμένοις· καὶ αὖθις ἐπὶ τὴν ἄγνωστον ἀναβαίνουσι τῶν ὑπὲρ νοῦν ἱδρυμένων συναφήν. Δι' ἣν αἱ ψυχαὶ, τοὺς παντοδαποὺς αὐτῶν [4] λόγους ἑνοῦσαι, καὶ πρὸς μίαν νοερὰν συνάγουσαι καθαρότητα, προβαίνουσιν οἰκείως ἑαυταῖς, ὁδῷ, καὶ τάξει διὰ τῆς ἀΰλου καὶ ἀμεροῦς νοήσεως ἐπὶ τὴν ὑπὲρ νόησιν ἕνωσιν. Δι' ἣν ἡ μία καὶ ἀδιάλυτος πάντων συμπλοκὴ κατὰ τὴν θείαν αὐτῆς ἁρμονίαν ὑφίσταται, καὶ ἐναρμόζεται συμφωνίᾳ παντελεῖ καὶ ὁμονοίᾳ καὶ συμφυΐᾳ, συναγομένη τε ἀσυγ-

Ac primum quidem hoc dicendum est, ut cum per se pacis, tum universalis ac particularis pacis, effector sit ipse Deus, et ut omnia inter se mutuo, minime confusa ipsorum inter se mutuo conjunctione, commisceat; qua conjunctione cohærentia sine divisione et distantia, singula tamen secundum propriam speciem pura consistunt, per concretionem contrariorum minime perturbata, quoniam exactam istam unionem ac puritatem nihil interrumpit. Unam igitur eamque simplicem naturam pacificæ unionis contemplemur, sibi ipsi et illis ipsis atque invicem omnia copulantem, nec non universa complexu quodam omnium inconfuso contemperata pariter atque impermista conservantem. Per hanc divinæ mentes copulatæ, suis ipsæ cum intelligentiis tum rebus intellectis conjunguntur, atque denuo scandunt ad incognitum eorum quæ menti supereminent contactum. Per hanc animæ, multigenas suas rationes connectendo, ad quamdam spiritalem puritatem redactæ, procedunt, sibi propria via et ordine, per immaterialem atque indivisam intelligentiam, ad unionem quamdam intelligentia superiorem. Per hanc una omnium

### VARIÆ LECTIONES.

[100] εἰρήνης αἱ πρεσβύτεραι, S. D. P. Sc. Sur. [1] αὖταί τε, S. P. D. [2] κλήροις, S. [3] ἐπισκοπήσομεν, S. Sc. Sur. [4] ἑαυτῶν, P. Sur.

et indissolubilis connexio, juxta divinam ipsius congruentiam, existit, et perfecto concentu ac concordia consensioneque coaptatur, dum sine confusione colligitur, ac sine dissolutione continetur. Integritas nimirum perfectæ pacis, per simplicissimam suam meramque virtutis unificæ præsentiam, ad ea quæ sunt omnia pertingit, omnia conjungens, et extremis extrema per media connectens secundum unicam connaturalem amicitiam coagulata; quin et sui quoque vel extremis totius universi terminis fruendi copiam facit, omnia consocians unitatibus, identitatibus, unionibus, congregationibus, dum scilicet divina pax indivulsa persistit, et in uno cuncta demonstrat, et ad omnia pertingit, et a propria nusquam identitate recedit; nam ad omnia procedit, suique participationem omnibus indulget secundum cujusque proprietatem, nec non pacificæ redundantia bonitatis exuberat, atque manet per excessum unionis tota ad totam, etiam secundum seipsam totam desuper unita.

A χύτως, ἀδιαιρέτως τε συνεχομένη [5]. Διήκει γὰρ ἡ τῆς παντελοῦς εἰρήνης ὁλότης ἐπὶ πάντα τὰ ὄντα, κατὰ τὴν ἁπλουστάτην αὐτῆς καὶ ἀμιγῆ τῆς ἑνοποιοῦ δυνάμεως παρουσίαν, ἑνοῦσα πάντα, καὶ συνδέουσα τὰ ἄκρα διὰ τῶν μέσων τοῖς ἄκροις, κατὰ μίαν ὁμοφυῆ συζευγνύμενα [6] φιλίαν· καὶ τὸ ἀπολαύειν αὐτῆς δωρουμένη καὶ ταῖς ἐσχάταις τοῦ παντὸς ἀποπερατώσεσι, καὶ πάντα ὁμόγνια ποιοῦσα ταῖς ἑνότησι, ταῖς ταὐτότησι, ταῖς ἑνώσεσι, ταῖς συναγωγαῖς, ἀδιαιρέτως δηλαδὴ τῆς θείας εἰρήνης ἑστώσης, καὶ ἐν ἑνὶ πάντα δεικνυούσης, καὶ διὰ πάντων φοιτώσης, καὶ τῆς οἰκείας ταὐτότητος οὐκ ἐξισταμένης· πρόεισι γὰρ ἐπὶ πάντα, καὶ μεταδίδωσι πᾶσιν οἰκείως αὐτοῖς ἑαυτῆς, καὶ ὑπερβλύζει περιουσίᾳ τῆς εἰρηνικῆς γονιμότητος· καὶ μένει δι' ὑπεροχὴν ἑνώ B σεως ὅλη πρὸς ὅλην καὶ καθ' ὅλην ἑαυτὴν [7] ὑπερηνωμένη.

## § III.

Sed quomodo, dicet aliquis, omnia pacem appetunt? cum res plurimæ diversitate ac distinctione gaudeant, neque unquam sponte sua velint quiescere. Atqui si diversitatem atque distinctionem, qui sic loquitur, cujusque rei proprietatem esse asserat, cum res nulla, dum in suo statu permanet, eam perire velit, nos illi minime repugnabimus, sed id ipsum quoque pacis desiderium esse statuemus. Amant enim omnia cum semetipsis pacem habere, atque esse conjuncta, nec non C se suaque omnia immota et illæsa persistere. Et est perfecta illa pax uniuscujusque proprietatis impermistæ conservatrix, per providentias suas, pacis largitrices, omnia inter seipsa et cum aliis sine seditione et confusione custodiens, atque omnia stabili et nusquam declinante potentia ad ipsorum pacem immobilitatemque stabiliens.

Πῶς δὲ, φαίη τις, ἐφίεται [8] πάντα εἰρήνης; πολλὰ γὰρ ἑτερότητι καὶ διακρίσει χαίρει, καὶ οὐκ ἄν ποτε ἐκόντα ἠρεμεῖν ἐθελήσοι. Καὶ εἰ μὲν ἑτερότητα καὶ διάκρισιν ὁ ταῦτα λέγων φησὶ τὴν ἑκάστου τῶν ὄντων ἰδιότητα, καὶ ὅτι ταύτην οὐδὲ ἓν τῶν ὄντων ὄν, ὅπερ ἐστὶν, ἐθέλει ποτὲ ἀπολλύειν, οὐκ ἄν οὐδὲ ἡμεῖς πρὸς τοῦτο ἀντιφήσομεν [9], ἀλλὰ καὶ ταύτην εἰρήνης ἔφεσιν ἀποφανούμεθα. Πάντα γὰρ ἀγαπᾷ πρὸς ἑαυτὰ εἰρηνεύειν τε καὶ ἡνῶσθαι, καὶ ἑαυτῶν καὶ τῶν ἑαυ C τῶν ἀκίνητα καὶ ἄπτωτα εἶναι. Καὶ ἔστι καὶ τῆς καθ' ἕκαστον ἀμιγοῦς ἰδιότητος ἡ παντελὴς εἰρήνη φυλακτικὴ, ταῖς εἰρηνοδώροις αὐτῆς προνοίαις τὰ πάντα ἀστασίαστα καὶ ἀσύμφυρτα πρός τε ἑαυτὰ καὶ πρὸς ἄλληλα διασώζουσα, καὶ πάντα ἐν σταθερᾷ καὶ ἀκλίτῳ δυνάμει πρὸς τὴν ἑαυτῶν εἰρήνην καὶ ἀκινησίαν ἱστῶσα.

## § IV.

Si cuncta porro quæ moventur, minime quiescere, sed cieri semper suo motu velint vel is ipse movendi se appetitus ad divinam illam pacem universalem pertinet, quæ omnia in seipsis ne elabantur servat, atque omnium eorum quæ moventur proprietatem motricemque vitam, ne a semetipsa desciscat excidatve, custodit, ut mota secum pacem habeant, et eo modo se habentia, quæ sua sunt, peragant.

Καὶ εἰ τὰ κινούμενα πάντα μὴ ἠρεμεῖν, ἀλλὰ κινεῖσθαι ἀεὶ τὴν ἑαυτῶν κίνησιν ἐθέλοι, καὶ τοῦτο ἔφεσίς ἐστι τῆς θείας τῶν ὅλων εἰρήνης, τῆς πάντα ἐφ' ἑαυτῶν ἀδιάπτωτα [10] διασωζούσης, καὶ τὴν πάντων τῶν κινουμένων ἰδιότητα καὶ κινητικὴν ζωὴν D ἀκίνητον καὶ ἄπτωτον φυλαττούσης, ἐν τῷ τὰ κινούμενα πρὸς ἑαυτὰ εἰρηνεύοντα, καὶ ὡσαύτως ἔχοντα, δρᾷν τὰ ἑαυτῶν.

## § V.

Cæterum, si quis diversitatem a pace prolapsionem asserens, confirmet pacem non esse omnibus amabilem; respondendum potissimum, nihil in natura rerum existere quod omni prorsus

Εἰ δὲ, τὴν κατ' ἔκπτωσιν εἰρήνης ἑτερότητα λέγων, ἰσχυρίζεται μὴ πᾶσιν εἶναι ἐραστὴν τὴν εἰρήνην, μάλιστα μὲν οὐδέν ἐστι τῶν ὄντων, ὃ πάσης παντελῶς ἑνώσεως ἀποπέπτωκε· τὸ γὰρ πάντη ἀστα-

VARIÆ LECTIONES.

[5] συγχεομένη, P. Sc. [6] συνεζευγμένα, S. P. [7] ἑαυτῆς. [8] ὅτι ἐφίεται, D. [9] ἀντιφήσαιμεν, D. [10] ἀμετάπτωτα, S. P.

τον, καὶ ἄπειρον, καὶ ἀνίδρυτον, καὶ ἀόριστον, οὔτε ὂν ἐστιν, οὔτε ἐν τοῖς οὖσιν. Εἰ δὲ τούτους φησὶν εἰρήνῃ καὶ εἰρήνης ἀγαθοῖς ἀπεχθάνεσθαι, τοὺς ἔρισι καὶ θυμοῖς, καὶ ἀλλοιώσεσι καὶ ἀκαταστασίαις χαίροντας· καὶ οὗτοι ἀμαυροῖς εἰδώλοις εἰρηνικῆς ἐφέσεως διακρατοῦνται, πρὸς παθῶν ἐνοχλούμενοι πολυκινήτων, καὶ ταῦτα ἱστᾷν ἀνεπιστημόνως ἐφιέμενοι, καὶ οἰόμενοι τῇ ἀποπληρώσει τῶν ἀεὶ ἀπορρεόντων εἰρηνεύειν ἑαυτοὺς τῇ ἀτευξίᾳ[11] τῶν κρατησασῶν ἡδονῶν ἐκταρασσομένους. Τί ἄν τις εἴποι περὶ τῆς κατὰ Χριστὸν εἰρηνοχύτου φιλανθρωπίας; καθ' ἣν οὐ μὴ μάθωμεν ἔτι πολεμεῖν, οὔτε ἑαυτοῖς, οὔτε ἀλλήλοις, οὔτε ἀγγέλοις· ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τὰ θεῖα κατὰ δύναμιν συνεργήσωμεν[12], κατὰ πρόνοιαν Ἰησοῦ τοῦ τὰ πάντα ἐν πᾶσιν ἐνεργοῦντος, καὶ ποιοῦντος εἰρήνην ἄῤῥητον καὶ ἐξ αἰῶνος προωρισμένην, καὶ ἀποκαταλλάσσοντος ἡμᾶς ἑαυτῷ[13] καὶ ἐν ἑαυτῷ τῷ Πατρὶ, περὶ ὧν ὑπερφυῶν δώρων ἐν ταῖς *Θεολογικαῖς ὑποτυπώσεσιν* ἱκανῶς εἴρηται, προσεπιμαρτυρούντων[14] ἡμῖν καὶ τῆς ἱερᾶς τῶν λογίων ἐπιπνοίας.

A careat unione; id enim quod penitus instabile et infinitum; nullaque sede nixum interminatumque fingitur, næ illud ipsum per se nihil est, nec in aliquo existit. Sin objiciat, eos paci pacisque bonis adversari, qui litibus et furoribus, mutationibus et instabilitatibus delectantur; verum et illi quoque obscuris quibusdam pacifici desiderii simulacris detinentur, dum perturbationibus variis aguntur, quas imperite sedare desiderant, et arbitrantur se pacem habere, si continuo fluentibus voluptatibus hauriendis insistant; et perturbantur, si rebus iis, a quibus ipsi devicti sunt, frustrentur. Quid porro dicet quis de Christi pacifica benignitate? qua docemur, non ultra bellum gerere, sive cum nobis ipsis, sive cum proximis, sive cum B angelis, quibus potius **512** pro virili cooperandum est in iis quæ ad Deum spectant, juxta ipsius Jesu providentiam, quæ omnia in omnibus operatur, pacemque confert ineffabilem ab æterno prædefinitam, nosque sibi in spiritu et per se in se ipsi Patri reconciliat. De quibus donis supernaturalibus satis superque dictum est in *Theologicis institutionibus*, sacra Scriptura nobis testimonium perhibente.

## § VI.

Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ ἄλλοτε μοῦ δι' ἐπιστολῆς ἐπύθου, τί ποτε ἄρα φημὶ τὸ αὐτὸ εἶναι, τὴν αὐτοζωὴν, τὴν αὐτοσοφίαν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν ἔφης διαπορῆσαι[15], πῶς τὸν Θεὸν ποτὲ μὲν αὐτοζωὴν φημι, ποτὲ δὲ τῆς αὐτοζωῆς ὑποστάτην· ἀναγκαῖον ᾠήθην, ἱερὲ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε, καὶ ταύτης σε[16] τῆς ἐφ' ἡμῖν ἀπορίας[17] C ἀπολῦσαι. Καὶ πρῶτον μὲν, ἵνα τὰ μυριόλεκτα καὶ νῦν ἀναλάβωμεν, οὐκ ἔστιν ἐναντίον, αὐτοδύναμιν ἢ αὐτοζωὴν εἰπεῖν τὸν Θεὸν, καὶ τῆς αὐτοζωῆς, ἢ εἰρήνης, ἢ δυνάμεως ὑποστάτην[18]· τὰ μὲν γὰρ ἐκ τῶν ὄντων καὶ μάλιστα ἐκ τῶν πρώτως ὄντων, ὡς αἴτιος πάντων τῶν ὄντων, λέγεται· τὰ δὲ, ὡς ὑπὲρ πάντα καὶ τὰ πρώτως ὄντα ὑπερὼν ὑπερουσίως[19]. Τί δὲ ὅλως, φῂς, τὸ αὐτὸ εἶναι λέγομεν, ἢ τὴν αὐτοζωὴν, ἢ ὅσα ἀπολύτως καὶ ἀρχηγικῶς εἶναι, καὶ ἐκ τοῦ Θεοῦ πρώτως ὑφεστηκέναι τιθέμεθα. Τοῦτο δέ φαμεν, οὐκ ἔστιν ἀγκύλον, ἀλλ' εὐθὺ καὶ ἁπλῆν τὴν διασάφησιν ἔχον. Οὐ γὰρ οὐσίαν τινὰ θείαν, ἢ ἀγγελικὴν εἶναί φαμεν τὸ αὐτὸ εἶναι[20] τοῦ εἶναι τὰ ὄντα πάντα αἰτίαν (μόνον γὰρ τοῦ εἶναι πάντα τὰ ὄντα, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι ὑπερούσιον, ἀρχὴ, καὶ οὐσία, καὶ αἴτιον), οὐδὲ D ζωογόνον[21] ἄλλη θεότητα παρὰ τὴν ὑπέρθεον[22] πάντων ὅσα ζῇ, καὶ τῆς αὐτοζωῆς αἰτίαν ζωὴν, οὔτε, συνελόντα εἰπεῖν, ἀρχικὰς τῶν ὄντων καὶ δημιουργικὰς οὐσίας καὶ ὑποστάσεις, ἅστινας[23] καὶ θεοὺς τῶν ὄντων καὶ δημιουργοὺς αὐτοσχεδιάσαντες ἀπεστομάτισαν, οὓς, ἀληθῶς καὶ κυρίως εἰπεῖν, οὔτε αὐτοὶ ᾔδεισαν[24] (οὐκ[25] ὄντας) οὔτε οἱ πατέρες αὐτῶν· ἀλλ' αὐτοεῖναι, καὶ αὐτοζωὴν, καὶ αὐτοθεότητά φαμεν,

Sed quia alias me per epistolam interrogasti, quid appellem per se esse, per se vitam, per se sapientiam, et tecum ais dubitasse, quomodo Deum aliquando quidem voco per se vitam, aliquando vero effectorem per se vitæ; necessarium esse arbitratus sum, homo Dei sancte, ab hac dubitatione, quoad possim, te liberare. Ac primum quidem, ut nunc repetamus quæ millies dicta sunt, non pugnant secum dicere, Deum per se potestatem, et per se vitam; et dicere, Deum creatorem per se vitæ, vel per se pacis, vel per se potestatis; hæc enim dicitur Deus ex iis quæ sunt, et maxime ex iis quæ prima sunt, tanquam causa omnium quæ sunt; illa autem dicitur, tanquam existens suprasubstantialiter supra omnia quæ sunt, et quæ primo sunt. Quæris autem quid prorsus dicamus per se esse, aut per se vitam, aut quæcunque absolute et principaliter esse, et ex Deo ac primo creata esse ponimus. Respondemus non esse hoc contortum, sed rectum, et simplicem habens explanationem. Non enim illud per se esse, substantiam quamdam divinam aut angelicam esse dicimus, quæ sit causa ut sint omnia quæ sunt (solum enim qui est supraquam substantia, principium, et essentia, et causa est ut sint omnia quæ sunt, et ipsum per se esse), nec aliam divinitatem quæ vitam pariat, præterquam vitam supraquam divinam omnium quæcunque vivunt, et ipsius per se vitæ causam, ponimus; nec ut summatim

### VARIÆ LECTIONES.

[11] ἀταξίᾳ, D. [12] συνεργήσομεν, D. Sc. Sar. [13] ἐν Πνεύματι καὶ δι' ἑαυτοῦ. [14] προσεπιμαρτυρούσης. [15] ἀπορῆσαι, S. P. D. [16] τό. [17] ἐφ' ἡμῖν, non est in D. [18] ἐπιστάτην, S. [19] ὑπερκείμενος, P. [20] αὐτοεῖναι, uno verbo, B. D. [21] præcedit γὰρ in P. [22] τῶν. [23] ἅς τινες, P. Sc. [24] ᾔδεσαν. [25] ἅτε δὴ οὐκ.

dicam, alias causas principales rerum, et creantes et per se existentes quas quidam et deos rerum et effectores esse temere effutiverunt, quos vere et proprie dicere (quippe cum non essent) nec ipsi nec eorum patres ac majores sciverunt : quin potius per se esse, et per se vitam, et per se divinitatem, principaliter quidem et divine et efficienter unum omnium principium et causam, supraquam principium et supraquam substantia esse dicimus : ut autem in donis suis participatur **513** Deus, providentias, a Deo, qui in se non participatur, manantes, dicimus per se substantiæ effectionem, per se vivificationem, per se deificationem; quorum participationem quæ, ut cuique convenit, habent, substantiam habentia, et viventia, et divina sunt, et dicuntur, et similiter in aliis. Quamobrem bonus ille et ipsorum quæ prima sunt auctor esse dicitur, deinde eorum quæ generatim et universe illa participant, postea eorum quæ in parte. Sed quid attinet de his dicere? siquidem nonnulli ex nostris divinis magistris etiam ipsius per se bonitatis ac deitatis constitutivam vocant supraquam bonam et supraquam divinam per se bonitatem ac divinitatem, dicentes esse bonificum et deificum donum a Deo profectum, et

A ἀρχικῶς μὲν οὖν[26], θεϊκῶς καὶ αἰτιατικῶς, τὴν μίαν πάντων ὑπεράρχιον καὶ ὑπερούσιον ἀρχὴν καὶ αἰτίαν· μεθεκτῶς δὲ τὰς ἐκδιδομένας ἐκ Θεοῦ τοῦ ἀμεθέκτου προνοητικὰς δυνάμεις, τὴν αὐτοουσίωσιν, αὐτοζώωσιν, αὐτοθέωσιν, ὧν τὰ ὄντα οἰκείως ἑαυτοῖς μετέχοντα, καὶ ὄντα καὶ ζῶντα, καὶ ἔνθεα, καὶ ἔστι καὶ λέγεται, καὶ τὰ ἄλλα ὡσαύτως. Διὸ καὶ τῶν πρώτων[27] αὐτῶν ὁ ἀγαθὸς ὑποστάτης λέγεται εἶναι· εἶτα τῶν ὅλων αὐτῶν, εἶτα τῶν μερικῶν αὐτῶν· εἶτα τῶν ὅλων αὐτῶν μετεχόντων, εἶτα τῶν μερικῶς αὐτῶν[28] μετεχόντων. Καὶ τί δεῖ περὶ τούτων λέγειν; ὅπου γέ τινες τῶν θείων ἡμῶν ἱεροδιδασκάλων, καὶ τῆς αὐτοαγαθότητος καὶ θεότητος ὑποστάτην φασὶ τὸν ὑπεράγαθον καὶ ὑπέρθεον, αὐτοαγαθότητα καὶ θεότητα λέγοντες εἶναι τὴν ἀγαθοποιὸν καὶ θεοποιὸν ἐκ Θεοῦ B προελήλυθυῖαν δωρεάν· καὶ αὐτοκάλλος, τὴν αὐτοκαλλοποιὸν χύσιν· καὶ ὅλον κάλλος, καὶ μερικὸν κάλλος· καὶ ὅλως καλὰ, καὶ ἐν μέρει καλά· καὶ ὅσα ἄλλα κατὰ τὸν αὐτὸν εἴρηται καὶ εἰρήσεται τρόπον, δηλοῦντα προνοίας καὶ ἀγαθότητας[29] μετεχομένας ὑπὸ τῶν ὄντων, ἐκ Θεοῦ, τοῦ ἀμεθέκτου, προϊούσας ἀφθόνῳ χύσει καὶ ὑπερβλυζούσας, ἵνα ἀκριβῶς ὁ πάντων αἴτιος ἐπέκεινα ᾖ πάντων, καὶ τὸ ὑπερούσιον, καὶ ὑπερφυὲς πάντη ὑπερέχῃ τῶν καθ' ὁποίαν τινά ποτε οὐσίαν καὶ φύσιν.

per se pulchritudinem, per se pulchrificam fusionem, et universalem pulchritudinem, et particularem pulchritudinem, et universe pulchra, et in parte pulchra, et quæcunque alia eodem modo dicta sunt, et dicentur, quæ declarant providentias et bonitates ab iis quæ in rerum natura sunt participatas, a Deo, qui est extra sui participationem, larga effusione dimanantes ac profluentes; ut qui est causa omnium, perfecte sit ultra omnia; et qui substantiam et naturam exsuperat, ex omni parte et in universum omnibus, cujuscunque substantiæ et naturæ sint, antecellat.

—

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ 1. *Age jam divinam pacem, ut conciliationis principem*, etc. Occasione hujus capitis divus Thomas 2-2, quæst. 29, art. 1, petit utrum pax idem sit quod concordia; et in corpore respondet quod pax includat concordiam, illique aliquid addat. Unde ubicunque est pax, ibi est concordia, non tamen ubicunque est concordia, ibi est pax, si nomen pacis proprie sumatur. Concordia enim proprie sumpta est ad alterum, in quantum scilicet diversorum cordium voluntates simul in unum consensum conveniunt. Contingit vero etiam unius hominis cor tendere in diversa, idque dupliciter. Uno quidem modo secundum diversas potentias appetitivas, sicut appetitus sensitivus plerumque tendit in contrarium rationalis appetitus, juxta illud : *Caro concupiscit adversus spiritum* [c]; alio modo, in quantum una et eadem vis appetitiva in diversa appetibilia tendit, quæ simul assequi non potest, unde necesse est esse repugnantiam motuum appetitus. Quare unio horum motuum est quidem de ratione pacis, non tamen de ratione concordiæ; unde concordia importat unionem appetituum diversorum appetentium, pax autem supra hanc unionem importat etiam appetituum ejusdem appetentis unionem.

Ibid. : *De ipsa igitur divina pace ac silentio*, etc. Ubi nota cum D. Thoma, divinæ paci silentium adjungi, quia signum perturbatæ pacis solet esse strepitus et clamor. Ait autem pacem hanc a sancto quodam, Justo nomine, insonantiam seu ineffabilitatem Dei nuncupari; quia scilicet neque nos Deum effari possumus, neque ipse sic se effatur nobis, ut nos ipsum secundum quod est perfecte cognoscere possimus. Adjungit etiam paci immobilitatem Dei ad omnem processum qui a nobis cognoscitur; quamvis enim procedere dicatur secundum quod suam similitudinem **514** in res diffundit, tamen ipse secundum omnem hujusmodi processum seu emanationem in seipso immobilis manet, uti S. Dionysius *Cœlestis hierarchiæ*, cap. 1, § 2, quoque docuit. Recte autem quies, immobilitas et silentium paci conjunguntur; quia ea quæ pacem habent, hoc ipso quietem aliquam habere videntur.

§ III. *Sed quomodo, dicet aliquis*, etc. Movet hic dubitationem, quomodo dici possint omnia pacem desiderare, cum tanta appetituum dissensio. Hanc eamdem quæstionem ex Dionysio movet divus Thomas 2-2, quæst. 29, articul. 2, et cum eodem in corpore respondet, ex hoc ipso quod homo aliquid

[c] Galat. v, 17.

## VARIÆ LECTIONES.

[26] οὖν non est in S. D. [27] τῶν non est in D. πρώτως habent S. P. Sar. [28] εἶτα τῶν ὁλικῶς αὐτῶν μετεχ. [29] ἀγαθότητος.

appetit, consequens esse, ipsum appetere ejus quod appetit assecutionem, et per consequens, remotionem eorum quæ assecutionem impedire possunt. Potest autem impediri assecutio boni desiderati per contrarium appetitum vel sui ipsius vel alterius; et utrumque tollitur per pacem, sicut supra dictum est, et ideo necesse est ut omne appetens appetat pacem; in quantum scilicet omne appetens appetit tranquille et sine impedimento pervenire ad id quod appetit, in quo consistit ratio pacis. Unde illi etiam qui bella quærunt et dissensiones, non desiderant nisi pacem, quam se habere non existimant. Ut enim dictum est § I, non est pax si quis cum alio concordet contra id quod ipse magis vellet. Et ideo homines quærunt hanc concordiam rumpere bellando, tanquam defectum pacis habentem, ut ad pacem perveniant, in qua nihil eorum voluntati repugnet; et propter hoc omnes bellantes quærunt per bella ad pacem aliquam pervenire perfectiorem quam prius habebant. Porro cum pax consistat in quietatione et unione appetitus; sicut appetitus potest esse simpliciter boni, vel boni apparentis, ita etiam pax potest esse vel vera, vel apparens. Vera quidem pax non potest esse nisi circa appetitum veri boni (quia omne malum, etsi secundum aliquid appareat bonum, unde ex aliqua parte appetitum quietet, habet tamen multos defectus, ex quibus appetitus remanet inquietus et perturbatur); unde pax vera non potest esse nisi in bonis, et bonorum; pax autem quæ malorum est, est pax apparens, et non vera. Unde dicitur Sapient. XIV, 22: *In magno viventes inscientiæ bello, tot et tam magna mala pacem appellant.* Cum igitur vera pax non sit nisi de bono, sicut dupliciter habetur verum bonum, scilicet perfecte et imperfecte, ita etiam est duplex pax vera. Una quidem perfecta, quæ consistit in perfecta fruitione summi boni, per quam omnes appetitus uniuntur, quietati in uno: et hic est ultimus finis creaturæ rationalis, secundum illud Psalmi CXLVII, 14: *Qui posuit fines tuos pacem.* Alia vero est pax imperfecta, quæ habetur in hoc mundo; quia, etsi principalis animæ motus quiescat in Deo, sunt tamen alia repugnantia intus et extra quæ hanc pacem perturbant.

Itaque, ut ex iis quæ hoc capite exposita sunt, breviter divinæ pacis proprietates Cyparissioti verbis ex decade 5, cap. 8, colligamus. Est quidem, inquit, pax divina, quæ diversa nectit in unum (dicta est enim congregatrix et colligatrix illorum etiam quæ maxime diversi generis et naturæ sunt), multa in temperamentum commiscens, non confuse neque permiste, sed servans in singulis universitates in unum mentis simplicem conceptum reducit. Ut cum album, v. g. et nigrum cæterasque species coloris in unum conceptum simplicem coloris mens reducit, universitatem generis in eis servat; neque enim convenientia in universitate generis confundit species; neque diversitas speciei tollit convenientiam in universitate, sed hæc consensio et concentus a pace divina proficiscitur.

Deinde hæc divina pax veluti unionem multiplicium et diversarum vocum et sonorum instar concentus et symphoniæ pulcherrime conficit, nihil ex gravi aut acuto demutans, sed potius manent secundum naturam sine confusione aptatam, ut ingeneretur copulatio, supraquam cogitari potest, amatoriis quibusdam illecebris, vel nescio quid divinius dicam, in unionem redacta. Ex quibus fit manifestum, quod pax, et magnitudo, et parvitas, et statio, et motus, et idem esse, et diversum esse, et similem, et dissimilem hæc omnia una pax sunt in Deo. Ideirco et hic et alias clare dictum et demonstratum est a Dionysio, alia et contraria, omnia eodem modo et unite, et nulla duplicatione in Deo esse; tamen ab ipso producta variata esse, ab ipsis emanationibus diversitatem nacta.

Est igitur Deus, ut prius demonstratum est, sicut substantia, quam neque verbis exprimere, nec eloqui, nec cognoscere possumus, sic etiam divina ejus pax; præterea sapientia ejus et vita ejus, et quæcunque alia absoluta, et quæcunque nunc in ipsa videntur secundum contrarietatem efferri. Laudamus autem hanc secundum participationes ejus intellectas et nominatas; id est, laudamus ab iis quæ produxit, quæ sub intelligentiam cadunt, et quæ sub sensum, quibus nos ex iis quæ videntur instructi, ad cogitationem magnorum donorum ejus deducimur, ipsas per se primum actiones animo versantes: ut si quis primum creaturam vel mundi fabricam ipsam per se cogitet, velut actionem Dei et motum intuens, deinde sermonem ad producta et creata referat. Consentiens autem secum idem Dionysius, **515** sicut in aliis, ita et nunc, nomina ponit cum adjunctione definiente, per se vitæ, etc., quæ, quia supra explicata sunt, non repetimus.

§ VI. *Quid appellem per se esse*, etc. Vide quæ superius cap. 5, § 4, in adnotationibus dicta sunt. Hic tantum observa cum Turriano ad Cyparissiotæ, decad. 8, cap. 5, quam ingeniose, quæ Plato in *Timæo* et *Parmenide* scripsit de speciebus sive ideis ingenitis, et sine interitu separatis, immutabilibus, natura consistentibus, tanquam effectricibus rerum singularium, Dionysius hic correxerit, et traduxerit ad verum dogma de principiis, non quæ causæ per se existant, neque sint non facta, sed quæ habeant in nobis esse tantum intelligibile et immutabile a Deo manans, sintque veluti formæ quædam intelligibiles, ratione tantum a rebus ipsis separatæ. Quod enim est singulare, posterius est intelligentia, quod intelligi non potest sine prioribus, quæ sunt quidquid est speciei, et species ipsæ, quæ a singularibus participantur, et prius esse habent secundum notionem. Non enim esset hic homo in notione, nisi homo species ejus prius haberet esse intelligibile; neque homo diceretur esse secundum notionem, nisi prius humanitas haberet esse intelligibile; hæc enim continet quod quid est speciei hominis. Similiter in reliquis. Non esset hæc vita in notione aut hæc similitudo, nisi esset vita et similitudo universe considerata; nec ista esset, nisi esset prius secundum notionem quod quid est ipsius vitæ et similitudinis, quæ vocatur vita simpliciter et similitudo simpliciter, sive per se vita et per se similitudo.

Dicitur autem Deus supra ipsum per se esse, quatenus scilicet a nobis cogitari potest. Sicut dicitur etiam Deus esse supra Deum, ὡς ἡμᾶς εἰδέναι, ut ait Dionysius, id est secundum nostram cognitionem; supra Deum, inquam, per participationem, quem in creaturis cognoscimus, sicut scriptum est: *Ego dixi: Dii estis*[d]; sic etiam est bonus supra bonitatem, quæ a nobis in creaturis cognosci potest. Itaque proprie et per se esse de creatura dicitur et de Deo, sed æquivoce, ut bonus, et Deus.

S. Maximus in *Centuriis theologicis*, cent. I, cap. 4, 5, 6. Non est, inquit, Deus substantia, quæ simpliciter aut quodam modo dicitur, ubi et principium est; neque potestas ut potestas, quæ simpliciter aut quodam modo dicitur, ubi et medium est; nec opus ut opus, quod simpliciter aut quodam modo dicitur, ubi et finis est motus ipsius substantiæ secundum potentiam prius cogitatæ, sed idem ipse est et substantiæ effector et supra substantiam, effectorque potentiæ et supra potentiam, firmitas atque vis, et immortalis facultas omnis efficientiæ, et, ut breviter dicam, principii, medii et finis auctor.

Ubi nota ex Turriano supra citato, substantiam simpliciter, esse substantiam abstracte consideratam,

[d] Psal. LXXXI, 6.

quæ dicitur per se substantia, solum continens in notione sua quæ ad essentiam substantiæ pertinent. Hanc notionem primum menti informamus, postea notionem universalem, notionem, inquam, substantiæ non abstracte cogitatæ, sed universe, ut est substantia communis, quæ ratione differt a substantialitate abstracta, sicut humanitas ab homine. Postea consideramus substantiam communem secundum singulas species. Hæc substantia communis, et etiam singularis, non simpliciter, sed quodam modo substantia est; quia substantia communis est per participationem per se substantiæ, et particularis substantia per participationem utriusque, communis scilicet et per se substantiæ. In hujusmodi ergo substantia, sive simpliciter, sive quodam modo, principium est motus : Deus autem non est principium, quod habet habitudinem ad id cujus principium est, imo est principium supra principium, omni habitudine solutum. Similiter potentia simpliciter, est potentia abstracte considerata, quæ dicitur per se potentia, quæ e t ipsa essentia potentiæ, cujus per se potentiæ participatione est potentia communis, et ob hanc causam est, quodam modo potentia. Similiter potentia particularis est quodam modo potentia, quia est per participationem potentiæ communis, et per se potentiæ. Hujusmodi potentia, sive simpliciter sive aliquo modo, est media inter substantiam et opus quod fit per motum substantiæ. Non enim fieri potest opus, nisi sit potentia efficiendi illud. Opus simpliciter, est opus per se et abstracte consideratum, id est ipsa essentia operis. Opus quodam modo, est opus ipsum universe consideratum, quod est per participationem operis simpliciter, quod dicitur per se opus; aut opus particulare, quod est per participationem operis universalis, et per se operis. In hujusmodi opere, sive simpliciter sive aliquo modo, finis est, ut sanitas, quomodocunque consideretur, sive abstracte et per se, sive communiter et universe, sive sit in particulari, finis est medicationis, qui est motus medentis, prius cogitatus secundum potentiam quam sanitas, quæ non potest fieri per medicinam, nisi prius cogitetur potentia ad sanandum. Deus autem neque finis est neque medium, quatenus hæc in iis quæ sunt ad aliquid numerantur, quæ simul esse cogitantur : cum infinito autem nihil finitum esse cogitari potest. Conferenda sunt hæc cum iis quæ in Adnot. ad cap. 5, dicta sunt.

---

## 516 PARAPHRASIS PACHYMERÆ (47).

§ I. Age vero etiam pacem, quæ omnis conciliationis causa existit, collaudemus; ipsa est etenim quæ omnia conjungit, quatenus divisam illorum multitudinem in unum, hoc est in unum illius desiderium, colligit; hoc enim integram unitatem appellat. Ipsa est quæ hujus universi ex diversarum naturarum elementis contemperatam compagem constituit : hincque intestinum bellum appellavit qualitatum in ipsis contrarietatem, caloris scilicet contra frigus, humidi contra siccum, et similium aliorum, quæ ad unius mundi complementum uniuntur. Religiose autem hic gentilium rationes solvit. Cum enim multi inter illos dissideant, atque alii quidem omnia ex contrarietate belloque existere contendant, alii vero ex amicitia et consensione, ita ut ab illis quidem dicatur contentio creandi principium exstitisse, ab his vero amicitia; Pater hic, eorum rationes rite moderando, Deum universi conditorem constituit. Licet etiam aliter accipere bellum intestinum, pro eo quod est naturaliter inter res incorporeas et materiales : *Caro enim*, inquit, *concupiscit adversus spiritum, et spiritus adversus carnem* [e]. Et tale bellum divina pax ad unionem reducit, secundum quam antiquissimi illi ordines cœlestes, cum secum ipsi et inter se conjunguntur, tum ad unum perfectissimum pacis principium adducuntur; quod cum individue (non enim ex parte aliqua, sed integre) universis advenit, quasi claustris quibusdam seu vectibus omnia communit, neque permittit divisa in infinitum et interminatum, quasi ad pulchritudinis formæque carentiam diffundi, quam externi sapientes materiam appellabant, hanc infinitam dicentes, utpote interminatam et informem. Cum itaque Deus sit formæ pulchritudinisque creator, merito

A § I. Φέρε καὶ τὴν αἰτίαν συναγωγῆς ἁπάσης εἰ ῥήνην ἀνευφημήσωμεν· αὐτὴ γάρ ἐστιν ἡ τῶν πάντων ἑνωτική, καθὸ τὸ μεριστὸν αὐτῶν πλῆθος εἰς ἓν συνάγει τὴν μίαν αὐτῆς ἔφεσιν· ταύτην γαρ καὶ ὅλην ἑνότητά φησιν. Αὐτή ἐστιν ἡ τὴν ἁρμονίαν τοῦδε τοῦ παντὸς συνιστῶσα ἐξ ἑτεροφυῶν τῶν στοιχείων συγκεκραμένην· διὸ καὶ πόλεμον ἐμφύλιον εἶπε τὴν τῶν ἐν αὐτοῖς ποιοτήτων ἐναντιότητα, θερμοῦ πρὸς ψυχρὸν, καὶ ὑγροῦ πρὸς ξηρὸν, καὶ τῶν ἄλλων ὁμοίων, ἅπερ εἰς ἑνὸς κόσμου συμπλήρωσιν ἥνωται. Εὐσεβῶς δὲ ἐνταῦθα τοὺς τῶν Ἑλλήνων λόγους λύει. Πολλῶν γὰρ ἐν ἐκείνοις στασιαζόντων, καὶ τῶν μὲν ἐξ ἐναντιώσεως καὶ πολέμου λεγόντων τὰ πάντα γίνεσθαι, τῶν δὲ ἐκ φιλίας καὶ συμφωνίας, ὡς λέγεσθαι παρὰ τοῖς μὲν τὸ νεῖκος ἀρχὴν δημιουργικὴν, παρὰ τοῖς δὲ τὴν φιλίαν· ὁ B πατὴρ, εἰς ὀρθότητα μεταφέρων τοὺς λόγους, Θεὸν ἐφίστησι τοῦ παντὸς ποιητήν. Ἔστι καὶ ἄλλως ἐκλαβεῖν ἐμφύλιον πόλεμον, τὸν φυσικῶς τοῖς ἀσωμάτοις πρὸς τὰ ὑλικά. *Ἡ γὰρ σὰρξ*, φησὶν, *ἐπιθυμεῖ κατὰ τοῦ πνεύματος, καὶ τὸ πνεῦμα κατὰ τῆς σαρκός.* Καὶ τὸν τοιοῦτον πόλεμον ἡ θεία εἰρήνη πρὸς ἕνωσιν ἄγει, καθ' ἣν αἱ πρεσβύταται τῶν οὐρανίων τάξεων πρὸς ἑαυτὰς καὶ πρὸς ἀλλήλας συνάγονται, καὶ πρὸς μίαν καὶ παντελῆ τῆς εἰρήνης ἀρχὴν ἀνάγονται, ἤτις, ἀμερῶς (οὐ γὰρ ἐν μέρει τινὶ, ἀλλ' ἀθρόως·) τοῖς ὅλοις ἐπιβεβηκυῖα, ὡς ἐν κλῄθροις συμπτύσσει τὰ πάντα καὶ ἀσφαλίζεται, καὶ οὐκ ἐᾷ διαιρεθέντα χυθῆναι πρὸς τὸ ἄπειρον καὶ ἀόριστον, οἱονεὶ τὸ ἀκαλλὲς καὶ ἀμόρφωτον, ἣν οἱ ἔξω σοφοὶ ὕλην προσωνομάκασιν, ἄπειρον λέγοντες ταύτην, ὡς ἀόριστον καὶ C ἀνείδεον. Ἐπεὶ γοῦν εἰδοποιὸς καὶ καλλοποιὸς ὁ Θεὸς, εἰκότως τὸ ἐρημωθὲν Θεοῦ ἀνείδεον γίνεται καὶ ἀκαλλώπιστον. Περὶ γοῦν αὐτῆς τῆς θείας εἰρήνης, ὅ τι ποτέ ἐστι, παραιτεῖται λέγειν· ταύτην γὰρ καὶ ὁ ἐν ταῖς Πράξεσιν Ἰοῦστος, ὃν καὶ Ἰωσῆν ἐκάλουν,

[e] Gal. v, 17.

(47) Vide Sch. S. Maximi tom. II, cap. 11 *De divinis nomin.*

ἀφθεγξίαν καλεῖ, ὡς σιωπωμένην καὶ κρυφίαν· καὶ ἀκινησίαν μὲν, ἀλλ' ἐπὶ πᾶσαν κίνησιν γινωσκομένην· αὕτη γάρ ἐστιν ἡ τὰ πάντα εἰδοποιήσασα καὶ κινήσασα, ὅλη γὰρ ὅλῃ ἑαυτῇ ὑπερήνωται, καὶ ἑαυτὴν πολλαπλασιάζουσα ταῖς καθ' ἕκαστον εἰρηναίαις προόδοις, οὐδέ ποτε τὴν ἑαυτῆς ἑνιαίαν ἀπολείπει ἁπλότητα. Περὶ ταύτης τοίνυν οὔτε εἰπεῖν οὔτ' ἐννοῆσαι ἢ δυνατὸν ἢ θεμιτὸν, ἀλλὰ ταύτην ὡς ἄγνωστον ἐπ' αὐτὴν ἀναθέντες, τὰς ἐν ταῖς Γραφαῖς ῥηθείσας νοητὰς μετουσίας αὐτῆς, ὡς δυνατὸν ἀνθρώποις, ἢ μᾶλλον τοῖς κἀκείνων ἀπολειπομένοις ἡμῖν, σκοπήσωμεν.

A id quod a Deo destitutum est, informe sit et expers pulchritudinis. De hac igitur divina pace quid tandem sit, dicere refugit; quoniam hanc etiam in Actis [f] Justus, quem et Josen nominabant ἀφθεγξίαν vocat, quippe silentem et occultam; et immobilitatem quidem, sed ab omni motu cognoscibilem; hæc enim est quæ informat et movet omnia, tota enim sibi toti superunitur; et cum semetipsam singulis pacificis processionibus multiplicat, nunquam **517** tamen unicam illam suam simplicitatem deserit. De hac itaque neque dicere, neque cogitare quidquam fas est vel possibile; sed hanc tanquam in se ignotam enarrantes, intellectiles ejus participationes in Scripturis recensitas, quoad hominibus vel potius nobis aliis inferioribus, possibile est, consideremus.

§ II. Πρῶτον τοίνυν λέγομεν, ὅτι ἡ θεία ἐκείνη εἰρήνη ἡ ἄφθεγκτος τῆς αὐτοειρήνης ἐστὶν ὑποστάτις, κατὰ τοὺς λόγους καθ' οὓς ἐλέγομεν ἔμπροσθεν περὶ τῆς αὐτοζωῆς. Ὅλην δὲ καθ' ἕκαστον εἰρήνην λέγει ὅλην, καθ' ἣν τὰ πάντα συνάγεται, καὶ εἰς μίαν ἔφεσιν ἀνατείνεται μεμερισμένα ταῖς φύσεσιν ὄντα· καθ' ἕκαστον δὲ, καθ' ἣν ἕκαστον, τὴν ἑαυτοῦ ἑνότητα φυλάττον, οὐ διαχέεται πρὸς φθορὰν καὶ ἀνυπαρξίαν, ἃ δὴ ἀνωτέρω εἶπεν ἄπειρον καὶ ἀόριστον. Σημείωσαι δὲ, ὅτι τὰ μὲν ὅλα ἕνωσιν λέγονται ἔχειν πρὸς ἄλληλα, τὸ δὲ ἓν πρὸς ἑαυτὸ ἑνότητα· καὶ τὸ μὲν ἓν, συγκρατούμενον, οὐ διαχέεται πρὸς τὸ ἄπειρον, τὰ δὲ ὅλα, συγκεραννύμενα, ἀσύγχυτα μένουσιν. Εἰ γὰρ καὶ τὰ στοιχεῖα, φησὶ, τὴν πρὸς ἄλληλα συμπλοκὴν καὶ μίξιν ἀδιαίρετον ἔχουσιν, ἀλλ' ὅμως αἱ τούτων ποιότητες τὴν ἀκρότητα ἑαυτῶν οὐ παραπολλύουσιν, οἷον τὸ θερμὸν, τὸ ξηρὸν, καὶ τὰ λοιπὰ, ἐν τῇ τῶν ἑτεροειδῶν κράσει τῇ ἐν τῷ παντὶ θεωρουμένῃ. Κρᾶσιν γὰρ ἐνταῦθα νοητέον οὐ τὴν ὡς ἐπὶ τῶν ὑγρῶν φύρσιν, τὴν καὶ ἀφανίζουσαν τὰ ὑποκείμενα, ἀλλὰ τὴν σύμπνοιαν καὶ ἀλληλουχίαν τὴν ἐν ἁρμονίᾳ φυλάττουσαν τὰ ὑφεστῶτα. Νοήσομεν γοῦν μίαν τινὰ ἁπλῆν οἱονεὶ φύσιν εἰρήνης ἐνθεωρουμένην τοῖς πᾶσιν, ἑνοῦσαν ἅπαντας ἑαυτῇ, καὶ τὰ πάντα ἀλλήλοις, καὶ τὰ πάντα ἑαυτοῖς, καὶ φυλάττουσαν, καὶ ἀμιγῆ καὶ συγκεκραμένα· ἀμιγῆ, τῇ ἰδίᾳ ἑκάστου ποιότητι· συγκεκραμένα, τῇ πρὸς ἄλληλα μίξει. Διὰ ταύτην οἱ θεῖοι νόες ἑνοῦνται καὶ ταῖς νοήσεσιν ἑαυτῶν καὶ τοῖς νοουμένοις· νοοῦσι γὰρ καὶ ἑαυτοὺς, καὶ τοὺς ἐπαναβεβηκότας, καὶ ἔτι τὰ ὑποδεέστερα. Ὅταν οὖν τὰ ἑαυτῶν ἐνεργῶσι, καὶ ἑαυτοὺς νοῶσι, ταῖς οἰκείαις ἑνοῦνται νοήσεσιν· ὅταν δὲ τὰ ὑπερβεβηκότα ἢ τὰ ὑποβεβηκότα νοῶσι, τότε ἑνοῦνται τοῖς νοουμένοις. Τὸ γὰρ νοοῦν τῇ γνώσει ἑνοῦται τῷ γνωσθέντι, ὡς καὶ ὁ ἀγνοῶν σκεδάννυται, οὐ καταλαβὼν ὃ μὴ ἑνόησε. Μετὰ δὲ ταύτας τὰς ἑνώσεις (αἵπερ οὐκ ἂν ἐγένοντο, εἰ μὴ εἰρήνευε καθὼς καθ' ἑαυτὸν ὁ νοῦς, ἢ μᾶλλον ὁ νοῦς πρὸς τὰ νοούμενα), ἐπὶ τὴν ἄγνωστον ἐκείνην καὶ θείαν ἀνάγεται συναφήν. Πάλιν ἐπὶ τῶν ἡμετέρων ψυχῶν ἐνδέχεται εὑρεθῆναι ἀμερῆ καὶ ἄϋλον νόησιν, ὅταν τοὺς παντοδαποὺς λογισμοὺς πρὸς μίαν νοερὰν καθαρότητα συναγάγωσι· τότε γὰρ καὶ ἐπὶ τὴν ὑπὲρ

§ II. Primum itaque dicimus divinam illam pacem ineffabilem ipsius per se pacis esse effectricem, juxta rationes superius allatas de ipsa vita. Totam autem cujusque pacem vocat universam, quatenus omnia, quæ naturis divisa sunt, conciliantur, et ad unum desiderium excitantur; uniuscujusque vero, quatenus quisque unitatem suam servans, minime diffluit ad corruptionem et interitum, quæ superius vocavit infinitum et interminatum. Nota vero, tota quidem dici ad invicem habere conjunctionem, unum vero, ad seipsum unitatem; atque unum quidem contemperatum non diffundi in infinitum, tota vero commista manere inconfusa. Si enim, inquit, etiam elementa ad invicem connexionem et mistionem indivulsam habent, attamen horum qualitates suas extremitates, v. g. calorem, siccitatem, et cætera, minime deperdunt in diversarum specierum temperatione, quæ in universo conspicitur. Temperationem autem hoc loco intelligere oportet, non eam quæ in humidis fit, commistionem, quæ et subjecta corrumpit; sed conspirationem: et unius ab altero dependentiam, quæ in compage custodit ea quæ subsunt. Intelligemus itaque unam quamdam simplicem quasi naturam pacis in omnibus consideratam, omnia sibi ipsi, et omnia inter se, atque omnia secum ipsis conjungentem, nec non immista et contemperata conservantem; immista, propria cujusque qualitate; contemperata, ad invicem mistione. Per hanc divinæ mentes uniuntur cum suis intellectionibus, tum rebus intellectis: intelligunt enim et seipsas, et superiores, atque insuper inferiora. Quando itaque quæ sua sunt, curant, et semetipsas intelligunt, propriis intellectionibus uniuntur; quando vero superiora vel inferiora intelligunt, tunc rebus intellectis conjunguntur. Quod enim intelligit, per cognitionem rei cognitæ conjungitur; sicut etiam ignorans dividitur, non comprehendens id quod ignoravit. Porro post hasce uniones (quæ non exstitissent, nisi intelligens secum ipse quodammodo, vel certe **518** cum rebus intellectis pacem inivisset) ad ignotum illum divinumque contactum adducitur. Rursum in animis nostris reperire licet individuam

[f] Act. I, 23.

et immaterialem cognitionem, quando omnigenas ratiocinationes ad unam spiritalem puritatem colligunt; tunc enim ad unionem quoque intellectu superiorem, pro captu suo, via quadam et ordine pertingunt, per hanc ipsam videlicet naturam pacis una quædam et indissolubilis elementorum omnium connexio existit, collecta quidem inconfuse, quia licet sibi mutuo commisceantur, simul tamen eorumdem qualitates extremitates suas minime perdunt; commista vero indivulse, quia ex hac elementorum mistione una quædam natura perficitur. Hæc enim est pax, quæ extrema extremis per media connectit. Extrema vero dicit, intermedia elementa, terram, aerem, aquam, et æthera, quæ sunt etiam secundum omnia contraria. Media autem, inter terram scilicet et aerem, aqua, quæ cum terra quidem communicat rigore, cum aere vero humiditate: et rursum inter aquam et æthera medius est aer, qui cum aqua quidem communicat humiditate, cum æthere vero calore. Hæc etiam extremis universi finibus, qui sunt inanimes substantiæ, in quibus nullus motus accretionis aut nutritionis aut aliorum consideratur, amicitiam impertit, omniaque germana reddit et cognata, in quantum ex Deo omnia et ad Deum convertuntur: sic enim etiam Apostolus antiquo dicto usus est, *Ipsius enim et genus sumus* [5]. Dicit autem causam secundum quam omnia sunt cognata, intellectilia videlicet unitatibus, id est secundum id quod in ipsis quid unum et simplex est, et secundum immortalitatis identitatem; sensilia ex diversis elementis, unitionibus, seu commistionibus, ac talium mistionum collectionibus. Divina siquidem pax in uno et eodem omnia demonstrat; pertingit enim ad omnia, seque pro cujusque captu ac dignitate rebus omnibus communicat; manet vero, per excellentiam unionis et pacis, tota secum tota, secundum totam supraquam unita. Siquidem quod supraquam unita, sit ipsa sibi secundum se totam eadem existit.

A νόησιν ἕνωσιν, οἰκείως ἑαυταῖς, ὁδῷ τινι καὶ τάξει προβαίνουσι, διὰ ταύτην τὴν τῆς εἰρήνης δηλαδὴ φύσιν, ἡ μία συμπλοκὴ τῶν ἁπάντων στοιχείων καὶ ἀδιάλυτος ὑφίσταται, συναγομένη μὲν ἀσυγχύτως, ὅτι, εἰ καὶ συναλλήλοις μιγνύονται, ἀλλ' ὅμως αἱ τούτων ποιότητες τὴν ἀκρότητα ἑαυτῶν οὐ παραπολλύουσι· συγχεομένη δὲ ἀδιαιρέτως, ὅτι ἐκ τῆς τῶν στοιχείων μίξεως μία τις ἀπεπελεῖται φύσις. Αὕτη γάρ ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡ τὰ ἄκρα τοῖς ἄκροις διὰ τῶν μέσων συνδέουσα. Ἄκρα δὲ λέγει τὰ τῶν στοιχείων ἔμμεσα, τὴν γῆν, τὸν ἀέρα, τὸ ὕδωρ, καὶ τὸν αἰθέρα, ἅπερ εἰσὶ καὶ κατὰ πάντα ἐναντία. Μέσα δὲ, γῆς μὲν καὶ ἀέρος τὸ ὕδωρ, γῇ μὲν κοινωνοῦν τῷ ψυχρῷ, ἀέρι δὲ τῷ ὑγρῷ· καὶ πάλιν τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ αἰθέρος ἀὴρ, ὕδατι μὲν κοινωνῶν τῷ ὑγρῷ, B αἰθέρι δὲ τῷ θερμῷ. Αὕτη καὶ ταῖς ἐσχάταις τοῦ παντὸς ἀποπερατώσεσιν, αἵτινές εἰσιν αἱ ἄψυχοι οὐσίαι, ἐν αἷς οὐδεμία κίνησις θρεπτικὴ ἢ αὐξητικὴ, ἢ τῶν ἄλλων τις θεωρεῖται, τὴν φιλίαν δωρεῖται, καὶ πάντα ἀδελφὰ ποιεῖ καὶ συγγενῆ, καθότι ἐκ τοῦ Θεοῦ πάντα, καὶ πρὸς Θεὸν ἐπιστρέφουσιν· οὕτω γὰρ ἐχρήσατο τῷ παλαιῷ ῥήματι καὶ ὁ Ἀπόστολος· *Τοῦ γὰρ καὶ γένος ἐσμέν*. Λέγει δὲ τὴν αἰτίαν καθ' ἣν ὁμόγνια τὰ πάντα· καὶ τέως τὰ νοητὰ ταῖς ἑνότησι, κατ' αὐτὸ δὴ τὸ ἑνιαῖον καὶ ἁπλοῦν αὐτῶν, καὶ κατὰ τὸ ταὐτὸ τῆς ἀθανασίας· τὰ αἰσθητὰ, ταῖς ἐκ τῶν διαφόρων στοιχείων ἑνώσεσιν, ἤτοι συγκρίμασι, καὶ ταῖς συναγωγαῖς τῶν τοιούτων μιγμάτων. Ἡ θεία γὰρ εἰρήνη, ἐν ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ πάντα δεικνύουσα, πρόεισι μὲν ἐπὶ πάντα, καὶ μεταδίδωσιν C ἑαυτῆς οἰκείως καὶ κατ' ἀξίαν τοῖς πράγμασι· μένει δὲ, δι' ὑπεροχὴν ἑνώσεως καὶ εἰρήνης, ὅλη πρὸς ὅλην ἑαυτὴν, καθ' ὅλην ὑπερηνωμένη. Ἐπεὶ γὰρ ὑπερηνωμένη ἐστὶν, αὐτὴ ἑαυτῇ καθόλου ταὐτή ἐστιν

§ III. Hic quorumdam quodammodo quæstionem inserit dicentium: Quomodo omnia pacem appetant, cum aliqua sint quæ divisione et inimicitia gaudeant? Et nunc quidem clare dicit, quæ sint quæ diversitate delectentur, in distinctione vero **519** hæc fusius dirimet. Triplicem itaque rationem affert, ac primam quidem admittit, secundam vero tanquam impossibilem rejicit, tertiam denique moderatur. Si igitur, inquit, cujusque rei proprietatem quis dicat, secundum quam hoc quidem ignis, illud vero aqua, et aliud aliud quid existit, ut aliam naturam habens, istiusmodi diversitatem ego quoque admitto, quam non dico distinctionem, sed potius unionem et consistentiam cujusque in statu suo: nihil enim eorum quæ sunt cupit perdere id quod est; volunt enim omnia cum semetipsis pacem habere, atque proprietas cujusque potius custos est naturæ.

§ III. Ἐντεῦθεν ὡς ἀπό τινων ἀπορίαν παρενείρει, Πῶς, λεγόντων, ἐφίεται πάντα εἰρήνης, ἐπειδὴ τινά εἰσι τῇ διακρίσει καὶ τῇ ἔχθρᾳ χαίροντα; Καὶ νῦν μὲν σαφῶς λέγει, τίνα εἰσὶ τὰ τῇ ἑτερότητι χαίροντα, ἐν δὲ τῇ λύσει διευκρινήσει ταῦτα πλατύτερον. Τριχῶς γοῦν ποιεῖται τὴν τοῦ λόγου ἔφοδον, καὶ τὸν μὲν πρότερον λόγον δέχεται, τὸν δὲ δεύτερον, D ὡς μὴ δυνάμενον εἶναι, ἀποβάλλεται, τὸν δέ γε τρίτον θεραπεύει. Εἰ γοῦν τὴν ἑκάστου ἰδιότητα, φησὶν ὁ λέγων, καθ' ἣν τοῦτο μὲν πῦρ, τοῦτο δὲ ὕδωρ, καὶ τοῦτο ἕτερόν τι, ἄλλως τῆς φύσεως ἔχον, τὴν τοιαύτην ἑτερότητα κἀγὼ δέχομαι, ἣν οὐ λέγω διάκρισιν, ἀλλὰ μᾶλλον ἕνωσιν πρὸς ἑαυτὸ ἑκάστου καὶ σύστασιν· οὐδὲν γὰρ τῶν ὄντων ἐθέλει ἀπολλύειν ὅπερ ἐστί· πάντα γὰρ ἐθέλει εἰρηνεύειν πρὸς ἑαυτὰ, καὶ ἡ ἰδιότης φυλακὴ μᾶλλον τῆς φύσεως γίνεται.

[5] Act. XVII, 28.

§ IV. Καὶ τί λέγω ταῦτα ἐπὶ τοῖς μὴ κινουμένοις, ἀλλ' ἀστασιάστοις καὶ ἡσυχάζουσιν, ὅπου γε καὶ ἐπ' αὐτοῖς τοῖς κινουμένοις καθ' ὁποιανοῦν κίνησιν, ὥσπερ ἐπὶ ἡλίου ἴδοι τις ἂν, ἢ ἐπὶ τῶν μερῶν τοῦ οὐρανοῦ, ἢ ἐπ' ἄλλων εὐμεταβόλων, καὶ εἰς ἄλλο καὶ ἄλλο ῥεπόντων; ὡς καὶ τὸ τῆς ἀστραπῆς ἔχει, εὐθέως τὴν κάτω κίνησιν κινουμένης, καὶ πάλιν τὴν ἄνω· ἢ τὸ τῆς θαλάσσης, νῦν μὲν κυμαινούσης, νῦν δὲ ἡσυχαζούσης, ὅπου γε λοιπὸν καὶ αὐτὴ ἡ ἀλλεπάλληλος κίνησις οὐ καθίστησι τὴν διαφορὰν καὶ τὴν ἑτερότητα, ἀλλὰ τὸ ταὐτὸν τῆς φύσεως ἀποδείκνυσιν, ὡς τοιαύτην τοῦ πράγματος ἔχοντος φύσιν κινουμένην καὶ μεταπίπτουσαν τῆς εἰρήνης, καὶ τότε αὐτῇ τὴν κινητικὴν ζωὴν ἀκίνητον φυλαττούσης, καθὼς ἔχει φύσεως. A

§ V. Εἰ δὲ τὸν δεύτερον λόγον λέγει, ἑτερότητα ἰσχυριζόμενος εἶναι κατὰ τελείαν τῆς εἰρήνης ἔκπτωσιν, καθὼς οἱ Μανιχαῖοι ἔλεγον τὴν ὕλην αὐθύπαρκτον ἀστασίαν καὶ περιφορὰν καὶ ἀπειρίαν, καὶ ἀοριστίαν ἔχουσαν, ἵστω ὡς οὔτε ὄν ἐστι τοῦτο, ὕλη μένουσα καὶ καθ' αὑτὴν ὑφισταμένη· οὔτε μὴν ἐν τοῖς οὖσιν εὑρίσκεται, ὡς εἶναι καὶ αὐτὴν μίαν τῶν εἰδοποιηθέντων κτισμάτων. Εἰ γοῦν οὔτε εἰδοποιημένον ἐστὶν ὡς τὰ ὄντα, οὔτε μὴν ἀνείδεον μένον ὄν ἐστι, καὶ καθ' αὑτὸν ὑφιστάμενον, πῶς εἴποιμεν, ὅτι τὸ τοιοῦτον εἰρήνην οὐκ ἔχει; Εἰ δὲ τὸ τρίτον φησὶν, ὅτι τινές εἰσιν ἀπεχθανόμενοι τῷ ἀγαθῷ, καὶ ταῖς ἔρισι καὶ τοῖς θυμοῖς χαίροντες, φημὶ ὅτι καὶ οὗτοι ἀμαυροῖς εἰδώλοις τῆς ἀγάπης κατέχονται· ὑπὸ γὰρ παθῶν ἐνοχλούμενοι, καὶ τὰ πάθη κατὰ ἄγνοιαν ὡς καλὰ θέλοντες ἴστᾳν, δοκοῦσιν εἰρήνης ὀρέγεσθαι, ἐφιέμενοι ἀδεῶς ἀπολαύειν τῶν παθῶν, καὶ οἰόμενοι εἰρηνεύειν ἑαυτοὺς ἐὰν ἀποπληρωθῶσι τῶν ἀεὶ ἀπορρεόντων παθῶν, ἀεὶ ὑπὸ τούτων ἐκταραττόμενοι. Τί ἄν τις εἴποι περὶ τῆς κατὰ Χριστὸν εἰρήνης, καθ' ἣν ἅπας ἐλύθη πόλεμος, καὶ μὴ μόνον οὔτε ἑαυτοῖς, οὔτε ἀλλήλοις, οὔτε ἀγγέλοις μαχησόμεθα, ἀλλὰ καὶ αὐτοῖς τοῖς ἀγγέλοις συνεργήσομεν, τὴν αὐτὴν αὐτοῖς περὶ τὸ Θεῖον σέβας λατρείαν καὶ προσκύνησιν τελοῦντες, δι' ἧς εἰρήνης κατήλλαξεν ἡμᾶς ἑαυτῷ, τῷ Πατρί τε καὶ τῷ Πνεύματι, περὶ ὧν καὶ ἀλλαχόσε ἱκανῶς εἴρηται. B C

§ VI. Ἐντεῦθεν εἰσβάλλει καὶ ἑρμηνεύει, πῶς νοεῖ τὸν Θεὸν αὐτοζωὴν εἶναι, καὶ τῆς αὐτοζωῆς ὑποστάτην, καὶ τὰ ὅμοια, ἐπειδὴ καὶ ἐν ἐπιστολαῖς τοῦτο συνέθετο, καὶ ὁ ἅγιος Τιμόθεος ἠπόρησε περὶ τούτου. Φησὶ τοίνυν, ὅτι οὐκ ἔστιν ἐναντίον εἰπεῖν τὸν Θεὸν καὶ αὐτοζωὴν, καὶ αὐτοζωῆς ὑποστάτην· λέγεται γὰρ ὁ Θεὸς καὶ ἐκ τῶν ὄντων, ὡς αἰτιατῶν αἴτιος, καὶ μάλιστα ἐκ τῶν πρώτως ὄντων. Πρώτως δὲ ὄντα οἶμαι αὐτὸν εἰρηκέναι τὰς ὑπερκοσμίους φύσεις, ὡς πρώτως καὶ ἀκραιφνῶς τῶν θείων δωρεῶν μετεχούσας, ζωῆς, ἀθανασίας, καὶ τῶν λοιπῶν. Ἐκ τῶν ὄντων τοίνυν λεγόμενος ὁ Θεὸς, ὡς αἴτιος ἐκ τῶν αἰτιατῶν λέγοιτο ἂν κατὰ τοῦτο, καὶ ὁ τῆς αὐτοζωῆς ὑποστάτης καὶ αἴτιος, αὐτοζωὴ ἐκ τοῦ αἰτιατοῦ. Τί δέ ἐστιν ἡ αὐτοζωὴ αὕτη, παρακατιὼν εἴποι. Ὅταν δὲ αὐτὸς λέγεται ὁ Θεὸς αὐτοζωὴ, ὑπὲρ πᾶσαν D

§ IV. Et quid dico hæc de illis quæ non moventur, sed sine deditione atque in quiete sunt, cum id etiam locum habeat in iis quæ quocunque motu cientur, ut in sole videre quis possit, vel in partibus cœli, vel in aliis quæ facile mutantur, atque in alia atque alia vergunt; sicut etiam in fulgure se res habet, quod extempore deorsum movetur, et iterum sursum; vel in mari, modo quidem procelloso, modo vero tranquillo, ita ut etiam ipsamet alterna motio non constituat differentiam et diversitatem, sed naturæ identitatem demonstret, quippe natura rei istiusmodi motum et vicissitudinem pro pace sua exigente, et tum etiam mobilem suam vitam immotam conservante, prout ejus natura fert.

§ V. Si vero alteram rationem afferat, confirmans, diversitatem existere per omnimodam a pace prolapsionem, sicut Manichæi dicebant, materiam habere per se subsistentem instabilitatem et circumferentiam, et infinitatem et interminationem, sciat nullum ens esse, quod sic materia maneat, et per se subsistat; neque id etiam in rebus reperiri, cum ipsa etiam una sit ex creaturis illis quæ informantur. Si itaque non sit informata, sicut res cæteræ, neque etiam certe, dum informis manet, res sit, ne per se subsistat; quomodo dicemus id quod tale est non habere pacem? Quod si tertium dicat, aliquos esse qui bono adversantur, et contentionibus et iris gaudeant, dico etiam illos obscuris quibusdam dilectionis simulacris contineri; a passionibus enim agitati, easque per ignorantiam quasi bonas sedare volentes, pacem appetere videntur, dum passionibus impune frui desiderant, et arbitrantur se pacem habere, si continuo fluentibus passionibus repleantur, ab iisdem semper **520** exagitari. Quid porro dicat quis de pace Christi, qua bellum omne dissolutum est, ut non solum neque nobiscum, neque cum invicem, neque cum angelis bellum habeamus, verum etiam ipsis angelis cooperemur, eumdem cum ipsis Deo cultum et adorationem exhibentes, qua utique pace conciliavit nos sibi, et Patri, et Spiritui sancto, de quibus etiam alibi satis dictum est.

§ VI. Hic etiam introducit, et explicat, quomodo intelligat Deum esse per se vitam, et per se vitæ conditorem, et similia, quandoquidem id etiam in Epistolis posuerit, et sanctus Timotheus de hoc dubitarit. Ait itaque non pugnare secum, dicere Deum esse per se vitam, et per se vitæ conditorem; dicitur enim Deus, etiam ex rebus tanquam effectuum causa, et maxime ex iis quæ primo loco sunt. Existimo autem ipsum per ea quæ primo loco sunt, intellexisse naturas supramundiales, quippe primo loco liquidoque divina munera participantes, ut vitam, immortalitatem, et reliqua. Itaque Deus, qui ex rebus, tanquam causa ex effectis, appellatur, secundum hoc etiam dici possit ipsius per se vitæ conditor et auctor, ex effectu per se vitæ. Quid vero sit hæc per se vita, ita prosequens ait:

Quando autem dicitur Deus per se vita, supra omnem naturam dicitur, id est etiam supra angelos omnemque substantiam spiritalem. Ex uno autem exemplo vitæ, nos etiam de similibus similiter cogitare oportet. Quemadmodum igitur in aliis effectis reperimus, Deum etiam ex his dictum, et rursum supra hæc existere, ignem et supra ignem, mentem et supra mentem, spiritum et supra spiritum, sic etiam per se vita dicitur tanquam ex effectu, et supra ipsam. Quid vero, inquies, est hæc per se vita, cujus effector et causa Deus est? num est res per se subsistens, etiam secundum se considerata? Non hoc dicimus; non enim est aliqua substantia, sive divina sive angelica, illud per se esse causa essentiæ omnium, vel per se vita, qua viventia vivunt (solum enim is, qui est substantia suprasubstantialis, principium et causa est ut sint omnia quæ sunt, et ipsum esse). Non itaque dicere licet, principales quasdam esse rerum causas et essentias conditrices, quemadmodum gentiles multos deos effutiverunt, quos nec ipsi neque patres eorum sciverunt. Cæterum hæc dicimus principialiterquidem et causaliter ipsum Deum esse per se ens, per se vitam, per se deitatem : rursum **521** vero participale largiens, inquam, virtutes providentiales. Cum enim Deus imparticipabilis et participabilis sit, imparticipabilis quidem secundum essentiam (nihil enim eorum quæ sunt essentiæ ipsius particeps existit, siquidem secundum propriam naturam existit supra ea quæ sunt) participabilis vero secundum amicas ejus participationes ac distributiones, quatenus res omnes ipsum participant, et per ipsum consistunt. Nam id quod non existit ejus particeps, neque est, neque erit, neque erat; quocirca ens participat per se ens, non ipsam causam entitatis Deum ipsam scilicet essentiam, sed distributionem ipsius per se entis, secundum quam etiam Deus participabilis existit. Participat item id quod vivit, per se vitam, non ipsam divinam essentiam, sed ipsam quæ in ipso est per se vitam, divinam, inquam, distributionem, per quam etiam participatur Deus. Hæc prius etiam formas et exemplaria et prædefinitiones appellabat, non confirmans Platonicam doctrinam, absit; sed sensu pio accipiens illa quæ ab ipso viliter et indigne Deo dicta erant. Horum effector Deus esse dicitur, ut qui hæc in se habeat. Deinde etiam universa hæc condidisse perhibetur per essentias, quæ secundum processionem ab ipso substantialiter subsistunt; tota seu universa dicens, quæ omnino perfecte participant et essentiam, et vitam, et sanctificationem, et omnia, ut angelicæ virtutes. Tertio etiam ea quæ ex parte sunt; quædam enim participant solam entitatem, quædam et entitatem et vitam, quædam etiam entitatem et vitam et sapientiam; supremæ enim virtutes omnium sunt participes. Sed quid attinet de his dicere, cum præceptor noster divus Hierotheus dicat Deum effectorem deitatis, quem etiam per se pulchritudinem et universam pulchri-

φύσιν λέγεται, ἤγουν καὶ ὑπὲρ ἀγγέλους καὶ πᾶσαν νοερὰν οὐσίαν. Ἐξ ἑνὸς δὲ τῆς ζωῆς, καὶ περὶ τῶν ὁμοίων ὁμοίως ἡμᾶς δεῖ νοεῖν. Ὡς γοῦν ἐπ' ἄλλων αἰτιατῶν εὑρίσκομεν τὸν Θεὸν καὶ ἀπὸ τούτων λεγόμενον, καὶ πάλιν ὑπὲρ ταῦτα ὄντα, πῦρ καὶ ὑπὲρ τὸ πῦρ, νοῦν καὶ ὑπὲρ τὸν νοῦν, πνεῦμα καὶ ὑπὲρ τὸ πνεῦμα· οὕτως καὶ αὐτοζωὴ ὡς ἐξ αἰτιατοῦ, καὶ ὑπὲρ αὐτήν. Τί δὲ, εἴποις, ἔστιν αὕτη ἡ αὐτοζωὴ, ἧς ὁ Θεὸς ὑποστάτης καὶ αἴτιος; ἆρα αὐθύπαρκτόν τι πρᾶγμα καὶ καθ' αὐτὸ θεωρούμενον; Οὐ τοῦτο λέγομεν· οὐδὲ γάρ ἐστί τις οὐσία, ἢ θεία ἢ ἀγγελικὴ, τὸ αὐτοεῖναι αἰτία τοῦ εἶναι τὰ πάντα, ἢ ἡ αὐτοζωὴ τοῦ ζῆν τὰ ζῶντα (μόνον γὰρ τοῦ εἶναι τὰ πάντα, καὶ τοῦ εἶναι, καὶ αὐτὸ τὸ ἐν τοῖς οὖσιν εἶναι, ἀρχὴ καὶ αἰτία ἐστὶν ἡ ὑπερούσιος οὐσία). Οὐκ ἔστι γοῦν εἰπεῖν ἀρχικὰς τῶν ὄντων καὶ δημιουργικὰς οὐσίας, καθώσπερ οἱ Ἕλληνες, πολλοὺς θεοὺς σχεδιάσαντες, οὓς οὔτε αὐτοὶ ᾔδεισαν, οὔτε οἱ πατέρες αὐτῶν. Ἀλλὰ ταῦτά φαμεν, ἀρχικῶς μὲν καὶ αἰτιατῶς αὐτὸν τὸν Θεὸν, αὐτὸν, αὐτοζωὴν, αὐτοθεότητα· μεθεκτῶς δὲ πάλιν ταῦτα, φημὶ τὰς ἐκδιδομένας προνοητικὰς δυνάμεις. Ἐπειδὴ γὰρ ὁ Θεὸς καὶ ἀμέθεκτός ἐστι καὶ μεθεκτὸς, ἀμέθεκτος μὲν κατὰ τὴν οὐσίαν (τῆς γὰρ οὐσίας αὐτοῦ οὐδὲν τῶν ὄντων μετέχει, ὑπὲρ τὰ ὄντα γάρ ἐστι κατὰ τὴν ἰδίαν φύσιν·) μεθεκτὸς δὲ κατὰ τὰς φιλοδώρους αὐτοῦ μεταδόσεις καὶ δωρεὰς, καθὸ πάντα τὰ ὄντα αὐτοῦ μετέχει, καὶ δι' αὐτοῦ συνέστηκε. Τὸ γὰρ μὴ μετέχον αὐτοῦ οὔτε ἐστὶν, οὔτε ἔσται, οὔτε ἦν· διὰ τοῦτο τὸ ὂν μετέχει τοῦ αὐτοόντος, οὐκ αὐτοῦ τοῦ αἰτίου τοῦ ὄντος Θεοῦ, αὐτῆς δηλαδὴ τῆς οὐσίας, ἀλλὰ τοῦ αὐτοόντος τῆς δωρεᾶς αὐτοῦ, καθ' ἣν καὶ ἔστιν ὁ Θεὸς μεθεκτός. Μετέχει πάλιν τὸ ζῶν τῆς αὐτοζωῆς, οὐκ αὐτῆς τῆς θείας οὐσίας, ἀλλὰ τῆς ἐν αὐτῷ αὐτοζωῆς, τῆς θείας φημὶ δωρεᾶς, καθ' ἣν καὶ μετέχεται ὁ Θεός. Ταῦτα ἔλεγεν ἔμπροσθεν καὶ εἶδη καὶ παραδείγματα, καὶ προορισμοὺς, οὐ παριστάμενος τῷ Πλατωνικῷ δόγματι, μὴ γένοιτο· ἀλλ' εὐσεβῶς ἐκλαμβάνων τὰ παρ' ἐκείνου ταπεινῶς καὶ ἀναξίως Θεοῦ λεγόμενα. Τούτων ὑποστάτης λέγεται ὁ Θεὸς εἶναι, ὡς ἐν αὐτῷ ἔχων ταῦτα. Εἶτα καὶ ὅλα αὐτὰ ὑποστήσασθαι λέγεται, διὰ τῶν κατὰ πρόοδον ὑποστάσεων οὐσιῶν ὑπ' αὐτοῦ οὐσιωδῶς· ὅλα λέγων τὰ ὁλοτελῶς μετέχοντα καὶ οὐσίας καὶ ζωώσεως καὶ ἁγιασμοῦ, καὶ πάντων, ὡς αἱ ἀγγελικαὶ δυνάμεις. Τρίτως τὰ μερικά· τινὰ γὰρ μετέχει μόνης ὀντώσεως, τινὰ καὶ ὀντώσεως καὶ ζωώσεως, τινὰ καὶ ὀντώσεως καὶ ζωώσεως καὶ σοφίας· αἱ γὰρ ἀνώταται δυνάμεις τῶν ἁπάντων μετέχουσι. Καὶ τί δεῖ λέγειν, ὅπου καὶ ὁ διδάσκαλος ἡμῶν ὁ ἱερὸς Ἱερόθεος ὑποστάτην εἶπε τὸν Θεὸν τῆς θεότητος, ὃν καὶ αὐτόκαλλος, καὶ ὅλον κάλλος φημὶ, καὶ μερικὸν κάλλος; οὐχ ὅτι τὸ αὐτό ἐστι καὶ ὅλον καὶ μερικὸν, ἀλλ' ἀπὸ τῶν μετεχόντων ἀνίσως τῶν δωρεῶν ὀνομάζεται ὁ τῶν δωρεῶν αἴτιος· καὶ ὁ κατὰ τὴν θεότητα ἀμέθεκτος κατὰ τὰς ἀφθόνους χύσεις τῶν δωρεῶν μετέχεται, ἵν' ἀκριβῶς ὑπερέξῃ ὁ πάντων αἴτιος ἁπάντων τῶν καθ' ὁποιανοῦν οὐσίαν καὶ φύσιν συνισταμένων ἐν τῷ κατὰ τὰς δωρεὰς μετεχόμενον, κατὰ τὴν οὐσίαν μηδόλως μετέχεσθαι.

tudinem dico, et pulchritudinem ex parte; non quod idem totum sit, et ex parte, sed ab iis, qui inæqualiter ejus munera participant, munerum auctor denominatur; et qui secundum divinitatem imparticipabilis est, secundum uberes munerum effusiones participatur, ut perspicue rerum omnium auctor emineat, omnibus secundum quamcunque substantiam et naturam subsistentibus, dum secundum munera participatur, qui secundum essentiam nequaquam participari potest.

---

# ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΒ'.

*Περὶ Ἁγίου ἁγίων, Βασιλέως βασιλέων, Κυρίου κυρίων, Θεοῦ θεῶν.*

# 522 CAPUT XII.

*De Sancto sanctorum, Rege regum, Domino dominantium, Deo deorum.*

## SYNOPSIS CAPITIS.

I *Ponit capitis hujus distributionem.* II. *Explicat quid sanctitas, quid regnum, quid dominatio, quid deitas significent.* III. *Quonam sensu hæc nomina de Deo prædicentur.* IV. *Quo sensu etiam dicatur Deus esse Sanctus sanctorum.*

## § I.

Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ περὶ τούτων ὅσα εἰπεῖν ἔδει, τὸ προσῆκον ἀπείληφεν, ὡς οἶμαι, τέλος· ὑμνητέον ἡμῖν τὸν ἀπειρώνυμον, καὶ ὡς Ἅγιον ἁγίων, καὶ Βασιλέα τῶν βασιλευόντων, καὶ βασιλεύοντα τὸν αἰῶνα καὶ ἐπ' αἰῶνα καὶ ἔτι, καὶ ὡς Κύριον τῶν κυρίων, καὶ Θεὸν τῶν θεῶν. Καὶ πρῶτόν γε ῥητέον, τί μὲν αὐτοαγιότητα εἶναι οἰόμεθα, τί δὲ βασιλείαν, τί δὲ κυριότητα, τί δὲ θεότητα, καὶ τί βούλεται δηλοῦν τὰ λόγια τῷ διπλασιασμῷ τῶν ὀνομάτων.

Quoniam vero ea quæ de his dicenda erant, finem, uti puto, congruum acceperunt, is qui infinita habet nomina modo nobis etiam laudandus est ut Sanctus sanctorum, ut Rex regum, ut in æternum regnans et ultra, et ut Dominus dominorum, et Deus deorum. Primum itaque dicendum, quid sanctitatem ipsam esse censeamus, quid regnum, quid dominationem, quid deitatem, et quid Scripturæ signare velint per illorum omnium geminationem.

## § II.

Ἁγιότης μὲν οὖν ἐστιν (ὡς καθ' ἡμᾶς εἰπεῖν,) ἡ παντὸς ἄγους ἐλευθέρα, καὶ παντελὴς καὶ πάντη ἄχραντος καθαρότης. Βασιλεία δὲ ἡ παντὸς ὅρου, καὶ κόσμου, καὶ θεσμοῦ καὶ τάξεως διανέμησις[30]. Κυριότης δὲ οὐχ ἡ[31] τῶν χειρόνων ὑπεροχὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ πᾶσα τῶν καλῶν τε καὶ ἀγαθῶν ἡ παντελὴς παγκτησία, καὶ ἀληθὴς καὶ ἀμετάπτωτος βεβαιότης· διὸ καὶ κυριότης παρὰ τὸ κῦρος[32], καὶ τὸ κύριον, καὶ τὸ κυριεῦον. Θεότης δὲ ἡ πάντα θεωμένη πρόνοια, καὶ ἀγαθότητι παντελεῖ καὶ πάντα περιθέουσα καὶ συνέχουσα, καὶ ἑαυτῆς ἀποπληροῦσα, καὶ ὑπερέχουσα πάντα τὰ τῆς προνοίας αὐτῆς ἀπολαύοντα.

Sanctitas igitur (ut more nostro loquar) est, ab omni scelere libera, et omnino perfecta et omni ex parte immaculata puritas. Regnum autem est, omnis termini, ac mundi, et legis et ordinis distributio. Dominatio vero non minorum tantum excellentia, verum etiam omnium decorum ac bonorum completa possessio est, et vera et inconcussa firmitas; quapropter dominari o Græce a κῦρος derivato nomine, idem est quod firmatio, firmamentum et firmum, ac firmans seu ratificans. Deitas autem idem est atque omnium conspicax providentia, omnigena bonitate cuncta circumspiciens continensque, et seipsa complens atque transiliens universa quæ ipsius providentia fruuntur.

## § III.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ τῆς πάντα ὑπερβαλλούσης αἰτίας ἀπολύτως ὑμνητέον, καὶ προσρητέον, αὐτὴν ὑπερέχουσαν ἁγιότητα, καὶ κυριότητα, καὶ βασιλείαν ὑπερκειμένην, καὶ ἁπλουστάτην θεότητα· καὶ γὰρ ἐξ αὐτῆς ἐν ἑνὶ καὶ ἀθρόως ἐκπέφυκε καὶ διανέμηται πᾶσα ἀμιγὴς ἀκρίβεια πάσης εἰλικρινοῦς καθαρότητος, πᾶσα ἡ τῶν ὄντων διάταξίς τε καὶ διακόσμησις, ἀναρμοστίαν, καὶ ἀνισότητα, καὶ ἀσυμμετρίαν ἐξορίζουσα, καὶ εἰς τὴν εὔτακτον ταὐτό-

Hæc itaque omnia de causa illa transcendentali absolute prædicanda sunt, addendumque, ipsam esse supra eminentem sanctitatem, atque dominationem, et regnum omnium supremum, simplicissimamque deitatem; siquidem ex ipsa singulariter et ubertim emanavit atque diffusa est omnis mera perfectio totius sinceræ puritatis, et omnis rerum dispositio atque distinctio, quæ inconcinnitatem et inæqualitatem ac disproportionem extermi-

VARIÆ LECTIONES.

[30] διανεμητικὴ διανέμησις, P. [31] οὐχί, D. [32] παρὰ τὸ κυρῶ, S. παρὰ τὸ κῦρος καὶ τὸ κυρῶ, D.

nat, et ad bene ordinatam identitatem ac rectitudinem informat, ac continet illa quæ jam digna fuerunt ejus participatione; **523** quin etiam est perfecta, et omnis omnium quæ pulchra sunt possessio, et omnis divina providentia, quæ contemplatur et conservat ea quibus consulit, seque benigne effert, ad formandam in eis qui ad ipsum convertuntur divinitatem.

A τητα καὶ ὀρθότητα γαννυμένη, καὶ περιάγουσα[33] τὰ μετέχειν αὐτῆς ἠξιωμένα· πᾶσα ἡ παντελὴς καὶ πάντων τῶν καλῶν παγκτησία, πᾶσα ἀγαθὴ πρόνοια[34], θεωρὸς καὶ συνοχικὴ τῶν προνοουμένων, ἑαυτὴν ἀγαθοπρεπῶς ἐπιδιδοῦσα πρὸς ἐκθέωσιν τῶν ὑπεστραμμένων[35].

## § IV.

Quoniam autem universorum auctor rerum omnium plenissimus est, secundum unam, quæ omnibus antecellit, excellentiam Sanctus sanctorum nominatur, uti et cætera secundum supra quam exuberantem causam, et eximiam præcellentiam, B ut si quis dixerit: Quanto præstant sancta, vel divina, vel dominantia, vel regia iis quæ non sunt talia, et rursus ipsæ per se participationes participantibus; tanto est omnibus sublimior, qui est supra omnia, et omnium participantium et participationum auctor imparticipabilis. Sanctos vero, et reges, dominosque, ac deos Scripturæ appellant principaliores in unoquoque ordines, quorum opera dum inferiores Dei munera participant, eorumdem distributionum simplicitatem in suis distinctionibus multiplicant; horum autem varietatem primi ordines provide ac divine ad unitatem suam contrahunt.

Ἐπειδὴ δὲ ὑπερπλήρης πάντων ἐστὶν ὁ πάντων αἴτιος[36], κατὰ μίαν τὴν πάντων ὑπερέχουσαν ὑπερβολήν, Ἅγιος ἁγίων ὑμνεῖται, καὶ τὰ[37] λοιπὰ, καθ' ὑπερβάλλουσαν αἰτίαν, καὶ ἐξῃρημένην ὑπεροχὴν, ὡς ἄν τις φαίη. Καθ' ὅσον ὑπερέχουσι τῶν οὐκ ὄντων τὰ ὄντα, ἅγια, ἢ θεῖα, ἢ κύρια, ἢ βασιλικὰ, καὶ αὐτῶν μετεχόντων αἱ αὐτομετοχαί· κατὰ τοσοῦτον ὑπερίδρυται πάντων τῶν ὄντων ὁ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα, καὶ πάντων τῶν μετεχόντων καὶ τῶν μετοχῶν ὁ ἀμέθεκτος αἴτιος. Ἁγίους δὲ, καὶ βασιλεῖς, καὶ κυρίους, καὶ θεοὺς καλεῖ τὰ λόγια τὰς ἐν ἑκάστοις ἀρχικωτέρας διακοσμήσεις, δι' ὧν αἱ δεύτεραι, τῶν ἐκ Θεοῦ δωρεῶν μεταλαμβάνουσαι, τὴν τῆς ἐκείνων διαδόσεως ἁπλότητα περὶ τὰς ἑαυτῶν διαφορὰς πληθύουσιν· ὧν αἱ πρώτισται τὴν ποικιλίαν προνοητικῶς καὶ θεοειδῶς πρὸς τὴν ἑνότητα τὴν ἑαυτῶν συνάγουσι.

---

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. *Quoniam vero ea quæ de his dicenda erant*, etc. S. Thomas ad hunc locum: Postquam, inquit, Dionysius exposuit divina nomina per quæ significatur emanatio perfectionum a Deo in creaturas, hic exponit nomina Dei quæ designant rerum gubernationem. In qua quidem gubernatione sunt quatuor attendenda: Primo quidem divinæ cognitionis providentia, ad quam pertinet nomen deitatis; secundo, potestas exsequendi sapientiæ divinæ ordinationem, ad quam pertinet nomen dominationis; tertio, ipsa exsecutio gubernationis, ad quam pertinet nomen regis; quarto, gubernationis effectus, qui est munditia ab omni inordinatione, et ad hoc pertinet nomen sanctitatis. De his acute Cyparissiotus (48): « Sanctitas, inquit, et dominatus, et regnum, et divinitas, absolute quidem in Deo dictæ, silentium ejus sunt beatum, et supra substantiam, extra Deum vero proprietates accipiunt ad creaturam spectantes. Atque illa quidem (id est sanctitas) liberatio est ab omni scelere et macula; dominatus firmitatem veram et a prolapsione liberam exhibet; regnum est distributio omnis regulæ, et ornamenti, et juris, et ordinis; divinitas vero providentia omnia contemplans. »

§ II. *Sanctitas igitur*, etc. Deus (ut docte notat Lessius lib. VIII *De perfectionibus divinis*) sanctus dicitur multis modis, potissimum quinque. Primo radicaliter, quia essentia divina est prima radix et originalis fons omnis sanctitatis et puritatis.

Secundo objective, quia est objectum omnis sanctitatis; omnis enim sanctitas sita est in amore et conjunctione cum Deo. Quare etiam est mensura totius et ipsius sanctitatis, unde nimirum sanctitas suam speciem et modum accipit; sanctitas enim est puritas. Sicut autem impuritas nascitur ex contactu inferiorum, ut cum facies aut vestis luto aspergitur, vel cum anima per affectum inferioribus inordinate inhæret; ita puritas oritur ex contactu superiorum, cum affectus ad sublimiora et nobiliora assurgit, et iis inhæret. Supremum autem omnium et simplicissimum et purissimum est Deus; unde summa puritas consistit in adhæsione cum Deo. Itaque cum summa puritas sit sanctitas, Deus est ratio objectiva et mensura sanctitatis.

**524** Tertio dicitur sanctus exemplariter, vel in modum regulæ, quia per legem æternam est regula omnis sanctitatis; conformatio enim affectus cum lege æterna est vera sanctitas.

Quarto formaliter; sanctitas enim formaliter est puritas affectus; puritas autem affectus est amor Dei quia est adhæsio cum eo quod est purissimum et nobilissimum. Quare cum Deus sit amor sui, ipse hac ratione formaliter est sua sanctitas; et quia se amat infinite, quantum nimirum est amabilis, ideo quo-

(48) Decad. V, cap. 9.

## VARIÆ LECTIONES.

[33] περιέχουσα, P. [34] Θεϊκὴ πρόνοια, P. [35] ἐπεστραμμένων, P. Sur. [36] ὁ παναίτιος, S. [37] κατά.

que infinite sanctus est. Similiter quia nihil omnino amat nisi propter seipsum, ideo etiam in amore omnium creaturarum sanctus est.

Quinto dicitur sanctus eminenter et causaliter, tanquam fons et principium omnis sanctitatis et puritatis in creaturis; principium, inquam, efficiens, formale, exemplare et finale. Vide hæc fusius apud Lessium loco citato, et ibidem cap. 2, quodnam sit discrimen sanctitatis divinæ et creaturarum. De dominio item Dei vide ibidem, librum decimum, qui est de hoc argumento.

Dicitur autem *Deus deorum*, eorum dico de quibus scriptum est : *Ego dixi : Dii estis* [h]. Deus enim est qui illos sanctificat, et facit deos per participationem. Unde divinæ personæ a Dionysio et a Patribus vocantur θεαρχικαί, id est deificæ; et Spiritus sanctus vocatur ὑπέρθεον Πνεῦμα, hoc est Spiritus supra deos, quos scilicet sanctificando facit deos, sive in cœlo sive in terra, ut alibi etiam indicatum est, et ex generalibus observationibus colligitur.

§ III. *Hæc itaque omnia de causa illa transcendentali absolute prædicanda.* Ex his (inquit Cyparissiotus) efficitur manifestum, aliam quidem significationem præ se ferre ea nomina quæ de Deo dicuntur ad aliquid; aliam vero, quæ secundum exsuperationem seu transcendentiam efferuntur; atque illa quidem aliquando supervacua esse et otiosa perfecto opere; hæc vero, quæ secundum exsuperationem enuntiatur, semper eodem modo excellentiam declarare. Et probat exemplo fabricationis universi. *Septimo enim die*, inquit, *requievit ab omnibus operibus suis* [i]; quare cessavit a creatione cœli, solis, stirpium, animantium, et, ut universe dicam, ab universo opere quod patrarat. Propter opus enim dictus est tunc Deus fabricator mundi. Est igitur semper fabricator mundi Deus, sed tanquam jam fabricatio mundi desierit; sicut et creator, qui non semper creat; et aã ridendum aptus, qui non semper ridet : hæc autem est, quia solum est, causa et effector Deus (infinitis enim et immensis intervallis effector effectis antecellit). Cum igitur Dionysius excellentiam in his ostendit, in duas partes divisit, in sancta, et non sancta; et in per se participationes, et in participantia. Et quanto, inquit, ea quæ sunt iis quæ non sunt antecellunt, et participationes participantibus; tanto Deus antecellit sanctis et non sanctis, et per se participationibus et participantibus. Excellentia igitur Dei æque pervadit in participantia, et per se participationes; et in sancta aut divina, aut dominantia, aut regia, et in ea quæ non sunt talia. Si autem Deus æque utraque excellit, quam rationem productionis habebunt quæ non sunt sancta, et quæ participant, eamdem habebunt sancta, et per se participationes. Quod si illa sunt creaturæ Dei, et hæc igitur sunt creaturæ Dei. Apparent tamen hic etiam proprietates; illa enim (scilicet participantia et participationes) propter finem, cujus causa perfecta sunt, et eorum proprietas est dici ad aliquid, aliquo modo se habere; horum autem (id est quæ secundum excellentiam dicuntur) proprietas est, ex æquo esse infra Deum cum illis quæ participant, et sunt per se participationes, hæc enim et illa facta sunt.

—

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (49).

§ I. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ περὶ τούτων ἱκανῶς, ὡς οἶμαι, λέλεκται, ὑμνητέον τὸν ἀπειροδύναμον, καὶ διὰ τοῦτο καὶ ἀπειρώνυμον, καὶ ὡς Ἅγιον ἁγίων, καὶ Βασιλέα τῶν βασιλευόντων, κατὰ τὸ ἐν τῇ πρώτῃ ᾠδῇ τοῦ Μωϋσέως ᾀδόμενον, καὶ ὡς Κύριον τῶν κυρίων, καὶ Θεὸν τῶν θεῶν. Καὶ πρῶτον ῥητέον χωρὶς τοῦ διπλασιασμοῦ, τί ἐστιν αὐτῶν ἕκαστον· καὶ εἶθ' οὕτως, τί βούλονται αἱ θεῖαι Γραφαὶ διπλασιάζουσαι τὰ ὀνόματα, ἤγουν Ἅγιος ἁγίων, καὶ Κύριος κυρίων, καὶ τὰ ὅμοια. A

§ I. Sed quoniam etiam de his satis, uti arbitror, dictum est, is qui infinita potest, atque adeo etiam infinita nomina habet, nobis quoque celebrandus tanquam Sanctus sanctorum, et Rex regum, prout in primo Moysis cantico canitur, et sicut Dominus dominorum, et Deus deorum. Ac primum dicendum sine geminatione, quid sit quidlibet eorum; ac deinde, quid sibi velint divinæ Scripturæ ista nomina duplicantes, sive Sanctus sanctorum, et Dominus dominorum, et similia.

§ II. Ἁγιότης μὲν οὖν ἐστιν, ὡς κατὰ τὴν τῶν ἔξω ἐτυμολογίαν εἰπεῖν, ἐκ τοῦ *α* στερητικοῦ καὶ τοῦ *ἅγος* τὸ μίασμα, οἱονεὶ *ἀαγιότης*· καὶ κράσει τῶν δύο *α α* εἰς α μακρὸν δασυνόμενον, *ἁγιότης*, δηλονότι ἐστερημένη παντὸς ἄγους. Βασιλεία δέ ἐστιν ἡ διανέμησις πάσης τάξεως, καὶ παντὸς τύπου, καὶ πάσης καταστάσεως καὶ εὐθεσίας. Κυριότης δὲ, ἐπεὶ διχῶς κυριεύει τις, ἢ ἐν ᾧ οὐχ ἡττᾶται τῶν χειρόνων, ἢ ἐν ᾧ καὶ τῶν κρειττόνων ἐπιλαμβάνεται, τὸ δεύτερον τίθησιν ὁ ἅγιος, ὡς τοῦ προτέρου ταπεινοῦ παντάπασιν ὄντος ἐπὶ Θεοῦ· διὸ καὶ κυριότης παρὰ τὸ κῦρος ἡ ἐξουσία λέγεται. Θεότης δὲ ἡ ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, καὶ ἐπιτηρεῖν, καὶ προνοεῖν· ἢ ἀπὸ τοῦ περιθέειν καὶ συνέχειν ἁπανταχόθεν τὰ πάντα, καὶ ἐντὸς αὑτῆς ἅπαντα τὰ τῆς προνοίας ἀπολαύοντα ἀποπληροῦσα· ἐν τῇ χειρὶ γὰρ αὐτοῦ τὰ πάντα, κατὰ τὰς ἱερὰς καὶ θείας Γραφάς. B

**525** § II. Ἁγιότης itaque, seu sanctitas, loquendo secundum externam nominis etymologiam, ex α privativa et voce ἄγος, id est *impuritas*, quasi ἀαγιότης, et gemino α in α longum aspiratum coalescente, ἁγιότης, q. d. id quod omni labe seu impuritate privatum est. Regnum vero est omnis ordinis, omnis formæ et omnis constitutionis ac rectitudinis distributio. Dominatio autem cum dupliciter quis dominetur, quod vel malis non succumbat, vel quod meliora recipiat, seu possideat, sanctus hic secundum ponit, quod illud prius nimis humile sit pro Deo; quamobrem etiam κυριότης, sive *dominatio*, παρὰ τὸ κῦρος, quatenus potestatem significat, denominatur; Θεότης vero, seu *divinitas*, ἀπὸ τοῦ θεᾶσθαι, id est a videndo, et observando, ac providendo; vel ἀπὸ τοῦ περιθέειν, id est a circumeundo, et undique continendo universa, ut in se omnia providentiæ muneribus fruentia adimplens. Quoniam omnia, juxta sacras et divinas Scripturas in manu ejus sita sunt

[h] Psal. LXXXI, 6. [i] Gen. II, 2.

(49) Vide Scholia S. Maximi tom. II, cap. 12 *De divinis nomin.*

§ III. Hæc quidem in Deo absolute laudanda sunt, id est non quidem secundum aliquid, secundum aliquid vero non, vel tanquam ad aliquid aliud relatum, sed secundum simplicem sensum, id est proprie. Sicut enim magnus dicitur de Deo illimitate, et sine comparatione, ac relatione, sic utique etiam hæc nomina. Neque vero solum absolute proferenda sunt, sed etiam secundum excellentiam, dicendo, supra quam sanctitas, et plus quam regnum, et plus quam Dominus, et plus quam Deus; siquidem ex ipsamet simplicissima divinitate, omnis pura et independens ratio cum sanctitatis tum regni effectibus tribuitur, hanc enim vocat rerum dispositionem, scilicet omnium, et distributionem, quæ omnem inordinationem exterminat, et ad rite ordinatam identitatem adducit illa quæ digna sunt ejus participatione; unde merito una dicitur, siquidem hæc est unitas, identitatis, inquam, et æqualitatis. Hæc est causa conspirationis, et consensionis et salutis universorum, unitatis ratio, quæ secundum eadem et eodem modo se habet. Lætantem vero dixit, sive gaudentem in operibus suis, juxta illud Psalmi dictum: *Lætabitur Dominus in operibus suis* [k]. Rursum ex hac simplicissima divinitate etiam **526** dominatio existit; hanc enim dixit universam esse omnium bonorum possessionem. Hæc est benigna providentia, quæ semetipsam benigne impertit, ad eorum qui ad ipsam convertuntur deificationem.

A § III. Ταῦτα μὲν οὖν ἐπὶ Θεοῦ ἀπολύτως ὑμνητέον, δηλονότι οὐ κατά τι μὲν, κατά τι δὲ οὔ, ἢ ὡς πρός τι ἕτερον, ἀλλὰ κατὰ ἁπλῆν ἔννοιαν, τουτ ἔστι κυρίως. Ὡς γὰρ τὸ μέγας ἐπὶ Θεοῦ λέγεται ἀσχέτως, καὶ ἀσυγκρίτως, καὶ οὐ πρός τι ἕτερον, οὕτω καὶ ταῦτα δὴ τὰ ὀνόματα. Μὴ μόνον δὲ ἀπολύτως ῥητέον, ἀλλὰ καὶ μεθ' ὑπεροχῆς, ὑπεραγιότης, καὶ ὑπερβασιλεία, καὶ ὑπὲρ τὸ κύριος, καὶ ὑπέρθεος· καὶ γὰρ ἐξ αὐτῆς δὴ τῆς ἁπλουστάτης θεότητος πᾶσα διανενέμηται τοῖς αἰτιατοῖς ἀμιγὴς καὶ ἄσχετος ἀκρίβεια καὶ τῆς ἁγιότητος καὶ τῆς βασιλείας· ταύτην γὰρ λέγει διάταξιν τῶν ὄντων, δηλονότι τῶν ἁπάντων, καὶ διακόσμησιν, ἥτις καὶ πᾶσαν ἀταξίαν ἐξορίζει, καὶ εἰς τὴν εὔτακτον ταὐτότητα περιάγουσα τὰ ταύτης ἠξιωμένα, εἰκότως ἂν μία προσαγορεύ- B εται· τοῦτο δέ ἐστιν ἡ ἑνότης, τὸ τῆς ταὐτότητος καὶ ἰσότητος λέγω. Τοῦτο τὸ αἴτιον τῆς συμπνοίας καὶ τῆς συμπαθείας καὶ τῆς σωτηρίας τῶν ὅλων, ὁ τῆς ἑνότητος λόγος, ὁ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχων. Γαννυμένη δὲ εἶπεν, ἤτοι χαίρουσα ἐπὶ τοῖς οἰκείοις ποιήμασι, κατὰ τὸ ἐν Ψαλμοῖς εἰρημένον· *Εὐφρανθήσεται Κύριος ἐπὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ*. Πάλιν ἐκ ταύτης τῆς ἁπλουστάτης θεότητος καὶ ἡ κυριότης ἐστί· ταύτην γὰρ εἶπε πάντων τῶν καλῶν παγκτησίαν. Αὕτη ἡ ἀγαθὴ πρόνοια ἑαυτὴν ἀγαθοπρεπῶς ἐπιδίδωσι πρὸς ἐκθέωσιν τῶν πρὸς αὐτὴν ἐπεστραμμένων.

§ IV. Cum autem sit rerum omnium superplena secundum unam eminentem excellentiam (neque enim multæ sunt in Deo excellentiæ, sed una, illaque eminens), dicitur Sanctus sanctorum, et Rex regum. Ait enim, quantum differt natura pura et causa a qualitate et effectu (hoc enim est illud quod est, respectu illius quod proprie non est) et quantum illud quod participatur ab eo quod participat, tantum differt Deus, dum hæc dicitur, ab iis quæ illa participatione habent; omnia enim ex Deo sunt, solus autem Deus ex nullo. Religiose autem ac pie exponit illa, quæ a quibusdam de deorum multitudine dicta putabantur, ex eo quod audirent dici multos deos, juxta illud: *Deus deorum Dominus locutus est* [l]. Præceptores enim qui virtute præstant, virtutem in anima unite collectam habent, D docendo autem virtutes aliis communicantes, secundum diversitatem multitudinis eorum qui docentur, etiam virtutem habent multiplicatam. Hoc etiam considerandum in ordinibus incorporeis; hæc utique Dei propria sunt; et sicut ex cratere exuberante vicina quidem vasa prima replentur, deinde ipsa etiam exuberantia in alia vasa diffunduntur, et pro multitudine ac diversitate suscipientium effusa distribuuntur ac multiplicantur; sic crassiori quadam ratione abundantiam distributionis donorum divinorum, per primas dispositiones in omnes distributam esse cogitandum est. Siquidem Aposto-

C § IV. Ἐπειδὴ δὲ ὑπερπλήρης πάντων ἐστὶ κατὰ μίαν ὑπερβολὴν ὑπερέχουσαν, (οὐδὲ γὰρ πολλαί εἰσιν αἱ παρὰ τῷ Θεῷ ὑπερβολαὶ, ἀλλὰ μία καὶ ὑπερέχουσα·) λέγεται Ἅγιος ἁγίων, καὶ Βασιλεὺς βασιλέων. Φησὶ γὰρ, καθόσον διαφέρει φύσις ἀκραιφνὴς καὶ αἰτία ποιότητος καὶ αἰτιατοῦ, (τοῦτο γάρ ἐστι τὸ ὂν πρὸς τὸ μὴ κυρίως ὄν·) καὶ καθόσον τοῦ μετέχοντος αὐτὸ τὸ μετεχόμενον, κατὰ τοσοῦτον διαλλάττει ὁ Θεὸς ταῦτα λεγόμενος τῶν κατὰ μέθεξιν τοῦτο ἐσχηκότων· τὰ γὰρ πάντα ἐκ Θεοῦ ἐστι, μόνος δὲ ὁ Θεὸς ἐξ οὐδενός. Φιλοθέως δὲ μυσταγωγεῖ καὶ τὰ παρά τισιν εἰς πολυθεΐαν ὑπονοούμενα, ἐκ τοῦ ἀκούειν πολλοὺς θεούς, κατὰ τό· *Θεὸς θεῶν Κύριος ἐλάλησεν*. Οἱ γὰρ ἐν ἀρετῇ προὔχοντες διδάσκαλοι τὴν ἀρετὴν ἐν τῇ ψυχῇ ἑνιαίως συνηθροισμένην ἔχουσι· διὰ δὲ τῆς διδασκαλίας, ἑτέροις τὰς ἀρετὰς μεταδιδόντες, πρὸς τὴν διαφορὰν τοῦ πλήθους τῶν διδασκομένων, πληθυνομένην ἔχουσι τὴν ἀρετήν. Τοῦτο θεωρητέον καὶ ἐπὶ τῶν ἀσωμάτων τάξεων· ἅπερ δὴ ταῦτα ἴδιά εἰσι τοῦ Θεοῦ· καὶ ὥσπερ ἐκ κρατῆρος ὑπερβλύζοντος, τὰ μὲν πλησιάζοντα σκεύη πρῶτα πληροῦνται, εἶτα καὶ αὐτὰ ὑπερβλύζοντα διαχεῖται εἰς ἕτερα σκεύη, καὶ πρὸς τὸ πλῆθος τῶν δεχομένων καὶ τὴν διαφορὰν μερίζονται καὶ πληθύνονται τὰ ἐκχεόμενα· οὕτω παχυτέρῳ λόγῳ τὴν ἀφθονίαν τῆς μεταδόσεως τῶν θείων δωρεῶν μεριζομένην εἰς ἅπαντας διὰ τῶν πρώτων διακόσμων νοητέον. Καὶ ὁ Ἀπόστολος γὰρ σκεῦος ἐκλογῆς ὠνομάσθη. Σημειω-

[k] Psal. cm, 31. [l] Psal. xlix, 1.

τεον δὲ, ὅτι μετάδοσιν μὲν ἐπὶ Θεοῦ λέγει καὶ τῶν ἐκ Θεοῦ δωρεῶν· διάδοσιν δὲ ἐπὶ τῶν πρώτων πρὸς τὰ δεύτερα. Τῆς γοῦν τῶν προτέρων διαδόσεως τὴν ἁπλότητα τὰ δεύτερα πληθύουσιν· ὅσῳ γὰρ διάφορα τὰ μετέχοντα, τοσοῦτον καὶ αἱ δωρεαὶ πολυειδεῖς διαφαίνονται. Αὐτὴν δὲ τὴν τῶν δευτέρων ποικιλίαν προνοητικῶς αἱ πρῶτισται πρὸς τὴν ἑαυτῶν ἑνότητα συνάγουσι, καὶ ὅσον ἡ ἀναγωγὴ γίνεται, εἰς τὸ ἑνιαῖον πάλιν καταντήσει τῆς ἐκ Θεοῦ μεταδόσεως.

A lus vas electionis appellatus est [m]. Notandum vero, quod communicationem in Deo dicat esse munerum quæ ex Deo sunt, distributionem vero primorum in ea quæ sequuntur. Priorum itaque distributionis simplicitatem posteriora multiplicant; quantum enim differunt ea quæ participant, in tantum etiam munera ista multiformia apparent. Ipsam vero posteriorum varietatem primæ istæ ad suam unitatem provide contrahunt; et in quantum fit adductio, tantum etiam rursus occurrit unitati divinæ communicationis.

---

# ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΓ.

*Περὶ τελείου καὶ ἑνός.*

# CAPUT XIII.

*De perfecto et uno.*

## SYNOPSIS CAPITIS.

I. *Docet, quo sensu Deus dicatur perfectus.* II. *Quo sensu dicatur unus; et simul ostendit unitatem in rebus omnibus reperiri.* III. *Unitate sublata, interire omnia, et ex uno Deo omnia existere; et quomodo Deus sit laudandus ut unus, et SS. Trinitas sit eminentissima unitas.* IV. *Ponit operis conclusionem.*

## 527 § I.

Τοσαῦτα καὶ περὶ τούτων. Ἐπ' αὐτὸ[38] δὲ λοιπὸν, B εἰ δοκεῖ τῷ λόγῳ, τὸ καρτερώτατον[39] χωρῶμεν· καὶ γὰρ ἡ θεολογία τοῦ πάντων αἰτίου καὶ πάντα καὶ ἅμα πάντα κατηγορεῖ, καὶ ὡς ἓν ἀνυμνεῖ. Τέλειον μὲν οὖν ἐστιν οὐ μόνον ὡς αὐτοτελὲς, καὶ καθ' ἑαυτὸ ὑφ' ἑαυτοῦ μονοειδῶς ἀφοριζόμενον, καὶ ὅλον δι' ὅλου τελειότατον, ἀλλὰ καὶ ὡς ὑπερτελὲς κατὰ τὸ πάντων ὑπερέχον· καὶ πᾶσαν μὲν ἀπειρίαν ὁρίζον, παντὸς δὲ πέρατος ὑπερηπλωμένον, καὶ ὑπὸ μηδενὸς χωρούμενον[40], ἢ καταλαμβανόμενον, ἀλλὰ καὶ[41] διατεῖνον ἐπὶ πάντα ἅμα καὶ ὑπὲρ πάντα ταῖς ἀνεκλείπτοις ἐπιδόσεσι καὶ ἀτελευτήτοις ἐνεργείαις. Τέλειον δ' αὖ λέγεται καὶ ὡς ἀναυξὲς καὶ ἀεὶ τέλειον, καὶ ὡς ἀμείωτον, ὡς πάντα ἐν ἑαυτῷ προέχον, καὶ ὑπερβλύζον κατὰ μίαν τὴν ἄπαυστον καὶ ταύτην καὶ ὑπερπλήρη καὶ ἀνελάττωτον χορηγίαν, καθ' ἣν τὰ τέλεια πάντα τελεσιουργεῖ καὶ τῆς οἰκείας ἀποπληροῖ τελειότητος.

Atque ista de his dicta sint. Cæterum, si placet, ad id quod potissimum est sermonem transferamus: etenim theologia rerum omnium auctori cum omnia tum simul omnia tribuit, et ipsum ut perfectum et ut unum laudat. Perfectus itaque est, non tantum seipso perfectus, et per se a seipso uniformiter definitus, totusque secundum se totum perfectissimus; verum etiam ut supraquam perfectus, secundum omnium excessum; atque omnem quidem infinitatem definiens, supra omnem vero finem expansus, et a nullo comprehensus aut contentus, sed ad omnia pariter et supra omnia indeficientibus largitionibus et nunquam finiendis operationibus pertingens. Perfectus item dicitur, ut qui nullum accipiat incrementum, semperque perfectus sit, nec C minui possit, omnia in seipso præhabens, et exuberans una et eadem incessabili et supraquam plena et inminuibili largitione, per quam omnia perfecta perficit, et unumquodque congrua sibi perfectione adimplet.

## § II.

Ἓν δὲ, ὅτι πάντα ἑνιαίως ἐστὶ κατὰ μιᾶς ἑνότητος[42] ὑπεροχὴν, καὶ πάντων ἐστὶ τοῦ ἑνὸς ἀνεκφοιτήτως αἴτιον· οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν ὄντων ἀμέτοχον τοῦ ἑνὸς, ἀλλ' ὥσπερ ἅπας ἀριθμὸς μονάδος μετέχει, καὶ μία δυὰς, καὶ δεκὰς λέγεται, καὶ ἥμισυ ἕν, καὶ τρίτον καὶ δέκατον ἕν, οὕτω πάντα καὶ πάντων[43] μόριον τοῦ ἑνὸς μετέχει, καὶ τῷ εἶναι[44] τὸ ἕν, πάντα ἐστὶ τὰ ὄντα· καὶ οὐκ ἔστι τὸ πάντων αἴτιον ἓν τῶν πολλῶν ἕν, ἀλλὰ πρὸς παντὸς ἑνὸς[45] καὶ πλήθους, καὶ παντὸς ἑνὸς καὶ πλήθους ὁριστικόν· οὐδὲ D

Unus autem, quia est omnia unice secundum excellentiam unius unitatis et omnium causa, non amittendo suam unitatem; nihil enim illius unius expers est, sed quemadmodum omnis numerus participat unitatem, atque unus binarius denariusque dicitur, et dimidium unum unaque tertia decimaque; similiter etiam omnia et quælibet particula particeps est unius, et hoc ipso quo quid unum sunt, etiam omnia sunt quæcunque sunt. Neque vero unum illud, quod est omnium causa, unum

[m] Act. ix, 15.

### VARIÆ LECTIONES

[38] sic correctum in D. Sar. ἐπ αὐτῷ. [39] καρτερικώτατον, P. [40] χειρούμενον, S. [41] καί non est in S. D. [42] ἐνώσεως, Ch. [43] καὶ πᾶν τῶν πάντων, Ch. D. [44] καὶ δὴ καί, D. [45] παντὸς αἰῶνος, D.

quid est ex pluribus, sed quod ante omne unum omnemque multitudinem, omne unum multitudinemque definit : neque enim unquam multitudo expers est unius, sed ea quæ sunt multa partibus, sunt quid unum toto ; et quæ sunt multa accidentibus, **528** sunt quid unum subjecto ; et quæ sunt multa numero vel virtutibus, sunt quid unum specie ; et quæ sunt multa speciebus, sunt quid unum genere ; et quæ sunt multa processionibus, sunt quid unum principio ; neque quidquam est in rerum natura, quod non secundum aliquid participet unum in illo, quod per omnia unicum est, et omnia, etiam, tota universa et opposita, unice anticipavit. Ac sine uno quidem non erit multitudo, sed sine multitudine erit unum, sicut et unitas ante omnem numerum multiplicatam ; et si quis omnibus omnia quæ unita sunt supposuerit, omnia erunt in toto quid unum.

A γάρ ἐστι πλῆθος ἀμέτοχόν πη τοῦ ἑνός, ἀλλὰ τὸ μὲν πολλὰ τοῖς μέρεσιν ἓν τῷ ὅλῳ· καὶ τὸ πολλὰ τοῖς συμβεβηκόσιν ἓν τῷ ὑποκειμένῳ· καὶ τὸ πολλὰ τῷ ἀριθμῷ ἢ ταῖς δυνάμεσιν ἓν τῷ εἴδει· καὶ τὸ πολλὰ τοῖς εἴδεσιν ἓν τῷ γένει· καὶ τὸ πολλὰ ταῖς προόδοις ἓν τῇ ἀρχῇ· καὶ οὐδέν ἐστι τῶν ὄντων, ὃ μὴ μετέχει πη τοῦ ἑνὸς τοῦ ἐν τῷ κατὰ πάντα ἑνικῷ [46], πάντα καὶ ὅλα πάντα, καὶ τὰ ἀντικείμενα καὶ ἑνιαίως προειληφότος [47]. Καὶ ἄνευ μὲν [48] τοῦ ἑνὸς οὐκ ἔσται πλῆθος, ἄνευ δὲ τοῦ πλήθους ἔσται τὸ ἕν, ὡς καὶ μονὰς πρὸ παντὸς ἀριθμοῦ πεπληθυσμένου· καὶ εἰ πᾶσι τὰ πάντα ἡνωμένα τις ὑπόθοιτο [49], τὰ πάντα ἕστα. τῷ ὅλῳ ἕν.

## § III.

Illud præterea sciendum, ut secundum uniuscujusque speciem præconceptam uniri dicantur ea quæ unita sunt, sitque unum omnium quasi elementum ; et si sustuleris unitatem, neque totalitas, neque particula, neque aliud quidpiam in rebus erit ; omnia enim in se unum uniformiter anticipant et complectuntur. Hac itaque ratione Scriptura totum Deum, tanquam omnium causam, sub unius appellatione laudat ; atque hoc modo unus est Deus et Pater, et unus Dominus Jesus Christus, atque unus idemque Spiritus, per supraquam abundantem totius divinæ unitatis indivisibilitatem, in qua omnia unice sunt conjuncta, et supraquam unita, et præexistentia supra substantiam. Quapropter etiam ad ipsam omnia jure merito referuntur, eique attribuuntur, a qua, et ex qua, et per quam, et in qua, et ad quam omnia sunt, et componuntur, et manent, et continentur, et complentur, et convertuntur : neque quidquam reperies eorum quæ sunt, quod non ex uno illo, secundum quod omnis divinitas supraessentialiter nominatur, et sit id quod est, et perficiatur ac conservetur. Oportet itaque et nos, a multis ad unum virtute divinæ unitatis conversos, singulariter laudare totam et unam divinitatem, unum, quod est omnium causa, ante omne unum et multitudinem, et partem et totum, finitionem et infinitionem, finem et infinitatem, omnia quæ sunt et ipsum esse determinat ; et omnium et totorum omnium, et simul ante omnia et supra omnia etiam unice causam, et quod supra ipsum unum, est id quod est et ipsum unum determinat, siquidem quod est unum, **529** iis quæ sunt annumeratur ; numerus enim particeps essentiæ est. Quod autem est unum supra substantiam, et

B Ἄλλως τε καὶ τοῦτο ἰστέον, ὅτι κατὰ τὸ ἑνὸς ἑκάστου προεπινοούμενον εἶδος ἡνῶσθαι λέγεται τὰ ἡνωμένα, καὶ πάντων ἐστὶ τὸ ἓν στοιχειωτικόν· καὶ εἰ ἀνέλῃς [50] τὸ ἕν, οὔτε ὁλότης, οὔτε μόριον, οὔτε ἄλλο οὐδὲν τῶν ὄντων ἔσται· πάντα γὰρ ἐν ἑαυτῷ τὸ ἓν ἑνοειδῶς προείληφέ τε καὶ περιείληφε. Ταύτῃ γοῦν ἡ θεολογία τὴν ὅλην θεαρχίαν, ὡς πάντων αἰτίαν, ὑμνεῖ τῇ τοῦ ἑνὸς ἐπωνυμίᾳ, καὶ εἷς Θεὸς ὁ Πατήρ, καὶ εἷς Κύριος [51] Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ ἓν καὶ τὸ αὐτὸ Πνεῦμα, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν τῆς ὅλης [52] θεϊκῆς ἑνότητος ἀμέρειαν, ἐν ᾗ πάντα ἑνικῶς συνῆκται, καὶ ὑπερήνωται, καὶ πρόσεστιν ὑπερουσίως. Διὸ καὶ πάντα ἐπ' αὐτὴν ἐνδίκως [53] ἀναπέμπεται καὶ ἀνατίθεται, ὑφ' ἧς, καὶ ἐν ᾗ, καὶ εἰς ἣν πάντα ἐστὶ, καὶ συντέτακται, καὶ μένει, καὶ συνέχεται, καὶ ἀποπληροῦται καὶ ἐπιστρέφεται· καὶ οὐκ ἂν εὕροις τι τῶν ὄντων, ὃ μὴ τῷ ἑνὶ καθ' ὃ πᾶσα ἡ θεότης ὑπερουσίως ὀνομάζεται, καὶ ἔστι τοῦθ' ὅπερ ἐστὶ, καὶ τελειοῦται, καὶ διασώζεται. Καὶ χρὴ καὶ ἡμᾶς, ἀπὸ τῶν πολλῶν ἐπὶ τὸ ἓν τῇ δυνάμει τῆς θεϊκῆς ἑνότητος ἐπιστρεφομένους, ἑνιαίως ὑμνεῖν τὴν ὅλην καὶ μίαν Θεότητα, τὸ πάντων αἴτιον ἕν, τὸ πρὸ παντὸς ἑνὸς καὶ πλήθους [54], καὶ μέρους καὶ ὅλου, καὶ ὅρου καὶ ἀοριστίας, καὶ πέρατος καὶ ἀπειρίας, τὸ πάντα τὰ ὄντα καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι ὁρίζον, καὶ πάντων καὶ ὅλων πάντων [55], καὶ ἅμα καὶ πρὸ πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντα, καὶ ἑνικῶς αἴτιον, καὶ ὑπὲρ αὐτὸ τὸ ἓν ὄν, καὶ αὐτὸ τὸ ἓν ὂν ὁρίζον, ἐπείπερ τὸ ὂν ἓν, τὸ ἐν τοῖς οὖσιν, ἐναρίθμόν ἐστιν· ἀριθμὸς δὲ οὐσίας μετέχει. Τὸ δὲ ὑπερούσιον ἕν, καὶ τὸ ὂν ἕν, καὶ πάντα ἀριθμὸν ὁρίζει, καὶ αὐτό ἐστι, καὶ ἑνὸς, καὶ ἀριθμοῦ, καὶ παντὸς ὄντος ἀρχὴ καὶ αἰτία, καὶ ἀριθμὸς καὶ τάξις. Διὸ καὶ μονὰς ὑμνουμένη, καὶ τριὰς ἡ ὑπὲρ πάντα Θεότης, οὐκ ἔστιν οὐδὲ [56] μονὰς, οὐδὲ τριὰς ἡ πρὸς ἡμῶν, ἢ ἄλλου τινὸς τῶν ὄντων [57] διεγνωσμένη,

### VARIÆ LECTIONES.

[46] κατὰ πᾶν ἑνικοῦ, P. [47] προσυνειληφότος, D. [48] καὶ ἄνευ μέντοι, D. [49] ὑποθοῖτο, D. [50] ἀνέλοις, D. [51] εἷς ὁ Θεὸς Πατὴρ καὶ εἷς ὁ Κύριος, S. P. D. [52] τοῖς ὅλοις, D. [53] ἑνικῶς, Ch. D. [54] αἰῶνος καὶ πλήθους, D. [55] καὶ ὅλων καὶ πάντων, P. [56] οὐκ ἔστι δὲ οὐδέ, P. [57] τῶν ὄντων non habet D.

ἀλλὰ ἕνα καὶ τὸ ὑπερηνωμένον αὐτῆς καὶ τὸ θεογόνον ἀληθῶς ὑμνήσωμεν[58], τῇ τριαδικῇ καὶ ἑνιαίᾳ θεωνυμίᾳ, τὴν ὑπερώνυμον ὀνομάζομεν, τοῖς οὖσι τὴν ὑπερούσιον. Θύδεμία δὲ μονὰς, ἢ τριὰς, οὐδὲ[59] ἀριθμὸς, οὔτε ἑνότης, ἢ γονιμότης, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν ὄντων ἢ τινι τῶν ὄντων συνεγνωσμένων[60], ἐξάγει τὴν ὑπὲρ πάντα καὶ λόγον καὶ νοῦν κρυφιότητα τῆς ὑπὲρ πάντα ὑπερουσίως ὑπερούσης ὑπερθεότητος[61]· οὐδὲ ὄνομα αὐτῆς ἐστιν, οὐδὲ λόγος, ἀλλ' ἐν ἀβάτοις ἐξήρηται. Καὶ οὐδὲ αὐτὸ τὸ τῆς ἀγαθότητος, ὡς ἐφαρμόζοντες αὐτῇ, προσφέρομεν, ἀλλὰ πόθῳ τοῦ ἐννοεῖν[62] τι καὶ λέγειν περὶ τῆς ἀῤῥήτου φύσεως ἐκείνης, τὸ τῶν ὀνομάτων[63] σεπτότατον αὐτῇ πρώτως ἀφιεροῦμεν· καὶ συμφωνήσοιμεν ἂν[64] κἀν τούτῳ τοῖς θεολόγοις, τῆς δὲ τῶν πραγμάτων ἀληθείας ἀπολειφθησόμεθα. Διὸ καὶ αὐτοὶ τὴν διὰ τῶν ἀποφάσεων ἄνοδον προτετιμήκασιν, ὡς ἐξιστῶσαν τὴν ψυχὴν τῶν ἑαυτῇ συμφύλων, καὶ διὰ πασῶν τῶν θείων νοήσεων ὁδεύουσαν, ὧν ἐξήρηται τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, καὶ πάντα λόγον, καὶ γνῶσιν, ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ὅλων αὐτῷ συνάπτουσαν, καθ' ὅσον καὶ ἡμῖν ἐκείνῳ[65] συνάπτεσθαι δυνατόν.

A quod est unum, et omnem numerum definit, ipsum est et unius, et numeri, et omnis rei principium et causa, et numerus et ordo. Quamobrem et unitas quæ laudatur, et Trinitas quæ est divinitas supra omnia, non est unitas, neque Trinitas a nobis aut alio quopiam eorum quæ sunt cognita; sed ut quod in ipsa est supraquam in unum copulatum et fecunditatem Dei vere laudemus, trinum et unum Deum nominamus illum, qui supra omne nomen est. Nulla autem unitas vel trinitas, neque numerus, nec unitas vel fecunditas, nec aliud quidpiam eorum quæ sunt, aut eorum quæ alicui existentium sunt cognita, explicat arcanum illud omnem rationem et mentem superans superdeitatis, superessentialiter supra omnia superexistentis; hujus neque nomen B neque rationem est assignare, sed inaccessum omnibus eminet. Quin nec ipsum quidem nomen bonitatis ei tanquam aptum accommodamus, sed desiderio aliquid intelligendi et dicendi de natura illa arcana et ineffabili, quod est omnium nominum maxime venerabile ipsi primum consecramus: in quo quidem cum theologis convenimus, sed ab ipsa rerum veritate multum deficimus. Quamobrem ipsi quoque ascensum illum per negationes prætulerunt, ut qui animam a cognatis rebus avocans, ad omnes divinas intelligentias viam sternat, quibus excipitur id quod omni nomine omnique ratione ac cognitione sublimius existit, nosque Deo tandem conjungit, quantum nimirum cum ex nostra, tum ex ipsius parte fieri potest.

## § IV.

Ταύτας ἡμεῖς τὰς νοητὰς θεωνυμίας συνηρικότες, C ὡς ἐφικτὸν ἀνεπτύξαμεν, οὐ μόνον αὐτῶν τῆς ἀκριβείας ἀπολειπόμενοι, (τοῦτο γὰρ ἀληθῶς καὶ ἄγγελοι φαῖεν·) οὐδὲ τῆς κατὰ ἀγγέλους αὐτῶν ὑμνῳδίας· καὶ τῶν ἐσχάτων γὰρ ἀποδέουσιν οἱ κράτιστοι τῶν παρ' ἡμῖν θεολόγων· οὔτε μὴν αὐτῶν τῶν θεολόγων, οὐδὲ τῶν αὐτῶν ἀσκητῶν, ἢ συνοπαδῶν, ἀλλὰ καὶ τῶν ἡμῖν ὁμοταγῶν, ἐσχάτως καὶ ὑφειμένως. Ὥστε, εἰ μὲν ὀρθῶς ἔχοι τὰ εἰρημένα, καὶ ὡς καθ' ἡμᾶς ὄντως ἐφηψάμεθα τῇ διανοίᾳ τῆς θεωνυμικῆς ἀναπτύξεως, ἐπὶ τὸν πάντων ἀγαθῶν αἴτιον τὸ πρᾶγμα ἀναθετέον· τὸν δωρούμενον πρῶτον αὐτὸ τὸ εἰπεῖν, ἔπειτα τὸ εὖ εἰπεῖν. Καὶ εἴ τι τῶν ὁμοδυνάμων παραλέλειπται, κἀκεῖνο ἡμᾶς κατὰ τὰς αὐτὰς μεθόδους [66] προσυπακούειν δεήσει. Εἰ δὲ ταῦτα ἢ οὐκ ὀρθῶς ἢ ἀτελῶς ἔχει, καὶ τῆς ἀληθείας ἢ ὁλικῶς ἢ μερικῶς D ἀποπεπλανήμεθα, τῆς σῆς ἂν εἴη φιλανθρωπίας ἐπανορθώσασθαι τὸν ἀκουσίως ἀγνοοῦντα, καὶ μεταδοῦναι λόγου τῷ μαθεῖν δεομένῳ, καὶ ἐπαμῦναι τῷ μὴ αὐτάρκη δύναμιν ἔχοντι, καὶ ἰάσασθαι τὸν οὐκ[67] ἐθέλοντα ἀῤῥωστεῖν· καὶ τὰ μὲν παρ' ἑαυτοῦ, τὰ δὲ παρ' ἑτέρων[68] ἐξευρίσκοντα, πάντα δὲ ἐκ τἀγαθοῦ λαμβάνοντα, καὶ εἰς ἡμᾶς διαβιβάσαι. Μηδὲ ἀποκά-

Hæc nos divina nomina, quæ ratione intelliguntur, congesta pro viribus explicuimus, non solum non satis pro eorum merito congrue (hoc enim etiam angeli vere dixerint), sed neque paribus laudibus, quibus ab angelis celebrantur; siquidem præstantissimi quoque theologi nostri vel novissimis etiam angelis cedunt; verum etiam theologis eorumque asseclis nequaquam suppares, a nostris quoque æqualibus in hoc laudum genere superamur. Itaque, siquidem recte ista dicta sint, et in divinorum nominum explanatione pro modulo nostro verum sensum attigerimus, in bonorum omnium causam id totum referendum est, ut quæ primum **530** tam dicendi quam bene dicendi facultatem dederit. Ac si quid eorum quæ his æquivalent, sit prætermissum, id iisdem quoque rationibus a nobis ad hunc modum supplendum erit. Sin vero hæc vel minus recta vel imperfecta sunt, et a veritate vel omnino vel ex parte aberravimus, erit humanitatis tuæ corrigere non sponte ignorantem, rationesque suggerere discere cupienti, et ex se insufficienti opem ferre, curareque nolentem ægrotare, atque alia quidem a te excogitata, alia vero ab aliis mutuata, cæteroquin

### VARIÆ LECTIONES.

[58] ἀνυμνήσωμεν, D. [59] οὔτε, P. D. Variat hæc conjunctio, nam alias οὔτε, alias οὐδέ scribitur, eodem sensu, semel monuisse satis videtur. [60] συνεγνωσμένων, D. Sc. Sar. itaque scribendum fuit. [61] ὑπὲρ πάντα καὶ λόγον καὶ νοῦν, P. D. Sc. θεότητος, D. [62] τοῦ νοεῖν, P. S. D. Sc. Sar. [63] τῶν ὄντων, Ch. [64] συμφωνήσωμεν ἄν, S. [65] ἐκεῖνο, S. P. Sc. [66] κατὰ τοὺς αὐτοὺς λόγους καὶ τὰς αὐτὰς μεθόδους, P. D. Sar. posterius non habet. [67] μή. [68] δι' αὐτοῦ, δι' ἑτέρων, S. Sar.

omnia ex ipso bono accepta, in nos quoque derivare. Neque te pigeat amicum hocce beneficio afficere; cernis enim, uti neque nos ipsi quidquam rationum hierarchicarum nobis concreditarum intra nosmetipsos continuimus, verum illas omnino puras cum vobis tum cæteris viris sanctis, partim tradidimus, partim adhuc trademus, pro dicendi nostra et aliorum intelligendi facultate, in re nulla traditionem violantes, nisi forte vel ad eloquendum vel ad intelligendum imbecilliores exstitimus. Sed hæc quidem, ut Deo placet, sic habeant, et dicta sint; sitque quod ad nos pertinet, hic finis nominibus Dei quæ mens excogitavit; ad symbolicam vero theologiam Deo duce transibo.

Ἀμῆς [69] φίλον ἄνδρα εὐεργετῶν· ὁρᾷς γάρ, ὅτι καὶ ἡμεῖς οὐδένα τῶν παραδοθέντων ἡμῖν ἱεραρχικῶν λόγων εἰς ἑαυτοὺς συνεστείλαμεν, ἀλλὰ ἀνοθεύτους αὐτοὺς καὶ ὑμῖν καὶ ἑτέροις ἱεροῖς ἀνδράσι μεταδεδώκαμέν τε καὶ μεταδώσομεν, ὡς ἂν ἡμεῖς τε εἰπεῖν ἱκανοὶ καὶ οἷς λέγεται ἀκούειν, κατ' οὐδὲν τὴν παράδοσιν ἀδικοῦντες, εἰ μὴ ἄρα πρὸς τὴν νόησιν ἢ τὴν ἔκφρασιν αὐτῶν ἀσθενήσομεν. Ἀλλὰ ταῦτα μέν, ὅπῃ τῷ Θεῷ φίλον, ταύτῃ ἐχέτω τε, καὶ λεγέσθω [70]· καὶ ἔστω δὴ τοῦτο ταῖς νοηταῖς θεωνυμίαις τὸ καθ' ἡμᾶς πέρας· ἐπὶ δὲ τὴν συμβολικὴν θεολογίαν, ἡγουμένου Θεοῦ, μεταβήσομαι.

---

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. *Perfectus itaque est*, etc. Pulchre, uti solet, ac perspicue Dei perfectionem ex hoc capite Lessius probat lib. VII, *De perfectionibus divinis*, cap. 2, dicens, Dionysium hic afferre quatuor rationes, cur Deus dicatur perfectus.

Prima, quia est αὐτοτελής, id est *per se perfectus*, quo significatur illum non accepisse perfectionem ab alio, sive ut a causa efficiente sive ut a causa formali, sicut fit in creaturis, sed habere omnem perfectionem a sola simplicissima essentia sua; unde ipsius perfectio non consurgit ex accumulatione multarum rerum, sicut in creaturis, quarum nulla dici potest αὐτοτελής, sed ex una re simplicissima, quæ ipsemet est, et ita per se, secundum omne genus perfectionis, est perfectissimus.

Secunda, quia est ὑπερτελής, id est *superperfectus*, hoc est omni perfectione conceptibili superior et excellentior; nihil enim a mente creata tam magnum, tam eximium et excellens, potest cogitari, quin Deus infinities sit excellentior et major. Hoc denotatur illa voce ὑπερτελής.

Tertia, quia non potest augeri vel minui, tanquam omnia anticipata et præcepta per suam essentiam in se continens.

Quarta, quia ita plenus et superplenus est omnibus bonis, ut veluti fons inexhaustus exuberet et redundet perpetua et incessabili largitione donorum in omnes res creatas.

Unde patet, Deum dici perfectum, quia est auctor omnis perfectionis naturalis et supernaturalis in rebus omnibus, a summis et ipsi vicinissimis usque ad extremas, a prima substantia separata usque ad infimam materiam, et ipsius radium pertingere ad omnia, idque non semel tantum, sed assidue et indesinenter. Non enim satis est Deum sua dona semel, sive materiæ, sive gratiæ, sive gloriæ, infudisse, sed hanc infusionem et largitionem debere esse continuam et indesinentem; alioquin omnia momento evanescerent. Neque solum quia est auctor ut causa efficiens, sed etiam **531** quia est exemplar et mensura omnis perfectionis. In rebus enim creatis dicitur aliquid perfectum in natura, quia est commensum suo exemplari, secundum quod est conditum in tali specie; sicut in artefactis id est perfectum, quod exacte respondet conceptui et regulis artis; unde ipsum exemplar est per se et originaliter perfectum, absque respectu ad aliud, tanquam prima perfectionis regula. Itaque ipse perfectus dicitur, et tanquam fons ex quo omnis perfectio naturæ in omnia, quæ aliquo modo sunt, manat, et tanquam mensura, ex cujus commensione ipsa perfectionis ratio pendet.

Hinc ex eodem Lessio cap. 1, collige quadruplex discrimen inter perfectionem Dei et creaturæ etiam excellentissimæ. Primum, quod Deus non habeat perfectionem et excellentiam suam ab alio, sed a se tantum, ipse enim est primus actus, prima perfectio, et primum bonum independens ab omni alio, fons inexhaustus omnis boni et omnis perfectionis; creatura vero omnem suam perfectionem et bonitatem habet a Deo. Sicut in rebus corporeis sol habet lumen a seipso, id est non ab alio aliquo corpore, stellæ vero habent lumen a sole.

Hinc sequitur alterum discrimen, quod perfectio Dei sit prorsus illimitata et infinita, creaturæ vero limitata et astricta ad certam speciem. Cum enim perfectio divina non sit ab alio, non habet a quo limitetur aut mensuram accipiat; ac proinde necesse est manere illimitatam in amplitudine sui conceptus; creaturæ vero perfectio cum sit a Deo, limitatur secundum modum quem ei imponit divina sapientia, sicut omnia opera artis mensuram et modum et terminum accipiunt ab arte opificis.

Tertium, quod Deus omnem perfectionem suam habeat per simplicem suam essentiam, nulla alia forma vel modo reali accedente; secus in creaturis. Nulla enim creatura habet omnem perfectionem per suam essentiam, sed opus est infinitis propemodum formis et perfectionibus accessoriis, ut perfecta sit, ut patet in angelis, quorum tamen natura inter substantias creatas est simplicissima et perfectissima: ut enim omittam potentias et species intelligibiles, opus est illis plurimis habitibus et illustrationibus, et actibus tum intellectus tum voluntatis, ut perfecti sint.

Hinc sequitur quartum discrimen, quod divina perfectio non possit unquam augeri vel minui: cum enim actu habeat omnem perfectionem possibilem, nulla ei fieri potest accessio; et cum habeat illam per essentiam et a se, non potest ei ulla fieri detractio. Oportet enim ipsum essentiam suam amittere, ut vel minimum quid suæ perfectionis deserat; creaturæ vero perfectio potest et sine fine augeri, et usque in nihilum imminui. Possent etiam angeli et homines beati, Deo ita disponente, crescere sine termino in claritate visionis divinæ et amore beatifico, et etiam omne bonum suum amittere.

## VARIÆ LECTIONES.

[69] ἀποκάμοις, D. [70] καὶ ἀγέσθω, Ch.

§ II. *Unus autem, quia est omnia unice*, etc. Hinc Cyparissiotus, decade x, Theologiæ materiatæ decem capitibus concludit. Primo : Non oportere quærere in Trinitate, quæ supra substantiam est, habitus et dispositiones ; neque esse aliqua circa ipsam quæ substantiam ejus compleant. Secundo : Non esse etiam accidentia quæpiam quæ in substantia ejus exsistant ; nec differentias substantiales in ipsa intelligi, siquidem et in incorporeis, quæ ab ipsa producta sunt, non oportet quærere differentiam substantiæ, et energiæ, neque, tanquam aliud ab alio, ista ut exsistant accidere. Tertio, quod in unitate, quæ supra substantiam est, non sit quærenda ubique differentia causæ, et causam habentis, ubi ex seipsa dicitur exsistere ; et ubi ex seipsa prodit sua energia sive operatio ; et ubi ex seipsa, et per seipsam, ad seipsam remeat. Quarto, quod in unitate Trinitatis non oporteat quærere aliud substantiam, et aliud energiam sive operationem ; neque tegi homonymia verbi energiæ, nec existimare non idem esse in ea substantiam et energiam. Quinto, quod in unitate, quæ supra substantiam est, non oporteat quærere energiam per se sine substantia, et non per se exsistentem ; neque cogitare simul aliud quid cum ipsa unitate, neque ab ea distinguere suam energiam. Sexto, quod in unitate Trinitatis non oporteat quærere aliud substantiam et aliud bonitatem, nec aliud formam et aliud substantiam, nec aliud vitam vel sapientiam vel virtutem, aliud vero substantiam ejusdem. Septimo, non item quærendum aliud esse cognitionem ejus, vel charitatem ejus, vel pulchritudinem ejus, vel immortalitatem ejus, et alia ejusmodi, aliud vero singularem ejus substantiam et exsistentiam supraquam divinam. Octavo, quod in unitate supra substantiam non oporteat quærere, quia hæc est omnia, idcirco multa ejus esse ; et diversa omnia ; est enim ea omnia ipsa divina et beata ejus substantia, quæ habet omnia, non ut alia in alio, sed sine habitudine et collecte, nihil habens duplex, et supra omne unum. Nono, quod in unitate, quæ supra substantiam est, neque principium ejus reperire liceat, neque medium, neque finem ; neque sit aliquid totum, quia in unoquoque eorum quæ intelliguntur est tota et sola ; neque sit aliquid eorum quæ sunt, quia ipsa est omnia ; neque liceat uno nomine eam complecti. Decimo, quod unitas Trinitatis supra omnem **532** substantiam sit, et supra omnem unitatem et trinitatem nobis cognitam ; et quod neque substantia sit, nec unitas, neque trinitas ab ullo cognita, nec infinita, aut in multis numerata. Vide hæc apud Cyparissiotum per decem capita fusius deducta, et ex Patribus ac Scripturis comprobata. Consule etiam D. Thomam, parte I, quæst. 3, *De simplicitate Dei*.

§ III. *Nulla autem unitas vel trinitas*, etc., *explicat arcanum illud*. Nota cum manuele Calecha in libro *De Trinitate*, imagines, quas Patres excogitarunt ad assimilandum eas utcunque Trinitati. Gregorius Nazianzenus cum oculo fontis, et fonte, et fluvio comparat ; item cum sole, radio, lumine ; item cum mente, ἐνθυμήσει, id est consideratione, animo, in quibus non est divisio vel sectio ; item cum triplici sole et una luminis commistione. Gregorius Nyssenus in lib. *De Trinitate* hæc tria dicit esse in nobis, quæ sunt νοῦς, λόγος, πνεῦμα. « Mens, inquit, parit rationem, ratio movet mentem, et neque mens sine ratione est, neque ratio sine mente ; similiter sine spiritu, qui est in nobis, non erit ex mente. Hæc, inquit, sunt æqualia, et separari a se invicem non possunt. Sic, inquit, intelligendum est in Trinitate. » Alii cum fonte, fluvio et lacu ; cum igne, flamma et lumine. Cyrillus cum radice, ramo et fructu ; idem cum digito, manu et brachio ; et alias cum rosa, flore et odore. In his omnibus reperiuntur quædam inseparabilia a se mutuo, quæ assumuntur, ad declarandum utcunque esse tres personas inseparabiles, proprietatibus distinctas, et unius substantiæ, ita ut ab alio sumatur τὸ ἀχώριστον, id est *inseparabilitas* personarum, ab alio τὸ ὁμοούσιον, id est *consubstantialitas*.

—

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (50).

§ I. Ἐπ' αὐτὸ χωρεῖ τὸ ἰσχυρότατον κεφάλαιον, τὸ περὶ τελείου καὶ ἑνός. Πῶς δὲ ἰσχυρότατον ; ὅτι αἱ μὲν ἄλλαι θεωνυμίαι μία καὶ καθ' αὐτὴν ἐλέγετο, τὸ δὲ τέλειον συνάγεται· ὅτι πάντα λέγεται ὁ αἴτιος, οὐδενὸς ἀπολειπομένου τῶν αἰτιατῶν εἰς τὸ μὴ λέγεσθαι ἐκ τούτου. Ὅπου δὲ οὐδὲν ἐλλείπει, τέλειον πάντως ἐστί. Καὶ πάλιν ἅμα πάντα λέγεται, καὶ οὐ τὸ μὲν πρότερον, τὸ δὲ ὕστερον· ἢ τὸ μὲν ἐπὶ πλέον, τὸ δὲ ἐπ' ἔλαττον· ἢ τὸ μὲν χρονιωτέρως καὶ μονιμωτέρως, τὸ δὲ δι' ὀλίγου καὶ ἐπιπολαίως· πάντα γὰρ ἐπίσης ἀπολείπονται, κἂν ἄγγελον εἴποις, κἂν μύρμηκα, ὥσπερ δὴ ἐπίσης ἀπολείπονται πρὸς τὸ ἄπειρον καὶ τὰ χίλια καὶ τὰ δέκα. Ἦγουν οὐκ ἦν ἀπό τινος τῶν αἰτιατῶν ὁ αἴτιος λέγεσθαι· ἢ εἰ ἀπό τινος, καὶ ἀπὸ πάντων. Ὅθεν, εἰ ἅμα πάντα λέγονται ἐπὶ Θεοῦ, ἤδη ἐμφαίνεται καὶ τὸ ἕν· εἰ γὰρ μὴ ἦν ὑπερέχουσα ἑνότης ἐν τούτῳ, οὐκ ἂν ἐφήρμοζεν ἁπάντων ὄντων καὶ ἅμα. Ἐπεὶ γοῦν οὕτω ταῦτα τέλειον λέγεται τὸ Θεῖον, οὐ μόνον ὡς μονοειδῶς διοριζόμενον ἐφ' ἑαυτοῦ καὶ καθ' ἑαυτό, (τοῦτο γάρ ἐστιν ὅρος τελείου· τὸ ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ οὐκ ἔξωθεν, καὶ καθ' αὐτό, καὶ οὐ κατὰ συμβεβηκός, μονοειδῶς, ἤγουν καθ' ὃν ἂν τις ἐπιβάλλοι τρόπον, ὁμοίως καὶ ταὐτῶς ἀφορίζεσθαι), ἀλλὰ καὶ

A § I. Transit ad caput illud, quod potissimum est de perfecto et uno. Quomodo vero potissimum ? quoniam aliæ quidem Dei denominationes de una re quapiam seorsum dicebantur, perfectio vero copulatur ; quoniam causa omnium prædicatur, nullo effectu deficiente, qui non ab hac denominetur : ubi autem nihil deficit, perfectio jam omnino exsistit. Et rursum simul omnia dicitur, et non hoc quidem prius, alterum vero posterius ; vel hoc quidem magis, alterum vero minus ; vel hoc quidem tempore longiori, et perseverantius, illud vero breviori et obiter ; omnia enim æqualiter ab ipso distant, sive angelum dixeris, sive formicam, sicut æqualiter ab infinito distant mille et decem. Itaque non potest ab aliquo effectu causa dici, vel si ab aliquo etiam

B ab omnibus. Unde si simul omnia dicantur de Deo, jam apparet etiam illud unum : nisi enim quo ad hoc unitas illa emineret, utique simul etiam rebus omnibus non conveniret. Cum itaque Deus perfectus dicatur, non solum tanquam uniformiter a se et per se definitus (hæc enim est perfecti definitio : Quod a se ipso, et non extrinsecus, et per se, et non per accidens, uniformiter, sive, ut hoc modo quis ac-

(50) Vide Scholia S. Maximi tom. II, cap. 15, *De divinis nomin.*

cipiat, similiter et identice definitur, quinimo, tanquam plus quam perfectum, secundum **533** rationem, in divinis nominibus assignatam, quoniam ex effectis auctor denominatur, quamvis etiam supra illos sit, et per excessum nominetur plus quam bonus, plus quam essentia. Cæterum ab effectuum rerumque perfectione Deus quoque supraquam perfectus prædicatur : ipse enim sui ipsius et finis et locus est, nihilque supra Deum extenditur, quin etiam ipsemet infinita definit. Nam sæcula quæ sunt infinita (neque enim finem habent) ipsemet infinita magnitudine excedens multiplici sua infinitate complectitur : et omnem vitam termini expertem, ut in intellectilibus : non enim his vita terminatur ut in hominibus, sed immortales creati sunt, Deus vero in superælerna propria æternitate terminatur.

A ὡς ὑπερτελὲς, κατὰ τὸν ἀποδοθέντα περὶ τῶν θείων ὀνομάτων τρόπον, ὅτι ἐκ τῶν αἰτιατῶν μὲν ὁ αἴτιος ὀνομάζεται, πλὴν καὶ ὑπὲρ ταῦτά ἐστι καὶ ὑπεροχικῶς λέγεται ὑπεράγαθος, ὑπερούσιος. Λοιπὸν ἀπὸ τοῦ τελείου τῶν αἰτιατῶν πραγμάτων ὑπερτελὲς τὸ θεῖον λέγεται· αὐτὸ γὰρ ἑαυτοῦ καὶ ὅρος καὶ τόπος ἐστὶ, καὶ οὐδὲν ὑπερεκτείνεται τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἄπειρα αὐτὸς περατοῖ· τοὺς γὰρ αἰῶνας ἀπείρους ὄντας (οὐ γὰρ ἔχουσι πέρας) αὐτὸς τῷ ἀπείρῳ μεγέθει ὑπερέχων τῷ ἑαυτοῦ ἀπειροπλασίῳ περιέχει καὶ πᾶσαν ἀοριστίαν ζωῆς, ὡς ἐπὶ τῶν νοητῶν· οὐ γὰρ ὥρισται τούτοις ὁ βίος ὡς ἐπὶ τῶν ἀνθρώπων, ἀλλ' ἀθάνατοι ἐκτίσθησαν· ὁ Θεὸς τῷ ὑπεραιωνίῳ ἐντὸς τῆς ἰδίας ἀϊδιότητος ὁρίζεται.

§ II. Aliter etiam perfectus dicitur, tanquam neque auctus neque imminutus ; neque enim augmentum nec diminutionem admittit quod etiam perfectionis est in eo quod perfectionem habet. Item, quia omnia quæ perfecta sunt perficit secundum unam incessantem et eamdem elargitionem. Quod itaque unice et non divise perficit et non minuitur, plenum erit et supraquam plenum. Unum vero dicitur, quoniam secundum unum quid omnia unita sunt causæ, et hæc rursum omnibus secundum unum eminet ; nihil enim est in rebus quod unius non sit particeps, sed sicut omnis numerus participat unitatem, et unus binarius denariusque dicitur ; et si partis memineris, dices unam dimidiam, et unam tertiam, et unam decimam, et sic deinceps, ita etiam omnia, et omnis pars omnium, participant unum ; et hoc ipso quo est unum illud, omnia sunt ; sicut hoc ipso quo est unitas, omnes numeri exsistunt, et hoc unum non est unum multorum. Deus enim unus est, sicuti et simplex, et indivisus, et expers differentiæ specificæ et ab omnibus affectionibus et accidentibus alienus. Hoc ipsum porro unum aliud sive majus sive minus effugit, illud enim supra hæc exsistit, atque insuper ut principium, tam ipsam unitatem quam multitudinem definit : in Deo enim sunt omnes unus tam qui ante fuerunt quam qui futuri sunt ; non enim ibi aliud quidem præteritum, aliud vero futurum, cujus participatione tam unum hoc multa definiat, licet diversimode, et nec est ullus modus, secundum quem multa non in uno comprehendantur. Quæ enim multa **534** sunt partibus, sunt unum toto, ut corpus ; quæ multa sunt accidentibus sunt unum subjecto, ut homo ; et quæ multa sunt numero, sicut Petrus et Paulus, sunt unum specie, uterque enim homo est. Quæ porro etiam multa sunt virtutibus, verbi gratia, carbo, lux, flamma, sunt unum forma ; ignis enim omnia : et quæ multa sunt processionibus, et consiliis vel operibus, sunt unum causa, unus enim ex quo consilia vel opera, et nihil est in rebus quod non aliquo modo particeps sit unius. Unum dico illud, quod omnia participant, quod secundum omnia et integre unitate sua omnia etiam tota, omnia etiam contraria complectitur. Quomodo

B § II. Καὶ ἄλλως τέλειον λέγεται καὶ ὡς ἀναυξὲς καὶ ἀμείωτον· οὔτε γὰρ πρόσθεσιν οὔτε μείωσιν ἐπιδέχεται, ὅπερ καὶ τὸ τέλειον ἔστ' ἂν ᾖ τέλειον ἔχει. Καὶ ἄλλως, ὅτι καὶ τὰ τέλεια πάντα τελεσιουργεῖ κατὰ μίαν τὴν ἄπαυστον καὶ ταὐτὴν χορηγίαν. Τὸ γοῦν ἑνιαίως καὶ οὐ μεμερισμένως τελεσιουργοῦν καὶ μὴ ἐλαττούμενον τέλειον ἂν εἴη καὶ ὑπερτέλειον. Ἓν δὲ λέγεται, ὅτι καθ' ἓν πάντα ἑνιαίως ἐστὶ τῷ αἰτίῳ, καὶ πάλιν ἁπάντων καθ' ἓν ὑπερέχει· οὐδὲν γάρ ἐστι τῶν ὄντων ἀμέτοχον τοῦ ἑνὸς, ἀλλ' ὥσπερ πᾶς ἀριθμὸς μονάδος μετέχει, καὶ μία δυὰς καὶ δεκὰς λέγεται· καὶ εἰ μορίου ἐπιμνησθῇς, ἥμισυ ἓν ἐρεῖς, καὶ τρίτον ἕν, καὶ δέκατον ἕν, καὶ ἐφεξῆς· οὕτω καὶ πάντα, καὶ πᾶν μόριον πάντων, τοῦ ἑνὸς μετέχει· καὶ ἐν τῷ εἶναι τοῦτο τὸ ἓν πάντα ἐστὶν, ὥσπερ ἐν τῷ εἶναι C τὴν μονάδα πάντες οἱ ἀριθμοὶ, καὶ οὐκ ἔστι τὸ ἓν τοῦτο τῶν πολλῶν ἕν. Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς ἓν ἐστι, καθὸ ἁπλοῦς τε, καὶ ἀμερὴς, καὶ τῆς κατ' εἶδος διαφορᾶς ἄμοιρος, καὶ πάντων παθημάτων καὶ συμβεβηκότων ἀλλότριος. Τὸ δὲ ταὐτὸν ἓν ἕτερον ἢ μεῖζον ἢ ἔλαττον περιπέφευγεν· ὑπὲρ γὰρ ταῦτα ἐκεῖνο, καὶ ἔτι ὡς ἀρχὴ καὶ αὐτοῦ τοῦ ἑνὸς καὶ πλήθους ὁριστικόν· ἐν τῷ Θεῷ γὰρ οἱ πάντες εἷς, καὶ οἱ προόντες καὶ οἱ ἐσόμενοι· οὐ γάρ ἐστιν ἐκεῖ τὸ μὲν παρεληλυθὸς, τὸ δὲ μέλλον, οὗ τῇ μετοχῇ καὶ τὸ ἓν τοῦτο τὰ πολλὰ περιορίζει, πλὴν διαφόρως, καὶ οὐκ ἔστι καθ' ὁντινα τρόπον οὐ περιληφθήσονται τὰ πολλὰ τῷ ἑνί. Τὸ γὰρ πολλὰ τοῖς μέρεσιν, ὑπάρχον δηλονότι, ἓν τῷ ὅλῳ, οἷον τὸ σῶμα· καὶ τὸ πολλὰ τοῖς συμβεβηκόσιν ἓν τῷ D ὑποκειμένῳ, οἷον ὁ ἄνθρωπος· καὶ τὸ πολλὰ τῷ ἀριθμῷ, οἷον Πέτρος καὶ Παῦλος, ἓν τῷ εἴδει, ἄνθρωπος γὰρ καὶ ἀμφότεροι. Ἀλλὰ καὶ τὸ πολλὰ ταῖς δυνάμεσιν, οἷον ἄνθραξ, φῶς, φλὸξ, ἓν τῷ εἴδει, πῦρ γὰρ πάντα· καὶ τὸ πολλὰ ταῖς προόδοις καὶ τοῖς βουλεύμασιν ἢ τοῖς ἔργοις ἓν τῷ αἰτίῳ· εἷς γὰρ ἐξ οὗ αἱ βουλαὶ ἢ τὰ ἔργα, καὶ οὐδέν ἐστι τῶν ὄντων ὃ μὴ μετέχει πη τοῦ ἑνός. Ἓν λέγω τὸ ἑνιαῖον αὐτὸ, οὗτινος πάντα μετέχουσι, τὸ ἐν τῷ κατὰ πάντα καὶ ὁλοτελῶς ἑνικῷ προσυνειληφὸς πάντα καὶ ὅλα, πάντα καὶ τὰ ἀντικείμενα. Πῶς γοῦν προσυνείληφε τὰ πάντα τὸ ἕν, μετὰ ταῦτα λεχθήσεται, ὅτε προεπινοούμενον ἀποδείξει τὸ ἕν. Ἀλλὰ πάντα λέγονται, ὅταν ὡς εἴδη καὶ μέρη καὶ διαφοραὶ τοῦ ἑνὸς λαμβάνωνται· ὅλον δὲ, ὅταν τὰ μέρη συλλεγόμενα ἓν ὁλόκληρον ἀποτελῶσιν, οἷον καὶ τὸν ἄν

θρωπον, καὶ τὰ τοῦ ἀνθρώπου σωματικὰ μέρη, ἢ τὰ τῆς οὐσίας αὐτοῦ μέρη, οἷον τὸ λογικὸν, τὸ θνητόν. Πάλιν πάντα καὶ τὰ ἀντικείμενα, ἤγουν ἓν ἕκαστον στοιχεῖον ἰδίᾳ. Καὶ πάλιν ἐν ταὐτῷ τὰ ἀντικείμενα, ὅταν ἔν τινι ὑποκειμένῳ θεωρῶνται. Πάντα γὰρ ἐκ τῶν ἐναντίων στοιχείων συνίστανται καὶ ἐνίζονται. Τὸ δὲ *ὑποθοῖτο* ἐν ἄλλοις μὲν τὸ καθ' ὑπόθεσιν λαμβάνεται, καὶ ἐπὶ τῶν πραγματικῶς οὐκ ὄντων, ἀλλὰ λόγῳ τυπουμένων· ἐνταῦθα μέντοι οὐχ οὕτω ληπτέον, ἀλλὰ τὸ κατ' ἐπίνοιαν λόγῳ τοῦτο θετέον διὰ τὴν τοῦ ἐξ ἑνὸς Θεοῦ ἐκτίσθαι ταὐτότητα, καὶ τὸ ὅλον ἐν τοῖς μέρεσι θεωρεῖσθαι, καὶ ἐν τῷ ὅλῳ τὰ μέρη.

A autem unum hoc omnia complexum sit, postea dicetur quando præconceptum illud unum demonstrabit. Cæterum omnia dicuntur, quando species et partes et differentiæ unius accipiuntur; totum vero, quando partes collecte unum integrum efficiunt, verbi gratia, hominem, partes hominis corporeæ, vel partes ejus essentiæ, ut rationale et mortale. Rursum, omnia etiam contraria, verbi gratia, quodlibet elementum seorsum. Et rursum in eodem contraria, quando in aliquo subjecto conspiciuntur; omnia enim ex contrariis elementis constituuntur. Illud autem, ὑποθοῖτό τις, *aliquis supponat*, in aliis quidem secundum hypothesin sive suppositionem accipitur; etiam in iis quæ re ipsa non existunt, sed ratione finguntur; hic vero non sic accipiendum est, sed hoc verbo mentis applicandum propter creationis ex uno Deo identitatem, et quia totum in partibus consideratur, et partes in toto.

§ III. Ἄνω μὲν ἔλεγεν, ὅτι τὸ ἓν προσυλλαμβάνει τὰ πάντα, νῦν δὲ, κατασκευάζων τοῦτο, φησίν· Ἂν μὴ γὰρ προεπινοηθῇ τὸ ἑνιαῖον, δηλονότι τὸ τῶν ἀνθρώπων εἶδος, ἤγουν ἡ φύσις, οὐκ ἄν τις εἴποι, τοὺς ἀνθρώπους ἡνῶσθαι ἀλλήλοις κατ' αὐτὸν τὸν τῆς φύσεως λόγον. Ἡνῶσθαι τοίνυν τὰ ἡνωμένα λέγομεν κατ' εἶδος προεπινοούμενον ἑνὸς ἑκάστου. Καὶ πάλιν τὰ εἴδη καὶ τὰ πολλὰ, στοιχεῖόν τι καὶ ἀρχὴν τὸ ἓν ἐπιγράφονται εἰς γένος ἀναγόμενα, οὗ γένους εἴδη εἰσίν· οἷον ἵπποι, βόες, ἄνθρωποι, ὥσπερ εἰς ἓν ἀνάγονται τὸ ζῶον. Τοῦτο δὲ λέγει, οὐχ ὅτι τὸ τῶν πρὸ τῶν πολλῶν ἀποδέχεται, ὅπερ ὁ Πλάτων ἐπρέσβευε, τὴν ἰδέαν λέγω· ἀλλὰ τὸ ἐν τοῖς πολλοῖς, καὶ τὸ μετὰ τὰ πολλὰ μᾶλλον δεχόμενος, ἐκ τούτων καὶ τὸ ἓν στοιχεῖον τῶν πολλῶν συνίστησιν· ἡ γὰρ ἡμετέρα ἐπίνοια, τοὺς πολλοὺς εἰς μίαν συνάγουσα φύσιν, ὅπερ πάντως γίνεται μετὰ τὰ πολλὰ τότε τὴν τοιαύτην μίαν φύσιν ὡς ἑνιαῖόν τι κατέχει, καὶ ταύτην συναγομένην οὕτω μετὰ τὰ πολλὰ τῶν πολλῶν προεπινοεῖ, ὡς τῶν πολλῶν συστατικὴν καὶ συνοχικήν. Εἰ τοίνυν ἀναιρεθείη τὸ ἓν, οὔτε ὅλον, οὔτε μόριον ἔσται, ἃ δὴ καὶ ἑνιαίως κατονομάζονται· τούτων δὲ ἀναιρεθέντων, οὐδὲν τῶν ὄντων ἔσται. Τὸ ἓν ἄρα πάντα ἑνοειδῶς, δηλονότι καθ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν λόγον· οὐδὲ γὰρ ἄλλως λέγεται τὸ ὅλον ἓν καὶ ἄλλως τὸ μέρος, καὶ ἄλλως τοῦτο καὶ ἄλλως ἐκεῖνο προείληφεν, ἀλλ' ἵνα μή τις ὑποπτεύσῃ ἐντεῦθεν τὴν πρὸ τῶν πολλῶν ἰδέαν, φησὶ, *καὶ προείληφεν*, ὡσανεὶ ὅτι αὐτοῖς τοῖς πολλοῖς, καὶ οὐ καθ' αὐτὸ θεωρεῖται τὸ ἓν. Ἐπεὶ τοίνυν τὸ ἓν τὰ πάντα περιλαμβάνει, πάντων δὲ ποιητὴς ὁ Θεός ἐστι, καὶ ἐκ πάντων ὀνομάζεται ὡς αἴτιος ἐκ τῶν αἰτιατῶν, εἰκότως καὶ τῇ τοῦ ἑνὸς ἐπωνυμίᾳ ὑμνεῖται, ὃ δὴ καὶ ἐκ τοῦ ἀποστολικοῦ ῥητοῦ παρίστησι, πάντως διὰ τὴν ἀμέρειαν τῆς ἑνότητος, ὅτι καὶ τὸ ἓν ἀμερὲς, καὶ πάντα ἐν τῷ Θεῷ περιέχονται κατὰ τὴν τοῦ ἑνὸς εἰκόνα· ὅτι πάντα καὶ ἐν αὐτῷ περιέχονται, πλὴν ἐνταῦθα μὲν ὡς ἐν στοιχείῳ καὶ φύσει, ἐπὶ δὲ Θεοῦ ὡς ἐν αἰτίῳ ποιητικῷ καὶ ὑπεροχικῶς. Τῷ δὲ *ὑφ' ἧς* καὶ *ἐξ ἧς τὸ ἔστι* καὶ τὸ *συντέτακται* ἁρμοστέον· καὶ τῷ *δι' ἧς* καὶ *ἐν ᾗ* τὸ *μένει* καὶ *συνέχεται*· καὶ τῷ *εἰς ἣν* τὸ *ἀποπληροῦται* καὶ *ἐπιστρέφεται* ἀποδοτέον, εἰ καὶ ὁ πατὴρ ὑφ' ἓν τὰ ῥήματα ἔταξε. Καὶ οὐκ ἂν εὕροις τι τῶν ὄντων, ὃ μὴ ἐν τῷ ἑνὶ, καὶ

§ III. Superius quidem dixit, unum anticipare universa; modo autem illud confirmans ait: Nisi enim prius intelligatur unitas, verbi gratia, species hominum, sive natura, nemo dixerit, homines inter se conjunctos esse secundum eamdem naturæ rationem. Dicimus itaque, illa quæ conjuncta sunt, uniri secundum cujusque speciem præconceptam. Et rursum, species et multa ad unum genus reducta, describunt unum elementum aliquod, et principium illius generis cujus species exsistunt; verbi gratia equi, boves, homines, ad unum quodammodo animal reducuntur. Hoc autem dicit, non quod illa ante multa constituatur, ut Plato asserebat, ideam, inquam; sed quod in multis, etiam post multa, potius quis concipiens, ex **535** his unum aliquod multorum elementorum componat; noster enim conceptus dum multa in unam colligit naturam, quod utique fit post multa, tum istiusmodi unam naturam quasi unitam apprehendit, et hanc ita post multa contractam concipit pro multis, tanquam multorum constitutivam et complexivam. Si itaque unum tollatur, neque totum, neque pars exsistet, quæ utique etiam unite denominatur; his autem sublatis, nulla res exsistet. Unum ergo est omnia uniformiter, id est secundum unam et eamdem rationem; neque enim aliter totum et aliter pars quid unum dicitur, neque aliter hoc et aliter illud anticipavit, sed ne quis hinc opinaretur ideam quamdam ante multa, addit *comprehendit*, quod quodammodo illud unum non secundum se, sed in multis illis concipiatur. Cum itaque unum omnia complectatur, omnium vero creator sit Deus, et ex omnibus effectis ut causa nominetur, merito etiam unius nomine celebratur, quod etiam ex apostolico dicto probat, omnino, propter unitatis indivisibilitatem, unum etiam indivisum et omnia in Deo contineri secundum imaginem unius; quoniam omnia etiam in ipso continentur, verumtamen tanquam in elemento et natura, in Deo vero tanquam causa efficiente, et eminenter. Voculæ autem *a qua* et *ex qua* referri debent ad *sunt* et *componuntur; per quam* vero et *in qua*, ad *manent* et *continentur*; et *ad quam* ad *complentur* et *convertuntur*,

etsi Pater singillatim et simul verba collocarit. Neque quidquam reperies, quod non in uno etiam sit id quod est (sic enim per hyperbaton construi debet) et perficiatur, et conservetur, in quantum unum et divinitas superessentialiter, sicut etiam in aliis nominatur. Non absolute vero omni uno, secundum quod Deus unus et unum nuncupatur; hoc enim uno solo res exsistunt, et oportet etiam nos idcirco a multis, etiam divisis cognitionibus, ad unum, quod omnium causa est, converti quod etiam ante omne unum est, scilicet ante omnem naturam, et ante omnem multitudinem, scilicet omnem singillatim; hoc enim unum neque parvum, neque mediocre vocatur. Quin etiam, si audendum sit, neque pulchrum, neque bonum: hæc enim quodammodo affectiones sunt, et habitudines, et accidentia, ipsum vero hoc unum etiam supra hæc intelligitur; affectiones vero, ut parvum **536** et mediocre, etiam cum aliis, seu dependenter ab aliis, intelliguntur. Ergo unum illud simplex et expers affectionum, neque tanquam genus rerum ponendum (genera enim omnino dividuntur in species) neque punctum, neque proprie monas, illa enim connexionem habent cum sequentibus; hoc autem est simplicissimum. Sed neque illud unum ens aliquod statuendum est, sed entium principium, quoniam id quod est, essentia est, a verbo esse, Deus autem supraessentialis est, et supra id quod est; quocirca etiam supra omnem terminum, et supra omnem infinitatem exsistit, et illud ipsum esse definit, et unice causa est, id est eminenter et inimitabiliter, tam omnium rerum quam totorum omnium, scilicet integrorum; et simul etiam ante omnia et supra omnia tanquam causa. Ne itaque illud *simul* quibusdam contrarium videatur iis quæ a divina Scriptura dicta sunt, quod qualibet die hoc et illud creaverit et produxerit. *Simul* dixit, secundum virtutem creatoris; poterat etiam in momento temporis omnia producere, quemadmodum quoque magnus Chrysostomus de hac re sentit. Et supra ipsum unum Deus est, ut qui supra omnia eminet, et omne ens quid unum definit; nam id quod est unum, numeri manifestationem habet, cum alicui rei apponitur. Ergo unum in rebus, id est creaturis, positum, secundum numeri rationem ponitur; et idcirco quod unum est, ad numerum spectare dicit, sive id quod sub numerum cadit, unum est per oppositionem duorum vel trium. Talis autem numerus omnino aliquam substantiam participat; unum autem supersubstantiale secundum se quoque simplicissimum exsistit. Mirabiliter itaque numerorum naturam investigans subdit, divinitatem, quæ omnia superat, sive monas sive trias prædicetur, neque monadem qua monadem, neque triadem qua triadem, neque a nobis, neque ab aliis per numeros cognosci, sed supra omnem mentem et esse et nominari Deum: dicendo enim quod non est, intelligimus quid sit Deus. Ne igitur simpliciter audias illud, neque monas neque trias, sed il-

A ἔστι τοῦτο ὅπερ ἐστὶν, (οὕτω γὰρ συντακτέον καθ' ὑπερβατόν·) καὶ τελειοῦται, καὶ διασώζεται, καθ' ὃ ἓν καὶ ἡ θεότης ὑπερουσίως, ὡς καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ὀνομάζεται. Οὐκ ἀπολύτως δὲ παντὶ ἑνὶ, καθ' ὃ Θεὸς εἷς καὶ ἓν ὀνομάζεται· τούτῳ γὰρ μόνῳ τῷ ἑνὶ τὰ ὄντα ἐστὶ, καὶ χρὴ καὶ ἡμᾶς διὰ τοῦτο ἀπὸ τῶν πολλῶν καὶ ἐσκεδασμένων γνώσεων ἐπὶ τὸ πάντων αἴτιον ἓν ἐπιστρέφεσθαι, ὅπερ ἐστὶ καὶ πρὸ παντὸς ἑνὸς, δηλονότι πρὸ πάσης φύσεως, καὶ πρὸ παντὸς πλήθους, δηλονότι παντὸς τοῦ καθ' ἕκαστον· τοῦτο γὰρ τὸ ἓν οὔτε μικρὸν οὔτε μέτριον καλεῖται. Εἰ δὲ δεῖ καὶ τολμῆσαι, οὔτε καλὸν οὔτε ἀγαθόν· ταῦτα γὰρ πάθη πως οἷόν εἰσι καὶ σχέσεις, καὶ συμβεβηκότα, αὐτὸ δὲ τὸ ἓν καὶ ὑπὲρ ταῦτα νοεῖται· τὰ δὲ πάθη, ὡς τὸ μικρὸν καὶ τὸ μέτριον, καὶ σὺν ἄλλοις νοοῦνται. Τὸ οὖν B ἁπλοῦν καὶ ἀπαθὲς ἓν οὔτε ὡς γένος θετέον τῶν ὄντων, (τὰ γὰρ γένη διαιροῦνται εἰς τὰ εἴδη·) οὔτε στιγμὴν, οὔτε μονάδα κυρίως, σχέσιν γὰρ ἔχει ταῦτα πρὸς τὰ ἑφεξῆς· τὸ δέ ἐστιν ἁπλούστατον. Ἀλλ' οὔτε ὂν θετέον αὐτὸ τὸ ἕν, ἀλλ' ἀρχὴν ὄντων· καὶ τὸ ὂν γὰρ οὐσία ἐστὶν, ἀπὸ τοῦ *εἶναι*· ὁ δὲ Θεὸς ὑπερούσιος, καὶ ὑπὲρ τὸ ὄν, διὰ τοῦτο καὶ ὑπὲρ πάντα ὅρον, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἀοριστίαν ἐστὶ, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι ὁρίζει, καὶ αἴτιόν ἐστιν ἐνικῶς, δηλονότι ἐξαιρέτως καὶ ἀμιμήτως, καὶ πάντων τῶν ὄντων, καὶ ὅλων πάντων, δηλονότι ὁλοκλήρων· καὶ ἅμα καὶ πρὸ πάντων, καὶ ὑπὲρ πάντα ὡς αἴτιον. Μὴ γοῦν δόξῃ τισὶν ἐναντίον τὸ *ἅμα* πρὸς τὰ παρὰ τῆς θείας Γραφῆς εἰρημένα, ὅτι ἐν μιᾷ ἑκάστῃ ἡμέρᾳ τόδε τι ἐδημιούργησε καὶ ὑπέστησεν. *Ἅμα* εἶπε, κατὰ τὴν τοῦ ποιητοῦ δύναμιν· ἠδύνατο C γὰρ καὶ ἐν ἀκαριαίᾳ καιροῦ ῥοπῇ τὰ πάντα συστήσασθαι, καθὼς καὶ ὁ μέγας διαλαμπάνει περὶ τούτου Χρυσόστομος. Καὶ ὑπὲρ αὐτὸ τὸ ἓν ὁ Θεὸς, ὡς καὶ πάντα ὑπερέχων, καὶ πᾶν τὸ ὂν ἓν ὁρίζει· τὸ γὰρ ὂν ἓν ἀριθμοῦ δήλωσιν ἔχει ἐπί τινος ὄντος ταττόμενον. Ἐπὶ τῶν ὄντων τοίνυν, τουτέστι τῶν κτισμάτων, τὸ ἓν τιθέμενον, κατὰ ἀριθμοῦ ἔννοιαν τίθεται· καὶ διὰ τοῦτο τὸ ὂν ἓν ἐναρίθμον λέγει, δηλονότι τὸ ἓν καὶ ὑποπίπτον τῷ ἀριθμῷ ἓν ἐστιν ἀντιδιαστελλόμενον πρὸς τὰ δύο ἢ τὰ τρία. Ὁ δὲ τοιοῦτος ἀριθμὸς πάντως οὐσίας μετέχει τινός· τὸ δὲ ὑπερούσιον ἓν καθ' αὐτὸ καὶ ἁπλούστατόν ἐστι. Θαυμασίως οὖν τὰ περὶ ἀριθμῶν φυσιολογήσας, ἐπάγει, ὅτι, κἂν καὶ μονὰς κἂν τριὰς ὑμνοῖτο ἡ ὑπὲρ πάντα θεότης, οὔτε μονὰς D ἅτε μονὰς, οὔτε τριὰς ἅτε τριὰς ἐστιν, ἢ παρ' ἡμῶν δι' ἀριθμῶν γνωριζομένη ἢ παρ' ἑτέρου, ἀλλ' ὑπὲρ πάντα νοῦν καὶ ἔστι καὶ ὀνομάζεται ὁ Θεός· διὰ γὰρ τοῦ εἰπεῖν ὅπερ οὐκ ἔστι, νοοῦμεν ὅ τι ἐστὶν ὁ Θεός. Μὴ τοίνυν ἁπλῶς τὸ, Οὐκ ἔστι μονὰς ἢ τριὰς, ἐξακούσῃς, ἀλλὰ πρὸς τῇ *διεγνωσμένῃ* σύνταξον τὸ *οὐκ ἔστιν*· οὐ γὰρ ἀνελεῖν τὰ τῆς τοιαύτης ὁμολογίας, ἀλλὰ τὸ ἀνεξιχνίαστον ὁ λόγος βούλεται διδάξαι. Τὸ γοῦν *ὑπερηνωμένον* φησὶ δηλοῦσθαι ἐκ τῆς ὀνομασίας τῆς μονάδος, τὸ δὲ θεόγονον ἐκ τῆς ὀνομασίας τῆς τριάδος· ἵνα γὰρ παραστῇ τῶν ἀνεκλαλήτων ὑποστάσεων ἡ προσκυνητὴ ἔκφανσις, ὁ ἀριθμὸς ἐπενοήθη, καθὰ καὶ Βασίλειος καὶ Γρηγόριος οἱ θεῖοι λέγουσι. Γόνιμον δὲ τὸν Πατέρα ὠνόμασεν, ἅτε προσκυνητοῦ Υἱοῦ Πατέρα, καὶ τοῦ συμπροσκυνητοῦ αὐτῷ Πνεύ-

ματος πηγὴν καὶ ἀρχὴν καὶ αἰτίαν. Γονιμότης δὲ ἡ ἑνότης, ἢ ἕτερόν τι ὄνομα τῶν συνεγνωσμένων ἢ ἀνθρώποις, ἢ καὶ αὐταῖς ταῖς νοηταῖς δυνάμεσιν, οὐκ ἂν παραστήσειε τρανῶς τὰ ὦ, εἰσὶν ἐκ πάντων ἀποκεκρυμμένα τοῦ Θεοῦ. Πῶς γὰρ δυνατὸν ὀνομάσαι ἀπό τινος τῶν ὄντων τὸν Θεὸν, μηδὲν τῶν πάντων ὄντα, καὶ ὑπὲρ τὰ πάντα ὄντα; Καὶ τί λέγω περὶ τῶν ἄλλων ὀνομάτων, ὅπου καὶ αὐτὸ τὸ σεπτότατον ὄνομα ἡ ἀγαθότης οὐκ οἰκεῖον κυρίως Θεῷ; οἱ γὰρ θεολόγοι διὰ τὸ ὅλως νοεῖν τι καὶ λέγειν περὶ Θεοῦ, τῷ περὶ αὐτὸν πόθῳ κατεχόμενοι, τὸ τῆς ἀγαθότητος ὄνομα ἐπέβαλον τῷ Θεῷ, ἀλλὰ κυρίως καὶ ὑπεράγαθός ἐστι καὶ ὑπερούσιος ὁ Θεός. Αἱ δὲ ἀποφάσεις, ἤτοι ἀρνήσεις καὶ στερήσεις, ἐπὶ Θεοῦ οὐχ ἁπλῶς εἴρηνται τοῖς θεολόγοις· οὐ γὰρ ὡς λέγονται νοοῦνται, ἀλλ' ὑπεραναβεβηκότως θεωροῦνται. Τὸ γὰρ ἀθάνατος, καὶ ἀόρατος, καὶ ἀνενδεής, καὶ τὰ τοιαῦτα, οὐκ ἄν τις, σοφίας μετέχων, δημωδέστερον ἀπολάβοι, ἀλλὰ τῶν δηλουμένων ἐξιστάμενος, ἐπὶ τὰς σεσιγημένας καὶ θειοτέρας ἐννοίας ἀνανεύσειε· διὸ καὶ νοητὰς θεωνυμίας ἐφεξῆς καλῶς αὐτὰς προσαγορεύει. Ἐξισταμένη γὰρ ἡ ψυχὴ τῶν σωματικῶν ἁπασῶν αἰσθήσεων καὶ κοσμικῶν, (ταύτας γὰρ συμφύλους φησίν·) οὕτω συνάπτεται τῷ ἀκραιφνεῖ τῆς γνώσεως τοῦ Θεοῦ, καθ' ὅσον δυνατόν ἐστιν ἀνθρωπίνῃ φύσει, ὡς καὶ ὁ Ἀπόστολος αἰνίττεται, λέγων· *Καὶ οὕτω πάντοτε σὺν Κυρίῳ ἐσόμεθα*· καὶ πάλιν *Νῦν ὡς ἐν αἰνίγματι καὶ ἐν ἐσόπτρῳ ὁρῶμεν, τότε δὲ πρόσωπον πρὸς πρόσωπον ὀψόμεθα.*

A lud : *Non est* construe cum διεγνωσμένῃ seu voce *cognita*, sermo enim non vult condemnare quæ ita pro confesso habentur, sed Deum esse inuvestigabilem docet. Illud itaque : *Supra quam unitum* ait significari ex nomine **537** unitatis, divinam vero fecunditatem ex nomine trinitatis; ut enim adoranda ineffabilium personarum manifestatio repræsentaretur, numerus excogitatus est, sicut divi Basilius et Gregorius aiunt. Patrem autem fecundum appellavit, tanquam adorandi Filii genitorem, et simul cum ipso adorandi Spiritus sancti fontem, ac principium et causam. Fecunditas autem unitasve, aut aliud aliquod nomen, hominibus aut etiam ipsismet intellectilibus virtutibus notum, non posset clare exhibere Dei abscondita prout sunt. Quomodo enim Deus, qui nihil rerum est, B sed supra res omnes, ex re aliqua nomen accipere possit? Et quid dico de aliis nominibus, cum etiam ipsummet augustissimum nomen bonitatis non sit proprie Deo proprium? Theologi enim, ut aliquid omnino intelligerent et de Deo dicerent, ipsius desiderio correpti, nomen bonitatis Deo imposuerunt, quamvis proprie Deus sit supra bonitatem, et supra essentiam. Ἀποφάσεις vero, sive negationes et privationes, in Deo non simpliciter a theologis dicuntur; non enim sicut dicuntur ita intelliguntur, sed modo transcendentali considerantur. Nam immortalis, et invisibilis, et nullius indigus, et similia, nemo, qui compos sit sapientiæ, modo vulgari accipiet, sed a rebus quæ significantur recedens, ad tacitas et diviniores cogitationes, suscipiet; propter quod etiam intellectiles Dei denominationes deinceps recte ipsas appellat. Nam anima ubi corporeis omnibus sensibus et rebus mundanis se abdicarit (has enim familiares vocat), tantum purissimæ Dei cognitioni, quantum naturæ humanæ licet, conjungitur, sicut Apostolus insinuat, dicens : *Et sic semper cum Domino erimus* [n]; et iterum : *Videmus nunc per speculum et in ænigmate, tunc autem facie ad faciem videbimus* [o].

§ IV. Ταύτας ἡμεῖς τὰς νοητὰς θεωνυμίας, ὡς ἐφικτὸν, ἀνεπτύξαμεν, οὐχ ὑψηλοτέρως, ὀλονότι οὐχ ὑψηλοτέρως, ἀλλὰ κατὰ τὸ γράμμα ἀποδεδώκαμεν ταπεινοτέρως, μὴ μόνον τῶν ἀγγέλων, ὁ γὰρ τούτων κατώτατος μείζων πάντων τῶν ἐν τῇ Ἐκκλησίᾳ θεολόγων ἐστί· μὴ μόνον τῶν θεολόγων, ὧν τε συνοπαδῶν λέγει, οἱονεὶ μαθητῶν, καὶ ὧν ἀσκητῶν, δηλονότι τῶν τὰς ἐλλάμψεις τὰς θείας κτησαμένων δι' ἀσκήσεως, καὶ οὐ δι' ὁράσεως, κατὰ τοὺς ἀποστόλους· μὴ μόνον γοῦν ἐσχάτως καὶ ταπεινοτέρως τούτων εἴπομεν, ἀλλὰ καὶ αὐτῶν τῶν ὁμοταγῶν ἡμῖν. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ ἑξῆς μετριάζων ἁγιοπρεπῶς ὁ πατὴρ φησιν. Ὥστε, εἰ μέν τινος κατεστοχασάμεθα, χάρις τῷ αἰτίῳ τῶν πάντων ἀγαθῶν Θεῷ, τῷ δωρουμένῳ καὶ τὸ λέγειν καὶ τὸ εὖ λέγειν. Εἰ γοῦν κατωρθώσαμέν τι, καὶ ἔτι διδάσκομεν, ὅτι, κἂν ἕτεραι ὁμοδύναμοι θεωνυμίαι ἐν τῇ Γραφῇ εὑρεθῶσι, χρὴ καὶ ταύτας κατὰ τὰς αὐτὰς ἐκφαντορικὰς μεθόδους προσυπακούειν. Εἰ δὲ οὐκ ὀρθῶς ἔχει, καὶ διὰ τοῦτο τῆς ἀληθείας ὁλικῶς ἀπεπλανήθημεν, ἢ ἀτελῶς, καὶ διὰ τοῦτο μερικῶς ἡμάρτομεν, εἴη ἂν τῆς σῆς φιλανθρωπίας, θεῖε Τιμόθεε, ἐπανορθώσασθαι τὸν ἀκουσίως ἀγνοοῦντα καὶ μαθεῖν δεόμενον, καὶ

C § IV. Hæc nos divina nomina, quoad licuit, explicuimus, videlicet non sublimius, sed secundum litteram humilius tradidimus non solum angelis, nam infimus etiam horum major est omnibus Ecclesiæ theologis; non solum theologis, inquit, consodalibus et quasi discipulis, et ascetis, qui scilicet divinas illustrationes exercitio, et non per visiones, acceperunt, ut apostoli. Non solum itaque his simplicius et humilius diximus, verum etiam ipsismet æqualibus nostris. Hæc vero, et quæ sequuntur, ut sanctum decet, hic Pater dixit studio modestiæ. Itaque, **538** si quidem recte quid conjecimus, gratia sit Deo bonorum omnium auctori, qui dedit ut diceremus, et bene diceremus. Si quid itaque recte diximus, vel adhuc docemus, et si quid eorum, quæ D his æquivalent, nominum divinorum in Scripturis reperiatur, oportet etiam hæc secundum easdem explicandi rationes subintelligere. Sin vero hæc minus recte se habeant, atque adeo a veritate vel omnino vel ex parte aberravimus, erit humanitatis tuæ, divine Timothee, corrigere non sponte ignorantem, et discere cupientem, et infirmitatem meam

[n] I Thess. IV, 16. [o] I Cor. XIII, 12.

adjuvare, curareque nolentem ægrotare. Atque item tuæ humanitatis erit, ea quæ a te ipso habes, vel ab altero didicisti, omnia autem a Deo accepisti, in nos etiam derivare. Neque pigeat ex parte etiam hoc nos beneficio afficere, cum et nos, si quid cognovimus, non intra nos continuimus, verum etiam communicavimus, et communicabimus, prout habemus et proferre possumus, ac vos audire. Hoc enim proprium est humanitatis, ut in nulla re sanctorum traditionem violemus, nisi forte vel ad intelligendum vel ad eloquendum imbecilliores exsistimus. Sed hæc quidem, ut Deo placet, sic habeant, et dicta sint, quæ a nobis dicenda erant. Modo vero finis sit hujus operis, et ad aliud transeamus. Observa autem, ipsum dicere *Symbolicam theologiam*, quæ hactenus non prodiit. Quod si velis differentiam nosse theologicæ informationis et symbolicæ theologiæ, lege caput tertium sermonis *De mystica theologia*, de quo etiam nos, Deo dante, suo tempore dicemus.

A βοηθῆσαι τῷ ἀσθενεῖ ἐμοί, καὶ ἰάσασθαι τὸν οὐκ ἐθέλοντα ἀῤῥωστεῖν. Καὶ πάλιν τῆς σῆς φιλανθρωπίας εἴη, τὸ τὰ μὲν παρ' ἑαυτοῦ ἔχοντα, τὰ δὲ παρ' ἑτέρων μανθάνοντα, πάντα δὲ πάντως ἐκ τοῦ Θεοῦ λαμβάνοντα, καὶ εἰς ἡμᾶς διαβιβάσαι. Μὴ γοῦν ἀποκάμῃς ἐκ μέρους καὶ αὐτὸς εὐεργετῶν ἡμᾶς, ἐπεὶ καὶ ἡμεῖς, εἴ τι ἂν εἰς γνῶσιν εἴχομεν, οὐκ ἔσχομεν παρ' ἑαυτοῖς, ἀλλὰ καὶ μεταδεδώκαμεν, καὶ μεταδώσομεν, καθὼς ἔχομεν καὶ ἡμεῖς δυνάμεως λέγειν, καὶ οἱ ἀκούοντες ἀκούειν. Τοῦτο γὰρ φιλανθρωπίας ἴδιον κατ' οὐδὲν τὴν τῶν ἁγίων ἀδικοῦντες παράδοσιν, εἰ μὴ ἄρα οὐ δυνησόμεθα, ἀλλ' ἢ κατὰ νοῦν ἀσθενεῖς φανῶμεν, ἢ κατὰ λόγον. Ἀλλὰ τὰ μετὰ ταῦτα, ὡς τῷ Θεῷ φίλον, οὕτως ἐχέτω, καὶ οὕτω λεγέσθω τὰ ἐπαγγελλόμενα λέγεσθαι παρ' ἡμῶν. Νῦν δὲ ἔστω πέρας τῇ τοιαύτῃ πραγματείᾳ, καὶ ἐφ' ἑτέραν μεταβησόμεθα. Σημείωσαι δὲ, ὅτι *Συμβολικὴν θεολογίαν* λέγει, τέως μὴ φερομένην. Εἰ δὲ βούλει τὴν διαφορὰν εἰδέναι τῆς θεολογικῆς ὑποτυπώσεως, καὶ τῆς συμβολικῆς θεολογίας, ἀνάγνωθι τὸ τρίτον κεφάλαιον τοῦ περὶ *Μυστικῆς θεολογίας* λόγου, περὶ οὗ καὶ ἡμεῖς, Θεοῦ διδόντος, κατὰ καιρὸν λέξομεν.

B

ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ

# ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΡΕΟΠΑΓΙΤΟΥ

ΠΕΡΙ

# ΜΥΣΤΙΚΗΣ ΘΕΟΛΟΓΙΑΣ

*ΠΡΟΣ ΤΙΜΟΘΕΟΝ*

—

SANCTI

# DIONYSII AREOPAGITÆ

DE

# MYSTICA THEOLOGIA

AD TIMOTHEUM

Interprete Balthasare Corderio, Societatis Jesu doctore theologo.

—

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α'.

*Τίς ὁ θεῖος γνόφος.*

A

## CAPUT I.

*Quænam sit divina caligo.*

SYNOPSIS CAPITIS.

I. *Invocata SS. Trinitate, docet, ad mysticam contemplationem, nostri rerumque omnium abdicatione assurgendum esse.* II. *Ostendit quomodo in divinis procedendum sit per affirmationes et negationes.* III. *Quæ sit compendiosa et prolixa theologia. Quæ item caligo sit, et quomodo ad eam ingrediendum.*

**539** § I.

Τριὰς ὑπερούσιε, καὶ ὑπέρθεε, καὶ ὑπεράγαθε, τῆς Χριστιανῶν ἔφορε θεοσοφίας, ἴθυνον ἡμᾶς ἐπὶ τὴν τῶν μυστικῶν λογίων ὑπεράγνωστον, καὶ ὑπερφαῆ καὶ ἀκροτάτην κορυφήν, ἔνθα τὰ ἁπλᾶ, καὶ ἀπόλυτα, καὶ ἄτρεπτα τῆς θεολογίας μυστήρια, κατὰ τὸν ὑπέρφωτον ἐγκεκάλυπται [71] τῆς κρυφιομύστου σιγῆς γνόφον, ἐν τῷ σκοτεινοτάτῳ τὸ ὑπερφανέστατον ὑπερλάμποντα, καὶ ἐν τῷ πάμπαν ἀναφεῖ καὶ ἀοράτῳ τῶν ὑπερκάλων ἀγλαΐων ὑπερπληροῦντα τοὺς ἀνομμάτους νόας. Ἐμοὶ μὲν οὖν ταῦτα ηὔχθω· σὺ δὲ [72], ὦ φίλε Τιμόθεε, τῇ περὶ τὰ μυστικὰ θεάματα συντόνῳ διατριβῇ καὶ τὰς αἰσθήσεις ἀπόλειπε, καὶ τὰς νοερὰς ἐνεργείας [73], καὶ πάντα αἰσθητὰ καὶ νοητά, καὶ πάντα οὐκ ὄντα καὶ ὄντα, καὶ πρὸς τὴν ἕνωσιν, ὡς ἐφικτόν, ἀγνώστως ἀνατάθητι τοῦ ὑπὲρ πᾶσαν οὐσίαν καὶ γνῶσιν· τῇ γὰρ ἑαυτοῦ καὶ πάντων ἀσχέτῳ

Trinitas supernaturalis, et supraquam divina et supraquam bona theosophiæ Christianorum præses, dirige nos ad mysticorum oraculorum plus quam indemonstrabile, et plus quam lucens et summum fastigium, ubi simplicia, et absoluta, et immutabilia theo- B logiæ mysteria, aperiuntur in caligine plus quam lucente silentii arcana docentis, quæ in obscuritate tenebricosissima plusquam clarissime superlucet, et in omnimoda intangibilitate atque invisibilitate, præpulchris splendoribus mentes oculis captas superadimplet. **540** Hæc quidem mea sint vota; tu vero, chare Timothee, in mysticis contemplationibus, intenta exercitatione, et sensus relinque, et intellectuales operationes, et sensibilia, et intelligibilia omnia, et ea quæ sunt et quæ non sunt universa, ut ad unionem ejus, qui supra essentiam et scien-

VARIÆ LECTIONES.

[71] ἐκκαλύπτεται, ita Cyparissiotus. [72] γάρ. [73] αἰσθητὰς ἐνεργείας, Ch.

tiam est, quantum fas est, indemonstrabiliter assurgas; siquidem per liberam et absolutam, et puram tui ipsius a rebus omnibus avocationem, ad supernaturalem illum caliginis divinæ radium, detractis omnibus et a cunctis expeditus, eveheris.

A καὶ ἀπολύτῳ καθαρῶς ἐκστάσει πρὸς τὴν ὑπερούσιον τοῦ θείου σκότους ἀκτῖνα, πάντα ἀφελὼν καὶ ἐκ πάντων ἀπολυθεὶς, ἀναχθήσῃ.

## § II.

Hæc autem vide, ne quis audiat rudiorum; istos dico, qui rebus (naturalibus) adhærescunt, et nihil ultra naturalia supernaturaliter esse imaginantur, quinimo arbitrantur sua cognitione nosse eum, *qui posuit tenebras latibulum suum* P. Quod si supra captum horum sint divinorum mysteriorum institutiones; quid dixerit quis de illis qui magis rudes sunt, qui summam causam omnium, ex iis quæ in B natura rerum extrema sunt designant, nihilque aiunt eam antecellere impiis multarum formarum imaginibus, quas ipsi fingunt, cum oporteret in ea, ut omnium causa, omnes entium affirmationes statuere ac de ea affirmare; quin illas ipsas omnes de ea magis proprie negare, tanquam supra omnia superexsistente, nec existimare negationes affirmationibus esse contrarias, sed ipsam multo priorem et superiorem privationibus esse supra omnem et ablationem, et positionem.

Τούτων δὲ ὅρα, ὅπως μηδεὶς τῶν ἀμυήτων ἐπακούσῃ· τούτους δέ φημι τοὺς ἐν τοῖς οὖσιν ἐνισχημένους, καὶ οὐδὲν ὑπὲρ τὰ ὄντα ὑπερουσίως εἶναι φανταζομένους, ἀλλ' οἰομένους εἰδέναι τῇ καθ' αὐτοὺς [74] γνώσει τὸν θέμενον σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ. Εἰ δὲ ὑπὲρ τούτους εἰσὶν αἱ θεῖαι μυσταγωγίαι, τί ἄν τις φαίη περὶ τῶν μᾶλλον ἀμύστων, ὅσοι τὴν πάντων ὑπερκειμένην αἰτίαν καὶ ἐκ τῶν ἐν τοῖς οὖσιν ἐσχάτων χαρακτηρίζουσιν, καὶ οὐδὲν αὐτὴν ὑπερέχειν φασὶ τῶν πλαττομένων αὐτοῖς ἀθέων καὶ πολυειδῶν μορφωμάτων, δέον ἐπ' αὐτῇ καὶ πάσας τὰς τῶν ὄντων τιθέναι [75] καὶ καταφάσκειν θέσεις, ὡς πάντων αἰτίᾳ, καὶ πάσας αὐτὰς κυριώτερον ἀποφάσκειν, ὡς ὑπὲρ πάντα ὑπερούσῃ, καὶ μὴ οἴεσθαι τὰς ἀποφάσεις ἀντικειμένας εἶναι ταῖς καταφάσεσιν, ἀλλὰ πολὺ πρότερον αὐτὴν ὑπὲρ τὰς στερήσεις εἶναι τὴν ὑπὲρ πᾶσαν καὶ ἀφαίρεσιν καὶ θέσιν;

## § III.

Hac utique ratione divus Bartholomæus ait et copiosam esse theologiam, et minimam, atque Evangelium amplum et magnum, et rursus concisum. Illud, ut mihi videtur, eximie intelligens, quod benigna omnium causa sit et multiloqua, et breviloqua simul atque nullius sermonis, utpote cujus neque dictio neque intelligentia sit, quia cunctis creatis superessentialiter supereminet, et absque operimentis ac vere ostenditur solis iis, qui cuncta quæ impura, quæque pura sunt, pertranseunt, omnemque omnium sanctorum fastigiorum ascensum transcendunt, et omnia divina lumina, et sonos, et sermones cœlestes relinquunt, et in caliginem absorbentur, ubi vere est, sicut ait Scriptura, qui est ultra omnia. Non enim temere divinus Moyses expiari primum ipse jubetur, ac deinde a non expiatis segregari, et post omnem expiationem **541** audit multisonas tubas, cernitque multa lumina, D puros ac multiplices radios jacentia: postmodum a multitudine separatur, et cum electis sacerdotibus ad summum fastigium divinorum ascensuum pertingit q. Sed hactenus nondum versatur cum ipso Deo, nec eum videt (inaspectabilis enim est), sed locum ubi stetit r. Hoc autem existimo significare, divinissima et summa eorum quæ cernuntur et intelliguntur, rationes quasdam esse quæ subjiciant

Οὕτω γοῦν ὁ θεῖος Βαρθολομαῖός [76] φησι, καὶ πολλὴν τὴν θεολογίαν εἶναι καὶ ἐλαχίστην· καὶ τὸ Εὐαγγέλιον πλατὺ καὶ μέγα, καὶ αὖθις συντετμημένον. C Ἐμοὶ δοκεῖ [77] ἐκεῖνο ὑπερφυῶς ἐννοήσας, ὅτι καὶ πολύλογός ἐστιν ἡ ἀγαθὴ πάντων αἰτία, καὶ βραχύλεκτος ἅμα καὶ ἄλογος, ὡς οὔτε λόγον οὔτε νόησιν ἔχουσα, διὰ τὸ πάντων αὐτὴν ὑπερουσίως ὑπερκειμένην εἶναι, καὶ μόνοις ἀπερικαλύπτως, καὶ ἀληθῶς ἐκφαινομένην τοῖς καὶ τὰ ἐναγῆ πάντα καὶ τὰ καθαρὰ διαβαίνουσι, καὶ πᾶσαν πασῶν ἁγίων ἀκροτήτων ἀνάβασιν ὑπερβαίνουσι, καὶ πάντα θεῖα [78] φῶτα, καὶ ἤχους, καὶ λόγους οὐρανίους ἀπολιμπάνουσι, καὶ εἰς τὸν γνόφον εἰσδυομένοις, οὗ ὄντως ἐστὶν, ὡς τὰ λόγιά φησιν, ὁ πάντων ἐπέκεινα. Καὶ γὰρ οὐχ ἁπλῶς ὁ θεῖος Μωϋσῆς ἀποκαθαρθῆναι πρῶτον αὐτὸς κελεύεται [79], καὶ αὖθις τῶν μὴ τοιούτων ἀφορισθῆναι, καὶ μετὰ πᾶσαν ἀποκάθαρσιν ἀκούει τῶν πολυφώνων σαλπίγγων, [80] ὁρᾷ φῶτα πολλὰ, καθαρὰς ἀπαστράπτοντα [81] καὶ πολυχύτους ἀκτῖνας· εἶτα τῶν πολλῶν ἀφώρισται, καὶ κατὰ [82] τῶν ἐγκρίτων [83] ἱερέων ἐπὶ τὴν ἀκρότητα τῶν θείων ἀναβάσεων φθάνει. Κἀν τούτοις αὐτῷ μὲν οὐ συγγίνεται τῷ Θεῷ, θεωρεῖ δὲ οὐκ αὐτὸν (ἀθέατος γάρ·) ἀλλὰ τὸν τόπον οὗ ἔστι [84]. Τοῦτο δὲ οἶμαι σημαίνειν [85] τὸ τὰ θειότατα καὶ ἀκρότατα τῶν ὁρωμένων καὶ νοουμένων ὑποθετικούς τινας εἶναι λόγους τῶν ὑποβεβλημένων τῷ πάντα ὑπερέ-

P Psal. xvii. 12. q Exod. xix. r Exod. xxxiii.

### VARIÆ LECTIONES.

[74] οἰομένους εἶναι, Ch. κατ' αὐτούς, D. καθ' ἑαυτούς, S. [75] τεθεῖναι, S. [76] Βαρτολομαῖος, D. [77] δοκεῖν, D. [78] πάντα τὰ θεῖα, S. P. [79] παρακελεύεται, S. [80] καὶ. [81] ἀστράπτοντα, S. [82] μετά. [83] ἐγκρίτων, S. P. [84] ἔστη, S P. D. Sc. [85] σημαίνει.

χοντι, δι' ὧν ἡ ὑπὲρ πᾶσαν ἐπίνοιαν αὐτοῦ παρουσία δείκνυται, ταῖς νοηταῖς ἀκρότησι τῶν ἀγιωτάτων αὐτοῦ τόπων ἐπιβατεύουσα· καὶ τότε καὶ αὐτῶν ἀπολύεται τῶν ὁρωμένων καὶ τῶν ὁρώντων, καὶ εἰς τὸν γνόφον τῆς ἀγνωσίας εἰσδύνει τὸν ὄντως μυστικὸν, καθ' ὃν ἀπομυεῖ [86] πάσας τὰς γνωστικὰς [87] ἀντιλήψεις, καὶ ἐν τῷ πάμπαν ἀναφεῖ καὶ ἀοράτῳ γίγνεται, πᾶς ὢν τοῦ πάντων ἐπέκεινα, καὶ οὐδενὸς οὔτε ἑαυτοῦ οὔτε ἑτέρου [88], τῷ παντελῶς δὲ ἀγνώστῳ τῆς πάσης γνώσεως [89] ἀνενεργησίᾳ, κατὰ τὸ κρεῖττον ἑνούμενος, καὶ τῷ μηδὲν γινώσκειν, ὑπὲρ νοῦν γινώσκων.

A menti illa, quæ sunt subjecta ei, qui universis antecellit; quibus præsentia ipsius, quæ omnem cogitationem mentis vincit declaratur, insistens tanquam in vestigiis summis intellectibilibus locorum ejus sanctissimorum; ac tunc ab iis ipsis quæ videntur, et ab iis quæ vident, absolutus et expeditus, in caliginem vere mysticam incognoscibilitatis ingreditur, in qua omnes scientificas apprehensiones excludit, et in omnimode intactili et invisibili hæret, totus exsistens ipsius qui est ultra omnia; neque ullius, neque suus, neque alterius, cum eo autem qui est penitus incognoscibilis, per vacationem omnis cognitionis, secundum meliorem partem copulatus, et eo ipso quod nihil cognoscit, supra mentem cognoscens.

—

## ADNOTATIONES CORDERII.

Cum theologia mystica (ut Isagoges cap. 11, ostendimus) sit ordinis supernaturalis, et naturalem captum penitus transcendentis, S. Dionysius sacrosancte, uti par est, ad eamdem se comparat per orationem, et sanctissimæ Trinitatis invocationem; sciebat quippe vir sanctissimus, theologiæ hujus disciplinam marte conatuve proprio minime acquiri, nedum tradi posse; sed summo ac singulari supremi Numinis beneficio acceptam referri, atque ex ejusdem instinctu atque inspiratione tractari, solisque tanti doni capacibus communicari debere. Quapropter non, sicut in aliis theologiæ partibus fieri assolet, simpliciter lumen aliquod, quo illustretur, expostulat; sed illam ipsammet theologiæ ipsius mysticæ gratiam maximeque insignem prærogativam, qua ad supremum ejus apicem perducatur. Id enim discriminis intercedit inter hanc et alias theologicas disciplinas, quod in aliis minime necessarium sit eorum quæ tractantur experimentum, seu ipsa possessio, sed tantum lumen aliquod, quo intellectus naturam proprietatesque objecti suo modo agnoscat ac perscrutetur; at mystica theologia, ipsa intra se objectum suum intime complectitur, Deum videlicet, atque intima cum Deo unione subsistit ac completur, quæ pura et ardenti in Deum conversione obtinetur, quam non nisi divina gratia præstare potest. Hanc ergo cum Deo conjunctionem in ipso hujus libri limine sibi apprecatur, nec non precando simul huic operi præfatur. Ubi observandum est, deprecatoriam hancce præfationem, totius hujus libelli epitomen complecti, et sub obscuram esse, prout rei obscuræ summam decet. Cæterum quæ hic obscure ac strictim indicat, toto deinceps libello nonnihil fusius extendit, atque particularius exponit.

Recte autem observat Pachymeres, præfatiunculam hanc precatoriam, ut in mystico instituto est, modo mystico terminisque mysticis esse compositam, nempe ex verbis compositis per ὑπέρ, quæ quasi propriæ quædam mysticæ theologiæ formulæ exsistunt. Unde statim in exordio SS. Trinitatem invocans, non quid ipsa sit, sed quid non sit, vel potius supra quæ sit exponit, dicens:

**542** § 1. *Trinitas supernaturalis*, etc. Nota Trinitatem non vocari supernaturalem, quasi sit supra naturam Dei, cum illi essentiale et maxime naturale sit, esse fecundam, et unam eamdemque in tribus distinctis personis exsistere; sed dicitur supernaturalis respectu nostri et angelorum, omnisque substantiæ creatæ, quia nullis naturæ viribus attingi, nec ex ulla notione naturaliter, sine Dei revelatione cognosci ullo modo potest, uti S. Thomas parte 1, quæst. 32, articulo 1, et seq. docet. Similiter dicitur *supraquam divina*, *supraquam bona*, id est supra divinitatem et supra bonitatem quovis creato intellectu conceptibilem. Dicitur autem SS. Trinitas *theosophiæ Christianorum præses*, quia soli Christiani mysterium Trinitatis atque individuæ unitatis agnoscunt per fidem, et venerantur per religionem, quæ divina prorsus sapientia est, et vita æterna, de qua Christus ipse dicit: *Hæc est autem vita æterna, ut cognoscant te, solum Deum verum, et quem misisti Jesum Christum* [a]. Nunc quidem hoc Christiani assequuntur in fide, quasi in semine, postmodum autem in gloria, tanquam in fructu, quo beati plene satiantur. Pulchre ad hoc propositum Gregorius theologus in Oratione *De constituendis episcopis*, « Si, inquit, consequi possem, ut hic perfectam universorum scientiam haberem, quid mihi reliquum esset? quid sperarem? Regnum cœlorum plane, dicturus es. Arbitror autem, nihil aliud esse hoc, quam adipisci quod purissimum et perfectissimum est. Perfectius autem ex omnibus quæ sunt, cognitio Dei est. Sed hanc quidem partim teneamus, partim vero pergamus ut comprehendamus, quandiu super terram sumus; partim in futurum reservemus, ut illinc hunc fructum laboris habeamus, splendorem scilicet totius sanctæ Trinitatis, quicunque est, et qualis, et quantus, si fas est dicere. » Hanc ergo sanctam Trinitatem invocans ait: *Dirige nos ad mysticorum oraculorum plusquam indemonstrabile, et plusquam lucens, ac summum fastigium.* Merito sane divinam petit directionem, cum mystica theologia sit ordinis naturam transcendentis, utpote ad quam non humana industria, sed sola dignatione divina perveniatur. Igitur *non volentis neque currentis, sed miserentis est Dei* [b]. Atque adeo perquam docte vocat *plusquam indemonstrabile, et plusquam lucens fastigium* ejus; siquidem nulla ratiocinatione aut demonstratione (quæ, secundum philosophum scientiam parit) in ejus notionem devenitur, sed solo fidei lumine supernaturali, aut peculiari revelatione. Quare sanctam Trinitatem (quæ mysticæ theologiæ summum est fastigium) significanter Græce ὑπεράγνωστον appellat, quia quid ipsa sit, non solum ita est indemonstrabile et ignotum, sicut nos intelligere possumus in creaturis aliquid esse ignotum, sed est plusquam indemonstrabile, et supra quam ignotum; quia non possumus naturaliter videre Deum, nec ex ullis creaturis possumus haurire ullam cognitionem, quæ my-

[a] Joan. xvii, 3. [b] Rom. ix, 16.

## VARIÆ LECTIONES.

[86] ἀπομύει, S P. D. Scr. [87] μυστικάς, Ch. [88] τοῦ ἑτέρου, S. [89] τῇ πάσης γνώσεως, D.

sterium sanctissimæ Trinitatis nobis declaret, cum econtra omnis cognitio, quam habemus ex creaturis, videatur potius ostendere, hoc mysterium esse impossibile. Quare etsi hoc mysterium non sit contra rationem, (ut aliqui falso dixerunt; quia quidquid veritati contrariatur, non debet dici ratio, sed error;) est tamen supra omnem rationem naturalem, ita ut, seclusa revelatione, nunquam possit nobis, tanquam positive probabile, venire in mentem, hoc mysterium esse possibile, quia nihil est unde eam cognitionem possimus concipere, uti passim theologi in parte I, quæst. 32, docent. Simul tamen recte dicitur hoc mysterium *supraquam lucens;* quia ubi lumen rationis cæcutit et deficit, ibi lumen fidei acutius rutilat credendo, quam quælibet logica vel mathematica ratiocinatio demonstrando, quippe lumen supernaturale atque infallibile, quod falli non potest, nec fallere; unde licet nullam pariat evidentiam, habet tamen certitudinem qualibet evidentia majorem. Possunt hæc etiam de illa revelatione accipi, quæ claritatem habeat ex revelante, *ubi simplicia et absoluta,* id est ea quæ nude sicuti sunt, sine symbolicis integumentis, et sine parabolis, ac sine verbis, quæ explicatione indigent, intelliguntur et videntur, Deo aperiente mysteria, quæ sic ostensa et revelata, non possunt postea sermone expromi, sicut S. Paulus Dionysii institutor, de hujusmodi visione ac revelatione mysteriorum simplici et absoluta, id est nuda et aperta, remotis symbolis et verbis explicatione indigentibus, in raptu illo suo scripsit: *Quæ non licet,* inquit, *homini loqui* [u]; ad hoc enim videtur Dionysius retulisse quod hic dixit, *in caligine plusquam lucente silentii arcana docentis.* Caliginem vocavit, quæ Paulus, ἄῤῥητα, id est *arcana;* hæc enim obscurissima, et quæ explicari non possunt (sicut neque videri potest caligo, neque quæ caligine obtecta sunt) vidit, et cognovit Paulus in luce clarissimæ revelationis sine ullis symbolis. Illud etiam observandum est (ne quis interpretationem temere reprehendat, quod vertimus, *aperiuntur in caligine*) male legi in exemplaribus hactenus editis ἐγκαλύπτεται, id est *teguntur,* cum melius repererit Turrianus noster in exemplari ms. quod Cyparissiotus habuit, ἐκκαλύπτεται, id est *detegunturr.* Cui etiam lectioni astipulatur ms. exemplar Cæsareum. Possit etiam non incongrue per caliginem intelligi fides, quæ est *sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium* [v]. Siquidem in illa, propter **543** obscuritatem ejus, tanquam *in caligine,* sed propter supernaturalem quam ex divino testimonio participat certitudinem, *supraquam lucente,* supra omnem naturalem demonstrationem, *silentium,* quoddam reperitur *arcanæ* seu mysticæ *doctrinæ,* quæ *non* est *in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione spiritus et virtutis, ut fides nostra non sit in sapientia hominum, sed in virtute Dei* [x]. *Quæ in obscuritate tenebricosissima,* propter inevidentiam rerum credendarum, *plus quam clarissime,* propter evidentiam credibilitatis, quam pariunt notæ fidei; *superlucet* supra omnem scientificam demonstrationem, propter divinam revelationem, cui assensus fidei immediate innititur, et exinde certitudinem sortitur (utpote supernaturalem) qualibet naturali scientia magis infallibilem. *Et in omnimoda intangibilitate atque invisibilitate* mysteriorum omnem tactum et visum effugientium *præpulchris splendoribus* luminis divini, *mentis oculis captas,* id est, secundum Apostolum, *in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi* [y]. *Superadimplet omni gaudio et pace in credendo* [z]? *ut* possint *comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo et longitudo, et sublimitas, et profundum: scire etiam supereminentem scientiæ claritatem Christi, ut* impleantur *in omnem plenitudinem Dei* [a]. *Hæc quidem,* inquit, *mea sint vota,* hoc est quod opto, quod desidero. Deinceps Timotheum ad mysticam contemplationem informans ait: *Tu vero, chare Timothee, in mysticis* rerum divinarum atque cœlestium *contemplationibus,* non segni et remissa, sed diligenti et *intenta exercitatione* te excolas oportet: et ideo *sensus relinque,* qui, utpote animales, non capiunt ea quæ sunt spiritus [b]; et *intellectuales operationes,* scilicet, quas intellectus agens a rebus sensibilibus abstractis speciebus, in intellectu patiente naturaliter efformat; et *sensibilia* omnium sensuum objecta, et *intelligibilia omnia* principia scientiarum naturalium ac ratiocinationum, et *ea quæ sunt,* id est rerum essentias, quæ quod invariabiles sint, a philosophis proprie dicuntur esse; et *ea quæ non sunt universa,* id est omnes res temporales, quæ propter continuam mutationem dicebantur a philosophis non esse. *Ut ad unionem,* quæ per charitatem fit et gratiam *ejus qui supra essentiam est,* ut auctor essentiæ, qualibet concepibili a nobis essentia sublimior, et supra omnem notionem notionis designatricem exsistens, *quantum* per gratiam *fas est,* per fidem, *indemonstrabiliter* sine notione ulla naturali, supernaturaliter *assurgas.* Nam fides, cui nulla demonstratio vel naturalis notio suffragatur, primus gradus est quo ascendimus ad charitatem, qua cum Deo conjungimur et unimur. *Siquidem per liberum,* id est voluntariam, *et absolutam,* id est nulli creaturæ adhærescentem, *et puram,* id est sinceram, *tui ipsius,* animæ scilicet et affectionum corporis, *a rebus omnibus* creatis, sive sensilibus sive intellectilibus, *avocationem,* Græce ἔκστασιν, id est per exstasim seu excessum quemdam amoris, et mentis abstractionem, atque omnium abnegationem, *ad supernaturalem illum,* ad quem naturalis omnis intuitus obstupescit, *caliginis divinæ radium,* ubi per fidem Deus apprehenditur, et per dilectionem animæ unitur, *detractis omnibus,* tam sensuum quam ratiocinationum ambagibus, *et a cunctis* impedimentis *expeditus eveheris,* et anagogice sublimaberis.

Ubi nota, quomodo dicat ἀγνώστως, id est *indemonstrabiliter,* absque notione naturali, ad divinam unionem assurgendum esse. Non enim curiose inquirendum est, nec demonstrari potest quomodo fiat ista cognitio mysticæ theologiæ per copulationem cum Deo, relicta omni alia cognitione rerum, id quod Paulus apostolus significavit, cum dixit de illa sua cum Deo copulatione, in qua mysteria illa arcana vidit: *Sive in corpore, sive extra corpus, nescio; Deus scit* [c]. Nescio, inquit, id est non curiose inquiro, nec demonstrare valeo, satis mihi est vidisse et audisse arcana illa verba, etc. Lessius in Præfatione libri *De perfectionibus divinis,* ait Dionysium hic agere de modo illo contemplandi, in quo consideratis accurate perfectionibus divinis, quatenus ad certam speciem limitatæ, ac inter se distinctæ offeruntur, mens assurgit ad aliquid sublimius et illimitatum, omnibus istis infinite præstantius, illique ignoto modo se contemplatione et amore conjungit. Hensentius ad hunc locum, per caliginem intelligit Dei sub ratione lucis increatæ et inaccessibilis in animæ essentiam illapsum, qui ipsam illa inaccessibili luce perfundat atque absorbeat; vel certe illam supremam conjunctionem, qua anima supra omnes potentias sensitivas et intellectuales, supra omnes sensus aut mentis operationes immediate inhæret Deo per intimam transfusionem (ut ita loquar) essentiæ Dei, quæ lux infinita est, in essentiam animæ; per quam nimirum speciali modo anima Dei sedes constituitur, aut etiam Deus animæ creatur. Caliginem autem vocat duplici de causa: Prima, quod Deum caliginem inhabitare Scriptura perhibeat. *Nubes et caligo in circuitu ejus* [d]; et alibi:

[u] II Cor. XII, 4. [v] Hebr. XI, 1. [x] I Cor. II, 4. [y] I Cor. X, 5. [z] Rom. XV, 13. [a] Ephes. III, 18. [b] I Cor. II, 14. [c] II Cor. XII, 3. [d] Psal. XCVI, 2.

*Posuit tenebras latibulum suum* [e]. Quin et Chaldaicæ, Ægyptiacæ, et Pythagoricæ theologiæ mysticæ studiosis Deus quoque caligo est et habetur non quod ullas tenebras in se admittat (*Deus* enim *lux est, et tenebræ in eo non sunt ullæ* [f] : ) sed potius quia suapte natura lux est infinita et inaccessibilis. Hoc, ut observat Cresollius noster, lib. III *Mystagogi*, **544** cap. 9, sapientes omnium temporum sacri et profani viderunt, qui clarissimo testimonio sunt professi, nimium quantum esse difficile Deum invenire, ut ex Platone prodit Lactantius lib. I *Institut.*, cap. 8, indicari autem in vulgus et explicari nulla ratione posse. Quod Hebræi significare cupientes, nomen Dei aiunt esse ἄῤῥητον, ἀνεκφώνητον, inexplicabile, dici et nominari non posse, a quibus opinor sapientes Ægyptii, principem Deum suum nuncupavere *Amun*, quem Græci Latinique dicunt Ammonem, quod nomen ait Manethos significare *occultum* sive *occultationem*. Hinc Saitæ inter illos sapientiæ nomine celebrati, in propylæo templi Minervæ nobilem illam inscriptionem posuerant : *Meum peplum nemo unquam mortalium detexit*. Justinus Martyr *Adhortatione ad gentes*, ait Ammonem philosophum ea causa Deum nominasse πάγκρυφον, *prorsus occultum*. Unde factum, ut omnes sancti Patres cum D. Damasceno lib. I, *De fide*, cap. 15, communi animorum consensione Deum vocent ἀκατάληπτον, *incomprehensibilem*.

Secunda ratio est, quod unio hujusmodi cognitionis seu intellectionis (quæ Dionysio *lux* est) in seipsa expers sit, utpote supra omnem affirmationem et negationem exsistens, non omnem cognitionem, tum in sensu tum in intellectu impediens, pro eo tempore quo est, uti in fine capitis hujus docet. Vocat tamen ὑπερφαῆ, *plusquam lucentem*, ne quis existimet meram esse obscuritatem, sed revera potius lucem maximam, et supersplendidam, id est quæ maximo, et supra quam cogitari possit splendore animam impleat; quæ tamen lux ob nimium sui splendorem mentis aciem ac lumen hebetet atque obscuret; non secus ac solis splendor pupillis imbecillioribus lumen visumque aufert, quin et noctuæ oculis nox est, et caligo. Deus enim cum lux perfectissima sit, ubi amplius et efficacius se menti nostræ expandit atque aperit, magis eumdem præpotenti splendore suo offuscat et obstupefacit, ut ultra nil videat, juxta illud : *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad eam* [g].

Aliam rationem affert Marsilius Ficinus, vulque caliginem dici, quatenus animus per negationes quasdam hucusque processit, negando videlicet Deum esse hanc aut istam, aut illam rem; lumen vero vocari, quia non aliter de Deo, quam ita negando perspicuam consequimur veritatem. Et huic proposito locum Psalmi ejusdem non incongrue accommodat : *Sicut tenebræ ejus, ita et lumen ejus, et nox tanquam dies illuminabitur* [h].

Ex his omnibus (inquit ibidem Hersentius) apparet, quam apte S. Dionysius cum summa luce tenebras conjunxerit. Non enim tantum caliginem seu obscuritatem dicere debuit, nec tantum lucem maximam, quia horum unico non satis hujus divini gradus proprietatem expressisset, quapropter utrumque debuit copulare. Mox autem ubi constituit Deum hoc modo mystice in animam illapsum, vel ipsam cum Deo, qui inaccessibilis lux est, conjunctionem, supremam caliginem nuncupari, quod facultates cognitioni deditas sic obfuscaret et obtenebraret, ut nil concipere nil eloqui possent. Eamdem σιγῆς γνόφον, *caliginem silentii* vocat, quod quasi silentium quoddam in animi facultatibus efficiat. Quin etiam posset respectu sui ipsius *caligo silentii* nuncupari; quod nimirum unio hæc, ut ab omni cognitione, locutione, motuque libera est, ita summam pacem ac profundum silentium in se habeat. Denique silentium dicitur, quia omnem affirmationem et negationem longe multumque transcendit. Ne autem silentium istud otiosum aut inane esse videretur, lucemque obfuscando, nil lucis suscipere aut conferre putaretur, κρυφιομύστην, *arcanorum mystam*, vocat composito maxime efficaci, quod tam in activa quam in passiva significatione sumi potest. Nam et mystes dicitur cum qui sacris initiatur, et arcana sacra suscipit ac servat, tum etiam is qui sacra tradit, dicit, ac revelat ut μυσταγωγός. Utro modo accipias, præclarum sensum reddit. Si enim passive sumpseris, silentium istud arcanorum mystam esse dicit, quatenus anima ad illud silentium redacta, ipsum per se arcanum divinum in se suscipit : (qua ratione Proclus, in suis ad Platonis Theologiam commentariis, contemplationem illustrat comparatione mystarum qui religiosis arcanis seu sacris initiantur.) Si vero active accipias, qui sensus omnibus interpretibus placuit, significat silentium istud esse rerum mysticarum veluti doctorem, initiatorem ac pædagogum. Nam in alio theologiæ genere homo divinitus inspiratus sacrorum initiator exsistit; in hoc vero mystico, divinorum oraculorum doctor ac rector est divinum silentium, sive ipse Deus cum summa pace et silentio animæ conjunctus. Deinde in aliis theologicis institutionibus aliud est doctor, aliud id quod docetur; hic vero Deus ipse et docet et docetur; docet, inquam, prout se animæ patefacit et conjungit; docetur autem atque agnoscitur per ipsam animæ cum divina essentia unionem seu conjunctionem, de qua regius Psaltes ait : *Gustate et videte quoniam suavis est Dominus* [i]. Non dixit, Videte et gustate, quod in alio contemplationis genere dicendum erat, in quo gustus seu affectus spiritualis a cognitione **545** oritur : sed *gustate et videte*, quia ab ipso Dei, prout in seipso est, gustu et experimento mystica contemplatio exsurgit. Cæterum, adverte cum eodem Hersentio (ex quo hæc attuli) S. Dionysium, ut hoc silentium arcanæ loquelæ seu interioris doctrinæ, cujus ipsemet solus Deus auctor sit, minime expers esse ostenderet, significanter κρυφιομύστην, id est *arcana docens*, appellasse. Plura de contemplatione Dei in caligine qui volet, videat apud Joannem de Jesu Maria in libello *De mystica theologia*, et apud Thomam de Jesu lib. III *Divinæ orationis*, cap. 2 et 3, Θεοδίδακτον Rusbrochium, qui σποράδην, prout Spiritus suggerebat mirifice, illam in Operibus suis explicat.

Mirum autem quid hic de caligine illa subinfert sanctus Dionysius, quod *in obscuritate tenebricosissima plusquam clarissime superluceat, et in omnimoda intangibilitate atque invisibilitate, præpulchris splendoribus mentes oculis captas superadimpleat*. Hoc pulchre, uti cætera, sic explicat Hersentius, ut τῷ σκοτεινοτάτῳ, *tenebricosissima*, oppositum sit τὸ ὑπερφαινέστατον, *plusquam clarissimum* : et ἀοράτῳ, *invisibilitati*, ὑπέρκαλαι ἀγλαΐαι, *præpulchri splendores* respondeant. Splendores autem ipsam divinam essentiam ejusdemque proprietates interpretatur, quæ sub ratione lucis in animam illabuntur, eamque illustrant; vel etiam ipsius divinæ essentiæ, sive divinarum personarum in seipsis cognitionem, quantum ad omnia cognosci possunt, nimirum perfecta cum ipsius unione. Splendores autem pulchritudinis nomine afficit, ea ratione qua Platonici (quorum primas Dionysius noster merito sibi vindicat, utpote Platonis non tantum sectator accuratissimus, sed Christianissimus emendator) *pulchri* nomine splendorem ac manifestationem intelligunt. Aptissime igitur Dionysius hoc loco divinis splendoribus, qui sunt ipsæmet essentiæ divinæ proprietates, pulchritudinis nomen tribuit; quippe illis, seu ipsorum in animam transfusione atque unione Deus ipse, quod est summum bonum, præstantissimo modo cognoscitur. *Præpulchros* autem

[e] Psal. xvii, 12. [f] I Joan. i, 5. [g] Psal. cxxxviii, 6. [h] Ibid., 12. [i] Psal. xxxiii, 9.

seu *superpulchros* vocat, quia divinis nil pulchrius aut amabilius concipi potest. Ubi notandum, quod non splendore, sed *splendoribus* dixerit, quia scilicet Deus non uno genere pulchritudinis ac splendoris animas sibi conjunctas implet, sed multo et vario, utpote qui omnis pulchritudinis fons, abyssus et plenitudo est. Hinc in Psalmis, *Pulchritudo*, inquit, *agri mecum est* [k], scilicet varia et multiplex. Uno verbo, anima sic Deo unita, infinitis quæ in ipso sunt pulchritudinibus ac splendoribus conjungitur, ipsisque illustratur, ornatur, impletur, ita ut evadat deiformis, ac sese in lucis inaccessibilis radios immittat, uti docet cap. 2 *De divin. nominibus*. Non dixit autem, superillustrat, sed *superadimplet* : nam illustrationes quidem divinæ, seu divinorum luminum in mentem diffusiones quælibet illuminant quidem, et ornant, et adaugent, sed extra hunc statum et gradum non implent; solius enim Dei est animam sui capacem implere. Unde non temere inferre liceat, apicem istum mentis seu mysticum fastigium, proxime accedere ad statum beatorum, in quo Deus ita sanctorum erit plenitudo, ut etiam, teste Apostolo, futurus sit *omnia in omnibus* [l].

Cæterum ut quis sic Deo impleri possit, primum ut semetipsum ante omnia exinaniat necesse est : siquidem per liberam et absolutam (ut S. Dionysius ait) et puram sui ipsius a rebus omnibus avocationem, ad supernaturalem illum caliginis divinæ radium, detractis omnibus, et a cunctis quis evehitur. Sic enim (ut in *Speculo æternæ salutis*, cap. 8, pulchre Rushrochius ait) suprema quidem animæ nostræ portio, nunquam non parata erit ad receptionem Dei, siquidem sit prorsus nuda, et formis seu imaginibus vacua, in suum semper principium intuens ac propendens, utpote æternum ac vividum Dei speculum, cujus essentiam ac proprietates in se jugiter repræsentat. Habet hinc animæ nostræ substantia tres quasdam proprietates, quæ tamen natura unum sunt. Prima scilicet proprietas est essentialis et imaginum expers nuditas, qua nos Patri, ejusque divinæ naturæ similes et uniti sumus. Altera proprietas, ratio superior animæ dici potest, quæ est claritatis speculum, in quo nos Dei Filium, æternam veritatem suscipimus; et in claritate quidem similes ei sumus, in susceptione autem unum cum eo sumus. Tertiam proprietatem scintillam animæ appellat quæ est animæ naturalis quædam introrsus in suam originem propensio, in qua nos Spiritum sanctum, Dei charitatem suscipimus; et in propensione quidem sancto Spiritui similes sumus, in susceptione autem unus cum Deo spiritus, et unus amor efficimur. Tres istæ proprietates, una atque indivisa animæ substantia, sunt vitale fundum, et origo virium supremarum. Hæc autem similitudo, istæque proprietates ex natura in nobis omnibus insunt; sed peccatores, in proprio ipsorum fundo, ob vitiorum crassitudinem latent. Quamobrem si regnum Dei intra nos latens, sentire atque experiri velimus, foris et intus vita virtuosa et bene ordinata præditi simus oportet, Christumque in vera charitate modis omnibus sectemur, ita ut gratia, charitas, et virtutes, in supremam nostri partem, in qua vivit regnatque Deus, nos evehere atque elevare queant. Eam enim, quæ Deus est, beatitudinem, nulla **546** neque arte, neque subtilitate vel acumine, lumine naturali absque Dei gratia contemplari vel sentire valemus. Atque hac de causa Deus omnipotens supremas animæ vires ad sui capessendam similitudinem (puta gratiam et dona sua) condidit, quibus nos supra naturam sublevamur ac renovamur, eique per charitatem ac virtutes similes efficimur. Porro per supernaturalem hanc, quam per gratiam et virtutes acquirimus Dei similitudinem, memoria nostra in imaginibus vacuam nuditatem, intellectus in simplicem veritatem, et voluntas in divinam attollitur libertatem : sicque demum Deo per gratiam et virtutes similes evadimus, et supra similitudinem illi felicissime unimur.

§ II. *Hæc autem vide ne quis audiat rudiorum*, scilicet eorum qui religionis Christianæ vel mysticæ theologiæ mysteriis nondum sunt initiati. *Istos dico, qui rebus naturalibus adhærescant*, materialibus penitus immersi, *et nihil ultra naturalia*, in quorum notitiam per sensibilia perveniunt, *supernaturaliter esse imaginantur*, utpote carentes fidei lumine, sine quo res ordinem naturæ transcendentes capi nequeunt. *Quinimo* cum abundent in sensu suo, *arbitrantur sua cognitione*, quam ex creaturis percipiunt, *nosse eum*, scilicet Deum, *qui posuit tenebras latibulum suum* [m], eo quod ejus natura nullo medio creato cognosci ullo modo possit, præsertim quatenus trinus in personis, et unus in substantia est. *Quod si supra captum horum* scilicet philosophorum, qui apud gentiles habebantur sapientes, *sint divinorum mysteriorum institutiones*, quæ per solam fidem apprehenduntur ex iis quæ a Deo revelata, et e Scripturis sacris, et apostolicis traditionibus accepta sunt, *quid dixerit quis de illis* profanis hominibus, *qui magis rudes sunt*, quales sunt idololatræ et vulgi plebecula, *qui summam causam omnium*, scilicet Deum universi conditorem, *ex iis quæ in natura rerum extrema sunt*, v. g. ex rebus materialibus ac sensibilibus, *designant* et describunt Deum, et rebus istis abjectis attribuunt divinitatem; *nihilque aiunt eam antecellere impiis multarum formarum imaginibus, quas ipsi fingunt* quilibet pro sua phantasia diversimode Deum effingentes. *Cum oporteret in ea*, scilicet divinitate, ut *omnium causa*, quæ omnium causatorum perfectiones eminenter et supereminenter continet, utpote transcendentaliter exempta, *ponere et affirmare*, eo nimirum modo, quo Deum decet, enuntiando de ipso, *omnes entium affirmationes*, dicendo verbi gratia, Deus est vita, Deus est bonitas, etc., *quin eas ipsas omnes de ea magis proprie negare*, dicendo v. g. Deus non est vita, non est sapientia, etc.; qualia videlicet nos mente concipimus aut imaginamur, *tanquam superexistente supra omnia* quæ exsistunt, vel in intellectum creatum cadere possunt. *Nec existimare negationes affirmationibus esse contrarias*, quia non eadem, eodemque modo affirmantur et negantur; *sed ipsam multo priorem et superiorem privationibus*. Quia cum Deus sit actus purus, essentialiter exsistens, et omnes simplices perfectiones essentialiter continens, sitque per se causa rerum omnium, quocunque modo conceptibilium; ejus quidem privatio nulla vere concipi potest, et quarumcunque rerum etiam possibilium privationes, ut vere concipiantur, non nisi ipso posteriores concipi possunt. *Esse supra omnem ablationem*, id est negationem; *et positionem*, id est affirmationem, utpote omnem conceptibilem perfectionem quæ de aliquo affirmari vel negari possit, in se ipso anticipans præhabensque, idque modo infinities perfectiori quam ab ulla creatura excogitari, nedum explicari valeat.

Notandum hic primo cum Hersentio, Christianis veteribus hoc inprimis curæ fuisse, ut nihil arcanorum nostræ religionis nondum baptizatis revelarent et ut ipse Christus præcipit, non projicerent margaritas ante porcos, neque darent sanctum canibus [n]. Quod adeo sacrosancte observabant, ut nesuppliciis quidem exquisitissimis adduci potuerint, ut quidpiam mysteriorum fidei gentilium judicibus detegerent, ne scilicet nondum initiatis proposita profanarentur ac vilescerent, aut risui exponerentur. Quare mirum minime videri debet si S. Dionysius, in arcanis hisce mysticæ theologiæ, quæ Christianæ religionis veluti apex sunt, silentium plusquam Harpocraticum aut Pythagoricum indicat, cum etiam in aliis Theologiæ

[k] Psal. xlix, 11. [l] Ephes. i, 23. [m] Psal. xvii, 12. [n] Matth. vii, 6.

suæ libris id obnixe commendet, ut *Ecclesiat. hier.*, cap. 1 et 2; *De divinis nom.*, cap. 1, et passim alibi, quod non tantum a Christianorum disciplina hauserat, verum etiam ex Platonicorum instituto acceperat, quibus pro piaculo habebatur, Theologiæ arcana profanis propalari, ut in Epistolis suis Plato his inculcat. Huc quoque spectat symbolum illud Pythagoræ apud Jamblichum : *Dexteram non cuivis facile injicias*, id est (ut in *Symbolis* Jamblichus explicat) *non probatis et initiatis mysteria ne detegas*. Nam, ut recte observat Maximus Tyrius, ea est humanæ mentis imprudentia, ut quæ aperta sunt et prompta, minus veneretur; quæ vero sunt abstrusa cum admiratione accipiat. Hinc non improbabiliter aliqui conjiciunt rationem, cur hæc scripta S. Dionysii parum cognita fuerint antiquis; quod nimirum ipsemet illa occultari voluerit, et solis Ecclesiæ antistitibus communicari, uti in fine cap. 1 *Ecclesiat. hier.*, Timotheo commendat, et alibi insinuat.

Notandum secundo cum Maximo, quid sit positio, quid sit ablatio. Deum, **547** inquit, omnia esse ut Deum decet, positio est; et nihil eorum esse ut supra substantiam est, negatio. Utrumque proprie dicitur in Dei amplitudine, ut, Deus est vita, Deus est bonitas, positio et affirmatio est; Deus non est vita, non est bonitas, negatio vera est, quia est supra hæc quæ nos per vitam et bonitatem intelligimus. Negationes autem in Deo affirmationibus præferendas esse, superius docuit Dionysius cap. 2 *Cælest. hier.*, ubi etiam vide nostras Adnotationes. Ad confirmationem autem eorum quæ ibi dicta sunt, juvat intelligere quid sanctus Maximus in centuria 2 *Theol.*, cap. 39, hac de re sentiat. Qui philosophatur, inquit, de Deo niendo, Verbum facit carnem, dum non potest aliunde, quam ex iis quæ cernimus et contrectamus, Deum cognoscere tanquam causam; qui vero neganter, auferendo philosophatur, Verbum facit spiritum, utpote quod erat in principio, et erat apud Deum [p], eum qui est supraquam incognitus, ex nulla penitus re earum quæ cognosci possunt, recte cognoscens. Hinc fit perspicuum, quod magis proprium sit philosophari de Deo per negationes quam per affirmationes, quatenus alterum facit Verbum spiritum, alterum facit Verbum carnem. Ac theologia quidem affirmans vim habet comparandi, et figurandi, ac conjectandi; et hoc tantum probat, scilicet Deum esse, ex iis quæ ab ipso facta sunt; theologia vero negans demonstrat Deum esse supra omnia, ac veritatem maxime assequitur, qui dicit non esse Deum quidquam eorum quæ sunt, sed esse suprasubstantiam, et supra omnia. Præterea, ut supra Dionysius docuit, negationes in Deo non sunt contrariæ affirmationibus : nec enim quod affirmatio affirmat, hoc ipsum negatio negat. Quinimo sicut affirmatio non ponit quid sit Deus, sic neque negatio tollit quid sit Deus. Quod enim non ponit, quomodo tollat? Denique æque non assequitur substantiam Dei tum affirmatio, tum negatio; hoc solum differunt, quod propius accedat ad veritatem qui dicit, Deus non est hoc quod nos existimamus aut concipimus, quippe quid infinities perfectius, idque in ordine transcendentali ac supernaturali, quam ab ullo intellectu concipi aut cogitari possit.

§ III. *Hac utique ratione D. Bartholomæus* (unde colligitur S. Bartholomæum aliqua etiam theologica scripsisse, uti et alios apostolos verosimile est, de rebus ac quæstionibus divinis per epistolam pro occasione interrogatos, de iisdem verbi saltem scripto respondisse, et sublimissima, quæ ex ipso Deo hauserant oracula, tradidisse, quæ aliquandiu, uti solent epistolæ, asservabantur, et Catholicis communicabantur; sed postmodum temporum injuriis intercederint) : *ait et copiosam esse theologiam*, id est fusam, parte videlicet ex creaturis ut effectis, tanquam a posteriore, ut aiunt philosophi, in creaturis ac causæ primæ notitiam devenitur, quæ quædam pars est theologiæ demonstrantis, vel certe qua parte symbolica est, quæ teste Dionysio cap. seq. longe fusissima exsistit : *et minimam*, id est brevissimam, qua parte nimirum mystica est, ut ibidem Dionysius explicat; vel certe quia Deus a priori indemonstrabilis est, ut carens. *Atque Evangelium amplum et magnum*, scilicet propter rerum quas continet amplitudinem et granditatem, *et rursus concisum* seu contractum, id est (ut ego quidem interpretor) mole quidem exiguum, sensu autem et perfectione maximum. Unde Apostolus [p] appellat Verbum abbreviatum, utpote continens brevissimum fidei et dilectionis præceptum, quod pro cunctis sinuosæ legis cæremoniis successit. Ita Anselmus et Œcumenius. Vel quia continet Verbum incarnatum, ad hominis usque naturam abbreviatum et exinanitum, quod salvos fecit reliquias Israel. *Illud, ut mihi videtur, eximie intelligens, quod benigna omnium causa sit et multiloqua* : quatenus videlicet creando omnia semetipsum multis modis manifestat. Omnia namque suo modo dicunt : *Quoniam ipse fecit nos, et non ipsi nos* [q]. Atque hoc modo creaturæ sunt quasi quædam vox Dei, qua omnia pulchra testantur ipsum pulcherrimum, dulcia dulcissimum, sublimia altissimum, pura purissimum, fortia fortissimum, et sic de aliis : *Et breviloqua simul.* Quatenus nimirum uno verbo dicit omnia. *Ipse enim dixit, et facta sunt, ipse mandavit, et creata sunt* [r]. *Atque nullius sermonis*, quo nimirum a nobis intelligi possit quid sit, *utpote cujus neque dictio*, quæ illam quid sit exprimere possit, *neque intelligentia sit*, qua valeat comprehendi; *quia cunctis creatis*, non simplici ratione, sed *superessentialiter*, id est supernaturaliter, *supereminet;* ita ut quantumvis intellectus creatus in suo genere perficiatur, nunquam ad quidditativam Dei cognitionem, nec ad sanctissimæ Trinitatis ullam notionem ex qua cognosci possit, perventurus sit, sine lumine ordinis supernaturalis sive gratiæ, sive gloriæ. *Et absque operimentis*, id est sine symbolis, de quibus cap. 1 *Cælest. hierarch.*, et alibi sæpius sermo fuit. *Ac vere ostenditur*, non quidem intuitive, aut facie ad faciem, quod solius patriæ est, sed per intellectilem aliquam abstractionem, *solis iis, qui cuncta quæ impura*, scilicet materialia, *quæque puræ sunt*, id est spiritalia et intellectilia, *pertranseunt*, illis minime immorando, *omnemque omnium sanctorum, fastigiorum ascensum transcendunt.* Intelligit illas supremorum spirituum summitates, quas cap. 1 *Cælest. hierarch.*, § ult.; et alibi, *vertices* appellat, Græce ἀκρότητας, *Et omnia divina lumina*, scilicet qualia Moysi in rubo [s], in **548** columna ignis populo Israelitico [t], Moysi in monte Sinai [u]; Eliæ in curru igneo [v], et quale in Christi nativitate pastores circumfulsit [x], et magos in Bethlehem deduxit [y], et similia. *Et bonas*, quales fuerunt dum Moyses [z] erat cum Domino in monte Sinai, item quales describit Ezechiel 1, 24 : *Audiebam*, inquit, *sonum alarum, quasi sonum aquarum multarum, quasi sonum sublimis Dei, cum ambularent, quasi sonus erat multitudinis, ut sonus castrorum*, et similes. *Et sermones cœlestes relinquunt*, quales v. g. fuerunt Domini ad Noe [a] et ad alios patres Veteris Testamenti Abraham, Isaac et Jacob [b], etc., item ad Moysem [c], præsertim in monte Sinai [d]; et ad prophetas ut Samuelem [e], cæterosque. *Et in caliginem absorbentur*, scilicet illam mysticam, de qua supra, § 1, et cap. seq. cujus figura

[p] Joan. 1, 1. [q] Psal. xcix, 3. [r] Psal. xxxiii, 9. [s] Exod. iii, 2. [t] Exod. xiii, 21. [u] Exod. xix, 18. [v] IV Reg. ii, 11. [x] Luc. ii, 9. [y] Matth. ii, 1. [z] Exod. xix, 16. [a] Gen. viii, 15. [b] Gen. xv, 1. [c] Exod. vi, 1; xiii, 1. [d] Exod. xix, 3. [e] I Reg. iii, 4.

erat illa nubes, quæ, loquente Domino cum Moyse, montem Sinai operiebat [f]. *Ubi vere est, sicut ait Scriptura*, Psal. XCII, 6 : *Nubes et caligo in circuitu ejus* ; et Exod. XX, 21 : *Moyses accessit ad caliginem in qua erat Deus. Qui est ultra omnia*, scilicet creata. *Non enim temere divinus Moyses expiari primum ipse jubetur, ac deinde a non expiatis segregari.* Exodi enim XIX legitur, quo pacto Deus, qui in caligine descensurus erat, præceperit populum sanctificari et lavari : in quo intelligere promptum est, ipsum præ cæteris lotum et expiatum ad montem accessisse. *Et post omnem expiationem, audit multisonas tubas, cernitque multa lumina, puros ac multiplices radios jacientia.* Hæc vide Exod. XIX et XX, fusius descripta. *Postmodum a multitudine separatur et cum electis sacerdotibus*, uno quidem aut pluribus ; nam cum Aaron legitur conscendisse. *Ad summum fastigium divinorum ascensuum pertingit*, postquam scilicet populo terminos in monte præfixerat, ultra quos sine periculo ascendere non poterat, quod non esset capax tantæ puritatis, neque divinæ lucis radios e propinquo sustinere posset. *Sed hactenus nondum versatur cum ipso Deo.* Hæc enim adhuc symbolica erant, et ad congressum Dei disponebant. *Nec eum videt*, scilicet ut in se est *(inaspectabilis enim est)* scilicet omni intellectui creato, lumine gloriæ nondum elevato. Deus enim, (inquit Gregorius Theologus) (51) est lumen summum et inaccessum, quod neque mente comprehendi, neque oratione exprimi potest. *Sed locum ubi stetit*, scilicet aliquid creatum in quo Deus reluceat. Sicut enim in patria Deus est quasi speculum in quo relucent creaturæ, sic in via e converso creaturæ sunt speculum, in quo Creator videtur ; unde Apostolus, *Videmus*, inquit, *nunc per speculum, et in ænigmate* [g] Idem : *Invisibilia Dei, per ea quæ facta sunt, intellecta conspiciuntur* [h].

*Hoc autem existimo significare, divinissima et summa eorum quæ cernuntur et intelliguntur, rationes quasdam esse, quæ subjiciant menti illa, quæ sunt subjecta ei qui universis antecellit : quibus præsentia ipsius, quæ omnem cogitationem mentis vincit, declaratur insistens, tanquam in vestigiis summis intellectilibus locorum ejus sanctissimorum.* Hæc verborum præcedentium (ut recte notat Hersentius) anagogicum sensum insinuat. Scilicet, ea quæ mira, sublimia, et non usitata Deus operatur sive in sensum cadant, in intellectum, puta signa, miracula, aut miraculosas apparitiones, revelationes, etc., esse rationes quasdam congruas seu argumenta accommodata ad significandum, quod Deus illic, ubi ista fiunt, certam habeat præsentiam ; siquidem ut se peculiariter præsentem esse alicubi demonstret, mira quædam et præter usum illic operatur. Sic in præsente proposito, ut Deus in monte se habitare Israelitis demonstraret, et populus intelligeret a Deo ipso se mandata legis accipere, nubes et fulmina et fumum prius emisit, tubas gravisonas audiri voluit ; quinimo sub certa specie et figura selectis viris sese patefecit. His itaque omnibus tanquam in exemplo allatis sanctus Dionysius insinuat, Deum cognitionem prorsus omnem transcendere, ideoque supra cognitionem omnem tum sensibilem tum intellectualem quæri debere ab iis qui ad mysticæ theologiæ apicem contendunt ; ut si quid in inferioribus contemplationis gradibus sanctum et insuetatum fecerit, ut sunt ipsius apparitiones aut revelationes, peculiarem quidem Dei præsentiam et adventum denotari intelligant, ipsum tamen ut in se est Deum minime videri sciant, quippe qui hæc omnia multum excedit. Itaque qui prodigia a Deo effecta vident, aut qui eum sub certis formis aut intellectualibus aut sensilibus sibi apparentem intuentur, non ipsum proprie vident, sed tantum locum ubi certa ratione habitat. Ad hunc igitur modum, inquit Gregorius theologus (52), de Deo philosophaberis, sis licet Moyses, et Deus Pharaonis [i] ; licet usque ad tertium cœlum, ut Paulus [k], pervenias, et audias arcana verba ; licet supra illos ad statum et ordinem aliquem angelorum aut archangelorum ascendas. Quamvis enim omne cœleste et aliquid supercœleste, multo excellentiore natura, quam nos sit, et Deo propinquius, et quasi locus ejus ; magis tamen distat a Deo, et a perfecta ejus intelligentia, quam nostram hanc naturam compositam, et humilem, et deorsum inclinatam antecellat. Unde subdit : *At tunc ab iis quæ videntur*, scilicet speculis et ænigmatibus, *et ab iis quæ vident*, scilicet mentibus et intelligentiis, per mentis abstractionem *absolutus et expeditus*, sine notione, *in caliginem vere mysticam incognoscibilitatis* **549** *ingreditur, in qua omnes scientificas apprehensiones excludit*, per omnium rerum cognoscibilium negationem, sine propria (cum hæc haberi nequeat) notione, hoc tantum intelligendo et fatendo, Deum infinities, quam ab ulla creatura concipi possit, esse perfectiorem, nec ab ullo hominum vel angelorum penitus cognosci posse (scilicet naturaliter prout in se est, per proprium conceptum). *Et sic in omnimode intactili et invisibili hæret*, per amorem qui amantem in amatum transfert, *exsistens totus ipsius qui est ultra omnia*, scilicet Dei propter plenam sui abnegationem, et a rebus omnibus abstractionem, *neque ullius neque suus, neque alterius. Cum eo autem est penitus incognoscibilis, per vocationem omnis cognitionis, secundum meliorem partem copulatus, et eo ipso quod nihil cognoscit, supra mentem cognoscens*, id est per amorem exstaticum totus absorptus in Deum, ubi supra mentem, et sermonem, et rationem perficitur. Atque hæc conjunctio cum Deo supra mentem (inquit Cyparissiotus dec. 2, cap. 10) est ingredi per nescientiam perfectam in illud infinitum incomprehensum atque immensum pelagus naturæ divinæ, ubi omnis natura defatigata sistit se, et ulterius progredi non audet, atque a divino quodam odore, et quadam a corpore et a creaturis avocatione, in laudabilem et beatum statum transfertur, non solum admirabilius quam dici, sed quam intelligi possit ab iis qui nunquam statum hunc experti sunt.

Ex prædictis collige primo, ex citatione sancti Bartholomæi satis idoneum pro libro hoc sancto Dionysio Areopagitæ vindicando argumentum, ut qui hic diserte, uti et alibi, divinorum nominum cap. 2, 3 et 11 testetur et profiteatur, se multas ab apostolorum ore et oraculo hausisse sententias. Nec nos morari debet (inquit Hersentius) quod quidam nostro ævo viri eruditissimi, librorum horum auctorem apostolorum tempore multo posteriorem faciant, audeantque, proh dolor ! tantorum operum scriptorem, aliorum omnium (si canonicos excipias) veracissimum, modestissimum ac sanctissimum, ut ipsa ejus scripta abunde testantur, turpissimi mendacii labe infamare quasi libris suis commendationem fraude et impostura conciliare voluerit ; qui tamen suo pondere atque præstantia laudem et commendationem non possunt apud omnes non adipisci. Ita autem affecti sumus, ut amplius credamus Dionysio se apostolos et vidisse et audivisse clare profitenti, quam aliis omnibus in contrarium obstrepentibus.

Collige secundo ex eadem sancti Bartholomæi sententia, ut explicat Marsilius Ficinus, mentem circa Deum tres subire gradus. Primo siquidem verbis plurimis utitur, secundo paucis, tertio nullis. Ac plurimis quidem verbis utitur, ubi quæcunque occurrunt, de Deo affirmat atque negat, paribus quidem ver-

[f] Exod. XIX. [g] I Cor. XIII, 12. [h] Rom. I, 20. [i] Exod. VII, 1. [k] II Cor. XII, 2.

(51) In Orat. *De baptismo.*
(52) Orat. 2, *De theologia.*

bis, sed ratione diversa. Paucis vero verbis agit ubi de Deo loquitur, sub ea ratione qua refertur ad creaturas, et creaturæ ad ipsum, uti fit in libro *De divinis nominibus*. Nullis denique verbis utitur, quando ulterius res creatas ad Deum non refert, neque vicissim Deum ad ipsas, sed tanquam Deus creata omnia, et relationes omnes ad creata, in seipso transcendat, nihil de Deo affirmat atque negat, sed religioso silentio Deum, ut par est, colit. Tunc demum ait sanctus Dionysius mentem *omnem omnium sanctorum fastigiorum ascensum transcendendo in caliginem absorberi*, ubi Marsilius Ficinus per *fastigia* seu *cacumina*, intelligit naturas ad unitatem reductas, sed easdem universim consideratas, quas tres esse ait; scilicet corporalem, animalem, intellectualem, quarum cogitationem et affectum debeat anima plurimum superare, ut ipsum in seipso bonum adinveniat. Hersentius vero magis mystice, per *sancta cacumina* dicit intelligi eminentiores divinæ contemplationis ac vitæ spiritalis gradus, quibus competat nomen sanctitatis, eo quod hanc efficiant aut certe adaugeant. Et idcirco ait sanctum Dionysium *sanctorum fastigiorum ascensum* nominasse, quia nimirum in rebus gratiæ ac divinæ contemplationis quasi gradibus ascendendum, et quidem semper ascendendum est, juxta illud : *Beatus vir cujus est auxilium abs te, ascensiones in corde disposuit* [1]. Et, *Justorum semita quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectam diem* [m]. Cæterum hos divinæ contemplationis gradus, omnesque vitæ interioris actus ac perfectiones anima contemplatrix transcendere debet, ut ad mysticam et perfectam cum Deo communicationem perveniat. Ut sensus sit : Qualemcunque anima divinarum rerum cognitionem consecuta fuerit, qualemcunque perfectionis interioris statum attigerit, debet tamen longe multumque supra hæc evehi, ut Deo intime et supramentem conjungatur.

In iis autem quæ sanctus Dionysius subjungit de Moyse in nubem ingresso recte notat Hersentius, historiam illam non tanquam exemplum præmissorum afferri (non enim Scriptura narrat in caliginem illam mysticam, de qua hoc libro sermo est, Moysem ingressum fuisse, aut quod idem est, Deo superessentialiter fuisse conjunctum; sed tantum nubem, quæ montem operuerat, subiisse, in qua Deus habitasse dicitur) sed tanquam allegoriam pulcherrimam et appositissimam iis quæ tractantur illustrandis recenseri. Ac primum quidem per purgationem illam **550** Moysis, designat animam, quæ ad vitæ interioris apicem tendit, debere primum peccato mori, carnis pravos motus vincere, hisque omnibus purgari quantum in se est. Gradum autem hunc qui vitæ spiritalis primus est, et in quo maxime mortificationi incumbendum, viri spiritales vitam seu viam purgativam vocant; quam Pythagorici primam et quasi præcipuam philosophiæ suæ partem statuerunt. Per *lumina* autem et *sonos*, via illuminativa intelligitur, in qua Dei et divinarum rerum contemplationibus exercentur animæ spiritales, multisque luminibus ac sonis revelationum atque illustrationum a Deo exceptis adaugentur, multis verbis intellectualibus ad Deum emissis, et vicissim multis a Deo immissis in via Dei progrediuntur, et paulatim a *multis segregantur*, dum a creatarum rerum non solum intelligentia, sed multo magis affectu sejunguntur atque secedunt. Quod autem Moyses *cum selectis sacerdotibus montem ascendat, solusque caliginem ingrediatur*, insinuat, paucorum esse ad mystica fastigia conscendere, siquidem omnes e plebe purgati quidem sunt, et omnes sonitum buccinæ audiverunt, et fulgura viderunt, paucis tamen concessum fuit in montem ascendere, Deumque intueri. Sic plures quoque in via purgativa degunt, pauciores vero in illuminativa, paucissimi vero ad unitivam perveniunt. Moyses enim solus (ut habetur Exodi cap. xx) accessit ad caliginem in qua erat Deus, quam historiam sanctus Dionysius accommodat mystico theologo, qui semota et veluti a tergo relicta intellectuali cognitione, in mysticæ unionis sinum recipitur, ubi est perfecta caligo ignorationis, quæ in seipsa nullam intellectualem lucem aut cognitionem admittit et vere, mystica est, quia intima et occulta, sic ut nulla mens rationem ejus valeat comprehendere.

—

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (53).

Ὁ μὲν ἱερὸς Διονύσιος τοῦ *Περὶ θείων ὀνομάτων* λόγου προέταξε τὸν *Περὶ θεολογικῶν ὑποτυπώσεων*, προθεωρίαν τῶν σποράδην ἐν τῇ Γραφῇ περὶ Θεοῦ εἰρημένων· ὑπέταξε δὲ τὸν *Περὶ συμβολικῆς θεολογίας*, ἐν ᾧ ἐδίδαξε, τίνες αἱ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ θεῖα μετωνυμίαι, καὶ τὰ ἐξῆς πολυλογώτερα τῶν *Περὶ θεολογικῶν ὑποτυπώσεων*, καὶ *θείων ὀνομάτων* ὑπάρχοντα, δι' αἰτίαν, ἣν ἐν τῷ τρίτῳ κεφαλαίῳ τοῦ *Περὶ μυστικῆς θεολογίας* φησί. Μετὰ γοῦν τοῦτον, ἐκείνου ἤρξατο. Μηδεὶς οὖν οἰέσθω τὸν *Περὶ συμβολικῆς θεολογίας*, ἐφ' ὃν μετὰ τὸν *Περὶ θείων ὀνομάτων* μετελεύσεσθαί φησι, τὸν *Περὶ μυστικῆς θεολογίας* εἶναι, ἀλλὰ μετ' ἐκεῖνον τοῦτον ἵστω συντετάχθαι τῷ πατρί· μὴ εὑρισκομένου δὲ νῦν ἐκείνου, ὁ *Περὶ μυστικῆς θεολογίας* ἐνθάδε τέτακται.

A Divus quidem Dionysius, libro suo *De divinis nominibus* præmiserat illum *De theologicis informationibus*, ceu prævium aspectum eorum quæ sparsim in Scriptura de Deo dicta sunt; subjunxerat vero librum *De symbolica theologia*, in quo docuerat, quænam a sensilibus ad divina translationes essent, etc., quæ scripta *De theologicis informationibus*, ac *Divinis nominibus* prolixiora erant, ob causam, quam in tertio capite *De mystica theologia* tradit, post illos itaque tractatus, hunc auspicatus est. Nemo igitur librum illum *De symbolica theologia*, ad quem, post illum *De divinis nominibus*, se transire dicit, existimet hunc esse *De mystica theologia*, sed post illum sciat istum a sancto Patre compositum fuisse, qui cum modo non reperiatur, hic *De*

B *mystica theologia* hoc loco subjungitur.

§ I. Ἐπειδήπερ *Περὶ μυστικῆς θεολογίας* μέλλει διαλαβεῖν, τῆς ἀπολύτου λέγω παντὸς συμβόλου τε καὶ ὀνόματος, καὶ διά τε τῆς πάντων νοητῶν ἀπολύσεως, καὶ τῆς πασῶν νοήσεων ἀποπαύσεως συναγομένης,

§ I. Cum *De mystica theologia*, ab omni inquam symbolo nomineque absoluta, et omnium intellectilium absolutione, omniumque cogitationum cessatione collecta, dicturus esset, quam in aliis quoque ab in-

[1] Psal. LXXXIII, 6. [m] Prov. IV, 18.

(53) Vide Scholia S. Maxim. tom. II, cap. 1 *Myst. theol.*

tellectili motione cessationem appellavit, idcirco antequam verba faciat, adhibet precationem, atque sanctam invocat Trinitatem, dicens : Trinitas, et supra ousam esse, et supra quam Deum esse, et plus quam **551** bonum esse habens; siquidem id vim habet productionis, scilicet esse; illud vero efficaciæ, scilicet Deus, aliud vero habitudinis, scilicet bonus; quæ utique naturam Dei nullo modo declarant. Hinc vero discere liceat, quod dum de mystica theologia verba facere instituerit, et propter hoc petierit illuminari, hanc ipsam precationem mystice componat. Non enim dixit, quid sit Trias, sed illa quibus est superior. Hæc enim est mystica theologia, quæ neque sensatio est, neque ratio, neque mentis motio, neque operatio, neque habitus, neque quod quidquam rerum nostratium explicare possit; sed in perfecta mentis cessatione circa ipsam illuminati, cognoscemus eam esse supra omnia quæ mens intelligit; et cum mysticum quid et ineffabile contineat, secundum hoc solum sermones de illa erunt, et theologia vocabitur, quoniam hoc de Deo dicitur quod sit supra omnia. Tu itaque, o sancta Trinitas, divinæ sapientiæ in Christianis præses, quæ mentem regis ut congrue de divinis sentiat, et non sapiat supervacanea, dirige nos ad supremum verticem, quo nil sublimius excogitari potest, qui supraquam ignotus, et supraquam lucidus et supra omnem cognitionis negationem, et luminis affirmationem exsistit. Quoniam, licet ignota sit istiusmodi sublimitas, non tamen quasi nullo modo sit, sed tanquam exsistat quidem, sed ex æquo etiam omne lumen vincat, id est omnem cognitionem et omnem ignorationem; hoc enim est supraquam lucens, atque item supraquam ignotum. In quo utique vertice, simplicia, et uniformia et absoluta, videlicet ea quæ sine symbolis, et ut sunt, exsistunt, non tamen parabolice mysteria secundum supraquam lucidam occulti mysticique silentii caliginem velantur, in hac utique caligine tenebricosissima, propter mysterium et arcanum supraquam lucent ea quæ supraquam lucidissima sunt, propter infinitatem donorum ac providentiarum et beneficiorum Dei, ex quibus supraquam lucet illud Dei secretissimum, et tactum, visumque fugientibus supraquam pulchris fulgoribus et splendoribus mentes oculis carentes implet quas alio modo multorum oculorum esse dicit, angelicas scilicet divinasque virtutes : non enim sensilibus oculis plenæ sunt, sed earum essentia viva quædam mens est, id est oculus perspicacissimus, quæ et oculis carere **552** censentur, propter inaccessam illam caliginem silentii divini. In quantum itaque Deus invisibilis est, in tantum etiam mentes hæc oculis carent. Quemadmodum enim ipse invisibilis exsistens, simul omnem pulchritudinem et desiderium excedit, et non idcirco quod non videatur, despicitur, sed in quantum desideratur, pulchritudinibus adimplet. Sic etiam mentes oculis carentes respectu splendoris earum

A bravimus.; quomodo divina bonaque natura unica dicatur, quomodo trina; quænam secundum illam paternitas dicatur, et quænam filiatio, quidve velit sibi illa divina Spiritus denominatio: quomodo ex immateriali et individuo bono, cordialia ista bonitatis lumina pullularint, et in ipso, et in seipsis, et in se mutuo coæterna propagationi mansione nusquam digrediendo permanserint: quomodo Jesus, supersubstantialis, humanæ naturæ veritatibus substantiatus sit, et quæcunque alia a Scripturis exposita in theologicis informationibus celebravimus. In libro autem *De divinis nominibus*, quomodo bonus nominetur, quomodo ens, quomodo vita et sapientia et virtus, et quæcunque alia spiritalem Dei concernunt appellationem; in *Symbolica* vero *theologia*, quænam nomina divina e rebus sensibilibus translata sint, quæque divinæ formæ, quæ figuræ, quæ membra, **563** quæ instrumenta, quæ divina loca, qui ornatus, qui furores, quæ tristitiæ et iræ, quænam ebrietates et crapulæ, quæ juramenta, quæ maledictiones, qui somni, quæ evigilationes, et quotquot aliæ sunt symbolicæ effigiationis Dei sacræ formationes ac figurationes. Arbitror etiam te deprehendisse, quomodo extrema sint prolixiora prioribus; decebat enim informationes theologicas, et divinorum nominum explanationem minus verbosa esse *Symbolica theologia*. Quanto enim ad altiora contendimus, tanto magis sermones nostri rerum intellectilium aspectibus contrahuntur; sicut etiam modo, dum caliginem illam, quæ intellectum superat, ingrediemur, non in breviloquentiam duntaxat, verum etiam in silentium perfectum, et intelligentiæ defectionem incidemus. Atque in illis quidem a supremo ad infima derivans oratio, pro mensura descensus ad proportionatam latitudinem extendebatur; nunc vero ab inferioribus ad id quod supremum eminet, ascendens juxta modum ascensionis contrahitur, et post omnem ascensum penitus obmutescet, atque ineffabili (Deo) tota conjungetur. Sed quorsum (inquies) a primo positiones divinas statuentes, divinam illam ablationem ab extremis auspicamur? Quia nimirum, cum id, quod supra omnem positionem est, statuebamus ab eo quod ipsi magis cognatum est, fundamentum affirmandi ponendum erat; verum cum id tollimus quod supra omnem est ablationem, ab iis quoque quæ maxime distant removeri debebat; nonne Deus magis est vita et bonitas, quam aer aut lapis? magisque non crapulatur et non irascitur, quam non dicatur aut intelligatur?

## ADNOTATIONES CORDERII.

*In theologicis quidem informationibus*, etc. Ex hoc capite patet (quod observatione generali 11 et 12 probavimus) sanctum Dionysium accurate omnes totius scholasticæ theologiæ partes tradidisse. Nam ut hic significat, in *theologicis informationibus*, quas ὑποτυπώσεις appellat, luculenter et ample

## VARIÆ LECTIONES.

[98] ita legendum. [99] in S. P. et Sc. præponuntur hæc verba, τί οὖν ἐστι τοῦτο, ἤ. [100] πῶς σοφία. [1] βραδυλογωτέραν, S. βραχυλογώτερα, Ch. D. [2] καὶ καθάπερ καὶ νῦν, S. [3] εἰσδυνοντας, D. [4] ὅλως. εἰ καὶ ὅλως, S.; in D. utraque lectio notatur. [5] φασιν, Ch. [6] αὐτῷ, Ch.

divinam naturam cum omnibus attributis essentialibus explicuit, et quidquid scholastici fusissimis commentari's, de Deo uno et trino, et divinis processionibus, et personarum inter se oppositionibus, distinctionibusque, et earum in se invicem circuminsessione prolixe disputant : quibus si is quem de angelicis proprietatibus scripserat, et *Cœlestis hierarchiæ* liber adjungatur, primam divi Thomæ partem luculentissime a Dionysio cognosces ante descriptam. Prima vero secundæ, ubi potissimum de actibus humanis, et eorumdem bonitate ac malitia, vitiisque et peccatis agitur, magnum habuit fundamentum in capite quarto *De divinis nominibus*, ubi fusissime **564** Dionysius disputat de natura bonitatis et malitiæ, majora sine dubio ad illam theologiæ partem subsidia allaturus, nisi libri *De anima*, et *De intellectualibus et sensilibus*, temporum injuriis intercidissent. Ad tractatum autem de legibus haud dubium quin liber ejus *De legali hierarchia* plurimum contulisset, qui pariter non reperitur. Secunda quoque secundæ, ubi de jure et justitia disputatur, aliquod saltem habet fundamentum in capite octavo *De divinis nominibus*, ubi agit de justitia ; majus sane subsidium acceptura ex libro Dionysii *De justo divinoque judicio*, nisi similiter maximo Ecclesiæ damno intercidisset. Porro tractatus *De gratia et virtutibus theologicis* e diversis Dionysii locis σποράδην magnum lumen accipit.

Tertia denique pars, ubi agit de divini Verbi Incarnatione, similiter tota, ut hoc loco Dionysius testatur, fuit ab ipso accurate pertractata in libro *Divinarum institutionum*, in quo ait se scripsisse, *quomodo Jesus, qui erat supra substantiam, humanæ naturæ veritatem substantiamque susceperit.* Tractatus autem *De sacramentis* quam accuratissime distinctissimeque in *Ecclesiastica hierarchia* videtur expositus. Neque vero illam quæ in Scripturis explicandis versatur theologiæ partem neglexit ; nam dicit se *Symbolicam theologiam*, eamque cæteris fusius conscripsisse, quæ in Scripturis interpretandis tota fuisse videtur : adeo ut etiam hæc theologiæ pars, quæ Scripturis explicandis vacat, ab hoc sancto cumulatissime tradita fuerit. Et sane si illa, quæ maximo theologorum detrimento intercederunt, Opera Dionysii exstitissent, nemo præter eum in scholis auctor fuisset prælegendus cum ex ipso, utpote fonte, purior theologia profluxisset.

*Ea quæ affirmantis theologiæ.* Vide capitis præcedentis adnotationes et in observationibus generalibus 8 et 9, ubi naturam et differentiam affirmantis et negantis theologiæ explicuimus. Pro intelligentia autem eorum quæ hic breviter attingit de divinæ naturæ unitate, et personarum distinctione, et earumdem circuminsessione, consule caput secundum *De divinis nominibus*, et nostras ibidem adnotationes, ubi divinæ processiones et mutuæ in se invicem circuminsessiones explicantur, et quæ Jesu quoque propria sint ac substantialia.

*In symbolica vero theologia.* Consule inferius Epistolam IX, quæ est ad Titum, et ibidem nostras adnotationes, ubi exponuntur illa quæ ad symbolicam theologiam spectant.

*Quanto enim ad altiora contendimus*, etc. Rationem tradit cur pro ratione ascensus ad Deum cognitio nostra contrahatur. Quia nimirum quanto magis ipsi Deo appropinquamus, tanto quoque magis ad unitatem ejus accedimus ; unde consequens est, ut cognitio etiam nostra contrahatur ac simplificetur, non secus ac lineæ ; quæ quanto a circumferentia ad centrum magis appropinquant, tanto quoque contrahuntur, donec, in ipso puncto convenientes, omnem prorsus extensionem amittunt, et inter se et cum puncto quid unum indivisibile fiunt ; sicut econtra quo plus a centro discedunt, eo magis expanduntur, atque ab invicem discernuntur. Hinc fit ut mystica theologia, dum rerum omnium dividuarum, sive sensilium sive intellectilium, cognitionem deserens atque transcendens, ad centrum suum, qui Deus est, contendit ac pervenit, tandem in omnimodam ἀλογίαν et ἀγνωσίαν, per omnis sermonis et naturalis intelligentiæ defectionem, incidat, in caligine mystica ipsi Deo intime conjuncta.

Hic notandum est, positionem, uti et ablationem, aliam esse simplicem, aliam esse hypotheticam. Positio simplex est, cum dicimus verbi gratia, Deus est vita, bonitas, et cætera. Hypothetica vero est, cum affirmationi adjungimus comparationem, ut in fine hujus capitis facit Dionysius, dicens : *Magis est Deus vita quam lapis, et magis bonitas quam ignis.* Ablatio autem simplex sive negatio est, ut, Deus non est lapis, non irascitur, et similia. Hypothetica, ut : Magis non est Deus ebrius, quam non est sermone explicatus. Supra utrumque genus positionis et ablationis est Deus. In positionibus hypotheticis, quæ magis Deo conveniunt, illa sortiuntur illud magis, ut : Magis est Deus vita quam aer. Contra vero in ablationibus quæ remotiora sunt a Deo, recipiunt magis, ut : Magis non irascitur Deus, quam non intelligitur.

—

## 565 PARAPHRASIS PACHYMERÆ (55).

In theologicis quidem informationibus affirmativæ theologiæ celebratæ sunt, videlicet quomodo sit unica divina natura, quam recentiores ὁμοούσιον appellant; quomodo trina, quam τρισυπόστατον seu tribus subsistentiis subsistere perhibemus ; quæ sint proprietates personarum, et quid paternitas ac filiatio significent; et quæ sit sanctificatrix sanctissimi Spiritus virtus et divinum nomen ; et quomodo dicatur : *Eructavit cor meum verbum bonum* [1] ; et quomodo de adorando Spiritu dictum sit : *Qui ex Patre procedit :* et quomodo in Patre, et in seipsis, et in se mutuo Filius et Spiritus sanctus sint æterne et indivulse et inseparabiliter in

A Ἐν μὲν οὖν ταῖς θεολογικαῖς ὑποτυπώσεσιν αἱ καταφατικαὶ θεολογίαι ὑμνήθησαν, δηλονότι, πῶς ἑνικὴ ἡ θεία φύσις, ὃ οἱ νεώτεροι *ὁμοούσιον* προσεῖπον· πῶς τριαδική, ὃ φαμεν τρισυπόστατον, τίνες αἱ τῶν προσώπων ἰδιότητες, καὶ τί δηλοῖ πατρότης καὶ υἱότης, καὶ τίς ἡ τοῦ παναγίου Πνεύματος ἁγιαστικὴ δύναμις καὶ θεολόγος, καὶ πῶς εἴρηται τὸ, *Ἐξηρεύξατο ἡ καρδία μου λόγον ἀγαθόν*, καὶ πῶς περὶ τοῦ προσκυνητοῦ Πνεύματος εἴρηται· *Ὁ παρὰ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται*· καὶ πῶς ἐν τῷ Πατρὶ καὶ ἐν ἑαυτοῖς καὶ ἐν ἀλλήλοις ὁ Υἱὸς καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα συναϊδίως καὶ ἀσχίστως καὶ ἀδιαιρέτως ἐν μονῇ εἰσιν ἀνεκφοιτήτῳ. Ἐν δὲ τῷ *Περὶ θείων* πάλιν *ὀνομάτων*, πῶς ὀνο-

[1] Psal. XLIV, 1.

(55) Vide Scholia S. Maximi tom. II, cap. 3 *Myst. theol.*

μάζεται ὁ Θεὸς καταφατικῶς, καὶ ὢν, καὶ ζωὴ, καὶ σοφία, καὶ δύναμις. Πάλιν ἐν τῇ *Συμβολικῇ θεολογίᾳ*, τίνες αἱ ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν μετωνυμίαι, καὶ τίνες αἱ μορφαὶ, ἃς περιτιθεῖσιν οἱ προφῆται θεοπρεπῶς τῷ Θείῳ· καὶ ποῖα τὰ σχήματα, καὶ τὰ τοῦ σώματος μέρη, τίνα πρόσωπα δηλονότι, καὶ ὦτα, καὶ χεῖρες, καὶ πόδες, καὶ ποῖα τὰ ὄργανα, καὶ τἄλλα, ἵνα μὴ καθ' ἕκαστον λέγωμεν, ἃ δὴ πάντα ἐξ ἀποφάσεως ὀφείλουσι λέγεσθαι ἐπὶ Θεοῦ. Ἔχεις γοῦν γινώσκειν, πῶς τὰ μᾶλλον πορρώτερον τοῦ Θεοῦ, ἃ δὴ ἔσχατα λέγει, πολυλογώτερά εἰσιν. Ὅσῳ γάρ εἰσιν ἀνοίκεια Θεῷ, καὶ μὴ προσήκοντα, τοσούτῳ δέονται λόγων εἰς παράστασιν, πῶς ἐπὶ Θεοῦ νοηθήσονται. Διὰ τοῦτο αἱ *Θεολογικαὶ ὑποτυπώσεις* κατὰ τὸ *Περὶ τῶν θείων ὀνομάτων* βραχύτεραί εἰσι τῆς *Συμβολικῆς θεολογίας*, ὅτι ἐν ἐκείνοις καταφατικῶς ἐλέγομεν, ἐν μὲν ταῖς *Θεολογικαῖς ὑποτυπώσεσι*, περὶ Θεοῦ, ὅτι μονὰς, ὅτι Τριὰς, ὅτι Πατὴρ, ὅτι Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα· ἐν δὲ τῷ *Περὶ θείων ὀνομάτων*, ὅτι ὢν, ὅτι ζωὴ, ὅτι σοφία, ὅτι δύναμις· ἐν δὲ τῇ *Συμβολικῇ θεολογίᾳ*, ἐπεὶ περὶ συμβόλων λέγει, σχημάτων, μερῶν, ὀργάνων, κραιπαλῶν, ὁρμῶν, ὕπνων, ἐγρηγόρσεων, ἃ δὴ πάντα ἐξ ἀποφάσεως ὀφείλουσι λέγεσθαι, ὡς ἀνοίκεια καὶ πόρρω Θεοῦ, εἰκότως πολυλογώτερα τὰ τοιαῦτα συνέβησαν γενέσθαι· ἐπείπερ ὅσῳ τῷ Θεῷ οἰκειότερα λέγομεν, καὶ ἀνανεύομεν, καὶ ἐγγίζομεν πρὸς αὐτὸν, τοσούτῳ οἱ λόγοι ταῖς συνόψεσι τῶν νοητῶν περιστέλλονται. Συνόψεις δὲ τῶν νοητῶν, τὰς τῇ ἀΰλῳ αὐτῶν ἁπλότητι πρεπούσας θεωρίας ἐκάλεσε. Τὸ δὲ *περιστέλλονται* ἀντὶ τοῦ συστέλλονται τέθεικεν. Ὅπερ φησὶ καὶ νῦν ἐπὶ τῇ μυστικῇ θεολογίᾳ πάντως γενήσεται. Καὶ γὰρ παντελῶς εἰς τὸν ὑπὲρ νοῦν καὶ οἰκεῖον Θεῷ γνόφον εἰσδύντες, μὴ μόνον βραχυλόγοι γενησόμεθα, ἀλλὰ καὶ ἀλογίαν παντελῆ καὶ ἀνοησίαν εὑρήσομεν. *Ἀλογίαν* δέ φησι, τὸ μὴ δύνασθαι λόγῳ παραστῆσαι τὰ ὑπὲρ λόγον, καὶ *ἀνοησίαν* τὸ, ἀνεννόητον, καὶ ὃ μὴ δύναταί τις νοῆσαι, ὡς ὑπὲρ νοῦν ὄν. Κἀκεῖ μὲν, ἤγουν ἐν τῷ *Περὶ θείων ὀνομάτων*, ἀπὸ τοῦ ἄνω πρὸς ἀνάλογον πλῆθος ὁ λόγος ἠὐρύνετο· τὸ γὰρ ὢν, οἰκεῖον ὂν τῷ Θεῷ βραχυλογίαν εἶχε· τὸ δὲ *Παλαιὸς ἡμερῶν*, ἢ ἄλλο τι πορρώτερον, εἰκότως πολυλογίας ἐδέετο. Νῦν δὲ, ἀπὸ τῶν κάτω τε καὶ πολλῶν συνθέσεων καὶ συμβόλων πρὸς τὸ ἑνιαῖον καὶ ἀκρότατον ἀνιὼν, εἰκότως κατὰ τὸ μέτρον τῆς ἀνόδου συσταλήσεται· καὶ τόσον, ὅτι μετὰ τὴν ἄνοδον ἄφωνος ἔσται καὶ ὅλος ἑνωθήσεται τῷ ἀφθέγκτῳ διὰ σιγῆς τιμίας τιμῶν τὸν *θέμενον σκότος ἀποκρυφὴν αὐτοῦ*. Διὰ τί δὲ ὅλως, φῄς, ἀπὸ μὲν τῶν πρωτίστων τὰς θέσεις, ἀπὸ δὲ τῶν ἐσχάτων τὰς ἀποφάσεις ποιούμεθα καταρχόμενοι; Λέγομεν ὅτι ἐπὶ μὲν τῶν θέσεων κεχρήμεθα τῇ ὑποθετικῇ, τουτέστι τῇ ὑπαγορευτικῇ, καὶ οἷον δηλωτικῇ καταφάσει, ὅτι Θεὸς, ὅτι ζωὴ, ὅτι ἀγαθότης, ἢ ἀὴρ, ἢ λίθος, ἢ πῦρ, ἢ πνεῦμα, ἢ τὰ τοιαῦτα. Τὰ γοῦν πρότερα τῷ Θεῷ οἰκειότερα καὶ συγγενέστερα· λοιπὸν μᾶλλόν ἐστι ζωὴ ἢ ἀὴρ, καὶ μᾶλλον Θεὸς ἢ λίθος, καὶ μᾶλλον ἀγαθότης, ἢ πῦρ, καὶ μᾶλ-

A mansione sine egressu. In libro autem *De divinis nominibus*, quomodo rursum vocetur Deus affirmative et ens, et vita, et sapientia, et virtus. Et rursum in *Symbolica theologia*, quæ sint rerum sensilium translationes, et quæ formæ, quas prophetæ convenienter Deo attribuunt; et quales sint figuræ corporisque membra, quæ facies scilicet, et aures, et manus, et pedes, et qualia instrumenta, et cætera, ne singula recenseamus, quæ utique omnia ex negatione dici debent de Deo. Potes itaque cognoscere quomodo quæ a Deo magis remota sunt quæ utique extrema dicit, verbosiora sint. Quanto enim magis a Deo aliena sunt, eique dissentanea, tanto pluribus verbis opus habent ut explicentur, quomodo in Deo intelligantur. Idcirco *theologicæ informationes* secundum tractatum *De divinis nominibus* breviores sunt *Symbolica Theologia*, quoniam in iis affirmando dicebamus, in *Theologicis* quidem *informationibus*, Deum esse unum, Trinitatem, esse Patrem, et Filium, et Spiritum sanctum : in libro vero *De divinis nominibus*, Deum esse ens, vitam, sapientiam, virtutem : in *Symbolica* vero *theologia* cum de symbolis, figuris, partibus, instrumentis, crapulis, propensionibus, somnis vigiliisque tractet, quæ utique omnia negative dici debent, tanquam a Deo aliena et remota, merito quæ sunt ejuscemodi pluribus verbis explicari debebant; quandoquidem quanto magis propria de Deo dicimus, illique magis assentimur **566** et appropinquamus, tanto etiam magis sermones nostri rerum intellectilium aspectibus contrahuntur. Conspectus autem rerum intellectilium vocavit contemplationes, immateriali illarum simplicitati congruentes. Posuit autem περιστέλλονται, pro συστέλλονται, id est *contrahuntur*. Quod autem dicit, etiam nunc in mystica theologia omnino fiet. Etenim in supramentalem illam Deoque propriam caliginem immersi, non solum breviloqui evademus, verum etiam omnimodam sermonis et intellectionis vacuitatem reperiemus. Ἀλογίαν vero dicit, non posse sermone repræsentare illa quæ supra sermonem sunt : et ἀνοησίαν, id quod intelligi nequit, et quod nullus intelligere potest, cum mentem superet. Atque ibi quidem, scilicet in libro *De divinis nominibus*, a summo ad proportionatam multitudinem sermo dilatabatur : nam ens, cum proprium sit Deo, breviloquentiam habebat; *Antiquus* vero *dierum*, vel aliud quid remotius, merito multis verbis indigebat. Nunc vero ab inferioribus et multis compositionibus ac symbolis, ad unicum et summum ascendens, merito juxta modum ascensionis contrahetur; idque in tantum, ut post ascensum, ad omnimodum silentium rediigendus sit, atque ineffabili Deo totus conjungendus, cum venerando silentio honorando, qui *posuit tenebras latibulum suum* [x]. Verum petes cur a primis positiones divinas statuentes, divinas illas ablationes ab extremis auspi-

[x] Psal. xvii, 12.

cemur. Dicimus, nos in positionibus quidem usos esse enuntiativa, id est definitiva et quasi demonstrativa affirmatione, ut Deum esse, vitam esse, bonitatem esse, vel aerem, vel lapidem, vel ignem, vel spiritum, vel similia. Priora utique Deo magis propria sunt, magisque naturalia; siquidem magis vita est quam aer, et magis Deus quam lapis, et magis bonitas quam ignis, et magis sapientia quam spiritus. Hoc itaque est inchoare a primis in positionibus, quoniam magis intelliguntur in Deo prima quam postrema. In ablationibus vero contra hoc modo: Non inebriatur Deus, non irascitur, non dicitur, non intelligitur. Illud: Non inebriatur, est ultimum, (est enim etiam hominum. Non intelligitur vero, proprium et primum. Illud itaque Deum sermone non efferri, et mente non concipi, magis proprium est Deo quam non crapulari, neque irasci: **567** siquidem hæc etiam hominibus propria sunt, atque idcirco ultima. Et similiter incipimus, ab extremis ablationis, v. gr. Magis Deus non inebriatur quam non dicatur, et magis non irascitur quam non intelligatur. Quemadmodum igitur in positionibus quæ propria sunt admittebant magis, et magis dicebamus Deum quam aerem; et magis bonum quam spiritum, ita hic etiam extrema magis habent, quoniam etiam abstractive dicimus; verbi gratia, Magis non crapulatur quam non intelligatur, et cætera. Crapula autem est copiosa et vehementissima ebrietas, veluti καραπάλη, id est τὸ κάρα, seu *caput*, πάλλουσα, *quatiens*, plurimumque movens: μῆνις autem non est, quæcunque ira, sed permanens. Ubi autem aer dictus est, et ubi lapis? Lapis quidem a Davide [y], sicut etiam Dominus de seipso explicat, aiens: *Nunquid legistis in Scripturis: Lapidem quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli* [z]? Et iterum ab Apostolo: *Petra autem erat Christus* [a]. Aer vero juxta quod dictum est in libris Regum: *Et ecce aura tenuis, et ibi Dominus* [b].

λον σοφία ἢ πνεῦμα. Τοῦτο γοῦν ἐστι τὸ ἄρχεσθαι ὑπὸ τῶν πρωτίστων, ἐπὶ τῶν θέσεων, ὅτι μᾶλλον νοοῦνται τὰ πρώτιστα ἐπὶ Θεοῦ, ἢ τὰ ἔσχατα. Ἐπὶ δὲ τῶν ἀφαιρέσεων τὸ ἐναντίον, οὕτως· Οὐ μεθύσκεται ὁ Θεὸς, οὐ μηνιᾷ, οὐ λέγεται, οὐ νοεῖται. Τὸ οὐ μεθύσκεται, ἔσχατον· ἔστι γὰρ καὶ ἀνθρώπων. Τὸ οὐ νοεῖται, οἰκεῖον καὶ πρώτιστον. Ἔστι τοίνυν τὸ μὴ λόγῳ λέγεσθαι τὸν Θεὸν, καὶ τὸ μὴ νοεῖσθαι, οἰκειότερον Θεῷ μᾶλλον ἢ τὸ μὴ κραιπαλᾷν, μηδὲ ὀργίζεσθαι· ταῦτα γὰρ καὶ ἀνθρώποις οἰκεῖα, καὶ διὰ τοῦτο ἔσχατα. Καὶ ὅμως ἐκ τῶν ἐσχάτων τῆς ἀφαιρέσεως ἀρχόμεθα, οἷον· Μᾶλλον οὐ μεθύει ὁ Θεὸς, ἢ οὐ λέγεται· καὶ μᾶλλον οὐ μηνιᾷ ἢ οὐ νοεῖται. Ὥσπερ γοῦν ἐπὶ τῶν θέσεων τὰ οἰκεῖα τὸ μᾶλλον εἶχον, καὶ μᾶλλον Θεὸς ἐλέγομεν ἢ ἀὴρ, καὶ μᾶλλον ἀγαθὸς ἢ πνεῦμα· οὕτως ἐνταῦθα τὸ μᾶλλον τὰ ἔσχατα ἔχουσιν, ὅτι ἀφαιρεματικῶς λέγομεν, οἷον μᾶλλον οὐ κραιπαλᾷ ἢ οὐ νοεῖται, καὶ τὰ λοιπά. Κραιπάλη δέ ἐστιν ἡ πολλὴ μέθη καὶ σφοδροτάτη, οἷον καραπάλη τις οὖσα, ὅ ἐστι τὸ κάρα ἤτοι τὴν κεφαλὴν πάλλουσα, καὶ πάνυ κινοῦσα· μῆνις δὲ οὐχ ἡ τυχοῦσα ὀργὴ, ἀλλ' ἡ ἐπίμονος. Ποῦ δὲ ἀὴρ ἐλέχθη, καὶ ποῦ λίθος; Λίθος μὲν παρὰ τῷ Δαυΐδ, καθὼς καὶ ὁ Κύριος περὶ ἑαυτοῦ ἐξηγεῖται λέγων· *Οὐδέποτε ἀνέγνωτε ἐν ταῖς Γραφαῖς· Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας;* καὶ πάλιν παρὰ τῷ Ἀποστόλῳ· *Ἡ δὲ πέτρα ἦν ὁ Χριστός*· ἀὴρ δὲ κατὰ τὸ ἐν ταῖς Βασιλείαις εἰρημένον· *Καὶ ἰδοὺ αὔρα λεπτὴ, καὶ ἐκεῖ Κύριος.*

## CAPUT IV.

*Quod nihil rerum sensibilium sit is, qui omnis rei sensilis secundum excellentiam est auctor.*

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Δ'.

*Ὅτι οὐδὲν τῶν αἰσθητῶν ὁ παντὸς αἰσθητοῦ καθ' ὑπεροχὴν αἴτιος.*

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Exempla ponit negantis theologiæ, et ostendit quomodo nihil sensile Deo competat.*

Dicimus ergo, causam omnium, et quæ supra omnia est, nec essentiæ, nec vitæ, nec rationis, nec mentis expertem esse, neque corpus exsistere, neque figuram, neque qualitatem aut quantitatem aut molem habere, neque in loco esse, neque videri, neque tactum sensilem habere, neque sentire, nec sub sensum cadere, nec inordinationem admittere aut perturbationem a passionibus materialibus excitatam, nec imbecillem esse et sensilibus casibus obnoxium; neque lucis indigum exsistere, neque mutationem aut corruptionem, neque fluxum, neque quidquam sunt, vel esse, vel habere.

Λέγομεν οὖν, ὡς ἡ πάντων αἰτία, ὑπὲρ πάντα οὖσα, οὔτε ἀνούσιός ἐστιν, οὔτε ἄζωος, οὔτε ἄλογος, οὔτε ἄνους, οὐδὲ σῶμά ἐστιν· οὔτε σχῆμα, οὔτε εἶδος, οὔτε ποιότητα, ἢ ποσότητα, ἢ ὄγκον ἔχει· οὐδὲ ἐν τόπῳ ἐστὶν, οὔτε ὁρᾶται, οὔτε ἁπαφὴν αἰσθητὴν ἔχει· οὐδὲ αἰσθάνεται, οὔτε αἰσθητή ἐστιν, οὐδὲ ἀταξίαν ἔχει καὶ ταραχὴν, ὑπὸ παθῶν ὑλικῶν ἐνοχλουμένη· οὔτε ἀδύναμός ἐστιν [1], αἰσθητοῖς ὑποκειμένη συμπτώμασιν, οὔτε ἐν ἐνδείᾳ ἐστὶ φωτὸς, οὐδὲ ἀλλοίωσιν, ἢ φθορὰν, ἢ μερισμὸν, ἢ στέρησιν, ἢ ῥεῦσιν, οὔτε ἄλλο τι τῶν αἰσθητῶν, οὔτε ἐστὶν, οὔτε ἔχει.

---

[y] Psal. cxvii, 22. [z] Luc. xx, 17. [a] I Cor. x, 4. [b] III Reg. xix, 12.

### VARIÆ LECTIONES.

[1] alia lectio in D. notatur, ἀδύνατός ἐστιν.

## 568 ADNOTATIONES CORDERII.

*Dicimus ergo causam omnium.* Cum omnia de Deo negaturus sit, ne quis ex istiusmodi negationibus in errorem inducatur, putando Deum nihil esse, aut imaginarium aliquod figmentum exsistere, prudenter præmisit ipsum esse causam omnium, non quidem formaliter effectus suos, sed eminenter et transcendenter eos continentem. Unde cum formaliter et secundum modum concipiendi nostrum omnia de Deo negat, vult intelligi Deum ista omnia eminenter, et supra captum nostrum, non divisim aut partialiter, sed unitim et universim simplicissima ratione, rerum omnium conceptibilium perfectiones ac rationes, supra omnem perfectionem ac rationem conceptibilem complecti. Negantem itaque theologiam incipiens, ne quis ob negationes infra ponendas Deum inanem, mortuum, irrationalem aut amentem imaginaretur, ait eum causam omnium exsistere, et supra omnia, neque essentiæ, neque vitæ, nec rationis, nec mentis expertem esse, ubi dum Deum essentia, vita, ratione ac mente carere negat, hæc ipsa de eodem plusquam excellenter et superessentialiter affirmat.

Nota quod, licet nihil eorum quæ sub sensum cadunt, divinæ naturæ utpote simplicissimæ purissimæque conveniant, nec occultum illud Dei manifestent, non male tamen summos theologos de Deo philosophari ex rebus sensibilibus et creaturis, scilicet a posteriori. Quoniam posteriora Dei ipsæ creaturæ sunt, et earum rationes, juxta illud : *A magnitudine enim speciei et creaturæ poterit cognoscibiliter creator horum videri* [c]. Confirmat hoc Gregorius theologus in secunda oratione de theologia. Currebam quidem, inquit, tanquam Deum cognitione comprehensurus, atque ita ascendi in montem et divisi nubem in eam ingressus. Et paucis interjectis, Cum paululum, inquit, prospexissem, non vidi primam et æternam naturam, quæ sibi, id est Trinitati nota est, et quanta intra primum velum manet, et a cherubinis contegitur, sed illam, quæ extrema est, et ad nos pervadit, quæ est (quantum intelligo) amplitudo illa, vel, ut David ait, magnificentia, quæ in creaturis et iis quæ ab ipso effecta sunt et gubernantur, cernitur. Hæc enim sunt posteriora Dei, quæ post eum sunt ipsius indicia ; sicut solis umbræ et imagines in aquis, quæ infirmis oculis solem utcumque ostendunt ; siquidem impossibile est solem intueri adversum, cujus radiis acies oculorum vincitur.

Et magnus Athanasius velut percunctando ait in quæst. ad Antiochum principem : Cum Deus sit incorporeus, et figura careat, quæ tandem posteriora ejus vidit Moyses? Deinde solvens quæstionem, Credimus, inquit, ante sæcula et ante cunctas creaturas esse Deum totum solum, increatum. Ex quo fit ut posteriora Dei sint creaturæ, et earum rationes, quas cum vidisset, exposuit, inquiens : *In principio creavit Deus cœlum et terram* [d].

Item Gregorius Nyssenus in libro *De vita Moysis* : Gloria, inquit, increata, natura scilicet divina, omnino est, secundum se ineffabilis, et quæ comprehendi non potest, neque videri. Nihil enim quod est ipsum hoc per se nudum, potest intelligentia liquide comprehendi, aut oculis corporis ullo modo cerni, increatum enim est ; quod autem est increatum, nullus potest oculis corporis cernere, quamvis Moyses sit, quamvis Paulus, qui in tertium cœlum ascendit, quamvis angelus sit qui Deum videt. Ex quibus clare innotescit valentissimos etiam theologos non ultra creaturam progredi in iis quibus Deum vident ; sed potius ipsam creaturam, et quæ in natura ejus insunt, considerare. Quod si, inquit Cyparissiotus, ad hunc modum et hac via et ratione de Deo disserunt, necessario sequitur theologiam, quæ in negatione versatur, longe præstantiorem esse, et ad contemplationem magis idoneam ea theologia quæ in affirmatione cernitur. Unde Dionysius hoc et sequenti capite omnia de Deo negat.

*Neque corpus exsistere.* Nam Joannis IV dicitur Deum esse spiritum, ex quo Christus infert, eum spiritualiter adorandum esse, nec indigere templis corporeis ; ex quo patet eum spiritum ibi proprie sumere, et prout distinguitur a corpore. Hinc S. Thomas, parte I ad I, docet Deum non esse corpus ; quia cum corpus sit spiritu imperfectius, Deus, qui est ens perfectissimum, non potest esse corpus, sed spiritus. Manichæi olim et quidam alii hæretici, dicti Vadiani sive Audiani, dixerunt Deum esse corporeum et humana forma, ob quædam loca Scripturæ, in quibus Deus dicitur habere brachium, digitos, pedes, etc., atque illud : *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [e], de corpore intelligebant. Sed hæ rationes nullius momenti sunt ; nam locus ille aperte de anima intelligitur, et alia loca Scripturæ metaphorice intelligenda sunt.

*Neque figuram neque formam*, etc., *habere.* Ex quibus (inquit Cyparissiotus dec. 10, cap. 9) fit manifestum, quod in unitate Trinitatis neque reperitur principium, **569** neque medium, neque finis. Si quis vero aliquid horum quærat, multa reperientur, et non unitas. Principium enim et medium, et finis, eorum plane sunt quæ dividi possunt, unitas vero individua est. Similiter quod habet principium, et medium, et finem, totum aliquid est ex his coagmentatum ; quod autem sic est totum, ex partibus etiam est totum ; partes autem multæ, igitur totum ex multis. Unitas vero expers partium est, et non ex multis, aut ex partibus totum. Præterea, quod neque principium, neque finem habet, neque terminum in utroque habet : et idcirco infinita est unitas. Bifariam enim, inquit, cum infinitum contemplamur, scilicet secundum principium et finem, quod non est ex his, et est supra hæc, infinitum appellatum est. Sed neque formam habet, vel figuram, vel speciem, vel colorem, divina unitas. Sic enim Magnus Basilius libro quarto τῶν ἀντιῤῥητικῶν : Si, inquit, Filius vere est imago Patris, omnia autem imago vel substantiæ, vel formæ, vel figuræ, vel speciei, vel coloris imago est, Deus autem in nullo horum est, sed in sola substantia. Filius igitur, cum sit imago substantiæ, sequitur, ut sit ὁμοούσιος, id est ejusdem substantiæ Patris ; et relinquitur ut sit unitas expers formæ, et figuræ, et speciei, et coloris. Expers igitur est formæ, quia idem est forma et substantia Dei. Hoc enim ab omnibus theologis concessum est. Si igitur in sola substantia est Deus, non igitur in forma circa substantiam ; hæc enim forma non est sola substantia. Est etiam sine figura, quia demonstratum est non habere medium ; si autem non habet medium, neque rotundi, neque recti particeps est ; quia ubi non est medium, nec extrema æqualiter a medio distabunt, quod quidem in rotundis evenit ; neque rursus ab extremo ad extremum æqualiter procedit linea, quod quidem in rectis reperitur. Si autem nec hoc, nec illud ; caret igitur figura unitas divina. Est præterea expers speciei, quia species continentur in generibus ; unitas vero divina, nec est in alio, nec in se. In alio quidem si esset, eveniret ei perinde ac si in medio esset comprehensa, quod in circuli centro contingit : demonstratum vero est, non habere eam partes, neque figuram ; non est igitur in alio, imo nec in se ; alioqui idem etiam quod circulo, ei accideret, si ipsa se complecteretur et contineret. Non enim

[c] Sap. XIII, 5. [d] Gen. I, 1. [e] Gen. I, 26.

potest esse aliquid in seipso, quin a seipso contineatur. Etsi enim Deus ex se, et ipse seipsum continet; tamen fieri non potest, ut idem contineat et a se contineatur. Si autem ab alio continetur, hoc est quod dicebamus ad figuras pertinere. Caret etiam colore, quia est substantia quæ non est in subjecto. Quomodo recipiet colores, quæ non potest cadere sub aspectum, qui colores discernit? Sicut ergo non est hæc omnia divina unitas, sic neque habet universitatem vel universum, quod partes recipiat alioqui incidet utrumvis eorum quæ diximus. Omnis enim oratio, vel effertur universe in universis, aut in universis non universe, sed particulariter, ut ait Dionysius cap. 11 *De divinis nominibus*.

*Neque in loco esse.* Hoc enim proprium est corporum et rerum circumscriptarum, Deus autem incorporeus est, et nullo termino circumscriptus, quare nec ipse est in loco, neque quæ in ipso sunt tanquam in loco sunt; sed habet ea ut seipsum habens, et in eis exsistens, omnibus quidem simul exsistentibus, et in impartibili in ipso exsistentibus, distinctis vero in impartibili impartibiliter.

*Neque videri*, etc. Divinus Diodochus et silentii magister, in libello *De spirituali perfectione* : Nemo, inquit, cum sensum mentis audit, speret videre oculis gloriam Dei. Sentire enim eam dicimus gustu quodam, qui expromi non potest, divinæ consolationis, cum quis animam purgaverit; non autem apparere ei aliquid eorum quæ sub aspectum cadunt : siquidem nunc per fidem, et non per speciem ambulamus, sicut Apostolus ait [f] : Si cui igitur eorum qui certant (56) vel lumen, vel figura quæpiam, vel aliquid ad similitudinem ignis appareat, ne amplectamur hujusmodi visum; est enim fallacia inimici manifesta. Quæ quidem res multos fefellit, qui propter ignorantiam a via veritatis male deflexerunt. B. Chrysostomus in oratione *De incomprehenso* : Quod in Deo est incomprehensum, non sic nos scimus, sicut illæ potestates, quæ tanto magis sciunt, quanto mundiores, et sapientiores, et perspicaciores, quam humana natura sunt. Accretio enim sapientiæ accretionem reverentiæ creat, sicut id quod ex radiis solis non potest aspectus ferre. Non sic cernit cæcus, sicut qui videt : ad eumdem modum quod est in Deo incomprehensum, non sic nos, ut illi, cognoscimus. Quantum enim interest inter cæcum et videntem, tantum interest inter nos et illos. Et rursus idem in iisdem : Illi igitur angeli aspectus tegunt, hi vero alioqui homines contendunt intendere oculos impudenter in gloriam inexplicabilem. Quis eos non defleat? quis non lugeat hanc vecordiam et extremam dementiam? Et iterum idem, cum explanat illud : *Vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre* [g]. Non, inquit, vidissemus, nisi per corpus nobis assuetum, et nobiscum altum, nobis apparuisset. Et adhuc in homilia 15 *in Joannem* : Si *Deum nemo vidit unquam* [h], quid igitur, inquit, respondebimus grandiloquo Isaiæ, cum ait : *Vidi* **570** *Dominum sedentem super solium excelsum et elevatum* [i]? et Joanni, qui ei testimonium præbet, cum ait : *Hæc dixit quando vidit gloriam ejus* [k]? Quid Ezechieli? siquidem ipse etiam vidit eum sedentem super cherubim [l]. Quid Danieli? cum ait : *Antiquus dierum sedit* [m]. Quid Moysi? qui dixit : *Ostende mihi faciem tuam, ut sciam te* [n]. Jacob autem hinc nomen accepit, cognominatus Israel, id est, *Videns Deum* [o]. Quid igitur ait Joannes : *Deum nemo vidit unquam* [p]? Liquet omnia illa ad condescensionem pertinuisse. Quia enim futurum erat, ut Filius Dei in vera carne appareret, assuefaciebat eos a principio Deus in gloria Dei videnda, quantum ab eis videri poterat. Quid enim sit Deus, non solum prophetæ, sed nec angeli, nec archangeli viderunt; solus Filius et Spiritus sanctus eum vident. Quomodo enim omnis natura creata videre poterit non creatum? Nam si potestatis incorporeæ, quamvis creatæ, visionem claram penitus capere non possumus (et hoc sæpenumero in angelis demonstratum est), multo magis substantiæ non creatæ. Idcirco Paulus ait : *Quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest* [q]. Et de Filio dicit, non esse aspectabilem non solum hominibus, sed et superis potestatibus [r]. Postquam enim paulo post dixit Paulus, *Manifestatus est in carne;* subjunxit : *Apparuit angelis* [s]. Itaque tunc visus est angelis, quando carnem induit. Sed quomodo nunc dicit : *Ne contemnatis unum ex his pusillis. Dico enim vobis, quia angeli eorum semper vident faciem Patris mei, qui in cœlis est* [t]? Quid igitur? Faciemne habet Deus, et in cœlis circumscriptus est? Quid ergo est quod dicitur; sicut cum dicit : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [u]. Aspectum mentis, quem habere poterimus, et notionem de Deo dicit : sic et in angelis interpretandum est, propter puram ipsorum et vigilantem naturam, nihil aliud quam Deum semper cogitare.

Ubi nota, cum Patres dicunt nullam creaturam videre Deum posse, intelligendos esse de naturali, vel de comprehensiva visione, et quid sit. Etsi autem ante incarnationem quoque videbatur Deus ab angelis, et apparebat eis, tamen quia cum in mundo apparuit per carnem, tunc illis ipsis angelis excellentius apparuit, et visus est; idcirco Scriptura tunc dixit, ὤφθη, id est *apparuit*, et visus est angelis quando carnem induit. Tunc enim perfectius et divinius cognoverunt illa quæ sunt Dei propria, bonitatem, justitiam, misericordiam, sapientiam, potentiam, et alia quæ in mysterio Incarnationis ac reparationis humanæ maxime eluxerunt.

—

## PARAPHRASIS PACHYMERÆ (57).

Omnium causa et supra omnia Deus est. Hæc A itaque nec essentiæ, neque vitæ, neque rationis, neque mentis expers exsistit; gradatim vero et secundum ordinem, ab extremis incipiens, ad sublimiora conscendit, quoniam est theologia negativa. Magis enim Deus est non expers substantiæ, quam non expers mentis; plures nimirum concesserint

Ἡ πάντων αἰτία καὶ ὑπὲρ πάντα ὁ Θεός ἐστιν. Αὕτη γοῦν οὔτε ἀνούσιός ἐστιν, οὔτε ἄζωος, οὔτε ἄλογος, οὔτε ἄνους· κλιμακηδὸν δὲ καὶ κατὰ τάξιν ἀπὸ τῶν ἐσχάτων ἀρχόμενος, ἄνεισιν ἐπὶ τὰ ὑψηλότερα, ἐπεὶ ἀποφατικὴ ἡ θεολογία ἐστί. Μᾶλλον γὰρ οὐκ ἀνούσιος ὁ Θεὸς, ἢ οὐκ ἄνους· δηλονότι πλείονες ἂν συντεθεῖεν, ὅτι οὐκ ἀνούσιος, ἢ ὅτι οὐκ ἄνους· τὸ μὲν γὰρ

[f] II Cor. v, 7. [g] Joan. i, 14. [h] Ibid. 18. [i] Isa. vi, 1. [k] Joan. xii, 41. [l] Ezech. x, 1. [m] Dan. vii, 9. [n] Exod. xxxiii, 13. [o] Gen. xxxii, 28. [p] Joan. i, 18. [q] I Tim. vi, 16. [r] I Tim. i. [s] I Tim. iii, 16. [t] Matth. xviii, 10. [u] Matth. v, 8.

(56) Certamen intelligit, quo certamus cum lege carnis.
(57) Vide Scholia S. Maximi tom. II, cap. 4 *Myst. theol.*

ἀνούσιος παχυτέραν ἔχει τὴν παραλογίαν, τὸ δὲ ἄνους λεπτοτέραν· καὶ διὰ τοῦτο τὴν ἀπόφασιν ἐκείνου εὐκολωτέρως δέξονται ἢ τὴν τούτου. Ἀναγκαίως δὲ διὰ τούτων ὁ Πατὴρ προησφαλίσατο τὸν ἀκροατήν, ὥστε μὴ ἐν ταῖς ἑξῆς ἀποφάσεσιν, ὅτε λέγει· Οὔτε σῶμά ἐστιν, οὔτε τὸ, οὔτε τὸ, οἴεσθαι ὅλως μὴ εἶναι τὸ θεῖον. Ἀλλ' ἐν τούτοις μὲν τὸ εἶναι αὐτῷ ὑπέθετο· εἰπὼν γὰρ, *οὔτε ἀνούσιος*, οὐσίαν ἐδήλωσεν· *οὔτε ἄζωος*, ζῶσαν ἐδήλωσεν· *οὔτε ἄλογος*, λόγον ἐδήλωσεν· *οὔτε ἄνους*, νοῦν ἐδήλωσεν. Ἐν τούτοις οὖν ὑποθέμενος τὸ εἶναι αὐτὸ, ἐν τοῖς ἐφεξῆς, ὅτε λέγει τὸ σῶμα, καὶ τὰ λοιπὰ, τὸ κατὰ μηδὲν τῶν ὄντων εἶναι, ἀλλ' ὑπερούσιον ἠνίξατο· τὸ γὰρ μὴ ὂν ἀνούσιον. Καὶ πάλιν οὐ σῶμα, ἀλλ' ὑπὲρ πᾶσαν, ἑτέραν οὐσίαν, καὶ ἔστι καὶ ὑπερούσιόν ἐστιν. Εἰπὼν δὲ, Οὔτε σῶμά ἐστιν, ἀναιρεῖ καὶ τὰ περὶ τὸ σῶμα· ἀσχημάτιστον γὰρ, καὶ ἀνείδεον, καὶ ἄποσον, καὶ ἄποιον, καὶ ἄογκον. Ἀλλ' οὐδ' ἐν τόπῳ ἐστί· πᾶν γὰρ περιγραπτὸν ἐν τόπῳ, ἐπεὶ ὁ τόπος πέρας ἐστὶ τοῦ περιέχοντος. Τὸ δὲ θεῖον, πανταχοῦ παρὸν, καὶ πληροῦν τὰ πάντα, οὐ περιέχεται παρ' οὐδενός· ἀλλ' οὐδ' ὁρᾶται· οὐδ' ἐπαφὴν ἔχει, ὅτι οὐδ' αἰσθητόν ἐστιν (αἱ γὰρ αἰσθήσεις περὶ τὰ αἰσθητά), ἀλλ' οὐδ' αἰσθάνεται· οὐδὲ γὰρ αἰσθητικόν ἐστιν, οὐδ' αἰσθήσεις ἔχει. Οὔτε ὑπὸ παθῶν ἐνοχλεῖται, οὔτε ἐξ ἀδυναμίας αἰσθητοῖς ὑπόκειται πάθεσιν. Οὔτε δεῖ αὐτῷ τοῦ φωτὸς, οὔτε ἀλλοιοῦται, οὔτε φθείρεται· ἀναλλοίωτον γὰρ καὶ ἀθάνατον. Οὐδὲ μερισμὸν ὑφίσταται ἐν τῷ τὰς τρεῖς ζωαρχικὰς ὑποστάσεις ἰδιοϋποστάτως εἶναί τε καὶ νοεῖσθαι. Οὐδὲ στέρησιν· τὰ γὰρ προσόντα τῷ Θεῷ ἀγαθὰ καὶ ὑπερπλήρη καὶ φυσικά ἐστιν. Οὐδὲ ῥεῦσιν ὑφίσταται, ἀῤῥεύστως γὰρ ὁ μονογενὴς Λόγος ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννᾶται, καὶ ἀπαθῶς ἐκ τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεται τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Οὔτε ἄλλο τι τῶν αἰσθητῶν οὔτε ἐστὶν, οὔτε ἔχει. Τὸ μὲν *ἔστι*, διὰ τὰ καθ' αὑτὰ ὑφεστῶτα λέγει, ἤγουν πνεῦμα, ἀὴρ, λίθος· τὸ δὲ *ἔχει*, διὰ τὰς δηλωθείσας σωματικὰς ποιότητας.

A quod non sit substantiæ expers, quam quod non sit mentis expers, siquidem ἀνούσιος, id est carens substantia, crassiorem habet improportionem, ἄνους vero, seu mentis expers, subtiliorem; et idcirco illius negationem facilius admittent, quam hujus. Necessario autem hic Pater per ista præmunit auditorem, ne in sequentibus negationibus, quando dicit: Neque corpus est, neque hoc, neque illud, existiment Deum omnino non esse. Sed in his quidem ipsum supponit esse: cum enim diceret, *neque essentia carere*, essentiam significabat; *neque vita* **571** *carere*, vitam declarabat; *neque irrationalem esse*, rationem demonstrabat; *neque amentem exsistere*, mentem manifestabat. In his itaque supponens ipsum esse, in iis quæ sequuntur, cum B dicit corpus, et cætera, secundum nihil eorum quæ exsistunt, esse, sed supra substantiam esse insinuavit; quod enim non est, id essentia caret. Et rursum id quod non corpus, sed supra omnem aliam substantiam exsistit, id et est, et supra substantiam est. Cum vero dicit: Neque corpus est, tollit etiam ea quæ circa corpus sunt; siquidem et figura, et forma, et quantitate, et qualitate, et mole caret. Sed neque in loco est; omne enim quod circumscribitur, id est in loco, quoniam locus est terminus continentis. Deus autem qui ubique præsens est, et implet omnia, a nullo continetur, sed neque videtur, neque tactum habet, quia neque sensibilis exsistit (sensus enim circa ea versantur quæ sentiuntur) neque sentitur; C neque enim sensile quid est, neque sensus habet. Neque passionibus turbatur, neque ex impotentia sensilibus passionibus obnoxius est. Neque ipsi opus est lumine, neque immutatur, neque corrumpitur: immutabilis enim et immortalis exsistit. Neque divisionem subit, dum tres personæ vitæ principes per propriam suam subsistentiam et subsistunt, et intelliguntur. Neque privationem: nam bona quæ Deo insunt, et supraquam plena sunt et naturalia. Neque fluxum sustinet, siquidem sine fluxu unigenitum Verbum ex Patre gignitur, et sanctus ille Spiritus sine passione ex Patre procedit. Neque quidquam aliud rerum sensibilium vel est vel habet. Dicit quidem illud *est*, propter ea quæ per se subsistunt, ut spiritus, aer, lapis; illud vero *habet*, propter jam declaratas corporeas qualitates.

---

## ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Ε'.

*Ὅτι οὐδὲν τῶν νοητῶν ὁ παντὸς νοητοῦ καθ' ὑπεροχὴν αἴτιος.*

## D 572 CAPUT V.

*Quod nihil rerum intellectilium sit is qui omnis rei intellectilis secundum excellentiam est auctor.*

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Docet, Deum nihil esse eorum quæ nos cognoscimus; sed esse supra omnia ista quæcunque quomodocunque a nobis concipi vel intelligentia percipi possunt.*

Αὖθις δὲ ἀνιόντες λέγομεν[8], ὡς οὔτε ψυχή ἐστιν, οὔτε νοῦς· οὔτε φαντασίαν, ἢ δόξαν, ἢ λόγον, ἢ νόησιν ἔχει· οὐδὲ λόγος ἐστὶν, οὔτε νόησις· οὐδὲ λέγεται οὔτε νοεῖται· οὔτε ἀριθμός ἐστιν, οὔτε τάξις, οὔτε μέγεθος,

Rursus autem ascendentes dicimus, quod nec anima sit, neque mens, nec imaginationem, vel opinionem, vel rationem, vel intelligentiam habeat; neque sermo est, neque intelligentia; neque dici-

### VARIÆ LECTIONES.

[8] λέγωμεν, S. P. Sc.

tur vel intelligitur; neque numerus est, neque ordo, neque magnitudo, neque parvitas, neque æqualitas, neque similitudo, neque dissimilitudo; neque stat, neque movetur, neque quiescit, neque habet potentiam; nec est potentia, neque lumen, neque vivit, neque vita est, neque substantia est, neque sæculum, neque tempus, nec est ejus tactio intellectilis, neque scientia, neque veritas est, neque regnum, neque sapientia, nec unum, nec unitas, neque divinitas, neque bonitas, neque spiritus est, ut nos spiritum cognoscimus; nec est filiatio, neque paternitas, nec aliud quidquam eorum, quæ nobis, aut ulli eorum qui sunt, cognita sunt; neque aliquid eorum quæ non sunt, neque quæ sunt; neque quæ sunt eam cognoscunt quatenus est, nec ipsa cognoscit quæ sunt quatenus sunt; nec est illi ratio, neque nomen, neque cognitio; neque tenebra est, neque lumen, nec error, neque veritas; nec est ejus in universum positio, nec ablatio; imo cum eorum, quæ post ipsam sunt, positiones et ablationes facimus, ipsam neque ponimus, neque tollimus: quia supra omnem positionem est perfecta; et singularis omnium causa; et supra omnem ablationem exsuperatio omnium simpliciter abstracta, et ultra omnia.

A οὔτε σμικρότης, οὔτε ἰσότης, οὔτε ἀνισότης, οὔτε ὁμοιότης ἢ ἀνομοιότης· οὔτε ἕστηκεν, οὔτε κινεῖται, οὔτε ἡσυχίαν ἄγει, οὔτε ἔχει δύναμιν, οὔτε δύναμίς ἐστιν, οὔτε φῶς· οὔτε ζῇ, οὔτε ζωή ἐστιν· οὐδὲ οὐσία ἐστίν, οὔτε αἰών, οὔτε χρόνος· οὐδὲ ἁπαφή ἐστιν αὐτῆς νοητή· οὔτε ἐπιστήμη, οὔτε ἀλήθειά ἐστιν· οὐδὲ βασιλεία, οὔτε σοφία· οὐδὲ ἕν, οὐδὲ ἑνότης, οὐδὲ θεότης, ἢ ἀγαθότης, οὐδὲ πνεῦμά ἐστιν ὡς ἡμᾶς εἰδέναι· οὔτε υἱότης, οὔτε πατρότης, οὐδὲ ἄλλο τι τῶν ἡμῖν ἢ ἄλλῳ τινὶ τῶν ὄντων συνεγνωσμένων· οὐδέ τι τῶν οὐκ ὄντων, οὐδέ τι τῶν ὄντων ἐστίν, οὐδὲ τὰ ὄντα αὐτὴν γινώσκει ᾗ αὐτή ἐστιν· οὐδὲ αὐτὴ γινώσκει τὰ ὄντα ᾗ ὄντα ἐστίν· οὐδὲ λόγος αὐτῆς ἐστιν, οὔτε ὄνομα, οὔτε γνῶσις· οὐδὲ σκότος ἐστίν, οὐδὲ φῶς· οὔτε πλάνη, οὔτε ἀλήθεια· οὐδέ ἐστιν αὐτῆς καθόλου θέσις, B οὔτε ἀφαίρεσις· ἀλλὰ τῶν μετ' αὐτὴν τὰς θέσεις καὶ ἀφαιρέσεις ποιοῦντες αὐτὴν, οὔτε τίθεμεν, οὔτε ἀφαιροῦμεν· ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν θέσιν ἐστὶν ἡ παντελὴς καὶ ἑνιαία τῶν πάντων [a] αἰτία, καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἀφαίρεσιν ἡ ὑπεροχὴ τοῦ πάντων ἁπλῶς ἀπολελυμένου καὶ ἐπέκεινα τῶν ὅλων.

## 573 ADNOTATIONES CORDERII.

Pro meliori horum intelligentia, consulenda sunt in Generalioribus observationibus, octava et nona, quæ ex Lessio notavimus; apud quem etiam vide caput secundum, libro primo *De perfectionibus divinis*, ubi agit de Dei incomprehensibilitate

*Nec anima est, neque mens.* Per animam tanquam per partem hominis principalem, designat hominem; per mentem vero angelum intelligit, qui definitur νοῦς ζῶν, id est *mens viva*, scilicet ob intelligendi præcellentiam præ cæteris creaturis. Unde a philosophis angeli κατ' ἐξοχήν *intelligentiæ* nuncupantur. Vult itaque dicere Deum neque hominem esse neque angelum, atque adeo *neque imaginationem* vel *opinionem*, vel *rationem*, vel *intelligentiam habere*, qui sunt quatuor gradus cognitionis. Atque inter illos infimus quidem est imaginatio, quæ est rerum sensui subjectarum sensibilis et interna repræsentatio. Hanc sequitur, et in ea fundamentum habet opinio, quæ est assensio debilis animæ rationis, probabilitate quidem nixa, sed non omnino expers formidinis. Tertium locum tenet ratio, id est scientia, quæ ratiocinatione seu demonstratione oritur. Quartum denique et supremum gradum obtinet mens seu intelligentia, quæ est pura et simplex rerum contemplatio; qualis angelorum propria est, et de speciali quadam Dei gratia in spiritualibus quibusdam viris ac mysticis theologis quandoque reperitur. Hos igitur omnes cognoscendi modos hic a Deo removet, qui omnino alia ratione intelligit quidquid intelligit, scilicet seipso, nullo interveniente actu a se distincto, ut verbo dicam, incomprehense. Hinc *neque sermo est*, quo scilicet homines loquuntur, *neque intelligentia*, quali utuntur angeli; *neque dicitur, vel intelligitur*, quippe innominabilis et inintelligibilis, ut sæpe dictum est. Pulchre Synesius hymno quarto de Deo trino et uno, Deum Patrem invocans, ait, Πάτερ ἄγνωστε νόῳ, ἄῤῥητε λόγῳ, et Arnobius libro primo, De quo, inquit, nihil dici et exprimi mortalium potis est significatione verborum, qui ut intelligaris, tacendum est; atque ut per umbram te possit errans investigare suspicio, nihil est omnino metuendum. Non est mirum, si ignoraris; majoris admirationis est, si sciaris. Quin et argute Augustinus libro primo *De doctrina christiana* capite quinto et sexto: Diximusne, inquit, aliquid et sonuimus aliquid dignum Deo? Imo vero me nihil aliud quam dicere voluisse sentio. Si autem dixi, non est hoc quod dicere volui. Hoc unde scio, nisi quia Deus ineffabilis est? Quod autem a me dictum est, si ineffabile esset? at per hoc ne ineffabilis quidem dicendus est Deus, quia et hoc cum dicitur, aliquid dicitur; et fit nescio quæ pugna verborum; quoniam si illud est ineffabile quod dici non potest, non est ineffabile quod vel ineffabile dici potest; quæ pugna verborum silentio cavenda potius, quam voce paranda est.

*Neque numerus est.* Quia per se unitas, et solus vera unitas, a qua omnis numerus, cum sit supra numerum. *Neque ordo*, cum hic sit inter diversa, Deus autem perfectissime unus et idem Deus, ita ut nec in personis divinis sit ullus ordo dignitatis, sed tantum originis et processionis. *Neque magnitudo, neque parvitas, neque æqualitas, neque similitudo, neque stat, neque movetur, neque quiescit.* De hisce singulis consule caput nonum *De divinis nominibus*, et ibidem nostras adnotationes. *Neque habet potentiam, neque est potentia.* Vide de his quæ dicta sunt capite octavo et decimo *De divinis nominibus*. *Neque lumen, neque vita est;* vide ibidem caput sextum. *Neque substantia est;* vide ibidem caput quintum. *Neque sæculum, neque tempus;* vide ibidem caput decimum. *Neque est ejus tactio intellectilis, neque scientia, neque veritas est;* vide ibidem caput septimum. *Neque regnum;* vide ibidem caput duodecimum. *Neque sapientia;* vide ibidem caput sextum. *Nec unum, nec unitas;* vide ibidem caput tertium decimum.

*Neque divinitas, neque bonitas.* De his vide *De divinis nominibus* caput duodecimum et quartum.

Nota, inquit sanctus Maximus, quod neque divinitas substantia est Dei (scilicet prout a nobis concipi-

VARIÆ LECTIONES.

[a] ἁπάντων, S. P

tur) sicut nec unum aliquid eorum quæ dicta sunt, neque contrariorum eis; quare nihil ipsorum est. Non enim sunt hæc substantia, sed gloria circa eum. Non dixit gloria in eo, quæ est increata, id est ipsa essentia, sed circa eum sunt, quæ ab eo creata sunt, ex quibus a nobis glorificatur et laudatur. Sic et Gregorius theologus sermone tertio *Theologiæ* suæ dixit, quod neque divinitas, nec ingenitum, neque paternitas substantiam Dei significent, scilicet ut nos divinitatem cognoscimus. Cognoscimus enim divinitatem creatam in iis, qui per participationem dii dicuntur, sive angeli sive homines sint. Hujusmodi **574** autem divinitas creata nec est, neque significat divinitatem Dei, quæ essentia sive substantia ejus est; sed potius divinitas, bonitas, sapientia, et cætera, ut nos cognoscimus ista, gloria sunt circa Deum, qua ab his quæ ab eo creata sunt, glorificatur et celebratur.

Observa præterea, quod *neque spiritus est, ut nos spiritum cognoscimus; neque filiatio est, neque paternitas*, scilicet ut nos Patrem et Filium cognoscimus. Illud enim, *ut nos cognoscimus*, in omni negatione superiorum accipe. Declarat autem, quod dici solet secundum nostram cognitionem.

Neque (inquit Cyparissiotus) te moveat hoc caput, ut putes hunc divinum auctorem aliquid blaspheme dicere. Propositum enim est ei demonstrare, Deum nihil eorum esse quæ sunt, sed esse supra omnia. Etenim si ipse omnia produxit, quomodo potest esse aliquid eorum quæ sunt? Dixit autem, quod nec ea quæ sunt, cognoscant Deum causam omnium; at non cognoscere Deum, interitus plane est. Verum statim id exposuit, quod dixerat, cum subjunxit: *Quatenus ipse est;* quod perinde est ac si dicatur: Nihil ex iis quæ sunt, cognoscit Deum, adæquate seu comprehensive; *dictum enim est: Nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius* [y].

Rursum subjungit magnus Dionysius, et ait: Nemo cognoscit Filium *quatenus est*, nec ipse Deus *cognoscit ea quæ sunt quatenus sunt*, id est (ut explicat Cyparissiotus) non novit intendere mentem secundum sensum, ad ea quæ sensilia sunt; nec ad substantias quatenus substantiæ sunt. Hoc enim non convenit Deo, qui non cognoscit alia quatenus sunt in seipsis, sed in se ipso, id est in sua essentia, in qua omnes species rerum sunt comprehensæ, et multo excellentius in eo quam in se ipsis sunt. Nos enim qui homines sumus, ea quæ sensu percipiuntur, aut aspectu, aut gustu, aut tactu, intelligimus quid sint: ea vero quæ sub intelligentiam cadunt, aut per disciplinam, cum ex magistro discimus, aut per doctrinam, cum nostro studio et industria sine magistro docemur; aut per illuminationem, cum Deus revelat, cognoscimus; Deus autem nullo modo ex istis novit ea quæ sunt, sed potius ex seipso cognitionem omnium habet. Hoc enim insinuat Scriptura cum ait: *Qui novit omnia antequam fierent* [z]. Quod quidem declarat, non secundum rationem productionis eorum novisse ea Deum, secundum sensum aut intelligentiam; sed potius supra omnem sensum et intelligentiam, in se tantum intuens.

Item Gregorius theologus loco supra citato. Quæ sunt, inquit, id est creaturæ, non possunt supra naturam suam ferri intelligendo. Consentanee igitur, cum in se intuentur, divinam naturam ignorant secundum illud quod ipsa est. Sic igitur divina natura in se ipsam intuens, non novit in se esse creaturas secundum rationem substantiæ eorum, quia ipsa divina essentia est propria ratio substantiæ cujusque creaturæ in infinitum perfectior, quam propria ratio substantiæ in ipsa creatura. Hoc enim significavit cum dixit: *Quatenus sunt:* siquidem est supra omnia quæ sunt, et ipsum esse supra substantiam habet; aliter enim nemo dicet ignorare Deum creaturas suas.

Ex quibus fit manifestum, quod unitas supra substantiam ab omnibus abstracta est et supra omnia est. Immensis enim mensuris, et quæ conferri non possunt, causæ, supra effectus locantur et eximuntur, et ab eis absunt, ut sæpe dictum est. Quomodo enim creaturæ et facta, et quæcunque vocabulo entium significantur, conferri possunt cum natura quæ ultra omnia est? Unde convenienter sibi causa omnium, non est unum eorum quæ sunt, non dico quæcunque aliquis numeraverit, sed si quis cogitatione fingeret, et ad illa quæ ultra sæcula sunt, refugeret, opiniones essent rationis apud nos inaniter quidem ad illa, quæ ultra omnia sunt, proficiscentis; tantum vero a re distantis quantum simulacrum a veritate, et domus ab eo qui eam fabricavit, et umbra ab iis quæ sunt et per se exsistunt. Non enim fieri potest, ut quæ finita sunt, pertranseant quod infinitum est; quamvis mens multas infinitates reperiat, et secum reputet, nihilominus ab infinitate vera excidit, et tanquam cum umbra pugnare convincitur, attrectans; sicut qui tenebris crassissimis involuti sunt, et in iis ruunt. Ob hanc causam theologiam secundum negationem in multis valentiorem esse theologia affirmante, demonstratum est; non quidem quod theologia ex negantibus magis Deum assequatur et attingat (ex æquo enim utraque aberrat a conjectura de Deo), sed quod theologia negans plus profiteatur nescire, et hoc ipso verior sit. Hanc enim solam, inquit sanctus Maximus, habet Deus veram cognitionem, non cognosci. Ex his patet Deum esse supra omnem affirmationem et negationem; et nos solum ignorando perfecte, et non videndo cognoscere eum, et de eo philosophari.

Ex omnibus igitur, quæ hactenus dicta sunt, constat, theologiam mysticam **575** ad ignorationem Dei, qui perfecte hic in via neque cognosci neque videri potest, pertinere; atque adeo non tam esse partem theologiæ, quam supra theologiam, quippe quæ supra mentem et sermonem ac rationem perficiatur. Hanc ergo cognitionem supra mentem vocant omnes illi præclari ac divini viri, qui, ut mihi videtur, ex eo quod illam experti sunt, nomen ei indiderunt. Conjunctio enim cum Deo supra mentem, est ingredi per ignorantiam perfectam in illud infinitum, et quod comprehendi non potest, et in pelagus immensum naturæ ejus, ubi omnis natura defatigata sistit se, et ulterius progredi non audet, quod a divino quodam odore, et quadam a corpore et a creaturis avocatione, in laudabilem et beatum statum, non solum admirabilius quam dici possit, sed quam intelligi, aliquando restituit; conjunctio ergo hæc cum Deo supra mentem, et hujusmodi divina extasis, cum sit supra speciem theologiæ, a sancto Dionysio recte *mystica* seu arcana *theologia* nominatur. Dionysius Carthusianus, qui doctissimos simul et piissimos in sanctum Dionysium edidit Commentarios, epilogi loco pulchram movet quæstionem, quæ digna visa fuit ut hic ex eodem ad totius Operis complementum adjiceretur, cum iis quæ hactenus explicata sunt, illustrationem aliquam afferre posse videatur.

## QUÆSTIO MYSTICA.

*An mens humana in visione ac contemplatione mysticæ theologiæ videat seu intelligat vere et objective ipsummet Deum. Quod si ita, an videat ipsum intuitive, an abstractive: atque insuper, an habeat de Deo conceptum distinctum ac proprium, vel quidditativum, an solum confusum ac generalem.*

Quod in contemplatione tam theologiæ affirmativæ, seu proprie dictæ (de qua tractat sanctus Dio-

[y] Matth. xi, 27. [z] Dan. xiii, 42.

nysius libro *De divinis nominibus*) quam theologiæ negativæ seu mysticæ (de qua jam in hoc libro *De mystica theologia* actum est) Deus vere et objective intelligatur, hoc modo videtur probari posse.

Primum, quia in omni intellectione actuali, recti et vera, est aliquod verum et reale objectum; sed utraque ista Dei cognitio est vera, realis, et actualis intellectio Dei; ergo habet verum et reale objectum circa quod versatur, et cui infigitur ac intendit; alioquin esset apprehensio vana, phantastica et frivola. Hoc ergo objectum reale vel est ens creatum, aut increatum. Si sit increatum, habet propositum; sin creatum, omnes illæ cognitiones seu contemplationes sunt falsæ, cum nullum ens creatum proprie dicatur, prædicetur aut verificetur de superbeatissimo infinitæ excellentiæ Deo.

Præterea, cum verbi gratia dico, Deus est ens omnifarie perfectum, seu perfectionaliter infinitum, Deus est actus purus, Deus est universorum creator; istæ et consimiles propositiones sunt veræ atque catholicæ, ac proprie dictæ; non metaphoricæ, aut symbolicæ seu translativæ. In omnibus autem his apprehendo æternum et increatum objectum de quo solo verificantur, et illud aliquo modo intelligo et agnosco; ergo et illud intueor, cum istud intelligere sit mentaliter intueri. Unde et distinctum ac proprium de hoc objecto conceptum apprehendo, formo ac habeo qui de alio nullo verificatur, et ad Dei essentialia pertinet, in quo nullum est accidens.

Similiter in propositionibus mysticæ theologiæ, cum dico, Deus non est ens nec esse, nec essentia, nec vivens, nec vita; item, Deus non est unus nec unitas, nec trinus nec trinitas, nec sapiens nec sapientia, nec virtus neque omnipotens, nec verus nec veritas, etc., in hujusmodi propositionibus negativis relinquitur ac supponitur seu præsupponitur positio et affirmatio aliqua, sensusque positivus, utputa, superglorioſissimus et superessentialissimus, Deus est ens et esse atque essentia, et Deus ac Deitas, unus et unitas, trinus et Trinitas, vivens et vita, sapiens ac Sapientia, scilicet infinite sublimius, perfectius ac gloriosius quam capere valemus : ita ut nihil horum intelligamus, concipiamus, aut intueamur, secundum naturam et modum quo in Deo sunt, et ei conveniunt, et sunt quod ipse est; quia nihil horum intelligimus quidditative seu ut *quid est*, aut a priori, aut in seipso, sed tantum ex suis effectibus, et in illis, et quantum ad *quia est*, puta a posteriori. Attamen ipsum ens increatum est objectum apprehensionum et contemplationum istiusmodi.

In contrarium vero hujus arguitur. Primum, Si in præfatis cognitionibus Deus sit immediatum proximumque objectum, immediate inspiciemus ac cognoscemus **576** eum quidditative, et intuebimur essentiam ejus ut in seipsa est, quod fieri non posse expresse docet sanctus Dionysius in *Epistola ad Caium*, dicens : *Si quis videns Deum, intellexit id quod vidit, non ipsum vidit, sed aliquid eorum quæ sunt circa ipsum, id est aliquid divinorum effectuum.* Quod ipsum etiam in hoc libro Mysticæ theologiæ affirmat. Sed et Joannes Damascenus libro primo, cap. 4, asserit : « Quæcunque dicimus de Deo affirmative, non naturam ejus, sed ea quæ sunt circa naturam ejus ostendunt. » Et iterum : « Oportet, *inquit*, quodlibet eorum quæ de Deo dicuntur, non quid ipse est secundum substantiam significare, sed quid non est, ostendere; aut habitudinem quamdam, aut aliquid eorum a quibus separatur et distinguitur, aut aliquid eorum quæ consequuntur, naturam, aut operationem. »

Præterea (ut in superioribus frequenter ostensum est, et nominatim in fine capitis primi *Mysticæ theologiæ* perfectissima Dei contemplatio, secundum S. Dionysium, in præsenti est illa, qua conjungimur ei tanquam prorsus incognito, non ergo ipsum objective cognoscimus.

Verum his demuo contrariari videntur quædam verba sanctorum Patrum aliorum, ut S. Gregorii, qui in libro *Dialogorum* ait : « Animæ videnti Creatorem, angusta est omnis creatura. Quamlibet enim parum de luce Creatoris aspexerit, breve fit ei omne quod creatum est; quia ipse *luce* intimæ visionis mentis laxatur sinus, tantumque expanditur in Deo, ut superior exsistat mundo. » S. Hieronymus item in *Regula* sua fatetur se sæpius per hebdomadas raptum fuisse, increatamque lucem, id est ipsam superbeatissimam Trinitatem, conspexisse. Et multi sanctorum multoties in hac vita rapti fuerunt in divitias gloriæ Dei, et in abyssum lucis immensæ absorpti. Unde et gloriosus Pater Bernardus in *Epistola ad fratres de Monte Dei* juxta sublimem suam experientiam scripsit : « Quidquid in via hac de visione et cognitione Dei fidelibus impartitur, speculum est et ænigma, tantum distans a visione futura et cognitione, quantum a veritate distat fides, umbra a luce, tempus ab æternitate; nisi dum aliquando fit quod de Deo in libro Job legitur : *Qui abscondit lucem in manibus, et præcipit ei ut rursus oriatur, et annuntiat de ea dilecto, quod possessio ejus sit, et ad eam possit ascendere* [y]. Electo etenim et dilecto Dei, aliquando lumen quoddam vultus Dei ostenditur, sicut lumen clausum in manibus, quod patet et latet ad tenentis arbitrium, ut per hoc quod quasi in transcursu seu puncto videre permittitur, inardescat animus ad possessionem æterni luminis plenam, hæreditatemque gloriosam beatificæ visionis. Cui ut aliquatenus innotescat, id quod ei deest, nonnunquam quasi pertransiens gratia perstringit sensum amantis, et eripit eum sibi, et rapit in diem qui est sine tumultu ad gaudia silentii, et pro modulo suo ad momentum, ad punctum id ipsum ostendens ei videndum sicuti est. Interim etiam efficit ipsum in idipsum, ut sit et ipse pro modulo sicut illud est. »

Amplius hanc difficultatem tangit Joannes de Gerson in tractatu suo *De mystica theologia* : « Si divinum, inquiens, Dionysium edoctum a conscio secretorum cœlestium Paulo, placet inspicere, ubi de mystica disseruit theologia cum expositoribus suis, invenimus eum tenere modum avertendi se a phantasmatibus corporeis, ut, abnegatis omnibus quæ vel sentiri possunt vel imaginari, sive intelligi, ferat se spiritus per amorem in divinam caliginem, ubi ineffabiliter et supermentaliter Deus cognoscitur. Dat exemplum de statuario scalptore, qui ex ligno aut lapide abradens format agalma pulcherrimum, hoc est simulacrum, per solam ablationem. Conformiter spiritus removens omnia per abnegationem quæ hic potest cognoscere, quæ suam utique secum gerunt imperfectionem, vel potentialitatis, vel dependentiæ, vel privationis, rei mutabilitatis, invenit omnibus his ablatis tandem pulcherrimum Dei agalma, id est notitiam rei actualissimæ sine potentialitate, supremæ sine dependentia, perfectæ et puræ sine privatione, necessariæ sine mutatione. »

Cæterum an notitia illa sit solum experimentalis in affectu supremo deitati per amorem unito, an vero possit dici etiam intellectualis, non quidem intuitiva, sed abstractiva, et non solum connotativa, sed absoluta, consideratione et inquisitione dignissimum.

Habet utraque pars suos elevatissimos defensores. Sunt enim, qui exponentes sanctum Dionysium primum tenent; sunt item alii, qui ultra prædictam experimentalem seu experimentativam de Deo noti-

[y] Job xxxvi, 32, 33.

tiam, dicant etiam haberi posse intellectivam per conceptum proprium absolutum esse divini, quamvis non intuitivum, si imperfectio ab ipso removeatur et abstrahatur. Idem de vita, de bonitate, de sapientia, de potentia, et consimilibus prædicatis perfectionalibus dicunt.

Ad secundam hanc partem flecti videtur sanctus Augustinus pluribus locis, præsertim in libro *De Trinitate*, docens hoc modo nos ferri in bonum absolutum. Sanctus quoque Bonaventura in suo *Itinerario* capite sexto idem insinuat. Unde videtur, quod, abstracta ab ipso esse, omni potentialitate, dependentia, privatione, **577** et alia omni imperfectione ac finitate, resultet conceptus Dei absolutus ac proprius.

Advertendum autem, quod (uti idem ait in scripto Quarti) abstractio ista possit tot modis contingere, quot modis invenitur dissimilitudo. Primo enim contingit dissimilitudo, dum forma participatur secundum eamdem rationem speciei, sed non secundum eumdem modum seu gradum perfectionis, ut in duobus quorum unus est albior alio. Secundo, dum forma participatur secundum eamdem generis rationem, non speciei, ut inter duos coloratos, quorum unus sit albus, alius niger. Tertio adhuc minor est similitudo, dum aliqua non conveniunt in genere, sed in analogia, ut est similitudo coloris ad hominem, in hoc quod utrumque sit ens, sicque deficiens est omnis similitudo creaturæ ad Deum.

Insuper quidam (ut Rabbi Moses et Avicenna) dixerunt, quod perfectiones creaturarum non conveniant Deo nisi dupliciter, ut puta negative et causaliter. Ac negative quidem primo, ad removendam privationem seu defectum oppositum, ut cum dicimus Deum sapientem, ad innuendum quod in eo non sit insipientiæ malum. Secundo, prout ex negatione relinquitur seu consequitur aliquid; ut ex hoc quod quis dicitur immaterialis relinquitur quod sit intelligens; atque ita, secundum istos hujusmodi nomina Deo attribuuntur magis ad removendum, quam ad ponendum quidquam in eo. Causaliter vero seu per modum causalitatis conveniunt Deo; primo secundum quod causat perfectiones in creaturis, ita ut dicatur bonus ac sapiens, quia sapientiam ac bonitatem rebus infundit; secundo, quia ad modum creaturæ se habet, ita ut dicatur volens ac pius, quoniam in causando, instar volentis ac pii se habet. Sicut etiam dicimus eum iratum. Et juxta istam positionem, omnia quæ dicuntur de Deo et creaturis, dicuntur de iis pure æquivoce, et nulla similitudo est creaturæ ad creatorem, ex hoc quod creatura vocetur sapiens, justa, pia, etc., quod etiam expresse asserit Avicenna.

At his objicitur, quod simili modo Deus posset dici lapis et lignum; quia est causa horum; nec sic ex cognitione creaturarum duceremur in veram Dei cognitionem; nec verum videretur id quod Dominus dixit: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [1]. Quod item in Ezechiele habetur: *Tu cherub signaculum similitudinis Dei* [2]. Omnis quoque effectus dicitur participata suæ causæ similitudo.

Verumtamen huic opinioni concordare videtur, quod super mysticam theologiam scribit Albertus, dicens: « Deus non habet aliquod commune quod sit in ipso et creaturis, neque ut species, neque ut genus, neque ut analogiæ principium; sed est ibi tantum imitationis communitas, qua creata imitantur creatorem ut queunt; et hæc non est communitas. Propter quod etiam non est vera aliqua apud nos prædicatio vera de Deo. » Quæ verba inepte sonare videntur, nisi forsitan sumat prædicationem veram, pro prædicatione proprie dicta.

Est etiam alia positio, quatenus perfectiones creaturarum sunt in Deo præeminenter, idque quoad tria. Primo, quantum ad universalitatem; quia in Deo sunt omnes perfectiones adunatæ. Secundo, quantum ad plenitudinem; quia in Deo sunt cum infinita perfectione. Tertio, quoad simplicitatem et unitatem; quæ enim in creaturis sunt diversa ac multa, in Deo sunt unum. Hæc est doctrina sanctorum Dionysii et Anselmi, ac plurium aliorum quos doctores præcipui, sanctus Thomas, Alexander, sanctus Bonaventura, Richardus, Petrus Ægidius, et alii multi sequuntur, et rationabilior quoque videtur. Verumtamen Scotus, in scripto suo *Super primum sententiarum*, tenet, quod conceptus entis sit univocus et communis Deo et creaturis, atque ita ens univoce prædicetur de eis; negat tamen, Deum esse in aliquo prædicamento. Aliqui vero dicunt, quod in prædicamento exsistat, ut Franciscus de Maronis, et qui Nominalistæ dicuntur. Denique Guilielmus Parisiensis in *Divinali* suo *de Trinitate*, et Antisiodorensis in *Summa* sua, Henricus etiam de Gandavo in *Summa* sua, et in *Quodlibeticis* tuentur, Deum in prædicamento non esse, nec aliquid de ipso et creaturis dici univoce sed analogice tantum. Quæ positio non solum est verior, sed etiam congruentior infinitæ superincomparabili et superessentiali majestati divinæ, ac conformior beatissimi Dionysii documentis, qui Deum in libris suis tam frequenter supersubstantialem, superessentialem, supermagnum, supersapientem, et prorsus ineffabilem, incognoscibilem, indefinibilem, illimitabilem nominat. Si autem esset in prædicamento, haberet genus et differentiam, ex quibus posset cognosci, describi seu definiri ac notificari.

Vis rationum D. Thomæ in hoc fundatur, quod nimirum cognitio fiat per formam seu speciem et similitudinem cogniti, idque dupliciter. Primo, per propriam formam seu speciem, juxta illud philosophi: « Lapis non est in anima, sed species ejus. » Secundo, per formam alterius similis sibi, ut causa per similitudinem effectus sui, et homo per formam suæ imaginis. Porro, per propriam formam **578** aliquid dupliciter videtur: Primo, per formam quæ est ipsamet res, quemadmodum Deus cognoscit se per suam essentiam, similiter angelus per propriam essentiam cognoscit seipsum; secundo, per formam quæ est a re ipsa, sive sit abstracta a re ipsa, ut quando forma seu intelligibilis species est immaterialior quam ipsa res, ut species lapidis abstracta a lapide; sive sit impressa intelligenti ab intellecto, ut dum res intellecta simplicior est quam species ejus, sicut secundum Avicennam, intellectus humanus cognoscit substantias separatas per impressionem earum in ipsum.

Cum itaque Deum in hac vita non cognoscamus nisi per suos effectus, qui a plena repræsentatione divinæ essentiæ deficiunt infinite, neque adæquant potentiam creatoris (imo ab adæquatione ac perfecta repræsentatione omnipotentiæ ejus distant atque desciscunt penitus in immensum) non possumus Deum in via cognoscere clare in se et immediate, seu quantum ad *quid est*, sed solum a posteriori, et *quia est*. Verumtamen in hac cognitione Dei *quia est*, est etiam gradus et ordo, ita ut unus sic cognoscentium Deum, cognoscat eum multo perfectius et clarius quam alius; causa namque ex suo effectu tanto perfectius cognoscitur, quanto per effectum plenius apprehenditur habitudo causæ ad suum effectum. Porro hæc habitudo in effectu non pertingente ad adæquationem causæ suæ, attenditur penes tria; videlicet quoad progressum effectus a causa, et secundum hoc quod effectus consequitur plus de similitudine suæ causæ, atque secundum id quod deficit a perfecta ejus consecutione. Atque ita mens humana tripliciter proficit in cognitione Dei ex effectibus ejus. Primo, secundum quod perfectius cognoscitur efficacia Dei ad producendum; secundo, prout nobiliorum effectuum noscitur esse causa (cum enim causata aliquam

[1] Gen. I, 26. [2] Ezech. XXVIII, 12

Dei similitudinem gerant, eminentiora, quæ illi similiora sunt, excellentiam ejus magis commendant), tertio, prout cognoscitur, magis elongatus ac eminens a cunctis creatis, et ab omnibus quæ resplendent et sunt in illis. Unde in *Divinis nominibus* sanctus Dionysius ait, cognosci Deum ex omnium causalitate, et excessu, et remotione. In hoc demum cognitionis profectu maxime juvatur mens humana, dum naturale lumen ipsius confortatur supernaturali lumine fidei, ac doni sapientiæ, et intellectus, ac nova illustratione superna, quæ per mentis puritatem, et probam conversationem acquiruntur; per quæ omnia mens in contemplatione supra se elevatur, in quantum cognoscit Deum esse supra omne quod apprehendit. Verumtamen quia ad ejus essentiam videndam pertingere nequit, dicitur in seipsa quasi reflecti ab illius lumine superexcellenti, juxta illud Geneseos: *Vidi Deum facie ad faciem* [b]; quocirca scribit sanctus Gregorius : « Visus animæ dum in Deum intenditur, immensitatis illius coruscatione reverberatur. »

Ex his certum censetur, quod in cognitione Dei per propriam speciem atque essentiam ipse superpræstantissimus Deus a beatis clare et objective, quidditative et intuitive cognoscatur; non tamen simpliciter comprehensive, id est non tam clare ac plene, sicut ex natura sua cognoscibilis est. Etenim sicut infinitæ est actualitatis, entitatis ac perfectionis, ita et infinitæ cognoscibilitatis; sicque sibi soli comprehensibilis et cognitus est, a qua comprehensione omnes beati infinite deficiunt; attamen plenarie contentantur et quietantur, quoniam vident illum sicuti est [c], et tota illorum naturalis capacitas impleta est, et superimpleta. Hinc et comprehensores vocantur.

At vero in contemplatione Dei in præsenti vita, per affirmativa de ipso proprie non metaphorice dicta (de quibus in libro *De divinis nominibus* agitur) cognoscitur Deus modo prælata, *quia est;* attamen objective et immediate, ita ut non sit medium *per quod* in ratione objecti, sit tamen medium *per quod* in ratione speciei intelligibilis; quia per formas similitudinesque creatas, et non clare in seipso cognoscitur, ita ut ipsius essentia sit *quod* et *quo*, id est objectum et species per quam.

In contemplatione autem seu visione mysticæ theologiæ, qua Deus per omnium ablationem et abnegationem cognoscitur, clarius et sublimius noscitur et videtur, quam in contemplatione prædicta per affirmationes, ideo et objective, non tamen *quid est*, sed *quia est*, attamen per appropinquationem grandem ad notitiam quidditatis. Cæterum in hac contemplatione dicitur apex mentis et intelligentiæ vertex Deo uniri tanquam omnino ignoto, et in omnimoda caligine versari, nihilque penitus de illo cognoscere, non quod ab illius inspectione omnimode vacet (præsertim cum ista sit altissima, clarissima, perfectissima ac profundissima Deitatis contemplatio, cognitio, et visio huic vitæ possibilis, ut ipsemet magnus Dionysius, et expositores ipsius testantur), sed quia in hac contemplativa, et sapientiosissima ac ferventissima unione cum Deo mens acutissime et limpidissime conspicit, quam superincomprehensibilis, et supersplendidissimus, et superluminosissimus, et superpulcherrimus, et superamabilissimus, et supergaudiosissimus sit ipse Dominus Deus omnipotens, et immensus, atque **579** quam infinite et indicibiliter a plena illius cognitione et beatifica ejus fruitione ac visione faciali, immediate ac clare intuitiva distet, deficiat et occumbat. Ideo præ admiratione et amore deficit et defluit a seipsa, gaudiose quoque ac dulciter absorbetur, obdormit, et quiescit in superdilectissimo Deo, creatore, salvatore ac miseratore, imo et supergratiosissimo suo sponso, totius beatitudinis suæ superpiissimo fonte, omnipotentissima et liberalissima causa.

Nec refert, sanctum Thomam (58) in hujus quæstionis determinatione, sicut et alibi sæpe, affirmare, intellectum nostrum intelligere non posse nisi speculando phantasmata. ( « Intellectus, enim inquit, noster secundum statum viæ habet habitudinem determinatam ad phantasmata, quoniam comparatur ad ea sicut visus ad colores; phantasmata autem ab exterioribus formis abstrahuntur, idcirco non potest Deum in hoc statu per essentiam ipsius cognoscere, nec per aliquam speciem spiritalem quæ sit Dei similitudo, propter ipsius intellectus connaturalitatem ad phantasmata. » ) Nam idem sanctus doctor alibi congruentius affirmat, ac bene probat in *Summa contra gentiles*, animam rationalem adhuc manentem in corpore, quantum ad vires suas inorganicas, immateriales, intellectivas, supremas, super corpus esse elevatam, et per se subsistere, nec quoad totum suum esse comprehensam a corpore. Nec enim potentiæ ejus sunt nobiliores aut elevatiores quam sua essentia ( ut Proclus insolubiliter probat ); ergo vires illæ superiores jam actuatæ scientia competenti et intelligibili forma, agere queunt ex sua natura sine communione et conversione ad corporale phantasma, et absque adminiculo virium sensitivarum, cum modus agendi sequatur modum essendi, et proprietas actionis naturam agentis.

Præterea, si istud negetur, non poterit naturali ratione ostendi immortalitas animæ ( cujus oppositum sanctus Thomas sæpius scripsit ). Nam et philosophus (59) libro *De anima dicit :* Si anima rationalis in hac vita non habet aliquam operationem liberam, propriam ac separatam a corpore, non potest extra corpus subsistere : si autem habet actionem hujusmodi, potest a corpore separari. Quod si dixeris, quod separata habeat alium modum essendi, ergo et operandi; jam præsupponis quod restat probandum. Adde quod in ipsa scientia rei, et intelligibili speciei ejus, sufficienter reluceat natura objecti, etiam purius et illimitatius quam si species illa ad phantasmata retorqueatur; ergo per speciem illam purius cernit, quod et experimento docetur in his qui interdum omnino abstrahuntur a corpore.

Neque his obstat quod sanctus Dionysius cap. 1 *Cœlestis hierarchiæ* dicat, fieri non posse ut aliter divino-principalis ille radius nobis illucescat, nisi sacrorum varietate operimentorum anagogice obvelatus, nobis quoque paterna providentia connaturaliter ac proprie sit accommodatus; quia hoc intelligendum est quantum ad primam intellectus informationem, juxta quod philosophus ait : « Intelligentem oportet phantasmata speculari. » Sed hæc locum minime habent in mystica contemplatione, ad quam cap. 1 hujus libri Timotheum instituens ait : *Tu vero, o chare Timothee, circa mystica spectacula intensa exercitatione, et sensus relinque, et intellectuales operationes, et sensibilia et intelligibilia omnia, et ea quæ sunt, et quæ non sunt omnia, ut ad unionem ejus qui supra omnem essentiam et notionem est, quantum fas est, indemonstrabiliter assurgas. Num tui ipsius*

[b] Gen. xxxii, 30. [c] I Joan. iii, 2.

(58) S. Thomas *super Boetium*, proposit. 4a.
(59) Aristoteles.

*et rerum omnium libero et absoluto excessu, ad supernaturalem divinæ caliginis radium, ab omnibus abstractus et absolutus, pure eveheris.* Quo quid clarius, quid sententiosius a sancto doctore dici potuit? Certe qui phantasmata speculatur, haudquaquam pure ac penitus omnem sensum et sensibilia universa deserit aut transcendit. Attamen in mystica illa contemplatione minime sufficit sensilia relinquere, nisi et intelligibilia omnia deserantur, et res omnes creatæ, operationesque propriæ, et ipse qui contemplatur, ne semetipsum quidem intueatur. Quid enim in ista contemplatione conferre possent phantasmata, quando jam apex ipse mentis, soli increatæ luci intentus, et per theorica lumina, per sapientiæ radium, per impressiones deificas eidem intime est unitus?

Rursus eodem capite ait, de bona omnium causa, quod *ipsa omnibus superessentialiter supereminent, iisque solis absque velamine vereque effulgeat, qui et impura omnia, et pura pertranseunt, et omnem omnium sanctorum cacuminum ascensum transcendunt, et omnia divina lumina et sonos, verbaque cœlestia quasi a tergo relinquunt, et in caliginem absorbentur.* Quod si igitur in hac contemplatione oportet etiam angelicas purissimas mentes transcendere, quomodo non magis vilia et materialia ista phantasmata?

Præterea, si sine phantasmate nequit mens humana quidquam cognoscere, quomodo vera sunt quæ de anagogica ac pure mentali contemplatione, et superna illustratione sancti locuti sunt et scripserunt? Cur beatus David cæteris præfertur prophetis, qui imaginarias visiones sortiti sunt, quod ipse anagogice et pure immaterialiter sine phantasmatum velamento divina præviderit mysteria, et sacra **580** cognoverit arcana? *Incerta*, inquit, *et occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi* [d]. Audi iterum quid ipse de se dicat: *Spiritus*, inquit, *Domini locutus est per me, et sermo ejus per linguam meam. Sicut lux auroræ oriente sole, mane absque nubibus rutilat, et sicut pluviis aerminat herba de terra* [e].

Quod si dixerint, mentem humanam non illuminari immediate a mente angelica luce immateriali, sed lucem illam uniri phantasmati, et prout in illo relucet a mente humana conspici. At contra, nonne mens humana simplex, immaterialis ac deiformis, capacior est directæ et immediatæ lucis angelicæ, quam materiale phantasma?

Ad illud autem quod superius ex sancto Dionysio et Damasceno dictum fuit, nempe illa quæ de Deo et creaturis prædicantur, non ipsum Deum designare, sed aliquid eorum quæ sunt circa ipsum, et quid non est; ita videtur intelligendum, quod nimirum non significent Deum pure ac plene prout est in seipso, sed prout in suis relucet effectibus; seu secundum quod cognoscitur ex iisdem, non quod significent quid creatum in recto, quamvis denotent tale quid in obliquo; et quod aptius negentur de Deo secundum quod nos ea concipere possumus. Attamen magna est differentia nominum divinorum; et quamvis quædam designent Deum secundum modum proprium sibi, non tamen talia intelligimus quoad significata, nisi quantum *ad quia* non *quoad quid*. Ex quibus rite intellectis, superiora objecta facile solvi possunt.

Denique si cognitio intuitiva dicatur, qua res in seipsa, et quoad suam quidditatem cognoscitur, mentaliterque videtur, dicendum est, nos Deum in hoc sæculo non posse intuitive cognoscere. Quod si vero intuitio laxius sumatur pro cognitione qua aliquid quomodocunque objective agnoscitur quoad essentialia sua seu propria sibi, quamvis non clare ac distincte secundum quod in seipso est; posset etiam dici, quod in vita hac cognoscamus Deum etiam intuitive, scilicet quoad *quia est*, non autem quoad *quid est*, nisi valde obscure et imperfecte. Nihilominus etiam distinctam aliquo modo de Deo habemus cognitionem, ita ut multa de ipso cognoscamus quæ ei soli conveniunt, verbi gratia, quod sit esse ejus increatum, independens, purum, perfectum, et cætera, quamvis ignoremus quid hoc sit. Hinc in Commentariis ad librum Boetii *De Trinitate* sanctus Thomas fatetur, de nulla re posse sciri an sit nisi aliquo modo sciatur de ea quid sit, aut perfecte aut confuse, secundum philosophum in principio *Physicorum*.

Ex his quoque apparet dicendum, quod ultra, et præter notitiam Dei experimentalem affectivam et mysticam, haberi etiam possit aliqua de Deo notitia intellectualis mystica abstractiva et absoluta, juxta modum prædictum, abstrahendo ipsum esse ab omni prorsus imperfectione, accipiendoque illud cum omnimoda excellentia, nobilitate et perfectione, ac perfectionali infinitate; quemadmodum etiam Alphorabus et Avempothe dixerunt, quod intellectus noster cognoscendo quidditates sensibilium ac materialium substantiarum, abstractissime cognosceret quidditatem substantiæ separatæ; quorum tamen opinio non fuit omnino vera, quia ex tali sensibilium abstractissima cognitione, non sciretur propria et ultima differentia cujuscunque separatæ substantiæ, quemadmodum etiam ex prædicta Deitatis abstractiva contemplatione non agnosceretur quidditas esse divini.

Postremo patere videtur ex dictis, quomodo Deus dicatur innominabilis, ineffabilis, indesignabilis, quia videlicet nullo nomine exprimi potest, quo clare ac plene insinuari atque intelligi possit *quid sit*, et qualiter in seipso sit ens, etc. Nihilominus innumerabilia nomina sunt ipsius, quæ ipsum aliquo modo, imo et variis modis designant; quædam perfectius, quædam minus perfecte. Quod vero in libro *De causis* asseritur, primam causam non narrari nisi per causas secundas, non est intelligendum, quasi nomina secundarum causarum proprie et univoce conveniant causæ primæ; sed quod sicut cognoscitur per causas secundas, omni illarum imperfectione tandem exclusa, sic nominetur per eas, verumtamen per excellentiam infinitam.

---

## **581** PARAPHRASIS PACHYMERÆ (60)

Ἀποφηνάμενος πρῶτον μὲν τὰς στερήσεις, μετέπειτα δὲ τὰς θέσεις τῶν αἰσθητῶν, ἐν τῷ εἰπεῖν, Οὔτε ἀνούσιος, καὶ τὰ λοιπὰ στερητικά· καὶ αὖθις ἐν τῷ εἰπεῖν, Οὔτε σῶμα, καὶ τὰ λοιπὰ θετικά· νῦν ἀποφαί-

A Cum primum quidem privationes explicasset, deinde vero positiones rerum sensibilium, dicendo: Neque substantiæ est expers, et cætera privativa; atque iterum dicendo: Neque corpus, et cætera

[d] Psal. L, 8. [e] II Reg. XXIII, 2.

(60) Vide Scholia S. Maximi tom. II, cap. 5 *Myst. theol.*

positiva; nunc etiam demonstrat intellectilia, dicendo: Neque anima, neque mens. Verum nec habet illa, quoniam etiam ibi de ratione ac mente mentionem fecit, dicens: Neque rationis neque mentis expers; et cæteroquin etiam ibi intellectilia demonstrat. Sed scito ibi illa quæ talia sunt, sensilia esse: neque enim declarat rationem absolutam, vel mentem a sensilibus separatam; sed rationis mentisque carentiam, animalia nimirum sensilia, ratione menteque privata; verum hæc dicit, neque animam esse, neque quidquam illorum quæ animæ portiones idque secundum ordinem participant, ut neque habeat imaginationem solam irrationalem et debilem illam formam quam etiam bruta habent; neque opinionem, obscuram illam cognitionem quæ non ratiocinatur, quam habent ea quæ utuntur ratione; neque rationem, id est cogitationem et scientiam, neque intellectionem seu mentis operationem, quæ potissima pars animæ est. Postea derivat sermonem ad ipsas nudas virtutes sine illis qui eas habent, et ait: Neque sermo est prolatitius, neque intellectio, sive locutio interna. Atque iterum adhuc adducit rationem, atque ex his Deum eximit, aitque: Utquid hæc memoro? neque ipsa ratio, neque intellectio valet Deum concipere. Post hæc omnia enumerat quæ in nobis videntur, sed sunt incorporea, atque adeo intellectilia, hactenus tamen in subjectis conspecta. Intellectilis porro tactus, est mentis cognitio. Sicut enim tactus sensilis, est sensatio, quia tunc sentimus, quando tactus sensilium a sentientibus sive sensu percipitur; siquidem etiam nobis eminus igni assidentibus, dummodo calefiamus, quidam contactus dicitur exsistere. Et in olfactu cæterisque etiam idem accidit; neque enim simpliciter contactus corporeus fit dum corpora conjunguntur, sed dum in sensilibus excitant sensationem. Sicut itaque hæc, inquam, se **582** habent in tactu sensili, sic etiam cogita in tactu intellectili sive cognitione. Neque vero veritas est, neque sapientia, tametsi Dominus dicat: *Ego sum veritas* [f]; et divus Paulus apostolus: *Christus Dei virtus, et Dei sapientia* [g]; quia ipsa per se veritas, et per se sapientia est, et supra nostram veritatem et sapientiam. Aliter etiam, quia nec hæc Dei substantiam significant. Unum autem et unitas ab invicem differunt; siquidem unum significat subjectum, unitas vero ipsammet qualitatem; sicut album et albedo, bonum et bonitas. Neque vero divinitas substantia est Dei, quemadmodum neque bonitas; neque spiritus est, tametsi in divinis Evangeliis audiamus: *Spiritus est Deus* [h]; et rursum: *Spiritus veritatis*; sed sicut nos scire ait beata illa sanctaque nomina personarum sanctissimæ Trinitatis; hoc enim hic etiam accipe, et in omni negatione, prout videlicet nos intelligimus, sive secundum nostram intelligendi facultatem. Non enim ea jam enumerata ut bonitas,

[f] Joan. XIV, 6. [g] I Cor. I, 24. [h] Joan. IV, 24.

A νεται καὶ τὰ νοητά, τὸ, Οὔτε ψυχὴ, οὔτε νοῦς. Πλὴν μὴ ἔχῃ, ὅτι κἀκεῖσε περὶ λόγου καὶ νοὸς ἐμνημόνευσεν, Οὔτε ἄλογος, εἰπὼν, οὔτε ἄνους· καὶ λοιπὸν ἀποφαίνεται κἀκεῖ τὰ νοητά. Ἀλλ' ἴσθι, ὅτι ἐκεῖ τὰ τοιαῦτα, αἰσθητά εἰσιν· οὐδὲ γὰρ ἀποφαίνεται ἀπόλυτον τὸν λόγον, ἢ τὸν κεχωρισμένον τῶν αἰσθητῶν νοῦν· ἀλλὰ τὸ ἄλογον καὶ τὸ ἄνουν, ζῶα δηλαδὴ αἰσθητά, ἐστερημένα λόγου τε καὶ νοός. Ἀλλ' ἐνταῦθα λέγει, ὡς οὔτε ψυχή ἐστιν, οὔτε τι ἀπὸ τῶν ἐχόντων τὰ μέρη ταύτης, καὶ ταῦτα κατὰ τάξιν· οὔτε τι ἔχον φαντασίαν μόνην ἄλογον, καὶ τύπον ἀσθενῆ, ἣν δὴ ἔχουσι καὶ τὰ ἄλογα· οὔτε δόξαν, ἀσυλλόγιστον γνῶσιν καὶ ἀμυδράν, ἣν τὰ λογικὰ ἔχουσιν· οὔτε λόγον, δηλονότι διάνοιαν καὶ ἐπιστήμην· οὔτε μὴν νόησιν, ἐνέργειαν νοὸς, μέρους κρείττονος τῆς ψυχῆς. Μετὰ ταῦτα ἀνά- B γει τὸν λόγον εἰς αὐτὰς γυμνὰς τὰς δυνάμεις δίχα τῶν ἐχόντων αὐτὰς, καὶ λέγει, Οὔτε λόγος ἐστὶ προφορικὸς, οὔτε νόησις, δηλαδὴ ἐνδιάθετος λόγος. Καὶ αὖθις ἔτι ἀνάγει τὸν λόγον, καὶ αὐτῶν ἐξαιρεῖται τὸ Θεῖον, καὶ λέγει· Τί λέγω ταῦτα; οὔτε αὐτὸς ὁ λόγος καὶ ἡ νόησις ἐφικνεῖται εἰς τὸ Θεῖον καταλαβεῖν. Μετὰ ταῦτα ἀριθμεῖται πάντα τὰ ἐν ἡμῖν μὲν φαινόμενα, ἀσώματα δὲ, καὶ διὰ τοῦτο νοητὰ, τέως δὲ ἐν ὑποκειμένοις θεωρούμενα. Νοητὴ δὲ ἐπαφή ἐστιν ἡ τοῦ νοὸς γνῶσις. Ὡς γὰρ ἐπαφὴ αἰσθητή ἐστιν ἡ αἴσθησις· τότε γὰρ αἰσθανόμεθα, ὅτ' ἐπαφὴ τῶν αἰσθητῶν τοῖς αἰσθανομένοις ἢ τῇ αἰσθήσει γίνεται, καὶ μακρόθεν γὰρ τοῦ πυρὸς καθημένων ἡμῶν, εἴπερ μόνον θερμαινόμεθα, ἐπαφὴ λέγεται εἶναι· καὶ ἐπὶ τῆς ὀσφρήσεως καὶ ἐπὶ τῶν ἄλλων τοῦτο συμβαίνει· οὐδὲ γὰρ ἁπλῶς C ἡ ἐπαφὴ σωματικὴ γίνεται ἐν τῷ τὰ σώματα συνεχίζεσθαι, ἀλλ' ἐν τῷ τὴν αἴσθησιν προσβάλλειν τοῖς αἰσθητοῖς. Ὡς γοῦν οὕτω ταῦτα ἐπὶ τῆς αἰσθητῆς ἐπαφῆς, οὕτω νόει καὶ ἐπὶ τῆς νοητῆς ἐπαφῆς, ἤγουν τῆς γνώσεως. Οὔτε δὲ ἀλήθειά ἐστιν, οὔτε σοφία, καίτοι γε τοῦ Κυρίου λέγοντος· *Ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια*· καὶ τοῦ θείου ἀποστόλου Παύλου· *Χριστὸς Θεοῦ δύναμις, καὶ Θεοῦ σοφία*· ὅτι αὐτοαλήθεια καὶ αὐτοσοφία ἐστὶ, καὶ ὑπὲρ τὴν ἡμετέραν ἀλήθειαν καὶ σοφίαν. Καὶ ἄλλως, ὅτι οὐδὲ ταῦτα Θεοῦ οὐσίαν σημαίνουσι. Τὸ δὲ ἓν καὶ ἡ ἑνότης ἀλλήλων διαφέρουσι· τὸ μὲν γὰρ ἓν δηλοῖ τὸ ὑποκείμενον· ἡ δὲ ἑνότης αὐτὴν τὴν ποιότητα· ὥσπερ λευκὸν καὶ λευκότης, ἀγαθὸν καὶ ἀγαθότης. Οὔτε δὲ ἡ θεότης οὐσία ἐστὶ τοῦ Θεοῦ, ὥσπερ οὐδὲ ἡ ἀγαθότης· οὐδὲ πνεῦμά ἐστι, καίτοι γε D ἐν τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις ἀκούομεν, *Πνεῦμα ὁ Θεός*· καὶ πάλιν, *Τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας*· ἀλλ' ὡς ἡμᾶς εἰδέναι φησὶ τὰ μακαριστικὰ καὶ ἁγιαστικὰ ὀνόματα τῶν τῆς ἁγίας Τριάδος ὑποστάσεων· τοῦτο γὰρ λαβὲ καὶ ἐνταῦθα καὶ ἐπὶ πάσης ἀποφάσεως τὸ ὡς ἡμᾶς εἰδέναι, ἤγουν κατὰ τὴν ἡμετέραν δύναμιν. Οὐ μέντοι γε οὐσία τὰ ἀπηριθμημένα Θεοῦ, ἡ ἀγαθότης, ἡ θεότης, καὶ τὰ λοιπὰ, ἀλλὰ δόξα περὶ αὐτόν ἐστιν. Οὕτω καὶ ὁ θεολόγος Γρηγόριος ἐν τῷ τρίτῳ τῶν αὐτοῦ Θεολογικῶν λόγων λέγει, ὡς οὔτε ἡ θεότης, οὔτε τὸ ἀγέννητον, οὔτε ἡ πατρότης οὐσίαν σημαίνει Θεοῦ. Μὴ ταραττέτω δέ σε τό· Οὔτε ὁ Θεὸς οἶδε τὰ ὄντα ἢ

ὄντα εἰσί· σκοπὸς γὰρ τῷ ἁγίῳ δεῖξαι τὸν Θεὸν μηδὲν μήτε τῶν ὄντων, μήτε, μὴν τῶν οὐκ ὄντων ὄντα. Τὸ δὲ, Μηδὲν τῶν οὐκ ὄντων ὑπερβολικῶς τέθεικε· τίνα γάρ εἰσι τὰ μὴ ὄντα, ὡς ἂν εἴποιμεν, ὅτι οὐκ ἔστι τι τῶν μὴ ὄντων, ἀλλὰ οὐδὲν τῶν ὄντων οὕτως· ὅτι, ἐπεὶ τὰ πάντα παρήγαγε, πῶς ἔχει εὑρεθῆναι ἔν τι τῶν ὄντων; Λέγε τοίνυν, ὅτι οὐδὲ τὰ ὄντα γινώσκει τὸν πάντων αἴτιον Θεόν· ἀλλὰ ταχέως αὐτὸ ἐσαφήνισεν, εἰπών· Ἢ αὐτός ἐστι, τουτέστιν, Οὐδὲν τῶν ὄντων γινώσκει Θεὸν καθό ἐστιν, ἀντὶ τοῦ τὴν ἀνεννόητον καὶ ὑπερούσιον αὐτοῦ οὐσίαν καὶ ὕπαρξιν· εἴρηται γάρ· *Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Υἱὸν, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ τὸν Πατέρα, εἰ μὴ ὁ Υἱός.* Καὶ ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐπάγει ὁ Πατὴρ οὗτος, καί φησιν, Οὐδεὶς γινώσκει τὸν Θεὸν ἥ ἐστιν, οὐδὲ αὐτὸς ὁ Θεὸς γινώσκει τὰ ὄντα ἥ ὄντα ἐστί· τουτέστιν, οὐκ οἶδεν ἐπιβάλλειν τοῖς αἰσθητοῖς αἰσθητῶς ἢ ταῖς οὐσίαις, ὡς οὐσίαις· ἀνοίκειον γὰρ τοῦτο Θεοῦ. Οἱ γὰρ ἄνθρωποι τὰ μὲν αἰσθητὰ ἢ διὰ θέας, ἢ δι' ἁφῆς, ἢ διὰ γεύσεως νοοῦμεν τί εἰσι· τὰ δὲ νοητὰ ἀπὸ μαθήσεως, ἢ διδασκαλίας, ἢ ἐλλάμψεως καταλαμβάνομεν. Ὁ δὲ Θεὸς οὐδὲ ἐξ ἑνὸς τοιούτου τρόπου οἶδε τὰ ὄντα, ἀλλὰ γνῶσιν ἔχει τὴν αὐτῷ πρέπουσαν· τοῦτο γὰρ αἰνίττεται τό· *Ὁ εἰδὼς τὰ πάντα πρὶν γενέσεως αὐτῶν*, δηλονότι, οὐ κατὰ τὸν λόγον τῆς γενέσεως τῶν ὄντων οἶδεν αὐτὰ ὁ Θεὸς, ὅπερ ἐστὶν αἰσθητῶς, ἀλλὰ καθ' ἕτερον γνώσεως τρόπον. Οἱ ἄγγελοι δὲ γνωστικῶς καὶ ἀΰλως αὐτὰ γινώσκουσιν, οὐχ ὡς ἡμεῖς αἰσθητῶς. Οὕτως οὖν καὶ ὁ Θεὸς ἀσυγκρίτως καὶ ὑπεραναβεβηκότως, οὐ μὴν ταῖς οὐσίαις συμβάλλων, οἶδε τὰ ὄντα. Λοιπὸν τὰ ὄντα Θεὸν οὐκ οἶδεν ἥ ἐστι Θεός· ὑπὲρ γὰρ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἐκταθῆναι ταῖς νοήσεσιν οὐ δύνανται. Εἰκότως οὖν εἰς ἑαυτὰ βλέποντα, ἀγνοεῖ τὴν θείαν φύσιν καθὸ αὐτή ἐστιν. Οὕτως οὖν καὶ ἡ θεία φύσις ἑαυτὴν βλέπουσα, οὐκ οἶδεν ἐν ἑαυτῇ τὰ ὄντα κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, ἐπειδὴ ὑπὲρ πάντα τὰ ὄντα ἐστὶ, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι κέκτηται ὑπερουσίως. Καὶ πάλιν ἀνωτέρω μὲν εἶπεν, Οὔτε φῶς, οὔτε ἀλήθεια· νῦν δὲ, Οὔτε σκότος, οὔτε φῶς, οὔτε πλάνη, οὔτε ἀλήθεια. Καὶ ἔστιν εἰπεῖν, ὅτι τὸ μὲν πρῶτον φῶς λέγων, περὶ τοῦ ἁπλούστως φωτὸς λέγει, ἤγουν περὶ τῶν ἀγγελικῶν οὐσιῶν, καὶ ἀλήθειαν τὴν αὐτοαπολελυμένως· οὐ μὴν δὲ τὴν ἀντικειμένην τῷ ψεύδει ἀλήθειαν, ἀφ' ὧν ἀποφάσκει τὸ Θεῖον, ὅτι καὶ ὑπὲρ ταῦτα ἐξῃρημένον ἐστίν. Ἐνταῦθα δὲ λέγει, ὅτι Οὔτε τῶν πρός τι, μᾶλλον δὲ τῶν κατὰ στέρησιν καὶ ἕξιν· οἷον, ὅτι οὔτε ἐκ σκότους εἰς φῶς μετέβαλεν, ὡσανεὶ ἐκ τοῦ δυνάμει φωτὸς εἰς τὸ ἐνεργείᾳ φῶς· οὔτε πάλιν ἐκ τοῦ πλάνην εἶναι, δηλονότι δυνάμει ἀλήθειαν, εἰς ἀλήθειαν ἐνεργείᾳ μετέβαλε· πάντα γὰρ ταῦτα δεύτερα αὐτοῦ, καὶ τὸ φῶς καὶ ἡ ἀλήθεια, ἐξ αὐτοῦ προνοητικῶς φανέντα. Οὐδέ ἐστι παντελῶς αὐτοῦ θέσις, ὡς εἶναι ἢ ζωὴν ἢ ἀλήθειαν, ἢ ἄλλο τι τῶν ὄντων. Οὐδὲ πάλιν ἀφαίρεσις παντελῶς, ὡς μηδαμῇ μηδαμῶς εἶναι, ἀλλὰ τῶν μετ' αὐτὸν, δηλονότι τῶν κτισμάτων τὰς θέσεις καὶ ἀφαιρέσεις ποιοῦντες· θέσεις μὲν, οἷον ζωὴν, ἀλήθειαν, ὄν· ἀφαιρέσεις δὲ, οἷον οὐ ζωὴν, οὐκ ἀλήθειαν, οὐκ ὄν.

A divinitas, et cætera, substantia sunt Dei, seu gloria circa ipsum. Sic etiam Gregorius theologus libro tertio *Theologiæ* suæ dixit, quod neque divinitas neque ingenitum, neque paternitas substantiam Dei significent. Neque te hoc moveat turbetve quod dicat Deum non nosse entitates quatenus sunt entitates; propositum enim est huic sancto demonstrare, Deum nihil esse eorum quæ sunt, neque tamen quidquam esse eorum quæ non sunt. Id autem. Neque eorum quæ non sunt, per excessum posuit; quædam enim sunt non entia; ac si diceremus, quod non sit aliquid eorum quæ non sunt, et hoc modo sit nihil eorum quæ sunt; etenim si ipse omnia produxit, quomodo potest esse aliquid eorum quæ sunt? Dicit itaque, quod nec ea quæ B sunt, cognoscant Deum causam omnium; verum statim idem exposuit, dicens: Quatenus ipse est: quod perinde est ac si dicatur: Nihil ex iis quæ sunt, cognoscit Deum quatenus est, id est substantiam ejus quæ supra substantiam est, et quæ intelligi non potest: vel ejus exsistentiam; dictum est enim: *Nemo novit Filium, nisi Pater: neque Patrem quis novit, nisi Filius* [i]. Atque e contrario subjungit hic Pater, atque ait: Nemo cognovit Deum quatenus est, nec ipse Deus cognoscit ea quæ sunt quatenus sunt; id est, non novit intendere mentem secundum **583** sensum ad ea quæ sunt sensilia, nec ad substantias quatenus substantiæ sunt; hoc enim non convenit Deo. Nos enim qui homines sumus, ea quæ sensu percipiuntur, aut aspectu aut gustatu aut C tactu intelligimus quid sint; ea vero quæ sub intelligentiam cadunt, aut per disciplinam, aut doctrinam, aut per illuminationem cognoscimus. Deus autem nullo modo ex istis novit ea quæ sunt, sed potius ex seipso cognitionem sibi congruam habet; hoc enim insinuat Scriptura, cum ait: *Qui novit omnia antequam fierent* [k], scilicet non secundum rationem generationis rerum novit ea Deus, quod est sensibiliter, sed secundum alium intelligendi modum. Angeli vero illa cognoscunt scienter et immaterialiter, non sensiliter, ut nos. Sic utique etiam Deus absque comparatione et transcendentaliter, non autem cum substantiis comparans, res novit. Cæterum ea quæ sunt, non noverunt D Deum in quantum Deus est, quoniam non possunt supra naturam suam ferri intelligendo. Consentance igitur cum se intuentur, divinam naturam ignorant secundum illud quod ipsa est. Sic igitur divina natura in seipsam intuens, non novit in se esse creaturas, secundum rationem substantiæ earum, siquidem est supra omnia quæ sunt, et ipsum esse suprasubstantiam habet. Et rursum superius quidem dixit: Neque lux, neque veritas; nunc vero: Neque tenebræ, neque lux, neque error, neque veritas. Et dicere liceat, primum quidem, cum lumen dicit, ipsum loqui de lumine absoluto, sive de substantiis angelicis, et esse veritatem earum

[i] Matth. xi, 27. [k] Dan. xiii, 42.

per se absolutam, non autem esse veritatem mendaciis oppositam, quæ in Deo negat, quoniam supra ista exemptus est. Hic autem dicit : Nec eorum quæ ad aliquid, magis autem eorum quæ secundum privationem et habitum exsistunt; ut quod ex tenebris in lumen non sit commutatus, quasi ex lumine quod tantum est virtute, mutatus sit in lumen quod actu est lumen; neque rursum ex errore exsistat, scilicet ex veritate virtuali, in veritatem actualem commutatus; hæc enim omnia ipso posteriora sunt; et lumen, et veritas ipsius providentia

A Ταῦτα γοῦν τὰ μετ' αὐτὸν καὶ τιθέντες καὶ ἀφαιροῦντες, αὐτὸν τὸν Θεὸν οὔτε τίθεμεν, ἤγουν ἐξ αὐτῶν τὴν οὐσίαν αὐτοῦ γνωρίζομεν, οὔτε ἀφαιροῦμεν παντελῶς ὥστε τελέως ἄληπτον εἶναι, (τὸ γὰρ τελέως ἄληπτον, ἀνέλπιστον καὶ ἀνεπιχείρητον)· ἀλλ' εἰκόνας τινὰς ἐκ τῶν περὶ αὐτὸν ἀναματτόμενοι, ἀμυδρόν τι συνάγομεν τῆς ἀληθείας ἴνδαλμα, ἐπεὶ καὶ ὑπὲρ πᾶσαν θέσιν ἐστὶν, ὡς ἐξῃρημένη αἰτία πάντων· καὶ ὑπὲρ πᾶσαν ἀφαίρεσιν ἐν τῷ κατὰ μηδεμίαν τῶν ὄντων ἀφαίρεσιν τὸ Θεῖον γινώσκεσθαι· ἀπολελυμένον γὰρ πάντων, καὶ πάντων ἐστὶν ἐπέκεινα.

lucent. Neque penitus ejus est positio, ut sit vel vita, vel veritas, vel quidquam aliud eorum quæ sunt. Neque rursum omnimoda ablatio, ut nullo modo quidquam sit; sed earum quæ post **584** ipsum sunt, scilicet creaturarum, etiam positiones et ablationes faciunt; positiones quidem, veluti vitam, veritatem, ens; ablationes vero, veluti non vitam, non veritatem, non ens. Hæc itaque quæ post ipsum sunt, et ponentes et auferentes, Deum ipsum neque ponimus, sive ex ipsis substantiam ejus noscimus, neque auferimus omnino, ut qui perfecte incomprehensibilis exsistit (quod enim perfecte est incomprehensibile, et spem et conatum excedit), verum imagines quasdam ex iis quæ circa ipsum sunt concinantes, obscurum quemdam veritatis conceptum componimus, quandoquidem sit supra omnem etiam positionem, tanquam exempla rerum omnium causa, et supra omnem ablationem collocata, cum secundum nullam rerum ablationem Deus cognoscatur; siquidem ab omnibus absolutus, etiam supra omnia exsistit.

# ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΡΕΟΠΑΓΙΤΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ.

# SANCTI DIONYSII AREOPAGITÆ EPISTOLÆ.

Interprete Balthasare Corderio, Societatis Jesu doctore theologo.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ Α'

*ΓΑΙΩ ΘΕΡΑΠΕΥΤΗ.*

## 585 EPISTOLA I

*CAIO MONACHO.*

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Docet, illam Dei ignorationem, quam in libro De* mystica theologia *supra omnem cognitionem commendat, non privative sed superlate intelligendam esse. Et simul ostendit, omnem notitiam, quam per cognitionem de Deo habemus, ex creaturis accipi.*

Τὸ σκότος ἀφανὲς γίνεται τῷ φωτὶ, καὶ μᾶλλον τῷ πολλῷ φωτὶ· τὴν ἀγνωσίαν ἀφανίζουσιν αἱ γνώσεις, καὶ μᾶλλον αἱ πολλαὶ γνώσεις. Ταῦτα ὑπεροχικῶς, ἀλλὰ μὴ κατὰ στέρησιν ἐκλαβὼν, ἀπόφησον ὑπεραλήθως[10], ὅτι λανθάνει τοὺς ἔχοντας ὂν φῶς, καὶ ὄντων γνῶσιν[11] ἡ κατὰ Θεὸν ἀγνωσία· καὶ τὸ ὑπερκείμενον αὐτοῦ σκότος καὶ καλύπτεται παντὶ φωτὶ, καὶ ἀποκρύπτεται πᾶσαν γνῶσιν. Καὶ εἴ τις ἰδὼν Θεὸν, συνῆκεν ὃ εἶδεν, οὐκ αὐτὸν ἑώρακεν, ἀλλά τι τῶν αὐτοῦ τῶν ὄντων καὶ γινωσκομένων· αὐτὸς δὲ ὑπὲρ νοῦν καὶ ὑπὲρ[12] οὐσίαν ὑπεριδρυμένος, αὐτῷ τῷ καθόλου μὴ γινώσκεσθαι, μηδὲ εἶναι, καὶ ἔστιν ὑπουσίως[13] καὶ ὑπὲρ νοῦν γινώσκεται. Καὶ ἡ κατὰ τὸ κρεῖττον παντελὴς ἀγνωσία γνῶσίς ἐστι τοῦ ὑπὲρ πάντα τὰ γινωσκόμενα.

A Tenebræ abolentur lumine, et præsertim copioso lumine; ignorationem abolent cognitiones, præsertim amplæ cognitiones. Hæc superlate et non privanter accipiens, plusquam vere enuntia, quod sui possessores verum lumen, et rerum cognitionem, latet ignoratio illa quæ est secundum Deum; et tenebræ ejus supereminentes omni quoque lumini occultuntur, omnem abscondunt cognitionem. Et si quis, viso Deo, cognovit id quod vidit, nequaquam ipsum vidit, sed aliquid e rebus ejus quæ existunt et cognoscuntur; ipse autem supra mentem et substantiam constanter manens, per hanc ipsam cognitionis et essentiæ negationem et supra substantiam B existit, et supra mentem cognoscitur. Et illa perfectissima in bonam partem ignoratio, notitia est ejus qui est supra omnia quæ in cognitionem cadunt.

### 586 ADNOTATIONES CORDERII.

*Et non privanter.* Ne id secundum sensum communem intelligendum esse suspiceris, quod sicut tenebræ lumine solvuntur, et multo lumine maxime solvuntur; aut sicut ignorantia, quæ est tenebræ quædam, cognitione tollitur, et multa cognitione maxime tollitur; sic ignorantia de Deo similis sit ignorantiæ per inscitiam. Imo quo magis quis illuminatur in cognitione Dei, et quo magis cognitionem colligit eorum quæ sunt, id est intellectilium et intelligentium, angelorum, inquam, et animarum, eo magis ascendens et altiorem cognitionem, cognoscet, hoc ipsum, non posse scilicet comprehendi, et ignorari lumen esse, et cognitionem supra omnia cognita. Non igitur secundum privationem dicitur ignorari Deus.

### VARIÆ LECTIONES.

[10] ὑπεραληθῶς, S. P. et Vien. [11] ὄντως γνῶσις, D. Sc. [12] ὑπέρ non habet S. D. Sc. Sar. [13] γρ. ὑπερουσίως.

sed secundum superlationem cognitionis; non enim sic ignoramus, quasi alius aliquis sciat, siquidem non alio sciente nos ignoramus, tanquam qui non didicerimus, quod esset ignorare privanter, sive secundum privationem; sed ignoramus quod ab omni creatura ignoratur et omni creaturæ supra quam ignotum est, quod est ignorare superlate.

*Si quis, viso Deo, cognovit id quod vidit, nequaquam ipsum vidit*, etc. Ita quoque Chrysostomus in homilia *De Eutropio*, quando inventus extra Ecclesiam abstractus et absorptus fuit, « Nemo, inquit, vidit id quod Deus est. » Non igitur, cum Deus videtur, apparet quod est, sed quod potest videre is cui apparet; non mutans substantiam suam, sed aspectum figura informans pro varietate rerum subjectarum

Hinc Cyparissiotus decade 2, cap. 5, ait, quod neque integram de Deo cogitationem habere in hoc sæculo possumus; aut per eam plene de Deo philosophari; neque per aliam quamlibet a nobis informatam notionem. Et Gregorius theologus in secunda oratione *De theologia* : Justificatus, inquit, est ex fide magnus patriarcha Abraham [l] et sacrificat sacrificium novum et inauditum, ac illius magni sacrificii imaginem. Deum vero non ut Deum vidit, sed ei tanquam homini cibum apposuit [m]; et laudatus est quod tantum venerationis adhibuit, quantum intelligentia comprehendit. Ibidem cum de Jacob meminisset : Et lætatur, inquit, cum Deo tanquam cum homine [n], quæcunque ista est Dei cum homine lucta, fortassis humanæ virtutis cum divina comparatio. Rursus in eodem loco : Quomodo Manoem judicem prius, et Petrum discipulum postea, non es miratus? illum quidem, quia nec aspectum Dei typo et imagine informati passus est : unde illud, Periimus, inquit, o uxor, vidimus Deum [o]; tanquam non possint homines imaginem Dei in sensus notione effictam et informatam capere nedum naturam ejus; nunc vero, quia Christum quem cernebat, in naviculam non recipiebat, et ob eam causam illum dimittebat [p]. Et Gregorius Nyssenus : Quomodo, inquit, reperiatur quem nihil eorum quæ notescunt declarat? Non forma, non color, non circumscriptio, non figura, non quantitas, non qualitas, non locus, non conjectura, non similitudo, non proportio, quin potius semper est extra omnem viam comprehendendi. Unde Cyparissiotus ibidem, cap. 6, concludit, quod Deus neque ex repræsentatione naturali cognoscitur, nec quidquam ex intelligentibus aut intellectis, ut ex substantia ejus liceat de eo philosophari. D. Maximus primo capite ex Theologicis [61] : Unus, inquit, Deus sine principio, incomprehensibilis, totam vim, ut sit, habens per totum notionem quando et quomodo sit, penitus repellens [62], utpote nulli eorum qui sunt ex repræsentatione naturali cognitus. Et rursus idem : Omnis, inquit, intelligentia sicut in substantia omnino ponitur, ut qualitas, sic etiam circa substantiam qualitate affectam habet motionem; non enim aliquid ex toto solutum, et simplex per se existens potest ipsam intelligentiam suscipere, quia non est soluta et simplex; Deus autem cum in utroque horum omnino simplex sit, et substantia scilicet soluta ab eo quod est in subjecto, et intelligentia non habens ullum prorsus subjectum; efficitur, ut neque sit ex iis qui intelligunt, neque quæ intelliguntur, quippe quæ supra substantiam et intelligentiam sit. Adhuc idem cap. 11 primæ centuriæ : Res omnes quæcunque sunt, intelligentia prius perceptas, nominamus, quæ in seipsis habent principia notitiarum demonstrabilia; at Deus non cognitus nominatur, quin potius ex iis tantum, quæ intelligentia percipiuntur, creditur esse, quamobrem nihil eorum quæ intelliguntur, cum eo quacunque ex parte confertur. Unde concluditur, magis propriam theologiam esse quæ versatur in negantibus quam quæ in affirmantibus quamquam æquo intervallo ambæ istæ theologiæ a Deo absint. Est enim Deus supra omnem negationem et affirmationem quæ sit cognitio ejus, adeoque, juxta Dionysium, verior est theologia mystica, nihil videlicet de eo cognoscere aut philosophari, sed potius nescienter, et sine omni intelligentia eorum quæ intelligentia percipiuntur, cum eo conjungi et copulari.

**587** *Et illa perfectissima in bonam partem ignoratio.* Ignorationem vocat non quidem inscientiam, quæ est quædam tenebræ animæ; sed relicta omni cogitatione rerum externarum, et omni intelligentia a proposito aliena, uniri in quodam silentio secundum meliorem partem cum Deo ignoto quid sit, quid est super omnem cognitionem, et nihil aliud cognoscendo et contemplando, supra mentem cognoscere et contemplari, ut Dionysius in *Mystica theologia*, cap. 1, tradit. Hæc ignoratio vocata est Exodi XIX, caligo, in quam dicitur Moyses ingressus, ut S. Maximus notavit. Hanc unionem optat Dionysius Timotheo in principio Mysticæ theologiæ, unde melius eam licet intelligere.

*Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistola* 1, *tom. II.*

---

# EPISTOLA II.

## *EIDEM CAIO MONACHO.*

# ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β'.

## *ΤΩ ΑΥΤΩ ΓΑΙΩ ΘΕΡΑΠΕΥΤΗ.*

### SYNOPSIS EPISTOLÆ.

*Explicat quo sensu dicatur Deus esse supraprincipium divinitatis et bonitatis, scilicet participatæ et creatæ.*

Quomodo qui est supra omnia, etiam supra principium divinitatis et supra principium bonitatis existit? Si divinitatem et bonitatem intelligas, rem ipsam deifici et bonifici doni, et inimitabilem imi-

Πῶς ὁ πάντων ἐπέκεινα καὶ ὑπὲρ θεαρχίαν ἐστὶ καὶ ὑπὲρ [14] ἀγαθαρχίαν; Εἰ θεότητα καὶ ἀγαθότητα νοήσαις αὐτὸ τὸ χρῆμα τοῦ ἀγαθοποιοῦ καὶ θεοποιοῦ δώρου, καὶ τὸ ἀμίμητον μίμημα τοῦ ὑπερθέου [15] καὶ

[l] Gen. XV, 6. [m] Gen. XVIII, 5. [n] Gen. XXXII, 24. [o] Jud. XIII, 22. [p] Luc. V, 8.

(61) Centuria 1, cap. 1.
(62) Centuria 2, cap. 2

### VARIÆ LECTIONES.

[14] ὑπέρ non est in D. [15] τὸ ὑπερθέου, S.

ὑπεραγάθου, καθ' ὃ θεούμεθα καὶ ἀγαθυνόμεθα. Καὶ γὰρ εἰ τοῦτο ἀρχὴ γίνεται τοῦ θεοῦσθαι καὶ ἀγαθύνεσθαι τοὺς θεουμένους καὶ ἀγαθυνομένους [16], ὁ πάσης ἀρχῆς ὑπεράρχιος, καὶ τῆς οὕτω λεγομένης θεότητος καὶ ἀγαθότητος, ὡς θεαρχίας καὶ ἀγαθαρχίας ἐστὶν ἐπέκεινα· καθ' ὅσον ἀμίμητος [17] καὶ ἄσχετος, ὑπερέχει τῶν μιμήσεων καὶ σχέσεων, καὶ τῶν μιμουμένων καὶ τῶν [18] μετεχόντων.

A tationem supraquam Dei et supraquam boni, secundum quam deificamur et boni efficimur. Etenim cum hoc etiam principium sit deificationis ac bonificationis eorum qui deificantur et boni efficiuntur, qui est omnis principii supra quam principium, etiam sic dicta divinitate ac bonitate, tanquam principium divinitatis, et principium bonitatis superior exsistit; in quantum inimitabilis et incomprehensus, antecellit imitationibus et comprehensionibus, et eis qui imitantur et participes fiunt.

—

## ADNOTATIONES CORDERII.

*Supra principium divinitatis*, etc. Scilicet in creaturis, quia Deus est auctor divinitatis in sanctis hominibus et angelis, qui Deum imitantur, et eis similes fiunt, de quibus scriptum est: *Ego dixi, dii estis, et filii Excelsi omnes* q. Eodem sensu cap. 11, *De divinis nominibus*, § 6, sub finem ait Deum auctorem esse per se bonitatis et per se divinitatis. Vocant autem (inquit) per se bonitatem, et per se divinitatem, donum a Deo profectum, quod bonos et deos facit. Nempe tanquam principium, participans principium omnium rerum, quod non potest participare, neque in se participari, quia non potest fieri pars alicujus, quod est solus Deus; et tanquam principium imparticipatum, quia est formale principium participantibus in suo genere; ut per se bonitas, principium formale bonis non re, sed ratione separatum a bonis, qui participatione bonitatis creatæ dicuntur et sunt formaliter boni. Et similiter in reliquis hujusmodi principiis, secundum uniuscujusque principii naturam et ordinem. Vide adnotationes ad cap. 6 et 11 *De divinis nominibus*.

Nota hic ipsam imitationem Dei, vocari deificationem, quia non deificamur nisi imitando Deum. Deificatio autem ipsa quæ dici solet per se deificatio est donum Dei, et principium nostræ deificationis, a Deo donatum nobis. **588** Deus igitur est supra hujusmodi principium formale divinitatis deificæ, qua tanquam dono Dei boni efficimur ab eo. De hoc deificationis principio S. Maximus in disputatione contra Pyrrhum: Sicut, inquit, inflammatio inflammatum et inflammantem secum infert, et refrigeratio refrigeratum et refrigerantem, et visio visum et videntem, et intelligentia intellectam rem et intelligentem (non enim potest habitudo sine habitis dici aut intelligi) sic, ut consequens est, deificatio deificatum et deificantem secum inducit. Idem: Oportebat, ut vere dicam, eum qui est auctor eorum quæ secundum naturam sunt, esse etiam auctorem deificationis secundum gratiam. Idem iterum: Demonstravi, inquit, divinam potentiam, quæ supra substantiam est, efficere deificationem eorum qui secundum gratiam deificati sunt. Nonnunquam etiam latius sumitur deificatio, ut a Gregorio theologo in oratione postquam factus est presbyter: Solitudinem, inquit, maxime omnium amplexus sum, et tanquam adjutricem et parentem divini ascensus; et deificam vehementer admiratus sum.

*Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistol.* 2, *tom. II.*

---

# ΕΠΙΣΤΟΛΗ Γ.

*ΤΩ ΑΥΤΩ ΓΑΙΩ.*

B

# EPISTOLA III.

*EIDEM CAIO.*

## SYNOPSIS EPISTOLÆ.

*Quid significet vox* ἐξαίφνης, *seu* repente, *et quam vim habeat de incarnatione pronuntiata.*

Ἐξαίφνης ἐστὶ τὸ παρ' ἐλπίδα, καὶ ἐκ τοῦ τέως ἀφανοῦς [19] εἰς τὸ ἐμφανὲς [20] ἐξαγόμενον. Ἐπὶ δὲ τῆς κατὰ Χριστὸν φιλανθρωπίας, καὶ τοῦτο οἶμαι τὴν θεολογίαν αἰνίττεσθαι [21], τὸ ἐκ τοῦ κρυφίου τὸν ὑπερούσιον εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς ἐμφάνειαν ἀνθρωπικῶς οὐσιωθέντα προεληλυθέναι [22]. Κρύφιος δέ ἐστι καὶ μετὰ τὴν ἔκφανσιν, ἤ, ἵνα τὸ θειότερον εἴπω, καὶ ἐν τῇ ἐκφάνσει· καὶ τοῦτο γὰρ Ἰησοῦ κέκρυπται, καὶ οὐδενὶ λόγῳ οὔτε νῦν τὸ κατ' αὐτὸν ἐξῆκται μυστήριον, ἀλλὰ καὶ λεγόμενον ἄῤῥητον μένει, καὶ νοούμενον ἄγνωστον.

Repente est, quod præter spem, et ex eo quod hucusque obscurum erat, profertur in lucem. In Christi autem humanitate, arbitror hoc etiam sermonem divinum voluisse insinuare, ex abdito suprasubstantialem illum in conspectum nostrum humanitus substantiatum prodiisse. Attamen occultus etiam est post ipsam manifestationem; aut, ut divinius dicam, in ipsa manifestatione: etenim hoc Jesu mysterium occultum est, nec ullo sermone vel intellectu expressum; quinimo dum profertur, arcanum; et dum intelligitur, ignotum manet.

q Psal. LXXXI, 6.

## VARIÆ LECTIONES.

[16] τοῖς θεουμένοις καὶ ἀγαθυνομένοις, D. [17] ὁ ἀμίμητος, P. ὁ ἄμικτος, Ch. [18] τῶν non habet D. S. [19] ἐκ τοῦ οἷον τέως, Ch. D. ἀφανῶς, S. [20] ἐκφανές, S. D. Ch. [21] αἰνίττεται. [22] προσεληλυθέναι, S.

ADNOTATIONES CORDERII.

Nota primo, hic alludi ad illud Malachiæ cap. III, 1 : *Ecce ego mitto angelum meum, et præparabit viam ante faciem meam. Et statim veniet ad templum suum Dominator, quem vos quæritis, et angelus testamenti quem vos vultis.* Ubi agit de adventu Christi, et Joanne ejus præcursore. Loci hujus explicationem vide apud Cornelium.

Nota secundo, Christi mysterium hic etiam occultum dici, post ejus declarationem ; quia ut supernaturale non intelligitur, sed solum creditur. *Fides autem est argumentum non apparentium* (*Hebr.* XI, 1).

Unde in hoc mysterio, uti et in aliis supernaturalibus, non est quærendum quomodo et quare, ut bene monet S. Justinus Martyr in oratione *De recta confessione*. Evidens, inquit, argumentum est perfidiæ dicere de Deo : Quomodo? Quomodo cœli effector est? quomodo terræ? quomodo maris aerisque et stirpium et animantium omnium et tui ipsius? Qui omnia diligenter de Deo quæris, plane dices, omnia produxisse potentia sua. Num igitur potentia Dei aderat secundum accidens iis quæ fiebant, an secundum substantiam? Si secundum accidens, **589** aderat quidem illis quasi essent antequam fierent; siquidem accidens non est secundum naturam per se, sed in aliquibus prius subjectis existit. At si hoc ridiculum est, relinquitur, potentiam Dei omnibus adesse secundum substantiam. Num igitur, quia potentia Dei omnibus quæ fiunt secundum substantiam aderat, nihil amplius templum ipsum in quo fuit, habebat? Habet hoc dubitationem, et illud habet : et fides est utriusque dubitationis solutio. Ibidem : Dic igitur, quomodo Verbum caro factum cœlos non dereliquit? Sane dicetis, quod manens Deus sic factus est. Rursus ergo dicite nobis, quomodo manens factus est? Si enim mansit quod erat, quomodo factus est quod non erat? Sin autem factus est quod non erat, quomodo mansit quod erat? Dubium habes de solutione, habe etiam dubium de modo unionis. At credis quod manens factus est; crede etiam adesse ubique secundum substantiam Verbum et præcipuo quodam modo esse in templo suo.

*Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistol.* 3, *tom. II.*

---

# EPISTOLA IV.

*EIDEM CAIO MONACHO.*

# ΕΠΙΣΤΟΛΗ Δ'.

*ΤΩ ΑΥΤΩ ΓΑΙΩ ΘΕΡΑΠΕΥΤΗ.*

## SYNOPSIS EPISTOLÆ.

*Quod Christus et verus homo fuerit et simul supernaturali ratione naturam humanam assumpserit Deus homo.*

Quomodo, inquis, Jesus, cum sit omnibus superior, cæteris hominibus substantialiter aggregatus est? Non utique ut auctor hominum, hoc loco homo dicitur, sed in quantum est revera homo, secundum totam hominis substantiam. Nos autem Jesum non humanitus definimus, neque enim ille homo tantum est (quia nequaquam suprasubstantialis exsisteret, si solus homo foret); sed revera homo præcipuo quodam hominum amore captus supra homines, et secundum homines, ex hominum substantia, cum supra substantiam exsisteret, substantiam assumpsit. Verumtamen suprasubstantialitate supra modum plenus est, ut qui semper supra substantiam sit, abundantia quadam suprasubstantialitatis; etiam ad substantiam vere veniens supra substantiam substantiatus est, et supra hominum conditionem gessit ea quæ sunt hominis. Quod declarat et Virgo quæ supra naturam parit : et aqua profluens, quæ pedum ex materia terraque concretorum gravitatem sustinet, neque cedit; sed virtute supernaturali, sine diffusione subsistit. Quid vero cætera, quæ valde multa, quis memoret? in quæ si divinus quispiam intueatur, supra mentem etiam cognoscet ea quæ de humanitate Jesu affirmantur, excellentis quoque negationis virtutem continere. **590** Nam, ut summatim dicamus, ne homo quidem erat, non quod non esset homo, sed

Πῶς, φῄς, Ἰησοῦς ὁ πάντων ἐπέκεινα, πᾶσίν ἐστιν ἀνθρώποις οὐσιωδῶς συντεταγμένος; Οὐ γὰρ ὡς αἴτιος ἀνθρώπων ἐνθάδε λέγεται ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς αὐτὸς κατ' οὐσίαν ὅλην ἀληθῶς ἄνθρωπος ὤν. Ἡμεῖς δὲ τὸν Ἰησοῦν οὐκ ἀνθρωπικῶς ἀφορίζομεν· οὐδὲ γὰρ ἄνθρωπος μόνον (οὐδὲ ὑπερούσιος, ἢ ἄνθρωπος μόνον), ἀλλ' ἄνθρωπος ἀληθῶς ὁ διαφερόντως φιλάνθρωπος ὑπὲρ ἀνθρώπους καὶ κατὰ ἀνθρώπους ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων οὐσίας ὁ ὑπερούσιος οὐσιωμένος. Ἔστι δὲ οὐδὲν ἧττον ὑπερουσιότητος ὑπερπλήρης ὁ ἀεὶ ὑπερούσιος, ἀμέλει τῇ ταύτης περιουσίᾳ[23]· καὶ εἰς οὐσίαν ἀληθῶς ἐλθών, ὑπὲρ οὐσίαν οὐσιώθη, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐνήργει τὰ ἀνθρώπου. Καὶ δηλοῖ παρθένος ὑπερφυῶς κύουσα, καὶ ὕδωρ ἄστατον, ὑλικῶν καὶ γεηρῶν ποδῶν ἀνέχον βάρος, καὶ μὴ ὑπεῖκον, ἀλλ' ὑπερφυεῖ δυνάμει πρὸς τὸ ἀδιάχυτον συνιστάμενον. Τί ἄν τις τὰ λοιπά, πάμπολλα ὄντα, διέλθοι; δι' ὧν ὁ θείως ὁρῶν, ὑπὲρ νοῦν γνώσεται, καὶ τὰ ἐπὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ τοῦ Ἰησοῦ καταφασκόμενα, δύναμιν ὑπεροχικῆς[24] ἀποφάσεως ἔχοντα. Καὶ γὰρ, ἵνα συνελόντες εἴπωμεν, οὐδὲ ἄνθρωπος ἦν, οὐχ ὡς μὴ ἄνθρωπος, ἀλλ' ὡς[25] ἐξ ἀνθρώπων, ἀνθρώπων ἐπέκεινα, καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἀληθῶς ἄνθρωπος γεγονώς. Καὶ τὸ λοιπὸν, οὐ κατὰ Θεὸν τὰ θεῖα δράσας, οὐ τὰ ἀνθρώπεια[26] κατὰ ἄνθρωπον, ἀλλ' ἀνδρωθέντος Θεοῦ, καινήν τινα τὴν θεανδρικὴν ἐνέργειαν ἡμῖν πεπολιτευμένος.

## VARIÆ LECTIONES.

[23] ἀγαθότητι, S. [24] γρ. ὑπεροχικῶς. [25] ἀλλὰ τέως, S. [26] ἀνθρώπινα, Ch. οὔτε ἀνθρώπεια, S. Sc.

quod ex hominibus natus, homines longe superaret, et supra hominem vere homo factus sit. Cæterum divina non qua Deus patrabat, neque humana quatenus homo gerebat; sed quatenus erat Deus et homo, novam quamdam nobiscum conversando dei-virilem operationem exhibebat.

—

## ADNOTATIONES CORDERII.

Nota primo, Christum non sic hominem dici, sicut in *Divinis nominibus* Deum vocavit lucem, vitam, sapientiam, etc., quia est auctor lucis, vitæ, etc.; sed proprie et substantialiter hominem vocari, propter substantialem naturæ humanæ in persona Verbi unionem. De qua vide D. Thomam in III part. quæst. 2, art. 3.

Nota secundo, Christum a Dionysio dici hominem suprasubstantialem sive supranaturalem, quia subsistentia divina unioque hypostatica, qua humana ejus natura terminatur et subsistit, omnem naturæ ordinem transcendit. Unde Christus quoque magis proprie θεάνθρωπος, id est *Deus-homo*, dicitur, quam homo.

Nota tertio, quod actiones quoque Christi, dignitatis sunt plus quam humanæ imo angelicæ, quia sunt suppositi divini, et merito ejus opera non humana sed θεανδρικά, id est *Dei virilia* nuncupantur. De quibus in Actis sextæ synodi œcumenicæ sic habetur: Utriusque naturæ utramque operationem scimus, naturalem dico et substantialem, et congruam: sine divisione ex utraque, substantia et natura, prodeuntem, secundum operationem et qualitatem naturaliter insitam; et simul neque partibilem neque confusam alterutrius substantiæ operationem conjuncte inductam, hoc facit differentiam operationum in Christo, sicut et differentiam naturarum. Ubi observa cum Turriano, quod dicat *sine divisione*, scilicet personæ. Non enim propter differentiam substantiarum divinæ et humanæ, divisus est Christus, quin potius idem est perfectus Deus et perfectus homo. Rursus *sine divisione*, quia operatio divinæ naturæ, est operatio trium personarum, quarum unitas essentiæ (ut est in synodo sexta, actione 11) non potest partiri, nec alteri unitati copulari, sed potius singularis est, et extra omnem numerum. Item, *operationem alterutrius substantiæ conjunctæ inductam* dicit; quia sic operabatur utraque natura quod proprium erat, ut altera simul operaretur convenienter sibi, et ut se decebat. Sive enim operationes essent Deo convenientes, ut miraculorum, caro operabatur; ut cum potestate divina remittebat peccata, et ore dicebat: *Remittuntur tibi peccata tua*[r]; et potestate divina restituebat visum[s], et manu et sputo linibat oculos[t]: sive operationes humanæ naturæ convenirent; ut sitire, esurire, fatigari[u]. Verbum operabatur permittendo et volendo; sive operationes essent mistæ, id est partim divinæ, partim humanæ, hoc est Deo convenientes et homini, ut ambulare super mare[v]; ambulare enim homini conveniebat, non deprimi ambulando super mare, Deum decebat; quæ operationes, uti supra diximus, θεανδρικαί a Dionysio dicuntur, id est simul divinæ et humanæ.

*Vide Schol. S. Maximi et Paraph. Pachym. in Epistola 4, tom. II.*

---

# ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ε'. A EPISTOLA V.

*ΔΩΡΟΘΕΩ ΛΕΙΤΟΥΡΓΩ.* *DOROTHEO MINISTRO.*

## SYNOPSIS EPISTOLÆ.

*Explicat quid sit caligo divina, de qua egit libro* De mystica theologia.

Ὁ θεῖος γνόφος ἐστὶ τὸ ἀπρόσιτον φῶς, ἐν ᾧ κατοικεῖν ὁ Θεὸς λέγεται. Καὶ ἀοράτῳ γε ὄντι διὰ τὴν ὑπερέχουσαν[27] φανότητα, καὶ ἀπροσίτῳ τῷ αὐτῷ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς ὑπερουσίου[28] φωτοχυσίας, ἐν τούτῳ γίγνεται πᾶς ὁ Θεὸν γνῶναι καὶ ἰδεῖν ἀξιούμενος, αὐτῷ τῷ μὴ ὁρᾷν, μηδὲ γινώσκειν, ἀληθῶς ἐν τῷ ὑπὲρ ὅρασιν καὶ γνῶσιν γιγνόμενος, τοῦτο αὐτὸ γιγνώσκων, ὅτι μετὰ πάντα ἐστὶ τὰ αἰσθητὰ καὶ τὰ νοητὰ, καὶ προφητικῶς ἐρῶν· *Ἐθαυμαστώθη ἡ γνῶσίς σου ἐξ ἐμοῦ*[29], *ἐκραταιώθη, οὐ μὴ δύνωμαι πρὸς αὐτήν*. Ὥσπερ οὖν καὶ ὁ θεῖος Παῦλος ἐγνωκέναι τὸν Θεὸν λέγεται, γνοὺς αὐτὸν ὑπὲρ πᾶσαν ὄντα νόησιν καὶ γνῶσιν· διὸ καὶ ἀνεξι-

Divina caligo lux est inaccessa, quam inhabitare Deus perhibetur[x]. Et cum quidem sit inaspectabilis, **591** propter exuberantem supernaturalis luminis effusionem, ad hanc pertingit, quisquis Deum nosse ac videre meruit, eoque ipso quo neque videt neque cognoscit, in illo vere, qui visionem et cognitionem superat, existit hoc ipsum sciens, eum in omnibus, tam sensilibus quam intellectilibus, existere, et cum Propheta pronuntians: *Mirabilis facta est scientia tua ex me, confortata est, et non potero ad eam*[y]. Quemadmodum etiam divus Paulus Deum cognovisse dicitur, quando illum supra omnem scientiam et intelligentiam existere cogno-

[r] Matth. IX, 5. [s] Luc. XVIII, 42. [t] Joan. IX, 6. [u] Joan. XIX. [v] Matth. XIV, 25. [x] I Tim. VI, 16. [y] Psal CXXXVIII, 6.

## VARIÆ LECTIONES.

[27] ὑπερουσίαν, S. Sc. [28] ὃ.' ὑπερβολὴν ὑπερουσίου, D. S. P. [29] ἀπ' ἐμοῦ, Ch. D. S.

vit : quocirca etiam vias ejus ininvestigabiles esse asserit, et inscrutabilia judicia illius, et inenarrabilia dona ejus [z], et pacem ipsius omnem sensum exsuperare [a]; quippe ut qui invenerat eum qui est supra omnia, et supra mentem agnoverat, eum qui rerum omnium auctor est, rebus quoque omnibus superiorem esse.

A χνιάστους εἶναι τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ φησι, καὶ ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεκδιηγήτους τὰς δωρεὰς αὐτοῦ, καὶ τὴν εἰρήνην αὐτοῦ ὑπερέχουσαν πάντα νοῦν, ὡς εὑρηκὼς τὸν ὑπὲρ πάντα, καὶ τοῦτο ὑπὲρ νόησιν ἐγνωκὼς, ὅτι πάντων ἐστὶν ἐπέκεινα πάντων αἴτιος ὤν.

## ADNOTATIONES CORDERII.

*Divina caligo lux est inaccessa*, etc. Alludit S. Dionysius ad illud I ad Timoth. VI, 16, ubi de Deo dicit : *Qui lucem inhabitat inaccessibilem, quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest*, scilicet juxta legem ordinatam a Deo in hac vita, aut viribus naturæ. Vide S. Thomam p. 1, quæst. 2, art. 1 et seq. item quæ de divina caligine dicta sunt primo et secundo capite *Mysticæ theologiæ*, et in Adnotationibus ibidem.

Dicitur autem *divina caligo lux inaccessa* scilicet viribus naturæ, quia nimirum Deus neque ex repræsentatione naturali cognoscitur, nec est quidquam ex intelligentibus aut intellectis, ut ex substantia ejus liceat de eo philosophari. Repræsentatio enim naturalis in mente sive intellectu est, quæ ortum et principium ducit ex phantasmatibus rei sub sensum cadentis, cum qua Deus nullo modo potest comparari, ut intellectus conversus ad phantasmata possit aliquo modo Deum cognoscere, sicut potest alias substantias alioqui incorporeas. Omnia enim quæ intelliguntur, habent in se principium cognitionis, quia vel sunt in sensilibus, quorum sunt phantasmata, a quibus abstrahuntur species intelligibiles quibus intellectus informatus intelligit ; aut sunt incorporea, quæ in se habent unde comparentur cum sensilibus, ad quorum phantasmata, quæ sunt imagines et similitudines eorum, ad animos pervenientes, se convertit intellectus ut aliquid de incorporeis intelligat. Sunt autem similitudines principia sentiendi et intelligendi, ut ait S. Thomas p. 1. q. 84, art. 3. Deus autem non potest sic cum creatura sensibili comparari, unde non sic intelligitur, sed tanquam causa per excessum, ut ait S. Thomas eadem quæstione 84, art. 7, vel per revelationem supernaturalem, sive fidei, quæ obscura est ; sive quæ evidentiam simul habet in attestante, et perfectissima est, quæ in hac vita haberi potest. Et in utraque Deus tanquam caligine et inaccessa luce cognoscitur, quæ omnem superat demonstrationem, in qua videlicet mens nostra sine ulla notione, et absque omni intelligentia eorum quæ naturali intelligentia percipiuntur, cum Deo conjungitur et copulatur.

Est igitur hæc *lux inaccessa*, quia, ut ait Gregorius theologus lib. 1 *De theologia*, quid tandem Deus sit substantia et natura, nemo hominum unquam reperit, neque reperire queat. Et rursus ibidem : Salomon, inquit, qui fuit sapientior cunctis hominibus, qui ante eum et post eum fuerunt ; cui fuit latitudo cordis donum Dei, et affluentia contemplationis copiosior arena maris ; quanto plus scrutatur profundum, tanto magis æstuat, et finem quemdam facit sapientiæ invenire quantum effugerat. Paulus autem conatur quidem assequi non dico naturam Dei (hoc enim omnibus modis fieri non potest) sed judicia tantum Dei. Quia vero non potest reperire exitum, nec ubi gradum ascensus sistat, nec ubi desinat curiositas **592** mentis ; dum semper aliquid subapparet ejus quod relinquitur (o rem miseram ! ut mihi similiter eveniat) stupore orationem circumscribit : et divitias Dei, atque profundum hanc rem vocat ; confiteturque judicia Dei comprehendi non posse [b] ; eadem fere atque David loquens [c], qui nunc quidem judicia Dei vocat abyssum multam, cujus fundum mensura aut sensu non licet comprehendere. Aliquando vero dicit, admirabilem factam esse cognitionem ex seipso, et ex sui formatione. Et adhuc idem in eodem libro : Quia expetit quidem omnis natura primam causam ; comprehendere vero non potest, propter causas quas dixi : laborans desiderio, et veluti anxia, et damnum non potens ferre, secundam navigationem suscipit, ut intueatur scilicet in ea quæ cernuntur ; et aliquid ex eis faciat Deum, male docta. Quid enim quod sub aspectum cadit, eo qui aspicit, altius et Deo similius est, ut hic colat, illud colatur ?

S. Gregorius Nyssenus in *Vita Moysis : Non poteris videre faciem meam, non enim videbit homo faciem meam, et vivet* [d]. Hoc autem non dicit Scriptura, quasi Deus sit causa mortis (quomodo enim facies vitæ fieri unquam potest causa mortis eis qui appropinquaverunt ?) sed quia Deus est natura vitæ auctor. Proprium autem signum divinæ naturæ est esse celsius omni signo. Qui igitur aliquid eorum quæ cognoscuntur, Deum esse arbitratur, tanquam ab eo qui vere est, male deflexus ad id quod comprehensione fictæ cogitationis esse existimatur, vitam non habet. Qui enim est auctor eorum quæ sunt, is est vera vita ; hic autem cognosci non potest (scilicet quid sit). Quia igitur cognitionem vincit natura effectrix vitæ, sic expletur Moysi desiderium per id quod fecit, ut maneret cupiditas inexplebilis. Idem in explanatione illius beatitudinis : *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt* [e]. Qui cor suum, inquit, ab omni affectione turbida emundavit, in propria pulchritudine imaginem divinæ naturæ perspicit. Mensura enim perspicientiæ Dei, quæ a te capi potest, in te est. Igitur qui se ipse videt, in se quod desiderat videt, atque ita mundus corde efficitur beatus, cum intuens in suam munditiem, in imagine sua videt exemplar. Hæc cordis mundities ad mysticam contemplationem prorsus necessaria est, nec sine illa ulli ad divinam caliginem aditus patet.

Ex his liquet, quod Deus nec naturali repræsentatione cognosci ab ullo unquam possit. Fugit enim omnibus modis cognitionem, quando aut quomodo sit, nec est eorum quæ intelligunt, aut eorum quæ intelliguntur. Est enim substantia, quæ subjectum esse non potest ; et notio quæ nulla ratione subjectum habet. In quo igitur id fundatum cognoscet, quod non potest prorsus recipere subjectum ad notionem ? Recte igitur est immensitas supra substantiam, et mens omnibus cogitationibus incogitabilis ; quin potius mens non cadens sub intelligentiam, et ratio ineffabilis nobis, idque propter superlationem substantiæ et intelligentiæ.

*Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistol. 5, tom. II.*

[z] Rom. XI, 33. [a] Phil. IV, 7. [b] Rom. XI, 33. [c] Psal. XXXV 7. [d] Exod. XXXIII, 20. Matth. V, 8.

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ ϛ'. A EPISTOLA VI.

### ΣΩΣΙΠΑΤΡΩ ΙΕΡΕΙ. SOSIPATRO SACERDOTI.

SYNOPSIS EPISTOLÆ.

*Suadet Sosipatro, ut non tam in falsis opinionibus arguendis, quam in veritate stabilienda se occupet.*

Μὴ τοῦτο οἶου νίκην, ἱερὲ Σωσίπατρε, τὸ εἰς θρησκείαν ἢ δόξαν ὑβρίσαι, μὴ ἀγαθὴν φαινομένην· οὐδὲ γὰρ οὐδ' εἰ κεκριμένως αὐτὴν ἐξελέγξεις, ἤδη τὰ Σωσιπάτρου καλά· δυνατὸν γὰρ καὶ σὲ καὶ ἄλλους ἐν πολλοῖς τοῖς ψεύδεσι καὶ φαινομένοις, ἓν ὂν καὶ κρύφιον τὸ ἀληθὲς λανθάνειν. Οὐδὲ γὰρ, εἴ τι μὴ ἐρυθρὸν, ἤδη λευκόν· οὐδὲ, εἴ τις μὴ ἵππος, ἐξ ἀνάγκης ἄνθρωπος. Οὕτω δὲ ποιήσεις, ἐμοὶ πειθόμενος· ἀφέξῃ μὲν τοῦ καθ' ἑτέρων λέγειν, ὑπὲρ ἀληθείας δὲ οὕτως ἐρεῖς[30], ὡς πάντη εἶναι ἀνεξέλεγκτα τὰ λεγόμενα.

Noli hoc putare victoriam, venerande Sosipater, quod in eam religionem vel opinionem inveheris, quæ non bona videatur; neque enim, si illam recte coarguas, continuo Sosipatri res bene habent; potest enim tam te quam alios, inter multa falsa et apparentia unum illud et occultum et verum latere. Neque enim ut quid rutilum non sit, jam continuo album est; neque, si quis non equus, necessario est homo. Sic itaque, si me audies, facito; desistes quidem adversus alios dicere, sed omnino B ita pro veritate dices, ut et ea quæ dicuntur refelli non valeant.

**593** ADNOTATIONES CORDERII.

Nota prudentissimum Dionysii consilium pro iis qui agunt cum hæreticis, cum quibus non est contentiose arguendum, quia id parum utile est, juxta illud ad Titum III, 9 : *Contentiones et pugnas legis devita, sunt enim inutiles.* Prodest autem proferre ac stabilire veritatem, qua cognita, errores non secus ac tenebræ in luce evanescunt.

*Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistol.* 6, *tom. II.*

## ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ζ'. EPISTOLA VII.

### ΠΟΛΥΚΑΡΠΩ ΙΕΡΑΡΧΗ. POLYCARPO ANTISTITI.

SYNOPSIS EPISTOLÆ.

I. *Docet, adversus infideles non esse contentiosius agendum, sed veritatem stabiliendam, qua stabilita falsitas per se corruet.* II. *Convitia infidelium parum esse curanda, et in ipsos retorquenda. Et simul argumenta suggerit Polycarpo quibus contra Apollophanem uti debeat, præsertim a prodigiosa eclipsi, quam Apollophanes una cum Dionysio spectavit tempore crucifixionis Christi.* III. *Ex ipsiusmet confessione ostendit ipsum ista eclipsi convictum.*

§ I

Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶδα πρὸς Ἕλληνας ἢ πρὸς ἑτέρους εἰπὼν, ἀρκεῖν οἰόμενος ἀγαθοῖς ἀνδράσιν, εἰ τὸ ἀληθὲς αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ δυνήσοιντο καὶ γνῶναι καὶ εἰπεῖν, ᾗ ὄντως ἔχει. Τούτου γὰρ, ὅ τι ποτέ ἐστι, κατὰ νόμον ἀληθείας ὀρθῶς ἀποδεικνυμένου, καὶ ἀκραιφνοῦς ἑστηκότος, πᾶν τὸ ἑτέρως ἔχον, καὶ τὴν ἀλήθειαν προσποιούμενον, ἐξελεγχθήσεται[31] καὶ ἕτερον ὂν τοῦ ὄντως ὄντος, καὶ ἀνόμοιον, καὶ δοκοῦν ἐκεῖνο μᾶλλον ἢ ὄν. Περιττὸν οὖν[32] ἐστι, τὸν ἀληθείας ἐκφάντορα πρὸς τούτους ἢ ἐκείνους διαμάχεσθαι· λέγει γὰρ ἕκαστος αὐτὸς ἔχειν τὸ νόμισμα τὸ βασιλικὸν, καὶ ἴσως γε ἔχει τι μορίου τινὸς τοῦ ἀληθοῦς ἀπατηλὸν εἴδωλον· καὶ εἰ τοῦτον[33] ἐλέγξεις, ὁ ἕτερος καὶ αὖθις ὁ ἄλλος περὶ τοῦ αὐτοῦ φιλονεικήσει. Τοῦ

Equidem haud scio me adversus gentiles aut alios invectum, ratus viris probis esse satis, si ipsam in se veritatem et agnoscere et proferre possint, prout revera se habet. Ubi enim quidquid est lege C veritatis demonstratum fuerit, clareque constiterit, quidquid aliter se habet, ac veritatem simulat, arguetur etiam aliud esse ab eo quod vere est, et potius esse dissimile et apparens, quam revera existens. Supervacaneum igitur est, ut is qui demonstrat veritatem, adversus hos aut illos dimicet; quilibet enim affirmat se habere regium numisma, et fortassis habet particulæ cujusdam veræ fallacem aliquam imaginem; quam si confutaveris, alius iterum atque alius de eadem dimicabit. At

VARIÆ LECTIONES.

[30] ὄντως ἐρεῖς, P. D. Sc. Sar. [31] ἐλεγχθήσεται, S P. [32] οὖν non est in D. [33] εἰ τοῦτο, S.

si vera ratio rite fuerit stabilita, cæterisque omnibus irrefragabilis persistat, quidquid cum ea non eodem modo per omnia se habet, id ipsum per se, insuperabili ejus quod omnino verum est stabilitate, dejicitur. Hoc itaque cum, mea quidem sententia, probe nossem, minime dedi operam ut adversus gentiles aliosve dicerem, sed mihi satis est, si mihi donet Deus, ut de veritate primum quidem recte sentiam, ac deinde scite eloquar ut oportet.

A δ' ἀληθοῦς αὐτοῦ τεθέντος[34] ὀρθῶς λόγου, καὶ πρὸς τῶν ἄλλων πάντων ἀνεξελέγκτου μείναντος, πᾶν τὸ μὴ οὕτω κατὰ πάντα ἔχον, αὐτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ τῇ ἀηττήτῳ στάσει τοῦ ὄντως ἀληθοῦς[35] καταβάλλεται. Τοῦτο μὲν οὖν, ὡς οἶμαι, καλῶς ἐγνωκὼς, οὐκ ἔσπευσα πρὸς Ἕλληνας ἢ πρὸς ἑτέρους εἰπεῖν· ἀλλ' ἱκανόν μοι, καὶ τοῦτο Θεὸς δοίη! περὶ ἀληθείας εἰδέναι πρῶτον, ἔπειτα εἰδότα ὡς χρὴ λέγειν[36].

## § II.

Tu autem ais, sophistam Apollophanem me conviciari, ac parricidam appellare, ut qui gentilium dictis, adversus ipsos non sincere utar. **594** Atqui nos illi verius objicere possemus, gentiles illos, adversus divina divinis sacrilege abuti, dum per Dei sapientiam, divinæ religionis cultum abolere moliuntur. Neque vero hic de multitudinis opinione loquor, quæ poetarum fictionibus materialiter tenaciterque adhæreus, creaturæ potius quam creatori famulatur; verum etiam ipsemet Apollophanes divinis adversus divina nefarie utitur; nam per hanc ipsam rerum scientiam, quæ ab ipso recte philosophia dicitur, et a divo Paulo sapientia Dei nominatur [f], ad rerum ipsarum scientiæque illius auctorem, veros philosophos ascendere oportebat. Ac ne præter institutum meum, aliorum potius quam ipsius sententiam a veritate deflectere convincam, scire debebat Apollophanes, cum sapiens esset, nihil unquam cœlestis ordinis ac motus immutari ullo modo potuisse, sine instinctu auctoris sui, a quo et ut esset accepit, et cujus potentia conservatur, qui, secundum Scripturæ testimonium, cuncta perficit ac mutat. Cur igitur non colit eum, quem hinc quoque cognovimus veraciter esse omnium Deum, admirando ejus, a quo cuncta subsistunt, admirabilem potestatem? Quandoquidem ab ipso sol et luna, potentia statuque mirabili, simul cum hac rerum universitate, ad omnimodam immobilitatem redacta sint, nec non ad integri diei spatium, in iisdem universa signis constiterint; vel, quod amplius est, etiam cunctis orbibus primariis, qui cæteros complexu suo continent, more suo gyrantibus, ea quæ illorum complexu continebantur, non una in orbem circumlata sint; quin et alius quidam dies continuatione fere triplo longior effectus, et totis viginti horis, universum æquali omnino temporis spatio, motu contrario supraquam admirandis retrogyrationibus retrogressum ac reversum sit: vel ipse sol in cursu suo, quinqueformem

Σὺ δὲ φῂς λοιδορεῖσθαί μοι τὸν σοφιστὴν Ἀπολλοφάνη, καὶ πατραλοίαν ἀποκαλεῖν, ὡς τοῖς Ἑλλήνων ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας οὐχ ὁσίως χρωμένῳ. Καίτοι πρὸς αὐτὸν ἡμᾶς ἦν ἀληθέστερον εἰπεῖν, ὡς Ἕλληνες τοῖς θείοις οὐχ ὁσίως ἐπὶ τὰ θεῖα χρῶνται, διὰ τῆς σοφίας τοῦ Θεοῦ τὸ θεῖον ἐκβάλλειν πειρώμενοι σέβας. Καὶ οὐ τὴν τῶν πολλῶν ἔγωγέ φημι δόξαν, τοῖς τῶν ποιητῶν προσύλως καὶ ἐμπαθῶς ἐναπομενόντων, καὶ τῇ κτίσει παρὰ τὸν κτίσαντα λατρευόντων, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς Ἀπολλοφάνης οὐχ ὁσίως τοῖς θείοις ἐπὶ τὰ θεῖα χρῆται· τῇ γὰρ τῶν ὄντων γνώσει, καλῶς λεγομένῃ, πρὸς αὐτοῦ φιλοσοφίᾳ, καὶ πρὸς τοῦ θείου Παύλου σοφίᾳ Θεοῦ κεκλημένῃ, πρὸς τὸν αἴτιον καὶ αὐτῶν τῶν ὄντων καὶ τῆς γνώσεως αὐτῶν ἐχρῆν ἀνάγεσθαι τοὺς ἀληθεῖς φιλοσόφους. Καὶ ἵνα μὴ τὴν τῶν ἄλλων[37] ἢ τὴν αὐτοῦ παρὰ τὸ δοκοῦν ἐξελέγχοι μοι δόξαν, ἔδει συνιδεῖν Ἀπολλοφάνη, σοφὸν ὄντα, μὴ ἂν ἄλλως ποτὲ δυνηθῆναι τῆς οὐρανίας τι παρατραπῆναι τάξεως καὶ κινήσεως, εἰ μὴ τὸν τοῦ εἶναι αὐτὴν καὶ συνοχέα, καὶ αἴτιον ἔσχεν εἰς τοῦτο κινοῦντα, τὸν ποιοῦντα τὰ πάντα, καὶ μετασκευάζοντα, κατὰ τὸν ἱερὸν λόγον. Πῶς οὖν οὐ σέβει τὸν ἐγνωσμένον ἡμῖν κἀκ τούτου, καὶ ὄντως ὄντα τῶν ὅλων Θεὸν, ἀγάμενος αὐτὸν τῆς παναιτίου καὶ ὑπεραῤῥήτου δυνάμεως; ὅταν ἥλιος[38] ὑπ' αὐτοῦ καὶ σελήνη, κατὰ δύναμιν καὶ στάσιν ὑπερφυεστάτην, ἅμα τῷ παντὶ πρὸς τὸ πάντη ἀκίνητον ὁρίζωνται, καὶ εἰς μέτρον ἡμέρας ὅλης ἐπὶ τῶν αὐτῶν ἑστᾶσι τὰ πάντα σημείων· ἢ τὸ τούτου γε πλεῖον, εἴπερ, τῶν ὅλων καὶ τῶν κρειττόνων καὶ περιεχόντων[39] οὕτω φερομένων, οὐ συμπεριήγετο τὰ περιεχόμενα· καὶ ὅταν ἄλλη τις ἡμέρα κατὰ συνέχειαν σχεδὸν τριπλασιάζηται, καὶ ἐν εἴκοσι ταῖς πάσαις ὥραις, ἢ τὸ πᾶν τοσούτου χρόνου φορᾶς ἐναντίας ἀναποδίζῃ καὶ ἐπαναστρέφῃ ταῖς οὕτως ἄγαν ὑπερφυεστάταις ἀντιπεριαγωγαῖς· ἢ ὁ ἥλιος, ἐν[40] ἰδίῳ δρόμῳ τὴν πεντάτροπον αὐτοῦ κίνησιν ἐν ὥραις δέκα συνελῶν, ἀναλυτικῶς αὖθις ὅλην αὐτὴν ἐν ταῖς ἑτέραις δέκα καινήν τινα τριῶν ὁδὸν ἀναποδίζῃ· τοῦτο δὴ τὸ καὶ Βαβυλωνίους εἰκότως ἐκπλῆξαν, καὶ μάχης ἐκτὸς τῷ

[f] I Cor. II, 7.

### VARIÆ LECTIONES.

[34] καὶ τοῦ ἀληθοῦς αὐτοῦ προτεθέντος, D. S. [35] τοῦ ὄντως ὄντος ἀληθοῦς, D. [36] ὡς ἐχρῆν, P. [37] τῶν non est in D. S. P. [38] ὁ ἥλιος, S. [39] εἴπερ καὶ τῶν ὅλων καὶ τῶν κρειττόνων καὶ τῶν περιεχόντων, D. [40] ἐν non est in S. P.

Ἐξεκίᾳ καθυποτάξαν, ὡς ἂν ἰσοθέῳ τινὶ καὶ ὑπερ- A istum motum ad decem horas contractum, demo
έχοντι τοὺς ἀνθρώπους. Καὶ οὐ δήπου φημὶ τὰς ἐν gradu retrogrado, aliis item decem horis novam
Αἰγύπτῳ μεγαλουργίας, ἢ ἄλλας τινὰς ἀλλαχοῦ θεο- quamdam semitam ineundo, reperierit; quod uti-
σημείας γεγενημένας, ἀλλὰ τὰ κοινὰ καὶ οὐράνια, que Babylonios jure merito consternavit, et eos
καὶ ἐν τῷ παντὶ καὶ πᾶσι θριαμβευθέντα. Φησὶ δὲ [61] Ezechiæ tanquam Deo suppari similive, atque ho-
πάντως Ἀπολλοφάνης, οὐκ εἶναι ταῦτα ἀληθῆ· minibus præstantiori, sine pugna subegit. Omitto
μάλιστα μὲν οὖν τοῦτο ταῖς Περσῶν ἱερατικαῖς quæ in Ægypto magnifice gesta sunt, atque alia
ἐμφέρεται φήμαις, καὶ εἰσέτι μάγοι τὰ μνημόσυνα quædam signa, quæ alibi divinitus patrata sunt;
τοῦ τριπλασίου Μίθρου τελοῦσιν. Ἀλλ' ἐξέστω αὐτῷ hæc tantum memoro quæ sunt obvia cœlestiaque,
τούτοις διὰ τὴν ἄγνοιαν ἢ τὴν ἀπειρίαν [62] ἀπιστεῖν. et per universum orbem ab omnibus celebrata.
Εἰπὲ δὲ αὐτῷ· Τί λέγεις περὶ τῆς ἐν τῷ σωτηρίῳ Sed omnino dicet Apollophanes, ista minime vera
σταυρῷ γεγονυίας ἐκλείψεως; ἀμφοτέρω γὰρ τότε, esse; attamen id vel maxime **595** sacris Persa-
κατὰ Ἡλιούπολιν [63] ἅμα παρόντε τε καὶ συνεστῶτε, rum monumentis celebratur, atque etiamnum
παραδόξως τῷ ἡλίῳ τὴν σελήνην ἐμπίπτουσαν ἐωρῶ- magi triplicis Mithri, sive solis, memoriam recolunt.
μεν (οὐ γὰρ ἦν συνόδου καιρός)· αὖθίς τε αὐτὴν Verum illi liceat sive per ignorantiam, sive per
ἀπὸ τῆς ἐννάτης ὥρας ἄχρι τῆς ἑσπέρας εἰς τὸ [64] B inscitiam, istis fidem derogare; sed dic illi: Quid
τοῦ ἡλίου διάμετρον ὑπερφυῶς ἀντικαταστᾶσαν. Ἀνά- sentis de illa solis defectione, quæ accidit in cruce
μνησον δέ τι καὶ ἕτερον αὐτόν· οἶδε γάρ, ὅτι καὶ salutari? Tunc enim ambo juxta Heliopolim præ-
τὴν ἔμπτωσιν αὐτὴν ἐξ ἀνατολῶν ἑωράκαμεν ἀρξα- sentes simul et astantes, mirabili ratione soli lu-
μένην, καὶ μέχρι τοῦ ἡλιακοῦ πέρατος ἐλθοῦσαν, nam coincidere cernebamus (neque tamen tempus
εἶτα ἀναποδίσασαν, καὶ αὖθις οὐκ ἐκ τοῦ αὐτοῦ καὶ conjunctionis erat), ipsamque rursus, sub horam
τὴν ἔμπτωσιν καὶ τὴν ἀνακάθαρσιν, ἀλλ' ἐκ τοῦ nonam vespertinam, diametro soli opposito super-
κατὰ διάμετρον ἐναντίου γεγενημένην. Τοσαῦτά ἐστι naturaliter restitui. Quin etiam in memoriam illi
τοῦ τότε καιροῦ τὰ ὑπερφυῆ καὶ μόνῳ Χριστῷ τῷ revoca quiddam aliud; scit enim, quomodo vide-
παναιτίῳ δυνατά, τῷ ποιοῦντι μεγάλα καὶ ἐξαίσια, rimus illum lunæ occursum ab oriente cœpisse,
ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός. et usque ad solis extremitatem pervenisse, ac tum
demum resiliisse, et rursum, non ex eadem parte occursum illum et recessum exstitisse, sed ex ad-
verso diametri. Ista sunt, quæ tunc supra naturam omnino contigerunt, et a solo rerum omnium con-
ditore Christo fieri possunt, qui facit magna ac stupenda quorum non est numerus.

## § III.

Ταῦτα, εἴ σοι θεμιτὸν, εἰπὲ, καὶ, εἰ δυνατὸν, C Hæc, si fas est, ei dicito, tuque Apollophanes
Ἀπολλόφανες, ἐξέλεγχε [65] καὶ πρὸς ἐμὲ τὸν τότε refelle si potes, idque adversum me, qui tunc præ-
καὶ συμπαρόντα σοι, καὶ συνεωρακότα, καὶ συναναk- sens una tecum adfui, et simul aspexi, et observavi
ρίναντα πάντα, καὶ συναγάμενον. Ἀμέλει καὶ μαν- omnia cum admiratione. Denique tunc nescio quo
τείας τότε, οὐκ οἶδ' ὅθεν, ὁ Ἀπολλοφάνης ἀπάρχεται, spiritu afflatus, in divinationem quoque Apollopha-
καὶ πρὸς ἐμὲ, ὥσπερ τὰ γιγνόμενα συμβάλλων, ἔφη· nes prorupit, et ad me conversus: Istæ, inquiebat,
Ταῦτα, ὦ καλὲ Διονύσιε, θείων ἀμοιβαὶ πραγμάτων. o præclare Dionysi, divinarum sunt vicissitudines
Τοσαῦτα ὡς κατ' ἐπιστολὴν ἡμῖν εἰρήσθω. Σὺ δὲ rerum. Hæc a nobis tanquam per epistolam dicta
ἱκανὸς καὶ τὰ ἐλλείποντα προσαναπληρῶσαι, καὶ sint satis. Potes porro ipse supplere quæ desunt,
προσαγαγεῖν τελέως τῷ Θεῷ τὸν ἄνδρα, σοφὸν τὰ et ad Deum perfecte virum adducere, multis sano
πολλὰ ὄντα, καὶ ἴσως οὐκ ἀπαξιώσοντα πραέως in rebus sapientem; neque fortasse dedignabitur
μαθεῖν τὴν ὑπέρσοφον τῆς θρησκείας ἡμῶν ἀλή- mansuete ac humiliter discere plusquam sapientem
θειαν. religionis nostræ veritatem.

---

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. Nota, epistolam hanc scriptam sancto Polycarpo, Smyrnæ in Asia episcopo, sancti Joannis evangelistæ discipulo, cujus exstat Epistola ad Philippenses. Huic itaque sanctus Dionysius modum præscribit agendi cum Apollophane philosopho, et argumenta suggerit, quibus, utpote philosophus, maxime putaretur capiendus, et suaviter inducendus ad fidem catholicam amplectendam.

§ II. *A divo Paulo sapientia Dei nominatur.* Scilicet Epist. I ad Corinth. cap. II, 7, ubi ait: *Loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est*, etc., vocat autem sapientiam in mysterio, sive mysterii, scilicet magni illius et arcani consilii de redemptione hominum per Christum.

*Qui secundum Scripturæ testimonium.* Dan. II, 21: *Mutat tempora et ætates, transfert regna atque constituit.*

## VARIÆ LECTIONES.

[61] φήσει δέ, D. P. [62] ἀπορίαν, S. [63] κατὰ τὴν Ἡλιούπολιν, D. ἡλίου πόλιν, P. [64] ἐπὶ τό, S. [65] ἔλεγχε.

*Siquidem ab ipso sol et luna*, etc. Alludit ad illud Josue x, 12: *Tunc locutus est Josue Domino in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorum Israel, dixitque coram eis: Sol contra Gabaon ne movearis, et luna contra vallem Aialon: steteruntque* **396** *sol et luna, donec ulcisceretur se gens de inimicis suis.* Docte ac fuse de hoc prodigio vide Serarium ad locum Josue citatum.

*Atque alius etiam dies*, etc. Hoc miraculum contigit sub Ezechia rege Juda, uti habetur lib. IV Reg. xx, 11: *Invocavit itaque Isaias propheta Dominum, et reduxit umbram per lineas, quibus jam descenderat in horologio Achaz retrorsum decem gradibus*; unde facta est dies artificialis ista triplo fere longior, quia hoc contigit sub occasum solis, ut Scriptura indicat, atque adeo die fere expleto, quando retrogrado itinere iterum rediit ad primum gradum seu notam horariam diei artificialis, per totidem horas; atque inde denuo decem diei horas usque ad occasum peregit; quo miraculo perculsus rex Babyloniorum a bello destitit, et Ezechiæ munera misit, ut loco citato in quarto Regum sequitur.

*Triplicis Mithri, sive solis*, etc. Hinc constat, S. Dionysium in Persicis quoque Annalibus et Babyloniorum historiis fuisse versatum, eorumdemque linguæ haud ignarum; siquidem Persico vocabulo *Mithri* utitur, quo Persæ et Babylonii solem (ut vetus Scholium habet) significant. De hoc ita Strabo lib. xv Πέρσαι τοίνυν ἀγάλματα μὲν καὶ βωμοὺς οὐχ ἱδρύονται, θύουσι δὲ ἐν ὑψηλῷ τόπῳ τὸν οὐρανὸν ἡγούμενοι Δία. Τιμῶσι δὲ καὶ ἥλιον, ὃν καλοῦσι Μίθραν. Id est: *Persæ nec statuas nec aras erigunt, sacrificant vero in loco excelso, cœlum Jovem putantes. Quinetiam colunt solem, quem Mithram vocant.* Et quia dies tempore Ezechiæ fere in mora seu durationc triplicata fuit, ideo ait, Persas triplicis seu triplicati solis memoriam celebrasse. Quod autem Persæ soli sacrificent, etiam Herodotus ait, aliique multi. Quod solem vocent Mithram, dissentit quidem Herodotus, qui sic Venerem a Persis vocari scribit (nisi quis Μίτρην et Μίθρην differre putet), sed plurimi alii assentiuntur, inter quos Hesychius: Μίθρας ὁ ἥλιος παρὰ Πέρσαις. Μίθρης ὁ πρῶτος ἐν Πέρσαις θεός. Id est, *Mithras sol apud Persas; Mithres primus apud Persas deus.*

*Eramus tunc ambo juxta Heliopolim*, etc. Describit hic prodigiosam illam eclipsim quæ contingit Christo de cruce pendente, quam una cum Apollophane Dionysius spectaverat Heliopoli (quæ civitas erat Ægypti, olim cultui solis dedicata). Hujus etiam meminit Phlegon, quem citat Philoponus lib. II *De mundi creatione*, cap. 21, his verbis: Λέγει γάρ, ὅτι τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς διακοσιοστῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος ἐγένετο ἥλιου ἔκλειψις μεγίστη, καὶ οὐκ ἐγνωσμένων πρότερον· καὶ νὺξ ὥρᾳ ἕκτῃ τῆς ἡμέρας ἐγένετο, ὥστε καὶ ἀστέρας ἐν οὐρανῷ φανῆναι. *Ait enim, secundo anno ducentesimæ secundæ Olympiadis factam fuisse maximam solis defectionem omnium quæ unquam prius innotuerant, et hora diei sexta noctem exstitisse, ita ut etiam stellæ in cœlo apparerent.* Sed et evangelistæ, quorum fides longe supra omnem historiam est, defectionis hujus mentionem faciunt. Marci xv, 33: *Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram, usque in horam nonam*, et Lucæ xxiii, 44: *Erat autem fere hora sexta, et tenebræ factæ sunt in universam terram usque in horam nonam, et obscuratus est sol.* Sanctus autem Dionysius hujus defectionis oculatus testis, et accuratus observator, cæteris exactius, utpote philosophus, ejus modum describit, quem vide inferius explicatum et schemate illustratum in Notationibus ad cap. 1 *Vitæ sancti Dionysii* per Petrum Halloix.

§ III. *Denique tunc nescio quo spiritu afflatus*, etc. Viso hoc solis deliquio Dionysius, adhuc ethnicus, dixisse fertur: *Aut Auctor naturæ patitur, aut mundi machina dissolvetur.* Similia quoque Apollophanem tunc dixisse aut cogitasse, hic insinuat Dionysius.

*Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistol. 7, tom. II.*

---

# EPISTOLA VIII.

## *DEMOPHILO MONACHO.*

*De propria operatione et clementia.*

# A ΕΠΙΣΤΟΛΗ Η'.

## *ΔΗΜΟΦΙΛΩ ΘΕΡΑΠΕΥΤΗ.*

*Περὶ* [46] *ἰδιοπραγίας καὶ χρηστότητος.*

### SYNOPSIS EPISTOLÆ.

*§ I. Ostendit præcipuos Dei amicos, Moysem, Davidem, Jobum, Abelem, Josephum, mansuetudinis laude claruisse; et in ipsomet Christo præ cæteris virtutibus vel maxime clementiam et mansuetudinem emicuisse. Unde a contrario Demophilo suam exprobrat immanitatem, quod pœnitentem a sacerdote absolutum immaniter tractasset, et in sacerdotem quoque temerarie debacchatus* **597** *fuisset, eo quod pœnitentem absolvisset; et exemplis eorum qui ob similem temeritatem puniti fuerant, eum deterret. II. Proponit Demophili objectionem, quam probabiliter posse facere videretur, eamque elidit. III. Ostendit nequaquam convenire ut inferiores, qualis erat Demophilus, superiores suos increpent. IV. Docet ordinem et subordinationem ubique servandam esse, eique Christi boni ac mansuetissimi pastoris exemplum ob oculos ponit. V. Dicit Christi mansuetudinem potius imitandam esse, quam Eliæ zelum: et simul ostendit quæ sit mansuetorum et crudelium retributio. VI. Rem totam confirmat visione mirabili sancti Carpi, quam describit.*

### § I.

Hebræorum historiæ tradunt, generose Demophile, sanctum illum etiam Moysem, propter magnam suam mansuetudinem Dei conspectu dignum fuisse judicatum. Ac si quando ipsum divina visione frustratum scribunt, non prius eum a Deo, quam a

B Αἱ τῶν Ἑβραίων ἱστορίαι φασὶν, ὦ γενναῖε Δημόφιλε, καὶ τὸν ἱερὸν ἐκεῖνον Μωσέα διὰ τὴν [47] πολλὴν πραότητα τῆς θεοφανείας ἠξιωμένον. Καὶ εἴ ποτε αὐτὸν ἔξω τῆς θείας ὄψεως ἀναγράφουσιν, οὐ πρὸ τῆς πραότητος ἐκβάλλουσι τοῦ Θεοῦ. Λέγουσι

### VARIÆ LECTIONES.

[46] ὑπέρ, C. D. S. [47] τὴν non est in Ch. D. S. P.

δὲ, ὅτι λίαν ἀπαυθαδιαζομένῳ καὶ ἀντιτείνοντι ταῖς θείαις βουλαῖς [48] ὠργίσθη θυμῷ Κύριος. Ὅταν δὲ αὐτὸν ἀνακήρυκτον ποιῶσι ταῖς θεοκρίτοις ἀξίαις, ἐκ τῆς προὐχούσης τἀγαθοῦ θεομιμησίας ἀνακηρύττεται· καὶ γὰρ ἦν πρᾶος σφόδρα, καὶ ὑπὲρ τούτου λέγεται θεράπων Θεοῦ, καὶ εἰς θεοπτείαν ἁπάντων προφητῶν ἀξιώτερος. Ἀλλὰ καὶ ὅτε πρὸς αὐτὸν καὶ τὸν Ἀαρὼν ἰταμοί τινες ὑπὲρ ἀρχιερωσύνης καὶ ἐθναρχίας ἐφιλονείκουν, ὑπερεῖχε μὲν ἁπάσης φιλοτιμίας καὶ φιλαρχίας, καὶ παρεχώρει τῷ θεοκρίτῳ τὴν τοῦ λαοῦ προστασίαν. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ἐπισυνέστησαν αὐτῷ, καὶ περὶ τῶν προτέρων ὀνειδίζοντες ἠπείλουν, καὶ ἤδη σχεδὸν ἐπῆσαν, ἐπεβοᾶτο μὲν ὁ πρᾶος τὸν ἀγαθὸν εἰς σωτηρίαν, ἐπαῤῥησιάζετο δὲ λίαν ἐπιεικῶς, ὅτι πάντων εἴη κακῶν τοῖς ἀρχομένοις ἀναίτιος· ᾔδει γὰρ, ὅτι χρὴ τὸν ὁμιλοῦντα Θεῷ [49] τἀγαθῷ πρὸς τὸ ὅτι μάλιστα ὁμοιότατον, ὡς ἐφικτὸν, ἀποτετυπῶσθαι, καὶ ἑαυτῷ συνειδέναι τὰς ἀγαθοφιλεῖς ἐργατείας [50]. Τί δὲ τὸν θεοπάτορα Δαυὶδ ἐποίει θεοφιλῆ; Καὶ γὰρ ἀγαθὸν ὄντα, καὶ περὶ ἐχθροὺς ἀγαθόν· Εὗρηκα, φησὶν ὁ ὑπεράγαθος καὶ φιλάγαθος [51], ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου. Καίτοι καὶ θεσμὸς ἀγαθὸς ἐδεδώρητο, καὶ ὑποζυγίων ἐχθροῦ προνοεῖν. Καὶ Ἰὼβ ὡς ἀκακίας ἐχόμενος ἐδικαιοῦτο. Καὶ Ἰωσὴφ τοὺς ἐπιβούλους ἀδελφοὺς οὐκ ἠμύνετο [52], καὶ Ἄβελ ἁπλῶς καὶ ἀνυπόπτως συνεπορεύετο τῷ ἀδελφοκτόνῳ. Καὶ πάντας ἡ θεολογία τοὺς ἀγαθοὺς [53] ἀνακηρύττει, μὴ προεννοοῦντας τὰ κακὰ, μὴ [54] προσποιοῦντας, ἀλλὰ μηδὲ πρὸς τῆς ἄλλων [55] κακίας ἐκ τἀγαθοῦ μεταποιουμένους, τοὐναντίον δὲ θεοειδῶς καὶ τοὺς κακοὺς ἀγαθύνοντας καὶ ἐφαπλοῦντας [56], καὶ ἐπ' αὐτοὺς τὴν πολλὴν αὐτῶν ἀγαθότητα, καὶ πρὸς τὸ ὅμοιον ἐπιεικῶς ἐκκαλουμένους. Ἀλλ' ἐπὶ τὸ ἄναντες ἀνανεύσωμεν, οὐκ ἀνδρῶν ἱερῶν ἐπιεικείας, οὐ φιλανθρώπων ἀγγέλων ἀγαθότητας ἐξαγγέλλοντας [57], ἐλεούντων ἔθνη καὶ ὑπερδεομένων αὐτῶν ἀγαθοῦ, καὶ ταῖς ὀλεθρίαις καὶ κακεργέτισιν ἐπιτιμώντων πληθύσι, καὶ ἀχθομένων μὲν ἐπὶ κακοῖς, εὐφραινομένων δὲ τῇ σωτηρίᾳ τῶν εἰς τὰ ἀγαθὰ μεταχαλουμένων· οὐδ' ὅσα ἄλλα περὶ τῶν ἀγαθοεργῶν ἀγγέλων ἡ θεολογία παραδίδωσιν· ἀλλὰ τοῦ ὄντως ἀγαθοῦ καὶ ὑπεραγάθου Χριστοῦ τὰς ἀγαθοποιοὺς ἀκτῖνας ἐν ἡσυχίᾳ παραδεχόμενοι, πρὸς αὐτῶν [58] ἐπὶ τὰς θείας ἀγαθουργίας αὐτοῦ φωταγωγηθῶμεν. Ἆρα γὰρ οὐκ ἔστιν ἀφάτου καὶ ὑπὲρ νόησιν ἀγαθότητος, ὅτι τὰ ὄντα [59] εἶναι ποιεῖ, καὶ ὅτι πάντα αὐτὰ πρὸς τὸ εἶναι παρήγαγε, καὶ πάντα βούλεται ἀεὶ γενέσθαι παραπλήσια αὐτῷ [60], καὶ κοινωνικὰ τοῦ αὐτοῦ κατὰ τὴν ἑκάστου [61] ἐπιτηδειότητα; Τί δὲ, ὅτι καὶ τῶν ἀποφοιτώντων [62] ἐρωτικῶς ἔχεται, καὶ φιλονεικεῖ, καὶ δεῖται μὴ ἀπαξιωθῆναι τῶν ἐρωμένων καὶ θρυπτομένων αὐτῶν· καὶ

mansuetudine excludunt. Ipsi scilicet insolescenti admodum, et divinis consiliis reluctanti iratum asserunt furore Dominum. Ubi vero decretis illi a Deo dignitatibus illustrem prædicant, a præeminente benigni Dei imitatione commendatus; erat enim admodum mansuetus, atque ideo Dei famulus nuncupatur, cæterisque prophetis dignior ad videndum Deum. Quinimo cum adversus eum et Aaronem de pontificatu ac gentis principatu impudentes aliqui proterve dimicarent, omni sane honoris ac primatus ambitione celsior, ei qui a Deo eligeretur, populi præfecturam deferebat [s]. Cæterum ubi in ipsum conjurasseñt, pristinaque exprobrando minas intentassent, jamque fere impetum fecissent, tum demum mansuetus ille bonum quidem Deum in salutem advocabat, magna vero constantia singularique modestia contestatus est, se insontem esse calamitatum omnium quæ subditis obvenissent; quippe noverat, ei qui bono Deo familiariter utitur, pro viribus conandum, ut eidem, quantum potest fieri, simillimus evadat, sibique bonorum operum conscius existat. Quid porro David illum Dei progenitorem, amicum Deo reddidit? Nempe quod esset bonus, et in hostes benignus: Inveni, inquit ille præbenignus benignitatis amator, hominem secundum cor meum [h]. Quinimo benigna lege sancitum erat, ut jumentorum quoque inimici cura gereretur [i]. Job etiam, ut innocentiæ tenax, justificatus est [k]. Atque Joseph insidiatores fratres non est ultus [l], Abelque simpliciter, nec quidquam suspicans, comitatus est fratricidam [m]. Omnes denique theologia bonos prædicat, qui neque mala præsagiunt, neque simulant, sed ne aliorum quidem **598** malitia bonum deserunt, sed e diverso deiformiter pravis benefacientes, magnamque benignitatis suæ copiam in eos effundentes, benigne illos ad simile quoque provocant. Cæterum ad altiora contendamus, sanctorum mansuetudines virorum atque amicorum hominibus angelorum benignitates omittentes, quomodo scilicet illi gentibus misereantur, ac pro ipsis divinæ bonitati preces offerant [n], perniciosasque ac perditas turbas increpent [o]; ac malis quidem nostris condoleant [p], saluti vero eorum qui ad bona conversi sunt congratulentur [q]; et quæcunque alia de beneficis angelis theologia tradit [r]; sed penitus benigni ac præbenigni Christi beneficos radios tranquillo animo suscipientes, ab iisdem ad divinas ejus beneficentias luculenter adducamur. Annon ineffabilis incomprehensibilisque bonitatis, quod ea quæ sunt, esse faciat, caque omnia ad esse produ-

[s] Num. XVI. [h] Psal. LXXXVIII, 21. [i] Exod. XXIII, 4. [k] Job I, 8; XLII, 7. [l] Gen. L, 20. [m] Gen. IV, 8. [n] Zach. I. [o] Apoc. VII. [p] Dan. X. [q] Luc. XV. [r] Tob. VIII et IX.

## VARIÆ LECTIONES.

[48] τὰς θείας βουλάς. [49] τῷ Θεῷ, D. [50] alia lectio notatur in D. ἐργασίας. [51] ὁ ὑπεράγαθος, ὁ φιλάγαθος, P. postrema duo verba non habet D. Ch. [52] ἠμύνατο, P. D. [53] ἀγαθοειδεῖς, D. P. [54] προποιοῦντας legendum itaque habent optimi codices. [55] πρὸ τῆς ἄλλων, S. P. [56] ἀφαπλοῦντας, S. [57] ἐξαγγέλλοντες, D. S. P. [58] πρὸς αὐτόν, D. [59] τὰ μὴ ὄντα, D. S. Ch. [60] ἑαυτῷ, D. S. [61] ἑκάστων. [62] ἀποφοιτάτων, D.

xerit [t], cunctaque velit sibi semper esse similia, et pro cujusque captu communicare? Quid quod a se deficientes amore prosequatur, contendatque ac roget, ne dedignentur amores [t]; quin et deliciosos ipsos ac temere provocantes sustinet, atque ipsemet excusat, eoque magis se recipit illos curaturum, ipsisque jam adhuc distantibus, simul tamen adventantibus occurrit et obviat, totusque totos amplectens osculatur, neque de pristinis eos arguit, sed diligit præsentia, festumque diem agit, ac convocat amicos, videlicet bonos, ut sit omnium lætantium habitatio [u]. Porro Demophilus, et si quis alius bonis adversatur, jure merito corripitur, bonaque docetur ut emendetur. Quomodo enim, inquit, non oportebat eum qui bonus est, de eorum qui perierant salute, nec non eorum qui defuncti erant vita lætari? Siquidem etiam in humeros tollit vixdum ab errore conversum, et bonos angelos ad lætitiam excitat, quin et ingratis benignus existit, *et oriri facit solem suum super bonos et malos* [v], atque ipsam suam animam pro profugis ponit [x]. Tu vero, ut tuæ litteræ declarant, accidentem sacerdoti, illum quem impium ac peccatorem dicis, nescio quomodo per te præsens repuleris; tum ille quidem deprecabatur et fatebatur se ad malorum medicinam advenisse; tu autem, nihil veritus, bonum insuper sacerdotem cum quadam insolentia conviciatus es, quod miseratus esset pœnitentis, atque impium justificasset; ac tandem, « Exi, » inquiens sacerdoti, **599** cum tui similibus contra fas in adyta irrupisti, ac Sancta sanctorum contaminasti, et scribis nobis te sancta, cum violanda essent, summa cura providentiaque servasse, eaque hactenus illibata custodire. Nunc ergo audi nostram sententiam : Nefas est sacerdotem a te dignioribus ministris, tuive ordinis monachis corripi, quantumvis in divina impius videatur, et etiamsi quid aliud vetitum egisse convincatur. Nam si distinctionis ordinisque confusio, divinissimarum constitutionum legumque transgressio est; nulla certe ratio est propter Deum traditum divinitus ordinem intervertendi. Neque enim in se Deus divisus est, alioquin quomodo stabit regnum ejus [y]? Et si Dei est judicium, ut Eloquia testantur [z], sacerdotes autem angeli sunt [a], et post antistites divinorum interpretes judiciorum, ab iis ordine, prout te decet, mediantibus ministris, dum erit opportunum, divina disce, per quos etiam, ut monachus esses, habuisti. An vero non id ipsum sacra signa proclamant? neque enim simpliciter Sancta sanctorum ab omnibus segregata sunt;

εἰκῇ κατεγκαλούντων ἀνέχεται, καὶ αὐτὸς ἀπολογεῖται; καὶ μᾶλλον ἐπαγγέλλεται θεραπεύσειν, καὶ ἔτι αὐτοῖς ἀπέχουσιν, ὅμως προσιοῦσι [63] προστρέχει καὶ ὑπαντᾷ, καὶ ὅλος ὅλους περιφὺς ἀσπάζεται, καὶ οὐκ ἐγκαλεῖ περὶ τῶν προτέρων, ἀλλὰ ἀγαπᾷ τὰ παρόντα, καὶ ἑορτὴν ἄγει, καὶ συγκαλεῖ [64] τοὺς φίλους, δηλαδὴ τοὺς ἀγαθοὺς, ἵνα ᾖ πάντων εὐφραινομένων ἡ κατοικία. Δημόφιλος δὲ, καὶ εἴ τις ἄλλος ἀγαθοῖς ἀπεχθάνεται, καὶ λίαν ἐνδίκως ἐπιτιμᾶται, καὶ ἐκδιδάσκεται τὰ καλὰ, καὶ ἀγαθύνεται. Πῶς γὰρ οὐκ ἔδει, φησὶ, τὸν ἀγαθὸν ἐπὶ σωτηρίᾳ τῶν ἀπολωλότων εὐφραίνεσθαι, καὶ ζωῇ τῶν τεθανατωμένων; Ἀμέλει καὶ ἐπ' ὤμων αἴρει [65] τὸ μόλις ἀπὸ πλάνης ἐπιστραφὲν [66], καὶ τοὺς ἀγαθοὺς ἀγγέλους εἰς εὐφροσύνην ἐγείρει, καὶ χρηστός ἐστιν [67] ἐπὶ τοὺς ἀχαρίστους, *καὶ ἀνατέλλει τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς*, καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν ἀποφευγόντων [68]. Σὺ δὲ, ὡς τὰ γράμματά σου δηλοῖ, καὶ προσπεσόντα τῷ ἱερεῖ, τὸν ὡς φῆς ἀσεβῆ καὶ ἁμαρτωλὸν, οὐκ οἶδ' ὅπως καθ' ἑαυτοῦ παρὼν ἀπελάκτισας· εἶτα, ὁ μὲν ἐδεῖτο [69] καὶ ὁμολόγει πρὸς ἰατρείαν κακῶν ἐληλυθέναι, σὺ δὲ οὐκ ἔφριξας, ἀλλὰ καὶ τὸν ἀγαθὸν ἱερέα μετὰ θράσους [70] προεπηλάκιζες, ἐλεητὸν εἶναι μετανοοῦντα, καὶ τὸν ἀσεβῆ δικαιώσαντα· καὶ τέλος, « Ἔξιθι, » ἔφης τῷ ἱερεῖ, μετὰ τῶν ὁμοίων καὶ εἰσεπήδησας, οὐκ ὄντος θεμιτοῦ, πρὸς τὰ ἄδυτα, καὶ τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων συνέστειλας, καὶ γράφεις ἡμῖν, ὅτι μέλλοντα διαφθαρῆναι τὰ ἱερὰ προνοητικῶς ἀπέσωσα, καὶ ἔτι ἄχραντα διαφυλάττω. Νῦν οὖν ἄκουε τῶν ἡμετέρων· Οὐ θεμιτὸν ἱερέα πρὸς τῶν ὑπὲρ σὲ λειτουργῶν, ἢ τῶν ὁμοταγῶν σοι [71] θεραπευτῶν εὐθύνεσθαι, κἂν ἀσεβεῖν εἰς τὰ θεῖα δοκῇ, κἂν ἄλλο τι τῶν ἀπειρημένων ἐξελέγχοιτο δράσας. Εἰ γὰρ ἀκοσμία καὶ ἀταξία τῶν θειοτάτων ἐστὶ καὶ ὅρων καὶ θεσμῶν ἔκβασις, οὐκ ἔχει λόγον ὑπὲρ Θεοῦ [72] τὴν θεοπαράδοτον ἀνατρέπεσθαι τάξιν. Οὐ γὰρ ἐφ' ἑαυτὸν ὁ Θεὸς ἐμερίσθη· πῶς γὰρ σταθήσεται ἡ βασιλεία αὐτοῦ; Καὶ εἰ τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὡς τὰ λόγιά φησιν, ἡ κρίσις, οἱ δὲ ἱερεῖς ἄγγελοι καὶ ὑποφῆται μετὰ τοὺς ἱεράρχας εἰσὶ τῶν θείων κριμάτων, πρὸς αὐτῶν τὰ θεῖα προσηκόντως σοι διὰ μέσων [73] τῶν λειτουργῶν, ὅταν ᾖ καιρὸς, ἐκδιδάσκου, δι' ὧν καὶ τὸ εἶναι θεραπευτὴς ἠξιώθης. Ἢ οὐχὶ καὶ τὰ ἱερὰ σύμβολα τοῦτο βοᾷ; καὶ γὰρ οὐχ ἁπλῶς ἁπάντων μὲν ἐξῄρηται τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων· πλησιάζει δὲ μᾶλλον αὐτοῖς ὁ τῶν ἱεροτελεστῶν διάκοσμος, εἶτα τῶν ἱερέων ἡ διακόσμησις, ἑπομένως δὲ τούτοις ἡ τῶν λειτουργῶν· τοῖς δὲ τεταγμένοις θεραπευταῖς αἱ πύλαι τῶν ἀδύτων εἰσὶν ἀφωρισμέναι, καθ' ἃς καὶ τελοῦνται καὶ παρεστᾶσιν, οὐ πρὸς φυλακὴν αὐτῶν, ἀλλὰ πρὸς τάξιν καὶ ἐπίγνωσιν ἑαυτῶν

[t] Joan. I, 2 [u] Matth. XI. [v] Luc. XV. [x] Matth. V, 45. [y] Joan. X, 11. [z] Matth. XII, 25 [a] Isai XXX, 18; Rom. II, 16. [a] Malach. II, 7.

## VARIÆ LECTIONES.

[63] προϊοῦσι, S. [64] καὶ συγκαλεῖται, D. S. P. [65] φέρει, S. [66] ἐπιστρέφον, S. P. [67] καὶ χρηστότατός ἐστιν, Ch. D. P. [68] ἀποφυγόντων, S. [69] ᾐδεῖτο, S. P. [70] θάρσους. [71] ὁμοταγῶν σου, S. [72] ἐκ Θεοῦ, S. [73] σὺ διὰ μέσων, D. S.

μᾶλλον τῷ λαῷ παρὰ τοὺς ἱερατικοὺς [74] πλησιάζοντες. Ὅθεν ἡ τῶν ἱερῶν ἁγία ταξιαρχία μεταλαμβάνειν αὐτοὺς ἱεροθετεῖ τῶν θείων, ἑτέροις δηλαδὴ τοῖς ἐνδοτέροις αὐτῶν τὴν μετάδοσιν ἐγχειρήσασα [75]· καὶ γὰρ οἱ περὶ τὸ θεῖον συμβολικῶς ἀεὶ παρεστηκότες [76] θυσιαστήριον, ὁρῶσι καὶ ἀκούουσι τὰ θεῖα τηλαυγῶς αὐτοῖς ἀνακαλυπτόμενα, καὶ προϊόντες ἀγαθοειδῶς ἐπὶ τὰ ἔξω τῶν θείων παραπετασμάτων, τοῖς ὑπηκόοις θεραπευταῖς, καὶ τῷ ἱερῷ λαῷ, καὶ ταῖς καθαιρομέναις τάξεσιν, ἐκφαίνουσι κατ' ἀξίαν τὰ ἱερά, τὰ καλῶς ἄχραντα διαφυλαχθέντα, μέχρις ὅτε, τυραννικῶς αὐτοῖς ἐπεισπηδήσας, ἐκπομπευθῆναί σοι τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων ἠνάγκασας οὐκ ἐθέλοντα· καὶ ἔχειν φῆς τὰ ἱερὰ καὶ διαφυλάττειν, καίτοι οὔτε εἶδες, οὔτε ἤκουσας, οὔτε ἔχεις τι τῶν προσηκόντων τοῖς ἱερεῦσιν, ὥσπερ οὐδὲ τὴν ἀλήθειαν τῶν λογίων ἔγνωκας, ἑκάστης ἡμέρας αὐτὰ λογομαχῶν ἐπὶ καταστροφῇ τῶν ἀκουόντων. Καὶ εἰ μὲν ἐθναρχία τις ἐνεχείρησεν [77] οὐ προστεταγμένον αὐτῷ παρὰ βασιλέως, ἐνδίκως ἐτιμωρεῖτο· καὶ εἰ τὸν ἄρχοντα δικαιοῦντά τινας ἢ καταδικάζοντα, παρεστώς τις τῶν ὑπ' αὐτῷ ταττομένων, ἐπανακρίνειν ἐτόλμησεν (οὕτω γάρ φημι προπηλακίζειν·) ἅμα καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκβάλλειν ἔδοξε [78]; Σὺ δὲ, ἄνθρωπε, οὕτω τολμηρὸς εἶ κατὰ τοῦ πράου καὶ ἀγαθοῦ, καὶ τῆς ἱεραρχικῆς αὐτοῦ θεσμοθεσίας. Καὶ ταῦτα ἐχρῆν εἰπεῖν, ὅταν, ὑπὲρ ἀξίαν τις ἐγχειρῶν, ὅμως εἰκότα πράττειν ἐδόκει· καὶ γὰρ οὐδὲ τοῦτο ἐφικτὸν οὐδενί. Τί γὰρ ἄτοπον Ὀζίας ἐποίει, θυμιῶν τῷ Θεῷ [79]; Τί δὲ ὁ Σαοὺλ θύων; Τί δὲ οἱ τυραννικοὶ δαίμονες, ἀληθῶς θεολογοῦντες τὸν Ἰησοῦν; Ἀλλ' ἐκκήρυκτος τῇ θεολογίᾳ πᾶς ὁ ἀλλοτριοεπίσκοπος [80], καὶ ἕκαστος ἐν τῇ τάξει τῆς λειτουργίας αὐτοῦ ἔσται, καὶ μόνος ὁ ἀρχιερεὺς εἰς τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων εἰσελεύσεται, καὶ ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ, καὶ τοῦτο ἐν πάσῃ τῇ κατὰ νόμον ἱεραρχικῇ καθαρότητι. Καὶ οἱ [81] ἱερεῖς περιστέλλουσι τὰ Ἅγια, καὶ οἱ λευῖται οὐ μὴ ἅψονται τῶν ἁγίων, ἵνα μὴ ἀποθάνωσι. Καὶ ὠργίσθη θυμῷ Κύριος ἐπὶ τῇ προπετείᾳ Ὀζία, καὶ Μαριὰμ λεπροῦται [82], τῷ νομοθέτῃ θεσμοθετεῖν ἐγχειρήσασα· καὶ ἐπὶ τοὺς Σκευᾶ υἱοὺς ἐφήλατο [83] τὰ δαιμόνια, καὶ, *Οὐκ ἀπέστελλον αὐτούς*, ἔφη, *καὶ αὐτοὶ ἔτρεχον*, καὶ, *Οὐκ ἐλάλουν πρὸς αὐτούς, καὶ αὐτοὶ προεφήτευον*, καὶ, Ὁ ἀσεβὴς, ὁ θύων μοι μόσχον, ὡς ὁ ἀποκτείνων [84] κύνα. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἀνέχεται [85] τῶν παρανόμων ἡ παντελὴς τοῦ Θεοῦ δικαιοσύνη· λεγόντων δὲ αὐτῶν, *Ἐπὶ τῷ ὀνόματί σου δυνάμεις πολλὰς ἐποιήσαμεν*, καὶ [86], *Οὐκ οἶδα ὑμᾶς*, ἀποκρίνεται, *πορεύεσθε ἀπ' ἐμοῦ πάντες οἱ ἐργάται τῆς ἀνομίας*. Ὥστε οὐ θεμιτὸν, ὡς τὰ ἱερὰ λόγια φησιν, οὐδὲ τὰ δίκαια μὴ κατ' ἀξίαν διώκειν.

A verum ad hæc proxime accedit ordo pontificum, deinde distinctio sacerdotum, quos deinceps ministrorum gradus sequitur; ordinatis autem monachis adytorum postes sunt assignatæ, juxta quas etiam initiantur et astant, non ad custodiam earumdem, sed ut agnoscant tam se quam ordinem suum magis populo præ sacerdotibus propinquare. Unde sacrorum sacer ordinis principatus, rerum eos divinarum participes reddi sancte statuit, aliis videlicet, qui iis interiores sunt, earumdem administrationem cedens; illi siquidem qui symbolice semper divinum altare circumstant, intuentur et audiunt divina clare sibi revelata, procedentesque benevole ad ea quæ sunt extra divina velamenta, morigeris religiosis, sacroque populo, et iis qui B purgantur, ordinibus, sacra mysteria pro meritis pandunt; quæ profecto rite immaculata tandiu servata sunt, donec ipse tyrannice in ea irrupisti, et Sancta sanctorum vel invita tibi publicari coegisti, et habere te jactas et custodire sacra, cum ea neque videris, neque audieris, neque quidquam habeas eorum quæ sacerdotem decent, siquidem ne veritatem quidem Scripturarum nosti, cum eas quotidie verbis impugnes ad subversionem audientium. Etenim si quis gentilem principatum a rege sibi nequaquam **600** demandatum usurparet, jure merito puniretur. Quid si, principe quempiam vel absolvente vel damnante, quispiam ex astantibus subditis præsumeret latam a Domino C sententiam retractare, nedum dicam proculcare ac de principatu deturbare visus esset? Tu autem, o homo, ita temerarius es in iis quæ clementis benignique (Dei) sunt, et pontificium ipsius institutum attingunt. Atque hæc quidem dicenda essent, si quis, cum majora meritis suis attentaret, æqua tamen sibi afferre videretur; nam neque hoc cuiquam fas est. Quid enim absurdi Ozias gessit, cum incensum Deo obtulit [b]? Quid Saul, dum sacrificavit [c]? Quid truculenti dæmones, cum Jesum Dei Filium verissime prædicarunt [d]? Verum in theologia ejiciendus omnis qui aliena spectat, sed quilibet ordinis sui ministeriis vacabit [e], solusque pontifex in anno semel ad Sancta sanctorum introibit, idque cum omni quam lex præscribit pontificali D puritate [f]. Sacerdotes vero Sancta circumtegunt, verum levitæ ne sancta quidem attingunt, ne moriantur [g]. Et iratus fuit furore Dominus ob Oziæ temeritatem [h], Mariaque leprosa fit, legislatori legem ponere conata [i]: et in filios Scevæ insilierunt dæmonia [k], et: *Non mittebam eos*, dicit, *et ipsi*

[b] II Paral. xxvi, 9. [c] I Reg. xiii, 10; xv, 12. [d] Marc. iii, 12. [e] I Cor. xiv, 23. [f] Levit. xvi, 2; Hebr. ix, 7. [g] Num. iv, 2. [h] II Paral. xxvi, 19. [i] Num. xii, 10. [k] Act. xix, 14.

## VARIÆ LECTIONES.

[74] τοῖς ἱερατικοῖς, S. D. [75] ἐγχειρίσασα, D. [76] συμβολικῶς εἰπεῖν ἑστηκότες, S P. [77] ἐθναρχίαν, D. ἐθναρχίας, P. ἐπεχείρησεν, i. P. [78] ἔδοξε non est in Ch. D. [79] τῷ Κυρίῳ, Ch. [80] ἀλλοτριεπίσκοπος, S. P. ὁ non est in D. [81] οἱ non est in D. περιστελοῦσι, Ch. D. S. [82] Ὀζᾶ, D. Μαρία λελέπρωται, Ch. [83] ἐσήλατο. [84] ἀποκτέννων, D. S. P, [85] legendum οὐκ ἀνέχεται. [86] καὶ non est in S. P. D.

*currebant*; et *non loquebar ad eos, et ipsi prophetabant* [1]; et, Impius qui mihi immolat vitulum, sicut qui occidit canem [m]. Atque, ut simpliciter dicam, non tolerat legum violatores perfecta Dei justitia, dicentibusque illis : *In nomine tuo virtutes multas fecimus*, respondet : *Nescio vos, recedite a me omnes operarii iniquitatis* [n]. Nefas itaque, uti sacra testantur eloquia, ea etiam quæ justa sunt, non secundum dignitatem exsequi [o]. Oportet autem unumquemque sibi ipsi attendere, ne se altiora profundioraque sapiat, solumque intendat iis quæ ipsius meritis fuerint coordinata [p].

A Προσέχειν δὲ ἕκαστον ἑαυτῷ χρὴ, καὶ μὴ τὰ ὑψηλότερα καὶ βαθύτερα ἐννοεῖν, διανοεῖσθαι δὲ μόνα τὰ κατ' ἀξίαν αὐτῷ προστεταγμένα.

## § II.

Quid igitur, inquis, non oportet sacerdotes, qui vel impie vel perperam aliquid facere deprehensi fuerint, corrigi, solisque licebit gloriantibus in lege per prævaricationem legis Deum inhonorare [q]? et quomodo sacerdotes Dei sunt interpretes? quo enim pacto divinas populo virtutes enuntiant, cum earumdem vim ignorent? vel quomodo illuminabunt qui sunt obtenebrati? quave ratione divinum Spiritum impertientur, qui neque B affecti neque veritate Spiritum sanctum crediderunt [r]? Ad hæc tibi ipse respondebo : Neque **601** enim inimicus Demophilus est, neque patiar te a Satana circumveniri. Etenim quilibet circa Deum versantium ordo, deiformior est eo qui magis distat; nec non lucidiora simul sunt ac luculentiora, quæ veræ luci magis appropinquant. Nolim autem ex loco sumas propinquitatem, sed ex capacitate recipiendi Deum. Quod si itaque sacerdotum ordo illustrandi vim habet, profecto penitus abhorret a sacerdotum ordine ac facultate, quisquis illustrandi vi caret; multoque magis is qui necdum illustratus est. Ac mihi quidem nimis temerarius videtur hujusmodi, si sacerdotalia sibi vindicet, neque metu neque pudore a divinis supra C dignitatem suam consectandis arceatur, putetque ea latere Deum, quorum sibi ipse conscius sit; et se Deum fallere existimat, quem falso nomine appellant Patrem, audetque scelestas blasphemias suas (neque enim preces dixerim) in divinis mysteriis Christiformiter pronuntiare. Non est iste sacerdos, non est, sed inimicus, dolosus, illusor sui, et lupus in Dominicum gregem ovina pelle armatus [s].

Τί οὖν, φῄς, οὐ χρὴ τοὺς ἱερέας ἀσεβοῦντας, ἢ ἄλλο τι τῶν ἀτόπων ἐξελεγχομένους, εὐθύνεσθαι, μόνοις δὲ ἐξέσται τοῖς καυχωμένοις ἐν νόμῳ διὰ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τὸν Θεὸν ἀτιμάζειν; καὶ πῶς οἱ ἱερεῖς ἐκφάντορές εἰσι τοῦ Θεοῦ; πῶς γὰρ ἐξαγγελοῦσι [87] τῷ λαῷ τὰς θείας ἀρετὰς, οὐκ ἐγνωκότες αὐτῶν τὴν δύναμιν; ἢ πῶς φωτιοῦσιν οἱ ἐσκοτισμένοι; πῶς δὲ τοῦ θείου μεταδώσουσι Πνεύματος, οὔτε εἰ ἔστι Πνεῦμα ἅγιον ἔξει καὶ ἀληθείᾳ πεπιστευκότες; Ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαί σοι πρὸς ταῦτα· καὶ γὰρ οὐκ ἐχθρὸς ὁ Δημόφιλος, οὐδὲ ἀνέξομαί σε πλεονεκτηθῆναι τῷ Σατανᾷ· καὶ γὰρ ἑκάστη τῶν περὶ Θεὸν διακόσμησις θεοειδεστέρα τῆς μᾶλλον ἀφεστηκυίας ἐστί· καὶ φωτεινότερα ἅμα καὶ φωτιστικώτερα τὰ μᾶλλον τῷ ἀληθεῖ φωτὶ [88] πλησιαίτερα. Καὶ μὴ τοπικῶς ἐκλάβοις, ἀλλὰ κατὰ τὴν θεοδόχον ἐπιτηδειότητα, τὸν πλησιασμόν. Εἰ τοίνυν ἡ τῶν ἱερέων διακόσμησίς ἐστιν ἡ φωτιστική, παντελῶς ἀποπέπτῃς ἱερατικῆς τάξεως καὶ δυνάμεως ὁ μὴ φωτιστικός· ἢ πού γε μᾶλλον ὁ ἀφώτιστος. Καὶ τολμηρὸς ἔμοιγε δοκεῖ τοῖς τε ἱερατικοῖς ὁ τοιοῦτος ἐγχειρῶν, καὶ οὐ δέδοικεν οὐδὲ αἰσχύνεται τὰ θεῖα παρὰ τὴν ἀξίαν διώκων, καὶ οἰόμενος Θεὸν ἀγνοεῖν, ἅπερ αὐτὸς ἑαυτῷ συνέγνωκε, καὶ ἀπατᾶν νομίζει τὸν ψευδωνύμως ὑπ' αὐτοῦ Πατέρα καλούμενον, καὶ τολμᾷ τὰς ἐναγεῖς αὐτοῦ δυσφημίας [89] (οὐ γὰρ εἴποιμι προσευχάς) ἐπὶ τὰ θεῖα σύμβολα χριστοειδῶς ἐπιλέγειν. Οὐκ ἔστιν οὗτος ἱερεὺς, οὐκ ἔστιν, ἀλλὰ δυσμενὴς, δόλιος, ἐμπαίκτης ἑαυτοῦ, καὶ λύκος ἐπὶ τὸν θεῖον λαὸν τῷ [90] κωδίῳ καθωπλισμένος.

## § III.

At Demophilo fas non est ista corrigere. Nam si divinus sermo justa juste prosequi jubet (juste vero prosequi, est unicuique quod suum est pro meritis reddere), juste illud omnibus prosequendum, D non præter suam dignitatem aut ordinem; nam et angelis justum est officia secundum merita tribui, ac definiri, non tamen a nobis, o Demophile, sed per eos nobis ex Deo, et ipsis ab angelis superioribus. Ac simpliciter loquendo, in omnibus rebus

Ἀλλ' οὐ Δημοφίλῳ ταῦτα θεμιτὸν εὐθύνειν. Εἰ γὰρ ἡ θεολογία δικαίως τὰ δίκαια κελεύει μεταδιώκειν (δίκαια δέ ἐστι μεταδιώκειν, ὅταν ἀπονέμειν ἐθέλοι [91] τις ἑκάστῳ τὰ κατ' ἀξίαν·) δικαίως τοῦτο πᾶσι μεταδιωκτέον, οὐ παρὰ τὴν ἑαυτῶν ἀξίαν ἢ τάξιν· ἐπεὶ καὶ ἀγγέλοις δίκαιον ἀπονέμεσθαι τὰ κατ' ἀξίαν, καὶ ἀφορίζεσθαι [92], πλὴν οὐ πρὸς ἡμῶν, ὦ Δημόφιλε, δι' αὐτῶν δὲ ἡμῖν ἐκ Θεοῦ, καὶ αὐτοῖς διὰ τῶν ἔτι προὐχόντων ἀγγέλων. Καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐν πᾶσι τοῖς

[1] Jer. XXIII, 21. [m] Isai. LXVI, 3. [n] Matth. VII, 23. [o] 1 Reg. XV, 22. [p] Rom. XI, 20; XII, 3. [q] Rom. II, 23. [r] Act. XIX, 2. [s] Matth. VII, 15.

VARIÆ LECTIONES.

[87] ἐξαγγέλλουσι, S. P. [88] τῷ ἀληθινῷ φωτί, S. P. [89] βλασφημίας, C. [90] τῷ non est in S. [91] ἐθέλῃ, D. [92] δίκαιος ἀφορίζεσθαι τὰ κατ' ἀξίαν, καὶ ἀφορίζεται, S

οὖσι διὰ τῶν πρώτων τοῖς δευτέροις ἀπονέμεται [93] τὰ κατ' ἀξίαν ὑπὸ τῆς πάντων εὐτάκτου καὶ δικαιοτάτης προνοίας· οἱ μὲν οὖν καὶ ἄλλων ἐπάρχειν ὑπὸ Θεοῦ ταχθέντες ἀπονείμωσι [94] μεθ' ἑαυτοὺς καὶ τοῖς ὑπηκόοις τὰ κατ' ἀξίαν. Δημόφιλος δὲ λόγῳ καὶ θυμῷ, καὶ ἐπιθυμίᾳ τὰ κατ' ἀξίαν ἀφοριζέτω, καὶ μὴ ἀδικείτω τὴν ἑαυτοῦ τάξιν, ἀλλ' ἐπαρχέτω τῶν ὑφειμένων ὁ ὑπερκείμενος λόγος. Εἰ γὰρ ἐπ' ἀγορᾶς ἰδόντες [95] οἰκέτην δεσπότῃ, καὶ πρεσβυτέρῳ νεώτερον, ἢ καὶ υἱὸν πατρὶ διαλοιδορούμενον, ἅμα καὶ ἐπιόντα, καὶ πληγὰς ἐπιτιθέντα [96], καὶ ἀσεβεῖν ἐδοκοῦμεν, εἰ μὴ, τοῖς κρείττοσιν ἐπιδραμόντες, ἐβοηθήσαμεν, καίτοι γε ἴσως ἐκεῖνοι προηδίκηντο· πῶς οὐκ αἰσχυνθησόμεθα παρορῶντες ὑπὸ θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας ἀδικούμενον λόγον, καὶ τῆς ἐκ Θεοῦ δοθείσης ἀρχῆς ἐκβαλλόμενον, καὶ ἐν ἑαυτοῖς ἀσεβῆ καὶ ἄδικον ἀταξίαν, καὶ στάσιν, καὶ ἀκοσμίαν ἐγείροντες; Εἰκότως ὁ μακάριος ἡμῶν ἐκ Θεοῦ νομοθέτης οὐκ ἀξιοῖ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ προΐστασθαι τὸν μὴ τοῦ ἰδίου οἴκου καλῶς ἤδη προεστηκότα· καὶ γὰρ ὁ τάξας ἑαυτὸν καὶ ἕτερον τάξει· καὶ ὁ ἕτερον καὶ οἶκον· καὶ ὁ οἶκον καὶ πόλιν· καὶ ὁ πόλιν καὶ ἔθνος· καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν, ὡς τὰ λόγιά φησιν, ὁ ἐν ὀλίγῳ πιστὸς, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι· καὶ ὁ ἐν ὀλίγῳ ἄπιστος, καὶ ἐν πολλῷ ἄπιστός ἐστιν.

A per primas secundis, a recta æquissimaque omnium providentia, cuique justa pro meritis tribuuntur, ut nimirum ii qui a Deo ordinati sunt præsides aliorum, inferioribus quoque subditisque suis pro meritis distribuant. Demophilus itaque sermoni ac furori concupiscentiæque suæ, sicut decet, modum statuat, neque ordinem violet, sed ratio superior inferioribus dominetur. Nam si, cum in foro videmus famulum domino, seniori adolescentulum, sive etiam filium patri maledicere, simulque impetu facto plagas inferre, pietatem violare videmur, nisi accurrentes, præstantioribus opem ferre studeamus, quantumlibet illi fortasse prius intulerint injuriam: cur non erubescimus, qui rationem ab ira et concupiscentia violari, et a tradito sibi divinitus principatu dejici videmus atque negligimus, atque intra nosmetipsos, **602** impiam injustamque temeritatem ac seditionem confusionemque excitamus? Merito sane divinus noster legifer, Ecclesiæ Dei præfici prohibet eum [t] qui antea domui suæ non bene præfuit [u]: qui enim seipsum regere novit, et alterum reget; qui alterum, etiam domum; qui domum, etiam civitatem; et qui civitatem, etiam gentem; atque, ut summatim dicam, juxta vocem Veritatis, qui in modico fidelis est, etiam in multo fidelis erit; et qui in modico infidelis, et in multo quoque infidelis erit [v].

B

## § IV.

Αὐτὸς μὲν οὖν ἐπιθυμίᾳ, καὶ θυμῷ, καὶ λόγῳ τὰ κατ' ἀξίαν ἀφόριζε, σοὶ δὲ οἱ θεῖοι λειτουργοὶ, καὶ τούτοις οἱ ἱερεῖς, ἱεράρχαι δὲ τοῖς ἱερεῦσι, καὶ τοῖς ἱεράρχαις οἱ ἀπόστολοι, καὶ οἱ τῶν ἀποστόλων διάδοχοι. Καὶ εἴ πού τις ἐν ἐκείνοις τοῦ προσήκοντος ἀποσφαλείη, παρὰ τῶν ὁμοταγῶν ἁγίων ἐπανορθωθήσεται, καὶ οὐ περιστραφήσεται τάξις ἐπὶ τάξιν, ἀλλ' ἕκαστος ἐν τῇ τάξει αὐτοῦ καὶ ἐν τῇ λειτουργίᾳ αὐτοῦ ἔσται. Τοσαῦτά σοι παρ' ἡμῶν ὑπὲρ τοῦ εἰδέναι καὶ δρᾷν τὰ ἑαυτοῦ. Περὶ δὲ τῆς εἰς τὸν ἄνδρα τὸν, ὡς φῂς, ἀσεβῆ καὶ ἀλιτήριον ἀπανθρωπίας, οὐκ οἶδ' ὅπως [97] κλαύσομαι τὸ σύντριμμα τοῦ ἀγαπητοῦ μου· τίνος γὰρ οἴῃ [98] θεραπευτὴς ὑφ' ἡμῶν ταχθῆναι; καὶ γὰρ, εἰ μὴ τοῦ ἀγαθοῦ, πάντως τοῦ καὶ ἡμῶν ἀνάγκη σε εἶναι καὶ τῆς καθ' ἡμᾶς θεραπείας ὅλης ἀλλότριον, καὶ ὥρα σοι καὶ Θεὸν ζητῆσαι, καὶ ἱερέας ἑτέρους, καὶ παρ' ἐκείνοις θηριωθῆναι μᾶλλον ἢ τελεσθῆναι, καὶ εἶναι τῆς φίλης ἀπανθρωπίας ἀμείλικτον ὑπηρέτην. Ἆρα γὰρ ἡμεῖς αὐτοὶ πρὸς τὸ πάντη ἅγιον ἀποτετελέσμεθα, καὶ οὐ δεόμεθα τῆς θείας ἐφ' ἑαυτοῖς φιλανθρωπίας; ἢ τὴν διπλῆν ἁμαρτίαν, ὡς τὰ λόγιά φησι, κατὰ τοὺς ἀσεβεῖς ἁμαρτάνομεν, οὐκ εἰδότες ἐν τίνι προσκόπτομεν, ἀλλὰ καὶ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς, καὶ οἰόμενοι βλέπειν, ἀληθῶς δὲ οὐ βλέποντες; Ἐξέστη ὁ οὐρανὸς ἐπὶ τούτῳ, καὶ ἔφριξα ἐγὼ, καὶ δια-

C Ipse ergo cupiditati ac furori, rationique uti par est, sua cuique munia præscribe, tibi interim diaconi, et his sacerdotes, præsules vero sacerdotibus, atque præsulibus apostoli, successoresque apostolorum. At si quis forte etiam inter illos a decoro aberrarit, is a sanctis sui ordinis corrigatur, sic neque ordo ordini permiscebitur, verum in ordine quisque suo et officio versabitur. Atque hæc quidem tibi a nobis dicta sunt, ut et scias et facias quæ tui sunt muneris. Porro de illa in virum (ut ais) impium ac perditum immanitate, nescio quo fletu plangam contritionem dilectissimi mei, cujus scilicet cultorem te arbitraris a nobis constitutum esse, nisi certe illius summi boni cultor es, profecto et a nobis, omnino et ab omni nostræ religionis cultu alienus sis necesse est; tibique jam Deus alius quærendus est, atque alii sacerdotes, ut apud illos effereris potius quam initieris, evadasque amicæ tibi crudelitatis minister implacabilis. Scilicet nos ipsi plane sancti et perfecti sumus, et divinæ clementiæ minime egemus. Nunquid duplici peccato (ut oracula loquuntur) impiorum more delinquimus, dum nescientes in quo offendimus, nosmetipsos insuper justificamus, putamusque nos videre, cum minime videamus? Obstupuit cœlum

D

[t] I Tim. III, 2. [u] Tit. I. [v] Luc. XVI, 10.

### VARIÆ LECTIONES.

[93] ἀπονέμει, S. [94] ἀπονέμωσι, S. [95] εἰδότες, S. P. [96] ἐπιθέντα, S. P. [97] οὐκ οἶδα τῶς, D [98] οἶει, B.

super hoc, et exhorrui ego, mihique ipsi vix credo. Illudque tibi certum sit, nisi tuas ipse litteras legissem (quas utinam vidissem nunquam) nemo sane ullis argumentis de te id mihi persuasisset, ut crederem Demophilum non arbitrari Deum super omnia (in omnes) bonum et benignum esse, sibique putare Dei miserantis aut salvantis gratia non opus esse; quinimo sacerdotes degradare, qui meruerunt pro sua benignitate plebis ignorantias tolerare, probe cognoscentes, quoniam et ipsi circumdati sunt infirmitate. At divino-principalis ille pontifex longe aliam viam **603** ingressus est, idque cum, ut sacra testantur eloquia, segregatus esset a peccatoribus [x], et hoc eximiæ erga se dilectionis argumentum statuit, si oves ejus mansuetissima gubernatione pascamus [y]. Atque nequam eum appellat, qui conservo suo debitum minime dimiserat [z], neque in partem saltem indultæ sibi largissimæ benignitatis sibi venire permiserat; justeque eum propriis contentum esse jubet, quod et mihi etiam Demophilo metuere necesse est. Quippe suis etiam occisoribus Christus passionis tempore veniam a Patre precabatur [a], discipulos vero increpabat, quod persequentes se Samaritanos impietatis crudeliter condemnari petivissent [b]. Hoc utique millies in impudenti ista epistola tua inculcatur, dum susque deque repetis, te non te ipsum, sed Deum ultum esse. Verum dic amabo, per malitiam eum qui summe bonus est vindicas?

πιστῶ ἐμαυτῷ. Καὶ εἰ μὴ τοῖς σοῖς ἐνέτυχον, ὡς οὐκ ὤφελον! εὖ ἴσθι, γράμμασιν, οὐκ ἂν ἔπεισαν, εἴπερ ἄλλοι μέ τινες περὶ σοῦ πείθειν ἠξίουν, ὅτι Δημόφιλος οἴεται τὸν ἀγαθὸν ἐπὶ πάντα [99] Θεὸν οὐκ εἶναι καὶ φιλάνθρωπον [100], οὔτε ἑαυτὸν δεῖσθαι τοῦ ἐλεοῦντος ἢ σώζοντος [1]· ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱερεῖς ἀποχειροτονεῖ τοὺς ἠξιωμένους ἀγαθότητι φέρειν τὰ ἀγνοήματα τοῦ λαοῦ, καὶ εὖ εἰδότας [2], ὅτι καὶ αὐτοὶ περίκεινται ἀσθένειαν. Ἀλλ' ὁ θεαρχικὸς ἱεροτελεστὴς ἑτέραν πεπόρευται· καὶ ταῦτα τῶν ἁμαρτωλῶν, ὡς τὰ ἱερὰ λόγιά φησιν, ἀφωρισμένος, καὶ τῆς εἰς ἑαυτὸν ἀγάπης ἀπόδειξιν ποιεῖται τὴν τῶν προβάτων ἐπιεικεστάτην ποιμαντικήν. Καὶ πονηρὸν μὲν ἀποκαλεῖ τὸν μὴ ἀφέντα τῷ συνοικέτῃ τὴν ὀφειλὴν, μήτε μερικῶς μεταδόντα [3] τῆς δωρηθείσης αὐτῷ παμπόλλης ἀγαθότητος· δικαιοῖ δὲ τῶν οἰκείων ἀπολαύειν αὐτὸν [4], ὅπερ ἀναγκαῖον εὐλαβηθῆναι καὶ ἐμὲ καὶ Δημόφιλον. Καὶ γὰρ καὶ τοῖς εἰς αὐτὸν ἀσεβοῦσιν ἐν αὐτῷ τῷ πάσχειν ἄφεσιν προάγει παρὰ τοῦ Πατρὸς, ἐπιτιμᾷ δὲ καὶ τοῖς μαθηταῖς, ὅτι καὶ ἀσεβείας ἀνηλεῶς ἠξίωσαν κρῖναι τοὺς ἐκδεδιωκότας αὐτὸν Σαμαρείτας. Τοῦτο δὴ τὸ μυριόλεκτόν σου τῆς θρασείας ἐπιστολῆς, ἄνω γὰρ καὶ κάτω θρυλλεῖς, ὡς οὐχ ἑαυτὸν, ἀλλὰ τὸν Θεὸν ἐξεδίκησας· [5] διὰ κακίας, εἰπέ μοι, τὸν ἀγαθόν;

## § V.

Abit, *non habemus pontificem qui compati non possit infirmitatibus nostris* [c], sed et innocens misericors est. *Non contendet, neque clamabit* [d]; atqui ipse mitis est, imo *ipse est propitiatio pro peccatis nostris* [e]. Nequaquam itaque probabimus minime zelandos conatus tuos, etiamsi millies Phineem et Heliam jactites: hæc enim Jesu, a discipulis mansueti adhuc benigneque spiritus expertibus, audienti minime placuerunt. Quin et noster quoque divinissimus Præceptor in mansuetudine docet eos qui Dei doctrinæ adversantur [f]: doceri quippe ignaros decet, non suppliciis affici; quemadmodum et cæcos minime cruciamus, sed manu ducimus. Contra vero tu viro respirare in lucem inchoanti colaphum impingendo obstitisti, accedentemque summa verecundia, temerarie repulisti illum, quem (quod horrore dignum est) Christus in montibus errabundum fugientemque revocat, vixque repertum in humeros tollit [g]. Ne, quæso, tam male nobis ipsis consulamus, neque gladium in nosmetipsos

Ἄπαγε, οὐκ ἔχομεν ἀρχιερέα μὴ δυνάμενον συμπαθῆσαι ταῖς ἀσθενείαις ἡμῶν, ἀλλὰ καὶ ἄκακός ἐστι ἐλεήμων. Οὐκ ἐρίσει οὐδὲ κραυγάσει, καὶ αὐτὸς πραῢς, καὶ αὐτὸς ἱλασμός ἐστι περὶ τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν. Ὥστε οὐκ ἀποδεξόμεθά σου τὰς ἀζηλώτους ὁρμὰς, οὐδ' εἰ μυριάκις ἀναλάβοις [6] τὸν Φινεὲς καὶ τὸν Ἠλίαν· ταῦτα γὰρ ἀκούοντα τὸν Ἰησοῦν οὐκ ἤρεσκον, οἱ τοῦ πραέος τότε καὶ ἀγαθοῦ πνεύματος ἀμέτοχοι μαθηταί. Καὶ γὰρ καὶ ὁ θειότατος ἡμῶν ἱεροθέτης ἐν πραότητι διδάσκει τοὺς ἀντιδιατιθεμένους [7] τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ Θεοῦ· διδάσκεσθαι γὰρ, οὐ τιμωρεῖσθαι χρὴ τοὺς ἀγνοοῦντας, ὥσπερ καὶ τυφλοὺς οὐ κολάζομεν, ἀλλὰ καὶ χειραγωγοῦμεν. Σὺ δὲ καὶ ἀνανεύειν ἐπὶ τὸ φῶς ἀρχομένῳ τάνδρὶ κατὰ τῆς κόρης διδοὺς ἀντώθεις, καὶ μετὰ πολλῆς αἰδοῦς προσιόντα θρασέως ἀπελάκτιζες! (τοῦτο δὴ τὸ πολλῆς φρίκης ἄξιον!) ὃν ὁ Χριστὸς, ἀγαθὸς ὤν, ἐπὶ τὰ ὄρη πλανώμενον ἐπιζητεῖ, καὶ ἀποφεύγοντα, προσκαλεῖται, καὶ εὑρεθέντα μόλις ἐπὶ τῶν ὤμων αἴρει. Μὴ παρακαλῶ, μὴ κακῶς οὕτω περὶ ἑαυτῶν βουλευώμεθα,

[x] Hebr. VII, 26. [y] Joan. X, 14; Luc. XV, 6. [z] Matth. XVIII, 34. [a] Luc. XXIII, 34. [b] Luc. IX, 54. [c] Hebr. IV, 15. [d] Matth. XII, 19; Isa. XLII, 2. [e] I Joan. II, 2. [f] I Tim. I, 10. [g] Luc. XV, 5.

### VARIÆ LECTIONES.

[99] εἰς πά ας. [100] καὶ non est in D. [1] καὶ σώζοντος, D. [2] καὶ ἱλάσκεσθαι, Ch. D. ὡς εὖ εἰδότας, D. [3] μεταδιδόντα, S. [4] αὐτῶν, Ch. [5] Finis est sententiæ, punctumque subjiciendum, ut post ἀγαθόν nota interrogandi, et statim sequatur ἄπαγε. Sic habent boni codices. [6] ἐπαναλάβοις, S. [7] ἀντιδιατιθεμένους, P.

μηδὲ εἰς ἑαυτοὺς ὠθῶμεν τὸ ξίφος· οἱ μὲν γὰρ ἀδικεῖν [8] τινας, ἢ τοὐναντίον εὐεργετεῖν ἐπιχειροῦντες, ἐκείνους μὲν οὐ πάντως ἔδρασαν ἅπερ ἠθέλησαν, ἑαυτοῖς δὲ κακίαν ἢ ἀγαθότητα συνοικήσαντες [9], ἢ θείων ἀρετῶν, ἢ ἀτιθάσσων ἔμπλεοι [10] παθῶν ἔσονται. Καὶ οὗτοι μὲν ἀγγέλων ἀγαθῶν ὀπαδοὶ καὶ ξυνοδοιπόροι, καὶ ἐνθάδε καὶ ἐκεῖ σὺν πάσῃ εἰρήνῃ καὶ ἐλευθερίᾳ πάντων κακῶν, εἰς τὸν ἀεὶ ὄντα αἰῶνα τὰς μακαριωτάτας ἀποκληρώσονται λήξεις, καὶ μετὰ Θεοῦ ἀεὶ ἔσονται [11], τὸ πάντων ἀγαθῶν μέγιστον· οὗτοι δὲ ἀποπεσοῦνται τῆς θείας ἅμα καὶ τῆς ἑαυτῶν εἰρήνης, καὶ ἐνθάδε καὶ μετὰ θάνατον ἅμα τοῖς ἀνημέροις [12.13] δαίμοσιν ἔσονται. Οὗ δὴ ἕνεκα ἡμῖν ἡ πολλὴ σπουδὴ μετὰ Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ γενέσθαι [14], καὶ εἶναι σὺν Κυρίῳ πάντοτε, καὶ μὴ τοῖς κακοῖς ἐκ τοῦ δικαιωτοῦ [15] συναφορισθῆναι τὰ κατ' ἀξίαν ἐξ ἑαυτῶν ὑπομένοντας, ὅπερ ἐγὼ πάντων [16] μάλιστα φοβοῦμαι καὶ εὔχομαι εἶναι πάντων κακῶν ἀμέτοχος. Καὶ εἰ βούλει, καὶ θείας ὁράσεως ἁγίου τινὸς ἀνδρὸς ἐπιμνησθήσομαι· καὶ μὴ γελάσῃς, ἀληθῆ γὰρ [17] ἐρῶ.

A impellamus : siquidem qui alios injuriis violare vel contra fovere beneficiis nituntur, si forte quæ voluerint, facere nequiverint, sibi tamen aut malitiam, secundum propositum suum, aut bonitatem consciscunt, adeoque vel virtutibus divinis, vel ferocibus passionibus implebuntur. Atque illi quidem sanctorum angelorum sectatores ac comites et hic et ibi cum omni pace, atque a malis omnibus libertate, in sempiterno sæculo beatissimam illam requiem hæreditabunt, **604** quodque maximum est bonorum omnium, cum Deo semper erunt ; hi vero, qui a divina simul ac sua pace decidunt, cum hic, tum post mortem cum atrocibus istis dæmonibus futuri sunt. Quamobrem nobis summo studio curandum est, ut bono Deo adhæreamus, semperque cum Domino versemur, et non cum malis justissimo Dei judicio segregemur, atque ex nobis ipsis pœnas debitas subeamus, quod ego maxime omnium timeo, malorumque omnium exsors esse percupio. Quod si placet, divinam quoque sancti cujusdam viri visionem memorabo : neque vero rideas, vera enim dicam.

B

## § VI.

Γενόμενόν μέ ποτε κατὰ τὴν Κρήτην, ὁ ἱερὸς ἐξεναγώγησε Κάρπος, ἀνήρ, καὶ εἴ τις ἄλλος, διὰ πολλὴν καθαρότητα νοῦ πρὸς θεοπτείαν ἐπιτηδειότατος. Καὶ γοῦν οὐδὲ ταῖς ἁγίαις τῶν μυστηρίων τελεταῖς ἐνεχείρει, μὴ πρότερον αὐτῷ κατὰ τὰς προτελείους εὐχὰς ἱερὰς, καὶ εὐμενοῦς ὁράσεως ἐπιφαινομένης. Ἔλεγεν οὖν, ὅτι λελυπηκότος αὐτόν ποτε τῶν ἀπίστων τινός· ἡ λύπη δὲ ἦν, ὅτι τῆς ἐκκλησίας ἐκεῖνός τινα πρὸς τὸ ἄθεον ἀπεπλάνησεν, ἔτι τῶν ἱλαρίων ἡμερῶν αὐτῷ τελουμένων· δέον ἀμφοτέρων ἀγαθοπρεπῶς ὑπερεύξασθαι, καὶ Θεὸν σωτῆρα συλλήπτορα λαβόντα, τὸν μὲν ἐπιστρέψαι, τὸν δὲ ἀγαθότητι νικῆσαι· καὶ μὴ διαλιπεῖν νουθετοῦντα διὰ βίου παντὸς, ἄχρις οὗ τὸ σήμερον, καὶ οὕτως ἐπὶ τὴν θείαν αὐτοὺς ἀγαγεῖν γνῶσιν, ὡς ἂν ἤδη καὶ τῶν ἀμφισβητησίμων αὐτοῖς κρινομένων, καὶ τῶν ἀλόγως θρασυνομένων ἐννόμῳ δίκῃ σωφρονεῖν ἀναγκαζομένων· ἀλλ' ἐν ἑαυτῷ μὴ πρότερον τοῦτο παθὼν, οὐκ οἶδ' ὅπως τότε, πολλήν τινα τὴν δυσμένειαν καὶ τὴν πικρίαν [18] ἐντήξας, ἐκοιμήθη, κατεδάρθη [19] μὲν, οὕτω κακῶς ἔχων, (ἑσπέρα γὰρ ἦν·) περὶ δὲ μέσας νύκτας, (εἰώθει γὰρ εἰς τόνδε τὸν καιρὸν αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ πρὸς τοὺς θείους ὕμνους ἐγρηγορέναι), διανίσταται μὲν οὐδὲ τῶν ὕπνων αὐτῶν, πολλῶν γε ὄντων, καὶ ἀεὶ ἐγκοπτομένων [20], ἔξω ταραχῆς παραπολαύσας· ἐστὼς δὲ ὅμως εἰς τὴν θείαν ὁμιλίαν οὐκ εὐαγῶς ἠνιᾶτο, καὶ ἐδυσχέραινεν, οὐκ εἶναι δίκαιον λέγων, εἰ ζῷεν ἄνδρες ἄθεοι, καὶ διαστρέφοντες τὰς ὁδοὺς Κυρίου τὰς εὐθείας. Καὶ ταῦτα

Cum aliquando in Cretam venissem, sanctus Carpus me hospitio excepit, vir, si quis alius, ob insignem mentis puritatem, ad Dei contemplationem aptissimus. Neque enim sacros mysteriorum ritus auspicabatur, nisi prius ipse inter præparatorias orationes sacra quædam et propitia visio apparuisset. Ipsum ergo (uti referebat) infidelis quispiam contristaverat aliquando, tristitiæque causa erat, quod ille ab Ecclesia quemdam ad infidelitatis errorem seduxisset ; cum adhuc celebritatis quæ ab hilaritate nomen accepit, dies agerentur. Ac pro utrisque benevole Deus fuisset exorandus ut auxilio salutari alterum quidem ab errore converteret, alterum vero bonitate superaret ; neque desistendum fuisset ab eorum per totam vitam admonitione, donec tandem hodie vel sic ad divinam cognitionem promoverentur, tumque demum illis quæ ambigua videbantur et obscura, patescerent, et ab iis quæ præter rationem temerarie commiserant, resipiscere legitima veritate cogerentur ; nescio quo pacto, cum id illi antea nunquam evenisset, tunc vehementi quadam indignatione et amaritudine concepta obdormierat (vesper enim erat); circa mediam vero noctem, quo tempore ad divinos hymnos evigilare consueverat, experrectus quidem surgit, cum somnos parum quietos crebroque interruptos, nec absque perturbatione cepisset ; stat tamen ad divina colloquia, non satis religios tristabatur, graviterque ferebat, iniquum esse di-

C

D

### VARIÆ LECTIONES.

[8] ἀδικοῦντες, D. [9] lege συνοικίσαντες, ut habet D. [10] ἔκπλεοι, S. P. D. [11] καὶ ἀεὶ ἔσονται, S. P. D. [12.13] ἀνιέροις, in D. S. legitur. [14] γίνεσθαι, S. P. [15] δικαιοτάτου, D. P. [16] τῶν. [17] ἀλήθειαν γάρ, Ch. D. [18] καὶ τὴν πικράν, S. [19] primum verbum non est in D. P.; in S. glossema est posterioris. [20] ἐκκοπτομένων, Ch. S. P.

cens impios adhuc homines, rectasque Domini vias pervertentes vivere. Et hæc dicens, precabatur Deum ut simul amborum vitam fulgetro quopiam immisericorditer abrumperet. Iis dictis, repente se vidisse referebat domum, in qua consistebat, primum conquassatam a summo **605** vertice bifariamque divisam, et quemdam ante se ingentis luminis rogum, eumque (sub dio enim jam locus ille videbatur) e cœlo ad se usque delatum ; cœlum autem ipsum apertum, et in cœli cardine Jesum innumeris illi humana specie angelis astantibus. Atque ista quidem sursum conspexisse, miratumque fuisse. Porro deorsum respectando Carpus se vidisse asserebat, ipsum quoque pavimentum instar vastæ cujusdam tenebricosissimæque voraginis diffissum, illosque viros quos diris devoverat, ante se ad os voraginis trementes stare, ac miserabiles, tanquam jam jamque præ pedum lubricitate collapsuros : inferne autem e voragine serpentes emergere cernebat, circa tam labiles illorum pedes, modo quidem in gyrum actos, et implicitos simul pertrahentes, modo quoque dentibus et caudis incendentes ac demulcentes, omnibusque modis eos in voraginem præcipites dare molientes : fuisse autem et viros quosdam in medio, qui adversus eos una cum serpentibus impetum facerent, exagitando una, et impellendo atque feriendo ; visos autem esse viros illos lapsui appropinquare, partim quidem invitos, partim vero sponte, a malo ita sensim coactos et simul persuasos. Referebat autem Carpus, se, dum inferiora respiceret, fuisse delectatum, superiora negligendo ; cum vero graviter et indigne ferret illos necdum cecidisse, atque ad hanc rem sæpe frustra incubuisset, indignatum iis et imprecatum esse. Et cum vix tandem revocatis ad superna luminibus, vidisset quidem denuo sicut prius cœlum, Jesum vero, miseratum quod fiebat, desuper cœlesti throno descendisse, atque ad ipsos accedentem benignam iis manum porrexisse, angelosque una opem conferentes, alterum virorum ex altera parte retinuisse, Jesumque ipsi Carpo dixisse : Manu jam extensa percute me, siquidem adhuc paratus sum denuo pro hominibus salvandis pati, illudque libentissime, ne demum alii homines peccent. Cæterum considera, num tibi expediat hanc istiusmodi hiatus et cum serpentibus mansionem Dei ac bonorum clementissimorumque angelorum consortio præferre. Hæc sunt, quæ ego cum audierim vera esse credo.

A λέγων ἐδεῖτο τοῦ Θεοῦ πρηστῆρί τινι τὰς ἀμφοτέρων εἰσάπαξ ἀνηλεῶς ἀποπαῦσαι ζωάς. Ταῦτα δὲ εἰπὼν, ἔλεγε δόξαι ἰδεῖν ἄφνω τὸν οἶκον, ἐν ᾧπερ εἱστήκει, διαδονηθέντα πρότερον, καὶ [21] ἐκ τῆς ὀροφῆς εἰς δύο μέσον διαιρεθέντα, καί τινα πυρὰν πολύφωτον ἐπίπροσθεν αὐτοῦ [22] καὶ ταύτην (ἐδόκει γὰρ λοιπὸν ὕπαιθρος ὁ τόπος) ἐκ τοῦ οὐρανίου χώρου μέχρις αὐτοῦ καταφερομένην· τὸν δὲ οὐρανὸν αὐτὸν ἀναπεπταμένον, καὶ ἐπὶ τῷ νώτῳ τοῦ οὐρανοῦ τὸν Ἰησοῦν, ἀπείρων ἀνθρωποειδῶς αὐτῷ παρεστηκότων ἀγγέλων. Καὶ ταῦτα μὲν ἄνωθεν ὁρᾶσθαι, καὶ αὐτὸν θαυμάζειν. Κάτω δὲ κύψας ὁ Κάρπος, ἰδεῖν ἔφη καὶ τοῦδαφος αὐτὸ πρὸς ἀχανές τι χάσμα καὶ σκοτεινὸν διερρῆγμένον, καὶ τοὺς μὲν ἄνδρας ἐκείνους, οἷς ἐπηρᾶτο, πρὸ αὐτοῦ κατὰ τὸ στόμιον ἑστηκέναι τοῦ B χάσματος ὑποτρόμους, ἐλεεινοὺς, ὅσον οὔπω καταφερομένους ὑπὸ τῆς τῶν οἰκείων ποδῶν ἀστασίας· κάτωθεν δὲ ἀπὸ τοῦ χάσματος ὄφεις ἀνέρπειν, καὶ περὶ τοὺς πόδας αὐτῶν [23] ὑποκινουμένους, ποτὲ μὲν ἀποσύρειν, ἐπανειλουμένους ἅμα καὶ ἐπιβαροῦντας, καὶ ἐπανέλκοντας [24], ποτὲ δὲ τοῖς ὀδοῦσιν, ἢ τοῖς οὐραίοις ὑποτύφοντας, ἢ ὑπογαργαλίζοντας, καὶ διὰ παντὸς εἰς τὸ ἀχανὲς ἐμβαλεῖν μηχανωμένους· εἶναι δὲ καὶ ἄνδρας τινὰς ἐν μέσῳ τοῖς ὄφεσι, κατὰ τῶν ἀνδρῶν συνεπιτιθεμένους, διαδονοῦντας ἅμα καὶ ὑπωθοῦντας καὶ καταπαίοντας· ἐδόκουν δὲ εἶναι πρὸς τὸ πεσεῖν ἐκεῖνοι, τὰ μὲν ἄκοντες, τὰ δὲ ἑκόντες, ὑπὸ τοῦ κακοῦ κατ' ὀλίγον βιαζόμενοι ἅμα καὶ πειθόμενοι. Ἔλεγε δὲ ὁ Κάρπος, ἑαυτὸν ἥδεσθαι κάτω βλέποντα, τῶν ἄνω δὲ ἀμελεῖν· δυσχεραίνειν δὲ καὶ C ὀλιγωρεῖν, ὅτι μὴ πεπτώκασιν ἤδη, καὶ τῷ πράγματι πολλάκις ἐπιθέμενον καὶ ἀδυνατήσαντα, καὶ ἀχθεσθῆναι καὶ ἐπαράσασθαι. Καὶ ἀνανεύσαντα μόλις, ἰδεῖν μὲν αὖθις τὸν οὐρανὸν, ὥσπερ καὶ πρότερον ἑωράκει, τὸν δὲ Ἰησοῦν, ἐλεήσαντα τὸ γιγνόμενον, ἐξαναστῆναι τοῦ ὑπερουρανίου θρόνου, καὶ ἕως αὐτῶν καταβάντα, καὶ χεῖρα ἀγαθὴν ὀρέγειν, καὶ τοὺς ἀγγέλους αὐτῷ συνεπιλαμβανομένους, ἄλλον ἄλλοθεν ἀντέχεσθαι τοῖν ἀνδροῖν, καὶ εἰπεῖν τῷ Κάρπῳ τὸν Ἰησοῦν· Τῆς χειρὸς ἤδη προτεταμένης, παῖε κατ' ἐμοῦ λοιπόν· ἕτοιμος γάρ εἰμι καὶ αὖθις ὑπὲρ ἀνθρώπων ἀνασωζομένων παθεῖν, καὶ προσφιλές μοι τοῦτο, μὴ ἄλλων ἁμαρτανόντων ἀνθρώπων. Πλὴν ὅρα [25] εἰ καλῶς ἔχει σοι τὴν ἐν τῷ χάσματι καὶ μετὰ τῶν ὄφεων μονὴν ἀνταλλάξασθαι τῆς μετὰ D Θεοῦ καὶ τῶν ἀγαθῶν καὶ φιλανθρώπων ἀγγέλων. Ταῦτά ἐστιν ἃ ἐγὼ ἀκηκοὼς πιστεύω ἀληθῆ εἶναι.

---

## **606** ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. *Hebræorum Historiæ*, etc. Alludit ad Num. cap. XII, 3, ubi de mansuetudine Moysis legitur : *Erat Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra.* Atque ideo, inquit, Dei famulus nuncupatur, cæterisque prophetis dignior ad videndum Deum, uti ibidem Scriptura subjungit ver. 6 : *Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel somnium loquar ad illum. At non talis servus meus Moyses, qui in omni domo mea fidelissimus est : ore enim ad os loquor ei, et palam, et non per ænigmata et figuras Dominum videt.*

### VARIÆ LECTIONES.

[21] καὶ non est in S. P. [22] ἑαυτοῦ, D. S. P. [23] αὐτόν, S. [24] ἕλκοντας, D. S. [25] πλὴν σὺ δὲ ὅρα, S.

*Quinimo cum adversus eum et Aaronem*, etc. Agit hic de rebellione Core, Dathan et Abiron, quæ describitur Num. XVI. Quod autem Dionysius ait Moysem contestatum se insontem esse calamitatum omnium quæ subditis evenissent, non legitur in Scriptura; quare verosimile est ipsum hoc ex secretioribus quibusdam, qui apud sacerdotes asservabantur, Mosaicæ legis libris hausisse.

*Quid porro David*, etc. Exempla mansuetudinis David obvia sunt in libro primo Regum, præsertim capite vicesimo quarto, ubi Sauli ipsum ad mortem quærenti, jam sibi in manus tradito, nihil nocuit, sed ab eo manum abstinuit. Ob quam mansuetudinem dictus est vir secundum cor Dei, I Reg. XVI, 13; Psal. LXXXVIII, 21; Act. XIII, 22.

*Quinimo sancitum erat*. Scilicet Exodi XXIII, 4 : *Si occurreris bovi inimici tui, aut asino erranti, reduc ad eum*, etc. De Job autem vide librum ejus per totum, veræ patientiæ et mansuetudinis exemplum vivum. Historiam vero Joseph, et patientiam ac mansuetudinem ipsius, vide Genes. XXXVII; de Abel vero Genes. IV. Porro de angelorum benignitate exempla exstant in libro *Cœlestis hierarchiæ*, capit. 5, 6, 7, et alibi passim; Christi autem benignitatis plenum est Evangelium. Alludit autem hic potissimum ad parabolam filii prodigi, Lucæ XV, et ad præceptum de diligendis inimicis, Matth. V, 44.

*Tu vero accidentem sacerdoti*, etc. Unde colligere licet, salubrem et religiosam humilium accusationum confessionumque disciplinam jam inde a temporibus apostolorum fuisse a Christianis frequentatam, ad cadentium erectionem, et justificationem peccantium.

*Et si Dei est judicium*. Juxta illud Isaiæ XXX, 18 : *Deus judicii Dominus*. Et Pauli ad Rom. II, 2 : *Scimus enim quoniam judicium Dei est*.

*Sacerdotes autem angeli sunt*. Malachiæ II, 7 : *Labia enim sacerdotis custodiunt scientiam, et legem requirent ex ore ejus, quia Angelus Domini exercituum est*. Vide hac de re caput 12 *Cœlestis hierarchiæ*.

*Ordinatis autem monachis*, etc. Ritum monasticæ consecrationis, et in quo gradu Ecclesiæ monachi sint, vide superius in lib. *De Eccles. hier.*, cap. 6, et ibidem nostras Adnotationes, et Scholia sancti Maximi.

*Quid absurdi Ozias gessit?* Alludit ad cap. XXVI, 19, lib. II Paralip., ubi Ozias lepra percussus legitur. De superba vero Saulis præsumptione habetur I Reg. XIII, 14, ob quam a Deo rejectus fuit. De dæmonibus autem Jesum prædicantibus legitur Marci III, 11.

*Solusque pontifex in anno semel ad Sancta sanctorum introibit*. Habetur hoc Levitici cap. XVI, 2, ubi et officium ejus describitur; uti sacerdotum ac levitarum, Numerorum cap. IV. Maria vero soror Moysis lepra percutitur, Num. cap. XII, 10. De filiis autem Scevæ antiquum habet scholium, eos, cum manus imponendi potestatem non haberent, exorcismis imprecationibusque temerarie abusos, protinus invasisse dæmonia.

§ II. *Quilibet circa Deum versantium ordo deiformior est eo qui magis distat*. Idem docet cap. 7 *Cœlestis hierarchiæ*, § 2, ubi primæ hierarchiæ deiformitatem ac dignitatem colligit ex ejusdem cum Deo vicinitate, et immediatiori illustratione. Capite autem 4, dicit naturas istas esse proximas divinitati, quæ multipliciter illam participarunt.

*Quod si itaque sacerdotum ordo illustrandi vim habet*. Vide cap. 5 *Ecclesiasticæ hierarchiæ*, parte I, § 5, 6 et 7, ubi demonstratum est, pontificum quidem ordinem perficiendi vim habere, ac reipsa perficere; sacerdotum autem, illuminandi vim habere, atque illuminare; ministrorum vero, seu diaconorum, expiandi ac discernendi facultatem obtinere.

§ III. *Nam divinus sermo justa juste prosequi jubet*. Alludit ad Deuteronomii cap. XVI, 20, ubi dicitur : *Juste quod justum est persequeris*, ad quem locum Simeon in Catena 65 Patrum Græcorum in Lucam cap. I, n. 7 : « Cum bonum, inquit, non sit bonum, si non fiat bene. »

*Merito sane divinus noster legifer*, etc. Intelligit sanctum Paulum, scribentem ad Timotheum, Epist. I, cap. III, 2, ubi episcopi conditiones describit dicens : *Oportet episcopum irreprehensibilem esse*, etc.

§ IV. *Vel duplici peccato, impiorum more delinquimus*. Alludit ad Jeremiæ cap. II, 13 : *Duo mala fecit populus meus*, etc., et v. 35 : *Et dixisti : absque peccato, et innocens ego sum, et propterea avertatur furor tuus a me. Ecce ego judicio contendam tecum, eo quod dixeris : Non peccavi.*

*Si oves ejus mansuetissima gubernatione pascamus*. Alludit ad Joannis cap. XXI, 15, **607** ubi Christus trina interrogatione *Petri dilectionem* explorat, et singulis ejus responsis subjungit : *Pasce agnos meos, pasce oves meas.*

*Atque nequam eum appellat*, etc. Parabolam hanc de conservo vide apud sanctum Matthæum cap. XVIII, 23. Quod autem Christus pro suis occisoribus rogarit, narrat sanctus Lucas cap. XXIII, 34. Qui etiam cap. IX, 55 scribit Christum increpasse discipulos, cum vellent deleri Samaritanos, quod Christum suscipere noluissent.

§ V. *Non habemus pontificem*, etc. Est Apostoli ad Hebræos IV, 7, ubi illos ad fiduciam consequendæ veniæ hortatur. Illud autem : *Non contendet, neque clamabit*, est Matthæi XII, 19, ex loco Isaiæ XLII, 2. Illud vero : *Ipse est propitiatio pro peccatis nostris*, est ex I Epistola Joannis cap. II, 2.

*Etiam si millies Phineen et Etiam jactites*. De Phinee zelo habetur Numerorum cap. XXV, 7. De Helia legitur III Regum, XVIII, 40, jussisse quadringentos et quinquaginta vanos sacerdotes occidi; et de utroque liber I Machabæorum, cap. II, 54, ait : *Phinees pater noster zelando zelum Dei, accepit testamentum sacerdotii æterni;* v. 58 : *Elias dum zelat zelum legis, receptus est in cœlum.* Sanctus vero Paulus Dionysii præceptor, tanquam doctor Novi Testamenti quod in lege charitatis fundatum est, II ad Timotheum, II, 24 : *Servum autem Domini*, inquit, *non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem, cum modestia corripientem eos qui resistunt veritati.*

§ VI. *Cum aliquando in Cretam venissem, sanctus Carpus*, etc. Hic est Carpus, cujus B. Paulus meminit in II Epist. ad Timotheum, cap. IV, 13, dicens : *Penulam, quam reliqui Troade apud Carpum, veniens affer tecum, et libros, maxime autem membranas.*

*Neque enim sacros mysteriorum ritus*, etc. Ubi nota, olim, priusquam ad altare se conferrent sacerdotes, solitos fuisse certas ritu quodam pio adhibere precationes præparatorias, quæ dicebantur προτέλειαι; ubi interpres Pachymeres vocem hanc putat e vetusto more ductam. Nam προτελείας, inquit, preces eas dixere Athenienses, quæ una cum hostiis nuptias præcurrebant. Τέλος enim vocabant γάμον, hoc est nuptias. Nunc igitur cum hostia sit offerenda, qua nulla major aut sanctior cogitari potest, quæque sponsum deducere debet ad animarum bonum et singularem felicitatem; sane opportunæ fuerint προτέλειαι, et nonnullæ precationes quibus sacerdotes se parent ad sacrificandum.

*Cumque celebritatis, quæ ab hilaritate nomen accepit*. Hilaria antiqui diem æquinoctii verni colentes appellarunt, ut inquit Macrobius, nempe octavum Kalendas Aprilis, quo fit æquinoctium vernum, quo

primum tempore sol diem longiorem nocte protendit. De his meminit Flavius Vopiscus in Aureliano.

*Circa mediam vero noctem*, etc. Unde collige, morem fuisse jam inde a primis Ecclesiæ temporibus, ut sacerdotes de nocte ad orandum surgerent. Carpus enim, episcopus Cretæ, apostolorum auditor, circa mediam noctem, ut hic S. Dionysius memorat, vigilare solebat πρὸς τοὺς θείους ὕμνους, *ad divinos hymnos* pie et religiose Deo concinendos. S. Chrysostomus *in cap.* v *Isaiæ* nominat παννυχίδας ἱερὰς, *sacra pervigilia, diem*, inquit, *cum nocte copulantia*. Quæ a media nocte inchoata fuisse, ibidem his verbis significat : *Omnes somni tyrannidem generosa contentione superantes*, ἐκ μεσονυκτίων, *a media noctis usque ad lucem perseverabant*. Id e fonte apostolico manasse, dicit perspicue S. Maximus hunc locum exponens, quem vide in Scholiis.

*Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epist. 8, tom. II.*

---

# EPISTOLA IX.

## TITO EPISCOPO

*Roganti per epistolam quæ sit domus sapientiæ, quis crater, et quisnam cibus ejus ac potus.*

# A ΕΠΙΣΤΟΛΗ Θ'.

## ΤΙΤΩ ΙΕΡΑΡΧΗ

*Ἐρωτήσαντι δι' ἐπιστολῆς, τίς ὁ τῆς σοφίας οἶκος, τίς ὁ κρατὴρ, καὶ τίνα τὰ βρώματα αὐτῆς, καὶ τὰ πόματα.*

## SYNOPSIS EPISTOLÆ.

§ I. *Ostendit, symbolicam theologiam rudioribus et ignaris multas absurdas imagines atque cogitationes ingenerare; et hac occasione exempli causa diversa symbola exponit, quæ in Scripturis reperiuntur. Deinde theologiam dividit in mysticam ac demonstrantem, et quæ cujusque partes sint exponit.* II. *Docet, symbola diversa diversimode esse explicanda; et simul declarat, quomodo ignis de Deo et angelis accipiendus sit. Item quid esca designet.* III. *Exponit, quid crater mystice significet.* IV. *Quid cibus solidus et liquidus designet.* V. *Quid item Dei ebrietas, quidque discubitus beatorum in cœlis.* VI. *Quid Dei somnus et evigilatio.*

### § I.

Sanctus quidem Timotheus, optime Tite, nescio si B quidpiam **608** symbolorum theologicorum a me traditorum non audierit; quoniam in *Symbolica theologia* distincte ipsi exposuimus, quæcunque in oraculi prodigiosa plurimis visa de Deo enuntiantur. Gravis etenim absurdi speciem animis rudioribus imprimunt Patres illi qui arcanam tradunt sapientiam, dum divinam illam mysticam et profanis inaccessam veritatem sub arcanis quibusdam audacioribus ænigmatibus proponunt. Quapropter etiam in divinis mysteriis quandoque verbis ipsis vix credimus, dum illa duntaxat per agnata symbola sensilia conspicimus. Verum his amoris, ipsa in seipsis nuda puraque intuenda sunt; sic enim contemplantes venerabimur fontem vitæ, in seipsum effusum, et in seipso consistentem videntes, et C unam quamdam potestatem simplicem, per se mobilem, per se agentem, seipsam non deserentem, sed notionem notionum omnium, ac semper se per seipsam contemplantem. Censuimus igitur tum ipsi, tum aliis, quoad fieri poterat, exponendas esse omnis generis formas, symbolicæ illius quæ de Deo est sacræ effigiationis; hujus enim exteriora, quam plena sunt incredibilis et commentitii monstri? v. g. dum in suprasubstantiali Dei generatione, uterum Dei corporee generantem effingit [h], et cor hominis eructans verbum in aerem effusum [i], et spiritum ex ore spirantem describit [k], ac sinus deigenos Fi-

Ὁ μὲν ἱερὸς Τιμόθεος, ὦ καλὲ Τίτε, οὐκ οἶδα εἴ τινος τῶν διεγνωσμένων μοι θεολογικῶν [26] συμβόλων ἀπελήλυθεν ἀήκοος· ἀλλ' ἐν τῇ *Συμβολικῇ θεολογίᾳ* διηυκρινησάμεθα πάσας αὐτῷ τὰς τῶν λογίων περὶ Θεοῦ δοκούσας εἶναι τοῖς πολλοῖς τερατολογίας. Καὶ γὰρ ἀτοπίαν δεινὴν ἐναπομόργνυνται ταῖς ἀτελέσι τῶν ψυχῶν, ὁπόταν οἱ τῆς ἀπορρήτου σοφίας πατέρες, διά δή [27] τινων κρυφίων καὶ ἀποτετολμημένων αἰνιγμάτων ἐκφαίνωσι τὴν θείαν καὶ μυστικὴν καὶ ἄβατον τοῖς βεβήλοις ἀλήθειαν. Διὸ καὶ ἀπιστοῦμεν οἱ πολλοὶ τοῖς περὶ τῶν θείων μυστηρίων λόγοις· θεώμεθα γὰρ μόνον αὐτὰ διὰ τῶν προσπεφυκότων αὐτοῖς αἰσθητῶν συμβόλων. Δεῖ δὲ καὶ ἀποδύντας αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν γυμνὰ καὶ καθαρὰ γενόμενα ἰδεῖν· οὕτω γὰρ ἂν θεώμενοι σεφθείημεν πηγὴν ζωῆς εἰς ἑαυτὴν χεομένην, καὶ ἐφ' ἑαυτῆς ἑστῶσαν ὁρῶντες, καὶ μίαν τινὰ δύναμιν, ἁπλῆν, αὐτοκίνητον, αὐτοενέργητον [28], ἑαυτὴν οὐκ ἀπολείπουσαν, ἀλλὰ γνῶσιν πασῶν γνώσεων ὑπάρχουσαν, καὶ ἀεὶ δι' ἑαυτῆς ἑαυτὴν θεωμένην. Χρῆναι γοῦν αὐτῷ τε καὶ ἄλλοις παρ' ἡμῶν ᾠήθημεν, ὡς οἷόν τε ἦν [29], ἀναπτυχθῆναι τὰ παντοδαπὰ μορφώματα τῆς περὶ Θεοῦ συμβολικῆς ἱεροπλαστίας· τὰ γὰρ ἐκτὸς αὐτῆς ὁπόσης ἀναπέπλησται τῆς ἀπιθάνου καὶ πλασματώδους τερατείας; οἷον ἐπὶ μὲν τῆς ὑπερουσίου θεογονίας, γαστέρα Θεοῦ σωματικῶς Θεὸν γεννῶσαν ἀναπλαττούσης, καὶ λόγον εἰς ἀέρα προχεόμενον ἀπὸ καρδίας ἀνδρικῆς ἐξερευγομένης αὐτὸν, καὶ πνεῦμα ἐκπνεόμενον ἀπὸ στόματος ἀναγρα-

[h] Psal. cix, 3. [i] Psal. xliv, 1. [k] Psal. xxxii, 6.

### VARIÆ LECTIONES.

[26] θεολογικῶς, S. P. [27] δή non est in D. [28] αὐτενέργητον, D. S. P. [29] ὡς οἷοί τε ἦμεν, S.

φούσης, καὶ κόλπους θεογονικοὺς ἐναγκαλιζομένους Θεοῦ Υἱὸν, σωματοπρεπῶς ἡμῖν ἐξυμνούσης, ἢ φυσικῶς ταῦτα διαπλαττούσης, καὶ δένδρα τινὰ, καὶ βλαστοὺς, καὶ ἄνθη, καὶ ῥίζας προβαλλομένης, ἢ πηγὰς ὑδάτων ἀναβλυζούσας, ἢ ἀπαυγασμάτων προαγωγικὰς φωτογονίας, ἢ ἄλλας τινὰς ὑπερουσίων θεολογιῶν ἐκφαντορικὰς ἱερογραφίας. Ἐπὶ δὲ τῶν νοητῶν τοῦ Θεοῦ προνοιῶν, ἢ δωρεῶν, ἢ ἐκφάνσεων, ἢ δυνάμεων, ἢ ἰδιοτήτων, ἢ λήξεων, ἢ μονῶν, ἢ προόδων, ἢ διακρίσεων, ἢ ἑνώσεων, ἀνδροπλαστίαν τῷ Θεῷ, καὶ θηρίων, καὶ ζώων ἄλλων, καὶ φυτῶν, καὶ λίθων ποικιλομορφίαν περιπλαττούσης· καὶ κόσμους αὐτῷ γυναικείους, ἢ βαρβαρικὰς ὁπλοποιίας περιτιθείσης· καὶ κεραμίαν, καὶ χωνευτήριον, ὡς ἂν βαναύσῳ τινὶ προστιθείσης [30]· καὶ ἵππους αὐτῷ, καὶ ἅρματα, καὶ θρόνους ὑποστρωννύσης· καὶ δαῖτάς [31] τινας ὀψοποιητικὰς [32] ἐπισκευαζούσης, καὶ πεπωκότα, καὶ μεθύοντα, καὶ ὑπνώττοντα, καὶ κραιπαλῶντα διαπλαττούσης. Τί ἄν τις εἴποι τὰς ὀργὰς, τὰς λύπας, τοὺς παντοδαποὺς ὅρκους, τὰς μεταμελείας, τὰς ἀρὰς, τὰς μήνιδας, τὰ πολυειδῆ καὶ λοξὰ τῆς ἁμαρτίας τῶν ἐπαγγελιῶν σοφίσματα, τὴν ἐν τῇ Γενέσει γιγαντομαχίαν, καθ' ἣν ἐπιβουλεύειν ἐκ φόβου λέγεται τοῖς δυνατοῖς ἐκείνοις ἀνδράσι, καὶ ταῦτα τὴν οἰκοδομὴν, οὐκ ἐπ' ἀδικίᾳ τινῶν ἑτέρων, ἀλλ' ὑπὲρ σωτηρίας τῆς ἑαυτῶν μεμηχανημένοις, καὶ τὸ συμβούλιον ἐκεῖνο τὸ κατ' οὐρανὸν ἐπὶ δόλῳ καὶ ἀπάτῃ τοῦ Ἀχαὰβ σκευαζόμενον [33]· καὶ τὰς τῶν ᾀσμάτων προσύλους καὶ ἑταιρικὰς πολυπαθείας, καὶ ὅσα ἄλλα τῆς πάντα τολμώσης ἐστὶ θεοπλαστίας ἱερὰ συνθήματα φαινόμενα τῶν κρυφίων προβεβλημένα καὶ πεπληθυσμένα, καὶ μεριστὰ τῶν ἐνιαίων καὶ ἀμερίστων, καὶ τυπωτικὰ, καὶ πολύμορφα τῶν ἀμόρφων καὶ ἀτυπώτων· ὧν εἴ τις ἰδεῖν δυνηθείη τὴν ἐντὸς ἀποκεκρυμμένην εὐπρέπειαν, εὑρήσει μυστικὰ καὶ θεοειδῆ πάντα, καὶ πολλοῦ τοῦ θεολογικοῦ φωτὸς ἐναπεπλησμένα. Μὴ γὰρ οἰώμεθα τὰ φαινόμενα τῶν συνθημάτων ὑπὲρ ἑαυτῶν ἀναπεπλάσθαι, προβεβλῆσθαι δὲ τῆς ἀπορρήτου καὶ ἀθεάτου τοῖς πολλοῖς ἐπιστήμης, ὡς μὴ τοῖς [34] βεβήλοις εὐχείρωτα εἶναι τὰ πανίερα· μόνοις δὲ ἀνακαλύπτεσθαι τοῖς τῆς ὁσιότητος [35] γνησίοις ἐρασταῖς, ὡς πᾶσαν τὴν παιδαριώδη φαντασίαν ἐπὶ τῶν ἱερῶν συμβόλων ἀποσκευαζομένοις, καὶ ἱκανοῖς διαβαίνειν ἁπλότητι νοῦ, καὶ θεωρητικῆς δυνάμεως ἐπιτηδειότητι, πρὸς τὴν ἁπλῆν, καὶ ὑπερφυῆ, καὶ ὑπεριδρυμένην τῶν συμβόλων ἀλήθειαν. Ἄλλως τε καὶ τοῦτο ἐννοῆσαι χρὴ, τὸ διττὴν εἶναι τὴν τῶν θεολόγων παράδοσιν, τὴν μὲν ἀπόρρητον καὶ μυστικὴν, τὴν δὲ ἐμφανῆ καὶ γνωριμωτέραν· καὶ τὴν μὲν συμβολικὴν καὶ τελεστικὴν, τὴν δὲ φιλόσοφον καὶ ἀποδεικτικὴν, καὶ συμπέπλεκται τῷ ῥητῷ τὸ ἄῤῥητον. Καὶ τὸ μὲν πείθει καὶ καταδεῖται τῶν λεγομένων τὴν ἀλήθειαν, τὸ δὲ δρᾷ καὶ ἐνιδρύει τῷ Θεῷ ταῖς ἀδιδάκτοις μυσταγωγίαις. Καὶ μὴν οὐδὲ κατὰ τὰς τῶν ἁγιωτάτων

lium Dei complectentes, in modum corporis collaudat, aut in modum stirpis hæc ipsa depingit, et arbores quasdam, et surculos, et flores atque radices proponit; aut fontes aquis manantes, aut lucigenas splendorum fecunditates, aut quasdam alias supernaturales sacras rerum divinarum explanatorias descriptiones. In spiritalibus autem Dei providentiis, vel donis vel manifestationibus, vel virtutibus, aut proprietatibus, aut statibus, aut mansionibus, aut emanationibus, aut secretionibus, aut unionibus formam viri Deo et ferarum, aliorumque animantium et stirpium atque lapidum multiformitatem affingit; quin etiam ornatus muliebres, et barbaras armaturas illi circumponit: et figlinam conflatoriamque artem, tanquam opifici cuipiam mechanico attribuit; et equos ipsi, et currus, et sedes supponit, et convivia quædam epulis instructa apparat, atque bibentem et ebrium, et dormiturientem ac crapulantem exhibet. Quid attinet dicere iras, dolores, varia juramenta, pœnitentias **609** et maledictiones, iras inveteratas et multiplices, et obliquas rationes frustrandi promissiones; item illam in Genesi cum gigantibus pugnam, in qua dicitur Deus robustis illis viris propter metum insidiatus, cum alioquin, non ut alios læderent, sed ut se incolumes servarent, illud ædificium moliti essent: et concilium illud in cœlo ad decipiendum Achab fabricatum [l]; et illas Canticorum veluti corporeas et meretricias illecebras [m]: et quæcunque alia sacra signa in Deo audaci fictione format, potentia occultis; multiplicata et partita simplicibus atque individuis figurativa et multiformia, figuræque formæque expertibus obducens; quorum pulchritudinem intus latentem si quis intueri possit, reperiet omnia mystica et divina et multo lumine theologico repleta. Neque vero existimemus signa formarum apparentium sua tantum causa et ratione efficta esse, sed potius integumenta esse scientiæ arcanæ, et vulgo hominum occultæ, ut ea quæ sanctissima sunt, non sint profanis facilia ad intelligendum; sed tantum vere studiosis sanctitatis aperiantur, utpote expeditis ab omni puerili cogitatione in sacris symbolis, et qui acie mentis et ingenii facultate ad contemplandum idonea, veritatem simplicem, et supra naturam symbolorum collocatam, assequi possint. Cæterum hoc advertendum est, duplicem esse traditionem theologorum, unam quidem arcanam et mysticam, alteram vero apertam et manifestiorem; illam quidem symbolicam et ad mysteria pertinentem, hanc vero philosophicam ac demonstrantem; estque arcanum cum aperto connexum. Atque hoc quidem fidem facit, et astringit veritatem eorum quæ dicuntur, illud vero efficit et in Deo, iis

[l] III Reg. XXII. [m] Cant. IV et V.

VARIÆ LECTIONES.

[30] προτιθείσης, D. S. P. [31] δαίτας, S. [32] ὀψικὰς, S. P. [33] κατασκευαζόμενον. [34] μηδὲ τοῖς, D. [35] τῆς θεότητος, S. P.

quæ non docentur, institutionibus firmat. Atqui nec in sanctissimis mysteriis sancti magistri sive nostræ sive Mosaicæ disciplinæ a symbolis Deo convenientibus, abstinuerunt; quin potius videmus angelos omni sanctitate plenos, per ænigmata res divinas mystice promere, et Jesum in parabolis, de divinis loqui, ac deifica sacramenta per typicum mensæ apparatum tradere. Par enim erat, ut non solum Sancta sanctorum servarentur vulgo intemerata, sed ut ipsa vita humana, quæ individua simul et dividua est, lucem divinæ cognitionis convenienter sibi caperet; et ea pars animæ quæ a patiendi necessitate libera est, simplicibus et intimis divinarum imaginum speciebus contemplandis destinaretur, illa vero quæ passionibus subjecta est, ut naturæ **610** ejus convenit, curaretur simul, et in divinissimas res per typica symbola, eis artificiose abducta protenderetur, ut cui istiusmodi integumenta cognata sint, quemadmodum declarant, etiam qui, audita aperta theologia sine involucris, effingunt in se typum quemdam, qui illos ad prædictæ theologiæ intelligentiam manuducat.

μυστηρίων τελετὰς, οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς, ἢ τῆς νομικῆς παραδόσεως ἱερομύσται, τῶν θεοπρεπῶν ἀπέσχοντο συμβόλων· ἀλλὰ καὶ τοὺς πανιερωτάτους ἀγγέλους δι' αἰνιγμάτων τὰ θεῖα μυστικῶς προάγοντας ὁρῶμεν, καὶ αὐτὸν [36] Ἰησοῦν ἐν παραβολαῖς θεολογοῦντα, καὶ τὰ θεουργὰ μυστήρια παραδιδόντα διὰ τυπικῆς [37] τραπεζώσεως. Καὶ γὰρ ἦν εἰκὸς, οὐ μόνον ἄχραντα τοῖς πολλοῖς ἀποσεσῶσθαι τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, ἀλλὰ καὶ αὐτὸ τὴν [38] ἀνθρωπίνην ζωὴν ἀμέριστον ἅμα καὶ μεριστὴν ὑπάρχουσαν, οἰκείως ἑαυτῇ τὰς θείας ἐλλάμπεσθαι γνώσεις· καὶ τὸ μὲν ἀπαθὲς τῆς ψυχῆς, εἰς τὰ ἁπλᾶ καὶ ἐνδότατα τῶν θεοειδῶν ἀγαλμάτων ἀφορίσαι θεάματα· τὸ παθητικὸν δὲ αὐτῆς, συμφυῶς θεραπεύειν ἅμα καὶ ἀνατείνειν ἐπὶ τὰ θειότατα, τοῖς προμεμηχανημένοις τῶν τυπικῶν [39] συμβόλων ἀναπλασμοῖς, ὡς συγγενῆ τὰ τοιαῦτα πέφυκε παραπετάσματα, καὶ δηλοῦσιν ὅσοι, καὶ προκαλυμμάτων ἐκτὸς θεολογίας σαφοῦς ἀκηκοότες, ἐν ἑαυτοῖς ἀναπλάττουσι τύπον τινὰ πρὸς τὴν νόησιν αὐτοὺς τῆς εἰρημένης θεολογίας χειραγωγοῦντα.

## § II.

Quin et ipsius quoque mundi aspectabilis fabrica invisibilibus Dei obducta est, sicut Paulus et vera ratio testatur. Quamobrem etiam theologi alia quidem civiliter legaliterque considerant, alia vero pure et intemerate; atque illa quidem humano medioque modo, hæc autem supramundiali ac perfecto. Atque interdum quidem ex apparentibus legibus, interdum vero ex occultis oraculis, prout subjectis rebus sacris, mentibusque et animis congruit; omnis enim sermo, qui illis ubique propositus est, non exilem aliquam historiam, sed vivificam continet perfectionem. Quare etiam nos oportet, omissa populari de his opinione, ipsamet sacra signa, sacra, uti par est, ratione penetrare, neque eadem inhonorare, cum nativa sint et expressa rerum divinarum simulacra, nec non imagines perspicuæ arcanorum et supranaturalium spectaculorum. Etenim non solum suprasubstantialia, et intellectilia, et simpliciter divina lumina symbolis figuratis variegantur, ut cum suprasubstantialis Deus ignis dicitur [n], et quæ intellectu percipiuntur Eloquia Dei ignea [o], sed præterea etiam divini ordines angelorum, qui simul sunt intellectiles et intelligentes, variis formis ac multiplici specie, et igneis figuris depinguntur. Aliterque eamdem imaginem ignis accipere oportet, cum de Deo dicitur qui intelligentiam superat; aliter cum de providentiis ejus, quas intelligentia percipimus, aut de sermonibus; et aliter cum de angelis. Atque illam quidem imaginem ignis de Deo dictam, secundum causam

Καὶ αὐτὴ δὲ τοῦ φαινομένου παντὸς ἡ κοσμουργία τῶν ἀοράτων τοῦ Θεοῦ προβέβληται, καθάπερ φησὶ Παῦλός τε καὶ ὁ ἀληθὴς λόγος. Διὸ καὶ οἱ θεολόγοι τὰ μὲν πολιτικῶς καὶ ἐννόμως ἐπισκοποῦσι, τὰ δὲ καθαρτικῶς καὶ ἀχράντως, καὶ τὰ μὲν ἀνθρωπικῶς [40] καὶ μέσως, τὰ δὲ ὑπερκοσμίως καὶ τελεσιουργικῶς. Καὶ τοτὲ μὲν ἀπὸ τῶν νόμων τῶν φαινομένων, τοτὲ δὲ ἀπὸ τῶν ἀφανῶν θεσμῶν κατὰ τὸ προσῆκον τοῖς ὑποκειμένοις ἱεροῖς γράμμασι [41] καὶ νοῖς καὶ ψυχαῖς· οὐ γὰρ ἱστορίαν ψιλὴν, ἀλλὰ ζωτικὴν ἔχει τελείωσιν ὁ προκείμενος αὐτοῖς ἅπας τε καὶ διὰ πάντων λόγος. Χρὴ τοίνυν καὶ ἡμᾶς, ἀντὶ τῆς δημώδους περὶ αὐτῶν ὑπολήψεως, εἴσω τῶν ἱερῶν [42] συμβόλων ἱεροπρεπῶς [43] διαβαίνειν, καὶ μηδὲ ἀτιμάζειν αὐτὰ, τῶν θείων ὄντα χαρακτήρων ἔκγονα [44] καὶ ἀποτυπώματα, καὶ εἰκόνας ἐμφανεῖς τῶν ἀπορρήτων καὶ ὑπερφυῶν θεαμάτων. Καὶ γὰρ οὐ μόνον [45] τὰ ὑπερούσια φῶτα, καὶ τὰ νοητὰ, καὶ ἁπλῶς τὰ θεῖα τοῖς τυπωτικοῖς διαποικίλλεται συμβόλοις, ὡς πῦρ ὁ ὑπερούσιος Θεὸς λεγόμενος, καὶ τὰ νοητὰ τοῦ Θεοῦ λόγια πεπυρωμένα· προσέτι δὲ καὶ τῶν νοητῶν ἅμα καὶ νοερῶν ἀγγέλων οἱ θεοειδεῖς διάκοσμοι ποικίλαις μορφαῖς διαγράφονται καὶ πολυειδέσι, καὶ ἐμπυρίοις σχηματισμοῖς. Καὶ ἄλλως τὴν αὐτὴν τοῦ πυρὸς εἰκόνα κατὰ τοῦ ὑπὲρ νόησιν [46] Θεοῦ λεγομένην ἐκλαβεῖν· ἄλλως δὲ κατὰ τῶν νοητῶν [47] αὐτοῦ προνοιῶν ἢ λόγων· καὶ ἄλλως ἐπὶ τῶν ἀγγέλων. Καὶ τὴν μὲν κατ' αἰτίαν, τὴν δὲ καθ' ὕπαρξιν, τὴν δὲ κατὰ μέθεξιν, καὶ ἄλλα ἄλλως, ὡς ἡ κατ' αὐτὰ θεωρία καὶ ἐπιστημονικὴ διάταξις ὁροθετεῖ. Καὶ μὴ ὡς ἔτυχε τὰ ἱερὰ σύμβολα συμφύ

[n] Deut. IV. [o] Psal. XVIII, 31.

### VARIÆ LECTIONES.

[36] τὸν. [37] τυπωτικῆς, S. [38] αὐτό, D. αὐτὴν τήν, P. [39] τυπωτικῶν, S. [40] ἀνθρωπίνως, S. [41] πράγματα, D. S. S. [42] τῶν ἱεροπρεπῶν, Ch. [43] ἱερῶς, Ch. [44] ἔγγονα, S. P. [45] μόνα, S. [46] κατὰ τὴν ὑπερέχειαν τοῦ, D. κατὰ τὸ P. [47] κατὰ τὴν τοῦ, S. P. νοητῶν, non est in Ch.

ρειν, ἀλλὰ προσηκόντως αὐτὰ ταῖς αἰτίαις, ἢ ταῖς ὑπάρξεσιν, ἢ ταῖς δυνάμεσιν, ἢ ταῖς τάξεσιν, ἢ ταῖς ἀξίαις ἀναπτύσσειν, ὧν καὶ ἔστιν ἐκφαντορικὰ συνθήματα. Καὶ ὅπως μὴ πέρα τοῦ δέοντος ἐπιστέλλοιμεν [48], ἐπ' αὐτὴν ἤδη τὴν προτεθεῖσαν ὑφ' ὑμῶν ζήτησιν ἰτέον. Καὶ λέγομεν, ὅτι πᾶσα τροφὴ τελεσιουργός ἐστι τῶν τρεφομένων, τὴν ἀτέλειαν αὐτῶν καὶ τὴν ἔνδειαν ἀποπληροῦσα, καὶ τὸ ἀσθενὲς θεραπεύουσα, καὶ τὴν ζωὴν αὐτῶν φρουροῦσα, καὶ ἀναθάλλειν ποιοῦσα, καὶ ἀνανεάζουσα, καὶ ζωτικὴν αὐτοῖς εὐπάθειαν δωρουμένη, καὶ ἁπλῶς τοῦ ἀνιῶντος καὶ τοῦ ἀτελοῦς ἐλάτειρα, καὶ τῆς εὐφροσύνης αὐτῶν καὶ τῆς τελειότητος χορηγός.

A accipere oportet; aliam secundum exsistentiam, aliam vero secundum participationem; et alia aliter, ut eorum contemplatio et constitutio scienter facta præscribit. Nec enim oportet fortuito ac temere miscere symbola, sed potius explanare ea convenienter causis aut exsistentiis, aut potestatibus, aut ordinibus, aut dignitatibus, quæ omnia signis declarantur. Cæterum ne epistolæ modum excedamus, jam ad ipsam propositam a nobis quæstionem veniamus. Dicimus itaque, omnem escam vim habere perficiendi illos quos nutrit, dum imperfectum eorum et indigentiam replet, et infirmitatem **611** curat, vitamque servat, et reflorescere facit ac renovat, et vitalem illis affectum donat, simpliciterque tristitiam et imperfectionem abigit, atque lætitiam perfectionemque conciliat.

## § III.

Καλῶς οὖν [49] ἡ ὑπέρσοφος καὶ ἀγαθὴ σοφία πρὸς τῶν λογίων ὑμνεῖται, κρατῆρα μυστικὸν ἱστῶσα, καὶ τὸ ἱερὸν αὐτοῦ πόμα προχέουσα [50], μᾶλλον δὲ πρὸ τούτων τὰς στερεὰς τροφὰς προτιθεῖσα, καὶ μετὰ ὑψηλοῦ κηρύγματος αὐτὴ τῶν δεομένων αὐτῆς ἀγαθοπρεπῶς ἐφιεμένην [51]. Διττὴν οὖν τὴν τροφὴν ἡ θεία σοφία προτίθησι, τὴν μὲν στερεὰν καὶ μόνιμον, τὴν δὲ ὑγρὰν καὶ προχεομένην· καὶ ἐπὶ κρατῆρι χορηγεῖ τὰς προνοητικὰς αὐτῆς ἀγαθότητας. Ὁ μὲν οὖν κρατὴρ, περιφερὴς ὢν καὶ ἀναπεπταμένος, σύμβολον ἔστω τῆς ἀνηπλωμένης ἅμα καὶ ἐπὶ πάντα περιπορευομένης ἀνάρχου καὶ ἀτελευτήτου τῶν ὅλων προνοίας. Πλὴν ἐπειδὴ καὶ ἐπὶ πάντα προῖοῦσα, μένει ἐν ἑαυτῇ καὶ ἕστηκεν ἐν ἀκινήτῳ ταὐτότητι, καὶ παντελῶς ἀνεκφοιτήτῳ ἑαυτῆς ἱδρυμένη, μονίμως καὶ ἀραρότως [52] αὐτός τε ὁ κρατὴρ ἕστηκεν. Οἰκοδομοῦσα δὲ καὶ ἡ σοφία οἶκον ἑαυτῇ λέγεται, καὶ ἐν αὐτῷ καὶ τὰς στερεὰς τροφὰς, καὶ τὰ πόματα, καὶ τὸν κρατῆρα προτιθεμένη, ὡς εἶναι τοῖς τὰ θεῖα θεοπρεπῶς συμβάλλουσι δῆλον, ὅτι καὶ πρόνοια παντελὴς ἐστὶν ὁ τοῦ εἶναι καὶ τοῦ εὖ εἶναι τὰ πάντα αἴτιος, καὶ ἐπὶ πάντα πρόεισι, καὶ ἐν τῷ παντὶ γίγνεται, καὶ περιέχει τὰ πάντα, καὶ αὖθις ὁ αὐτὸς ἐν τῷ αὐτῷ καθ' ὑπεροχὴν, οὐδὲν ἐν οὐδενὶ κατ' οὐδέν ἐστιν· ἀλλ' ἐξῄρηται τῶν ὅλων, αὐτὸς ἐν ἑαυτῷ [53] ταὐτῶς καὶ ἀϊδίως ὤν, καὶ ἑστηκὼς καὶ μένων, καὶ ἀεὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχων, καὶ οὐδαμῶς ἔξω αὐτοῦ [54] γιγνόμενος, οὐδὲ τῆς οἰκείας ἕδρας [55] καὶ ἀκινήτου μονῆς καὶ ἑστίας ἀπολειπόμενος· ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῇ [56] τὰς ὅλας καὶ παντελεῖς προνοίας ἀγαθουργῶν, καὶ προϊὼν ἐπὶ πάντα, καὶ μένων ἐφ' ἑαυτοῦ, καὶ ἑστὼς ἀεὶ καὶ κινούμενος, καὶ οὔτε ἑστὼς, οὔτε κινούμενος, ἀλλ' ὡς ἄν τις φαίη τὰς προνοητικὰς ἐνεργείας ἐν τῇ μονιμότητι, καὶ τὴν μονὴν ἐν τῷ προνοεῖν, συμφυῶς ἅμα καὶ ὑπερφυῶς ἔχων.

B Quamobrem recte supraquam sapiens juxta ac benigna sapientia in eloquiis divinis perhibetur craterem mysticum proponere, ac sacram ejus potionem propinare, prius tamen cibos solidos apponere, atque elata voce omnes ejus indigos benevole invitare. Duplicem ergo escam divina sapientia proponit, scilicet unam solidam atque durabilem, aliam vero liquidam ac fusilem in cratere propinat, quæ beneficas ejus providentias designant. Crater igitur cum sit rotundus et apertus, symbolum est generalis providentiæ quæ principio fineque caret, atque omnia continet penetratque. Sed quoniam dum ad omnia procedit, in semetipsa quoque manet, immobili, a qua nunquam excidit, identitate formata, crater etiam constanter immotus persistebat. Dicitur autem sapientia sibi domum ædificare, in qua cibos solides, et pocula, crateremque proponit, ut omnibus divina rite conferentibus perspicuum sit, eum, cujus est providentia, perfectam esse causam, ut sint et bene sint omnia, eumque ad universa pertingere, et in omnibus exsistere, atque omnia continere, rursusque eumden, cum sit in se excellenter, nihil in ulla re, ulla ex parte esse, sed secretum esse ab omnibus, cum in se ipso eodem æternoque modo sit, perstetque et maneat, atque semper idem sit, eodemque modo se habeat, nec ullo modo se ipse deserat, neque sedem suam immobilemque mansionem, et quasi larem relinquat, sed in ea omnia perfectaque providentiæ suæ munera perficiat, et procedat ad omnia, et in se maneat; et insistat semper ac moveatur; et neque insistat neque moveatur; sed ac si quis dicat, ut qui actiones suæ providentiæ in perseverantia, et perseverantiam in providentia connaturaliter simul ac supra naturam habeat.

## § IV.

Ἀλλὰ τίς ἡ στερεὰ τροφὴ, καὶ τίς ἡ ὑγρά; ταύτας γὰρ ἡ ἀγαθὴ σοφία δωρεῖσθαι ἅμα καὶ προνοεῖν

Verum quisnam solidus cibus, et quis liquidus est? hos enim benigna sapientia largiri simul et pro-

### VARIÆ LECTIONES.

[48] ἐπιστέλλωμεν, D. [49] οὖν non habet D. [50] προνάουσα, S. P. Ch. D. [51] ἐφιεμένη, D. S. P. [52] ἀορά-τως. [53] ἐν αὐτῷ, D. [54] ἑαυτοῦ, D. S. [55] ἰδίας ἕδρας, S. [56] ἐν ἑαυτῇ, S. P.

videre prædicatur. Arbitror itaque, solidum illum cibum intellectilis ac perseverantis perfectionis et identitatis signum præ se ferre, quo spiritales isti sensus secundum constantem ac potissimam et singularem illam individuam scientiam divina participant, quos divinissimus quoque Paulus solidi vere cibi a sapientia accepti participes facit. Liquidum vero cibum significare doctrinam illam profusam, quæ dum **612** per omnia vagatur, simul etiam per varia illa multipliciaque signa ad simplicem et constantem Dei cognitionem, eos quos nutrit, per accommodatam cujusque captui bonitatem manuducit. Hanc ob causam eloquia illa divina spiritaliaque, et rori, et aquæ, et lacti, et vino ac melli merito assimilantur, quia vivificandi ac fecundandi ut in aqua, et ad incrementum perducendi ut in lacte, et recreandi ut in vino, purgandique simul ac conservandi ut in melle vim habent : ista nimirum divina sapientia donat suis asseclis, dum redundantium et indeficientium deliciarum suarum affluentiam eis præbet, et adhuc supereffluit. Istud nempe veraciter est epulari: et, idcirco ut vivificans simul et parvulos nutriens, renovansque ac perficiens celebratur.

A ὑμνεῖται. Τὴν μὲν οὖν στερεὰν τροφὴν, σύνθημα φέρειν οἶμαι τῆς νοερᾶς καὶ μονίμου τελειότητος καὶ ταὐτότητος, καθ' ἣν τὰ θεῖα κατὰ ἑστῶσαν καὶ δυνατὴν καὶ ἑνιαίαν καὶ ἀδιαίρετον γνῶσιν μετέχεται πρὸς τῶν νοερῶν αἰσθητηρίων ἐκείνων, οἷς ὁ θειότατος Παῦλος ἐκ τῆς σοφίας εἰληφὼς, τῆς ὄντως στερεᾶς τροφῆς μεταδίδωσι. Τὴν δὲ ὑγρὰν, τῆς διαχυτικῆς ἅμα καὶ ἐπὶ πάντα προϊέναι σπευδούσης ἐπιῤῥοῆς, καὶ ἔτι διὰ ποικίλων καὶ πολλῶν καὶ μεριστῶν, ἐπὶ τὴν ἁπλῆν καὶ ἀτρεμῆ θεογνωσίαν [57] τοὺς τρεφομένους οἰκείως αὐτοῖς ἀγαθότητα [58] χειραγωγούσης. Διὸ καὶ δρόσῳ καὶ ὕδατι τὰ θεῖα καὶ νοητὰ λόγια, καὶ γάλακτι, καὶ οἴνῳ καὶ μέλιτι παρεικάζεται, διὰ τὴν ζωογόνον αὐτῶν ὡς ἐν ὕδατι δύναμιν, καὶ αὐξητικὴν ὡς ἐν γάλακτι, καὶ ἀναζωτικὴν ὡς ἐν οἴνῳ, B καὶ καθαρτικὴν ἅμα καὶ φρουρητικὴν ὡς ἐν μέλιτι· ταῦτα γὰρ ἡ θεία σοφία δωρεῖται τοῖς προσιοῦσιν ἀφθόνων αὐτοῖς, καὶ ἀνεκλείπτων εὐωχιῶν ἐπίῤῥοιαν χορηγοῦσα καὶ ὑπερβλύζουσα. Τοῦτο δὴ τὸ ἀληθῶς εὐωχεῖν [59]· καὶ διὰ ταῦτα ζωοποιὸς ἅμα καὶ κουροτρόφος, καὶ ἀνανεωτικὴ, καὶ τελεσιουργὸς ὑμνουμένη.

## § V.

Nempe juxta hanc sacram convivii expositionem etiam ipsemet bonorum omnium auctor Deus inebriari dicitur, propter plenissimam, et, quæ omnem intelligentiam superat, divinæ epulationis, vel, magis proprie loquendo, bonæ habitudinis Dei perfectissimam et ineffabilem immensitatem. Sicut enim ea quæ apud nos est ebrietas, in deteriorem partem capitur, estque immodica repletio, propter quam mente sensuque destituimur; sic in Deo si meliorem in partem capiatur ebrietas, nihil aliud est intelligenda, quam plenissima bonorum omnium immensitas, quæ dum emanat, in ipso secundum causam præexsistit. Quin et ipsum sensus excessum, qui ebrietatem comitatur, accipere oportet pro ista Dei præcellentia quæ exsuperat omnem sensum, per quam ab intelligendi ratione secernitur, cum sit supra id quod intelligit et intelligitur, imo supra id quod est. Et cum simpliciter Deus bonis omnibus quæ sunt, inebriatus esse dicitur, omniaque excedere, utpote qui eis omnibus, totius immensitatis suæ præcellentia supraquam plenus sit, et extra omnia, et supra omnia sursum habitet : hisce loquendi rationibus inducti, sanctorum etiam in regno Dei convivia, eodem modo accipiemus. Transiens enim, inquit, ipse rex, faciet eos discumbere, et ministrabit eis [p]; quæ utique declarant communem quamdam et concordem sanctorum in divi-

Κατὰ ταύτην δὲ τὴν ἱερὰν τῆς εὐωχίας ἀνάπτυξιν καὶ αὐτὸς ὁ πάντων ἀγαθῶν αἴτιος Θεὸς μεθύειν λέγεται, διὰ τὴν ὑπερπλήρη καὶ ὑπὲρ νόησιν τῆς C εὐωχίας, ἢ κυριώτερον εἰπεῖν, εὐεξίας τοῦ Θεοῦ παντελῆ καὶ ἄφατον ἀμετρίαν. Ὡς γὰρ ἐφ' ἡμῶν κατὰ τὸ χεῖρον ἡ μέθη καὶ ἀσύμμετρος ἀποπλήρωσίς ἐστι, καὶ νοῦ καὶ φρενῶν ἔκστασις· οὕτω κατὰ τὸ κρεῖττον ἐπὶ Θεοῦ τὴν μέθην οὐκ ἄλλο τι χρὴ διανοεῖσθαι παρὰ τὴν ὑπερπλήρη κατ' αἰτίαν προοῦσαν [60] ἐν αὐτῷ πάντων τῶν ἀγαθῶν ἀμετρίαν. Ἀλλὰ καὶ τὴν ἑπακολουθοῦσαν τῇ μέθῃ τοῦ φρονεῖν [61] ἔκστασιν, τὴν ὑπερο χὴν τοῦ Θεοῦ τὴν ὑπὲρ νόησιν οἰητέον, καθ' ἣν ἐξῄρηται τοῦ νοεῖν ὑπὲρ τὸ νοεῖν ὤν, καὶ ὑπὲρ τὸ νοεῖσθαι, καὶ ὑπὲρ αὐτὸ τὸ εἶναι, καὶ ἁπλῶς ἁπάντων ὅσα ἐστὶν ἀγαθὰ μεμεθυσμένος ἅμα καὶ ἐξεστηκώς ἐστιν ὁ Θεὸς, ὡς πάντων αὐτῶν ἅμα καὶ ὑπερπλήρης ὢν, ἀμετρίας πάσης ὑπερβολὴ, καὶ αὖθις ἔξω καὶ ἐπέκεινα τῶν ὅλων ἀνῳκισμένος· ἀπὸ δὴ τούτων ὁρμώμενοι, καὶ τὰ D ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ Θεοῦ τῶν ὁσίων συμπόσια κατὰ τὸν αὐτὸν ἐκληψόμεθα τρόπον. Παρελθὼν γάρ φησιν, αὐτὸς ὁ βασιλεὺς ἀνακλινεῖ [62] αὐτοὺς, καὶ αὐτὸς διακονήσει αὐτοῖς· ἐμφαίνει δὲ ταῦτα κοινήν τινα καὶ ὁμονοητικὴν τῶν ἁγίων ἐπὶ τοῖς θείοις ἀγαθοῖς κοινωνίαν, καὶ Ἐκκλησίαν πρωτοτόκων ἀπογεγραμμένων [63] ἐν οὐρανοῖς, καὶ πνεύματα δικαίων πᾶσιν ἀγαθοῖς τετελειωμένα, καὶ πάντων ἀγαθῶν ἀποπεπλησμένα [64]. Καὶ τὴν ἀνάκλισιν ἀνάπαυλαν οἰόμεθα

[p] Luc. xii, 37.

### VARIÆ LECTIONES.

[57] θεωρίαν, D. [58] ἀγαθοτητι, D. P. [59] ἀληθὲς εὖ ἔχειν, Ch. εὖ ἔχειν, S. [60] προσοῦσαν, S. προὖσαν, P. [61] τῶν φρενῶν, Ch. [62] κατακλινεῖ, D. P. [63] alia lectio notatur in D ἀπογεγραμμένην. [64] ἀπο πεπληρωμένα, S.

τῶν πολλῶν πόνων, καὶ ζωὴν ἀπήμονα, καὶ πολιτείαν ἔνθεον, ἐν φωτὶ καὶ χώρᾳ ζώντων, ἁπάσης εὐπαθείας ἱερᾶς ἀναπεπλησμένην, καὶ παντοδαπῶν καὶ μακαρίων ἀγαθῶν ἄφθονον χορηγίαν, καθ' ἣν εὐφροσύνης ἁπάσης ἀναπίμπλανται, τούτου δὴ τοῦ εὐφραίνειν [65] Ἰησοῦ καὶ ἀνακλίνοντος αὐτοὺς, καὶ διακονοῦντος, καὶ τὴν αἰωνίαν ἀνάπαυλαν δωρουμένου, καὶ τὴν ἀποπλήρωσιν τῶν καλῶν διανέμοντος ἅμα καὶ ἐπιῤῥέοντος.

A nis bonis societatem, et Ecclesiam primogenitorum qui conscripti sunt in cœlis, et spiritus justorum bonis omnibus esse consummatos, bonorumque omnium plenos. Porro discubitum illum putamus significare requiem ex multis laboribus, et vitam inviolatam, **613** conversationemque divinam in lumine ac regione vivorum, omni sacra jucunditate plenam, et omnigenorum beatorumque donorum abundantem elargitionem, qua omni gaudio replentur, Jesu eos exhilarante, et in mensa collocante, et ipsis ministrante, et æternam quietem largiente, ac perfecta bona tribuente atque infundente.

## § VI.

Ἐπιζητήσεις δὲ, εὖ οἶδα, καὶ τὸν εὐφημούμενον ὕπνον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ἐγρήγορσιν ἀναπτυχθῆναι· καὶ ὅταν φῶμεν, θεῖον ὕπνον [66] εἶναι τὸ ἐξῃρημένον τοῦ Θεοῦ καὶ ἀκοινώνητον ἀπὸ τῶν προνοουμένων· ἐγρήγορσιν δὲ, τὴν εἰς τὸ προνοεῖν αὐτοῦ τῶν παιδείας ἢ σωτηρίας δεομένων προσοχὴν, ἐπ' ἄλλα [67] θεολογικὰ σύμβολα μετελεύσῃ. Διὸ καὶ περιττὸν οἰηθέντες εἶναι τὸ, τὰ αὐτὰ τοῖς αὐτοῖς ἐπανακυκλοῦντας, ἕτερα δοκεῖν λέγειν, ἅμα δὲ καὶ ὑμῖν εἰς τὰ καλὰ πεῖθεσθαι συνεγνωκότες, τὰ μὲν τῆς ἐπιστολῆς ἄχρι τῶν εἰρημένων ἀποπαύομεν, ἐκτεθεικότες, ὡς οἶμαι, καὶ περιττὰ τῶν ἐν τοῖς ἡμετέροις γράμμασιν ἐπωφλημένων. Αὐτὴν δὲ ὅλην ὑμῶν τὴν συμβολικὴν θεολογίαν ἀποστέλλομεν, καθ' ἣν εὑρήσεις μετὰ τοῦ τῆς σοφίας οἴκου καὶ τοὺς στύλους τοὺς ἑπτὰ διηυκρινημένους, καὶ τὴν στερεὰν αὐτῆς τροφὴν, εἰς θύματα καὶ ἄρτους διῃρημένην· καὶ τίς ἡ τοῦ οἴνου κρᾶσις, αὖθίς τε, τίς ἡ ἀπὸ τῆς μέθης τοῦ Θεοῦ κραιπάλη, καὶ αὐτὰ δὲ τὰ νῦν εἰρημένα, διεξοδικώτερον ἐν αὐτῇ διήρθρωται. Καὶ ἔστιν, ὡς οἶμαι, πασῶν τῶν συμβολικῶν εὑρέτις ἀγαθὴ, καὶ συμβαίνουσα ταῖς τῶν λογίων ἱεραῖς παραδόσεσι καὶ ἀληθείαις.

t Postulabis utique, probe scio, explicari tibi celebrem illum Dei somnum et evigilationem; cumque dixerimus, divinum quidem somnum esse id quod in Deo arcanum est et incommunicabile rebus iis quæ Providentia gubernantur; evigilationem vero esse ipsius Providentiæ attentionem circa eos qui disciplinæ vel salutis indigi sunt, illico ad alia signa theologica transibis. Itaque supervacaneum rati eadem iisdem de rebus repetendo alia videri dicere, simulque nobis conscii, quod vobis, uti æquum erat, morem gessimus, epistolæ quidem hic finem facimus, cum plura putem nos persolvisse, quam litteris tuis deberemus. Symbolicam porro theologiam nostram totam mittimus, in qua una cum domo sapientiæ columnas septem explicatas reperies, et solidum ejus cibum, in hostias panesque divisum, præterea, quæ sit vini mistio, quæ item crapula ex Dei ebrietate proveniens, et ea ipsa etiam quæ modo retulimus, ibidem fusius invenies pertractata. Est enim, ut opinor, optima symbolicarum inventrix theologiarum, atque sacris sanctarum Scripturarum traditionibus ac veritatibus conveniens.

---

## ADNOTATIONES CORDERII.

§ I. Notat Pachymeres, Titum hunc eumdem esse ad quem S. apostolus Paulus epistolam scripsit, quem Cretæ præfecerat episcopum.

Ostendit, symbola rudioribus absurdas imagines ingenerare. Sic quoque magnus Basilius, Qui, inquit, ad celsiores notiones ex verbis non ascendit, sed in ipsis delineationibus corporum verborum compositione factis residet, audiet ex Moyse, Deum esse ignem, et a Daniele sapiente ad alias opiniones detorquebitur; ita fiet, ut non solum falsas cognitiones, sed inter se pugnantes ex ipsis rebus colligat. *Quam enim*, inquit Dionysius, *exteriora ejus* (scilicet symbolicæ theologiæ) *plena sunt incredibilis et commentitii monstri?* Tale est uterus Dei Psal. CIX, 3: *Ex utero ante luciferum genui te.* Cor hominis eructans, Psal. XLIV, 2: *Eructavit cor meum verbum bonum.* Spiritus ex ore spirans, Psal. XXXII, 6: *Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Sinus Dei, Joan. I, 18: *Filius, qui est in sinu Patris.* In his est, ut mihi videtur, theologia mystica generationis Filii ex substantia Patris tanquam ex utero et sinu; et processionis Spiritus sancti ex Filio, tanquam ex ore Patris, ac proinde processionis ex Patre et Filio. Mysticum vero dicitur et est, quod tegitur vel figuratione rei, vel translatione verbi. Et arbores, Prov. III, 18: *Lignum vitæ*, etc., et Apoc. II, 7: *Vincenti dabo edere de ligno.* Et surculi, Gen. XLIX: *Ex germine, fili mi, ascendisti.* Isa. LIII, 2: *Ascendet sicut virgultum.* Et flores, atque radices, Isa. II, 1: *Egredietur virga de radice Jesse, et flos*, etc. Fontes, Jer. II, 13: *Dereliquerunt fontem aquæ*; et Psal. XXXV, 10: *Apud te est fons vitæ.* Splendores, ut apud Paulum Hebr. I, 3, de Filio: *Qui cum sit splendor gloriæ.* Dei providentiæ, Deut. XXXII, 11: *Sicut aquila provocans ad volandum*, etc., et Exodi XIX, 4: *Quomodo portaverim* **614** *vos super alas aquilarum*, etc. Illud quoque ad providentiam pertinet, punire scilicet impios; Ose., XIII, 8: *Occurram eis quasi ursa raptis catulis*, etc. Dona ejus, Psal. CXLIV,

### VARIÆ LECTIONES.

[65] εὐφραίνοντος, D. [66] ὅταν φήσωμεν, S. θεῖον μὲν ὕπνον, D. S. [67] ἐπ' ἄλλα δέ, S. ἐπ' ἄλλα οὖ, P.

16 : *Aperis tu manum*, etc. Offensiones, ut cum in figura hominis apparebat antiquis, ut in Gen., cap. XVIII, et in specie columbæ Spiritus sanctus. Aut potestates, ut oculi qui habent potestatem videndi ne quid in bonis aut in malis lateat Psal. XXXIII, 16 : *Oculi Domini super justos*. Pedes, qui habent potestatem ambulandi, ad ferendum auxilium aut puniendum, Gen. III, 8 : *Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso*. Similiter in nominibus aliarum partium corporis. Aut proprietates, ut in propheta Amos cap. VII, adamas vocatur Deus, quod significat non posse pati Deum, neque domari. Et ignis, Deut. IV, quia habet vim consumendi habitus pravos. Aut status, quod signat immutabilem esse Dei naturam. Aut mansiones, quod signat ejus immobilitatem. Utrumque significat lapis fundamentalis, Isa. XXVIII. Aut emanationes, quod signat communicationem divinæ bonitatis, quæ mystice significatur, cum Deus dicitur *lilium et flos*, propter communicationem odoris, ut Cant. II, 1 : *Ego flos campi, et lilium convallium*. Aut secretiones. *Quæ*, inquit Apostolus, II Cor. VI, 14, *participatio justitiæ cum iniquitate? quæ societas luci ad tenebras? quæ conventio Christi ad Belial?* Hanc secretionem sive separationem quam Deus facit, significat Scriptura mystice, cum in ea ignis etiam dicitur : hæc enim proprietas inest igni, esse discretivum, separat enim plumbum ab argento, et cinerem a carbone. Uniones, quod uniat secum Deus creaturas, et ad se convertat, mystice significatur cum dicitur Deus lapis angularis, Ephes. II, forma viri, ut : *Antiquus dierum sedit*, Dan. VII, 9. Imo varias figuras ferarum, ut leonis, leænæ, pardi, ursi, Ose. XIII, aliorumque animantium, ut Joan. I, 32 : *Vidi descendentem quasi columbam ;* et stirpium, Isa. LIII, 2 : *Ascendet sicut virgultum ;* et Joan. XV, 1 : *Ego sum vitis vera*. Quin etiam ornatus muliebres, qualis apud Isaiam, cap. III, et Ezech. XVI, quibus describitur omne genus divinæ Providentiæ, qua Deus populum suum circumsepsit, et qua eum nudavit ; et illud Psal. XLIV, 10 : *In vestitu deaurato, circumdata varietate*, etc., et barbaræ armaturæ, Psal. XLIV, 4 : *Accingere gladio*. Figulina et conflatoria significant hæc mystice in Deo providentiam reformantem ac refingentem, aut vim et facultatem secernendi et repurgandi, Isa. XXIX, 64 ; Jerem. IX ; Malach. III. Equi. Equi Dei significant mystice in oratione Habac. III, sanctos apostolos : *Qui ascendes*, inquit, *super equos tuos, et quadrigæ tuæ salvatio*. Equi, inquit Cyrillus in eo loco, apostoli et evangelistæ sunt omnibus modis divinæ voluntati subjecti, et frenis parentes, ad omne munus celeres ac prompti, Christum pro auriga habentes, ex quibus fuit unus Paulus, de quo ipse Christus ait Actorum IX, 15 : *Vas electionis mihi est hic, ut portet nomen meum coram gentibus*. Et equitatus tuus salus. Currebant enim, non frustra, sed ut servarent civitates et regiones. Hactenus Cyrillus. Currus angeli sunt, quos in modum currus Scriptura figurat, propter communionem ordinum qui sunt ejusdem hierarchiæ, ut ait idem Dionysius in extremo capite *Cœlestis hierarchiæ*. Psal. LXVII, 18 : *Currus Dei decem millibus multiplex, millia lætantium*. Sedes, per has Dei judicium significatur, Dan. VII. Convivia, Luc. XV, ut cum vitulus occiditur in reditu filii luxuriosi, et Luc. XXII, 30 : *Ut edatis et bibatis super mensam meam*, etc. Somnus et crapula, Psal. LXXVII, 65 : *Excitatus est tanquam dormiens, tanquam potens crapulatus a vino*. Ira, Exodi XV, 7 : *Misisti iram tuam*, etc. ; et Psal. VI, 1 : *Domine, ne in furore tuo*, etc. Dolores, Judic. X, 16 : *Doluit super miseriis eorum*. Varia juramenta, Gen. XXII, 16 : *Per memetipsum juravi*, etc. ; et Isa. XLV ; Psal. XCIV, 11 : *Juravi in ira mea ;* Ezech. XVIII, 1 : *Vivo ego, dicit Dominus*, etc. Jer. XLIV, 26 : *Juravi in nomine meo magno*. Pœnitentiæ, Gen. VI, 6 : *Pœnituit eum quod hominem fecisset*, et de Saul, I Reg. XV. Maledictiones, Malach. II, 2 : *Maledicam benedictionibus vestris ;* Habac. III, 14 : *Maledixi sceptris ejus*. Iræ inveteratæ, Jer. XLIV, 21 : *Horum recordatus est Dominus*, etc., et Exod. XX, 5 : *Ego sum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, visitans iniquitatem patrum in filios*, etc. ; Gen. XLII, 22 : *En sanguis ejus exquiritur*. Quasi servans iram usque ad illud tempus. Multiplices et obliquas rationes frustrandi promissiones. Frustrationes promissionum vocat hic, cum ea quæ promissa sunt, non videntur ad exitum perducta, quatenus sensui apparet. Sunt tamen secundum perfectam intelligentiam spiritus, ut quod promissum fuit Jacob, Gen. XXVII, 29 : *Esto dominus fratrum tuorum*, impletum est in Christo ex semine ejus ; sicut promissiones factæ Abrahæ de possessione terræ, et benedictione gentium, et factæ David et Salomoni de regni perpetuitate. Obliquas ergo vocat hujusmodi rationes frustrandi promissiones, quia non fuerunt directe ad eos relatæ, qui frustrati videntur ; sed ad Christum, cujus ipsi figuræ erant. Cum gigantibus pugna. Insidiatus dicitur Deus, id est cepisse consilium in illos, quasi metueret, ut doceret nos sic, ut quamvis injuria afficiamur, et simus potentiores, apologiis tamen mutuis utamur, excusemusque nos apud eos qui injuriis nos afficiunt. *Ecce*, inquit Gen. XI, 6 : *Unus est populus, et unum labium omnibus, cœperuntque hoc facere, neque desistent a cogitationibus* **615** *suis, donec eas opere compleant. Venite igitur, descendamus, et confundamus ibi linguam eorum*, id est nemo queratur quod divisionem hanc faciam, quia enim non recte usi sunt ὁμοφωνίᾳ, id est uno labio, oportet facere ut utantur διαφωνίᾳ, id est diversitate labii. Sic igitur metum Deus figuravit, ut hoc quod dixi mystice doceret. Et concilium illud : Illa fictio personarum, quæ scripta est in lib. III Reg. c. XXII, 20. Dei interrogantis in illo concilio : *Quis decipiet Achab regem ?* Et spiritus mali stantis coram Deo in terra, et respondentis : *Ego decipiam illum*, etc., illa inquam fictio personarum, docet mystice, spiritum fallaciæ uti impiis et sceleratis hominibus tanquam instrumentis, et per eos promittere falso victoriam, idque permissu Dei fieri ; quia cum prohibere possit, non prohibet, quia indignus sit custodia et defensione qui decipitur, ut tunc Achab.

*Neque vero existimemus signa formarum apparentium sua tantum causa efficta esse ;* id est, ut sic intelligantur, ut extrinsecus secundum litteram nudam apparet. Non enim sic accipienda sunt sed potius secundum sensus quos symbola intus habent alte reconditos.

Ibidem paulo post : *Estque arcanum sive mysticum cum symbolo implicatum*. Est enim (ut ait S. Maximus) in symbolo tanquam umbra tecta veritas, ut in pascha Mosaico verum pascha sicut scriptum est I Cor. V, 7 : *Pascha nostrum immolatus est Christus*. Huc pertinet illud ad Galat. IV, 22 : *Abraham duos filios habuit*, etc. ; hæc enim sunt duo Testamenta ; et illud I Cor. X, 4 : *Bibebant autem de spiritali, consequente eos, petra ; petra autem erat Christus*, et similia. Quod autem *symbolum* verti cum Turriano, interpretationem S. Maximi secutus, Dionysius vocat τὸ ῥητόν, id est, *non tacitum* sive *dictum ;* quia quod mystice latet in symbolo est ἀπόῤῥητον, id est *arcanum* et *tacitum*. Itaque mysteria quæ in symbolis significantur, sunt ἀπόῤῥητα ἐν ῥητοῖς νοούμενα, id est *occulta intellecta in symbolis*.

*Idem declarant etiam qui audita aperta theologia, effingunt in se typum quemdam*, etc. Exemplum sit quod scriptum est in Jerem. c. XIII, de iis quæ aperte dixit Dominus sine ullo typo aut integumento, quomodo populum Israel sibi adjunxisset, et quomodo propter peccata esset puniendus. Et de lumbari, in quo tanquam in typo effecto voluit, ut Jeremias supplicium de populo Israel sumendum, et suam cum illo populo conjunctionem magis adhuc intelligeret meliusque aliis exponeret. Vide Jeremiæ cap. XIII, vers.

4 : *Surge et vade ad Euphratem*, etc. Frequentia sunt istiusmodi exempla in Prophetis de aperta theologia, et de typis ad eam adhibitis.

§ II. *Quin et ipsius quoque mundi aspectabilis fabrica*, quodammodo symbolorum vicem tenet, ut notavit S. Maximus. *Et ipsa veritas testatur.* Christum dicit, qui in Evangelio multa, quæ ad theologiam apertam et demonstrantem pertinent, per symbola et parabolas loquebatur. Unde Nicodemo dixit, ut Pachymeres observavit Joan. III, 12 : *Si terrena dixi vobis, et non creditis, quomodo, si dixero vobis cœlestia, credetis?* Ut perinde sit hoc, ut mihi quidem videtur, ac si diceret : Si cœlestia et divina dixi vobis per symbola corporea, et naturæ vestræ cognata et familiaria, et non creditis, ut credendo intelligatis ; quomodo, si dixero vobis cœlestia absque istis imaginibus vobis notis, credetis? Docuerat enim Dominus Nicodemum exemplo venti de operatione occulta, et spirituali creaturam ex aqua et Spiritu sancto regenerante. Ubi vocem tantum audimus : *Ego te baptizo in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti*, sed quomodo operetur, aut unde incipiat, et ubi desinat, nescimus; aut in vento, qui est, ut ait Dionysius cap. 15 *Cœlestis hierarchiæ*, imago et typus divinæ operationis, propter proprietates venti, quas ibidem Dionysius notavit, ubi etiam locum Evangelii citat [9] : *Spiritus ubi vult spirat*. Ibidem infra : *Deus ignis dicitur, et eloquia Dei ignea, et ordines angelorum*, etc. Quomodo imago ignis conveniat præceptis divinis, et quomodo angelis, vide quæ notavimus ad cap. 13 *Cœlestis hierarchiæ*. Ignis autem etiam dicitur de providentiis, ut Lucæ XII, 49 : *Ignem veni mittere in terram.* Et de sermonibus Jer. XXIII, 29 : *Nunquid sermones mei non sunt quasi ignis?*

*Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistol.* 9, *tom. II.*

---

# ΕΠΙΣΤΟΛΗ Ι'.

*ΙΩΑΝΝΗ ΘΕΟΛΟΓΩ, ΑΠΟΣΤΟΛΩ ΚΑΙ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΗ, ΠΕΡΙΩΡΙΣΘΕΝΤΙ ΚΑΤΑ ΠΑΤΜΟΝ ΤΗΝ ΝΗΣΟΝ.*

# EPISTOLA X.

*JOANNI THEOLOGO, APOSTOLO ET EVANGELISTÆ, IN PATMO INSULA EXSULANTI.*

## SYNOPSIS EPISTOLÆ.

*Beato Joanni apostolo et evangelistæ, Christi discipulo dilecto, in Patmo insula exsulanti, prophetice prædicit ceterem ab exsilio liberationem, et reditum in Asiam, ubi exemplo suo plurimis profuturus sit.*

Προσαγορεύω σε τὴν ἱερὰν ψυχήν, ἠγαπημένε, καὶ ἔστι μοι τοῦτο πρὸς σὲ παρὰ τοὺς πολλοὺς ἰδιαίτερον. Χαῖρε ἀληθῶς ἠγαπημένε, τῷ ὄντως ἐραστῷ καὶ ἐφετῷ καὶ ἀγαπητῷ λίαν ἠγαπημένε. Τί θαυμαστὸν εἰ Χριστὸς ἀληθεύει, καὶ τοὺς μαθητὰς οἱ ἄδικοι τῶν πόλεων ἐξελαύνουσιν, αὐτοὶ τὰ κατ' ἀξίαν ἑαυτοῖς ἀπονέμοντες, καὶ τῶν ἁγίων οἱ ἐναγεῖς ἀποδιαστελλόμενοι καὶ ἀποφοιτῶντες; Ἀληθῶς ἐμφανεῖς εἰκόνες εἰσὶ τὰ ὁρατὰ τῶν ἀοράτων· οὐδὲ γὰρ ἐν τοῖς αἰῶσι τοῖς ἐπερχομένοις αἴτιος ἔσται τῶν ἐξ αὐτοῦ δικαίων ἀφορισμῶν ὁ Θεὸς, ἀλλ' οἱ τοῦ Θεοῦ παντελῶς ἑαυτοὺς ἀφορίσαντες· ὥσπερ καὶ θατέρους ὁρῶμεν ἐντεῦθεν ἤδη μετὰ τοῦ Θεοῦ γιγνομένους, ἐπειδὴ ἀληθείας ὄντες ἐρασταὶ, τῆς προσπαθείας μὲν ἀναχωροῦσι τῶν ὑλικῶν, ἐν πάσῃ δὲ πάντων κακῶν ἐλευθερίᾳ καὶ ἔρωτι θείῳ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων εἰρήνην ἀγαπῶσι, καὶ τὸν ἁγιασμὸν κἀκ τῆς παρούσης ζωῆς ἀπάρχονται τῆς μελλούσης ἀγγελοπρεπῶς ἐν μέσῳ ἀνθρώπων ἐμπολιτευόμενοι, ξὺν ἀπαθείᾳ πάσῃ, καὶ θεωνυμίᾳ, καὶ ἀγαθότητι [68], καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς. Ὑμᾶς μὲν οὖν, οὐκ ἄν ποτε οὕτω μανείην, ὡς ἡγήσασθαί τι πάσχειν· ἀλλὰ καὶ τὰ σώματος πάθη κατὰ μόνον τὸ κρίνειν αὐτὰ διαισθάνεσθαι πιστεύω. Τοὺς δὲ ἀδικοῦντας ὑμᾶς καὶ περιορίζειν οἰομένους, οὐκ ὀρθῶς τοῦ Εὐαγγελίου τὸν ἥλιον ἐνδίκως αἰτιώμενος, εὔχομαι τούτων ἀφεμένους, ὧν ἐφ' ἑαυτοὺς ὁρῶσιν, ἐπὶ τἀγαθὸν τραπέσθαι, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ὑμᾶς ἐφελκύσασθαι, καὶ μεταλαθεῖν τοῦ φωτός. Ἡμᾶς δὲ οὐδὲ τοὐναντίον ἀποστερήσει τῆς Ἰωάννου

Saluto te sanctam animam, o dilecte, quoniam id mihi præ cæteris tecum licet familiarius. Salve **616** o vere dilecte, et perquam dilecte illi, qui vere amandus, et expetendus, et diligendus est. Quid mirum si Christus vera loquitur, et iniqui discipulos e civitatibus expellunt, sibi ipsi quæ merentur tribuentes, dum a viris sanctis scelesti se segregant atque recedunt? Revera quæ videntur manifestæ sunt imagines eorum quæ non videntur; neque enim in sæculis venturis auctor erit Deus justarum a se separationum, sed illi ipsi qui se a Deo prorsus sequestrarunt; sicut econtra jam alios etiam cum Deo hic conjunctos aspicimus, quod amando veritatem, ab omni rerum materialium affectu procul recedant et a malis omnibus liberati, divino prorsus amore pacem omnium bonorum et sanctitatem consectentur, et in præsenti vitæ futuræ vitæ primitias prælibent, inter homines angelico more conversantes, cum omni tranquillitate animi, ac Dei benedictione ac bonitate cæterisque donis. Equidem haud ita demens sum, ut arbitrer vos quidquam pati; imo vero passiones corporis hac ex parte tantum sentire credo, ut easdem sensu tenus percipiatis. Cæterum eos qui vos injuriis afficiunt, et perperam se solem Evangelii exterminare posse putant, jure merito reprehendens, opto ut abstineant ab iis quæ contra semetipsos delinquunt, et ad bonum convertantur, et ad se vos alliciendo, luminis participes exsistant. Nos autem

[9] Joan. III, 8.

## VARIÆ LECTIONES.

[68] καὶ ἀγάπῃ, S.

e diverso nihil lucidissimo Joannis radio privabit; in præsentiarum quidem fruituros memoria et renovatione verissimæ theologiæ tuæ; paulo vero post (ausim dicere, licet confidentius) vobis ipsis conjungendos. Utique sum fide dignus, quando præcognita tibi a Deo, et disco, et refero te nimirum ex Patmi ergastulo liberatum iri, et in Asiam reversurum, ubi præbebis exempla benignum Deum imitandi, eaque posteris relinques.

A παμφαοῦς ἀκτῖνος, νῦν μὲν ἐντευξομένους τῇ μνήμῃ καὶ ἀνανεώσει τῆς σῆς ἀληθοῦς θεολογίας, μικρὸν δὲ ὕστερος [69] (ἐρῶ γὰρ, εἰ καὶ τολμηρόν,) ὑμῖν αὐτοῖς [70] ἐνωθησομένους. Ἀξιόπιστος δὲ πάντως εἰμὶ τὰ προεγνωσμένα σοι ἐκ Θεοῦ, καὶ μαθὼν καὶ λέγων, ὅτι καὶ τῆς ἐν Πάτμῳ φυλακῆς ἀφεθήσῃ, καὶ εἰς τὴν Ἀσιάτιδα γῆν ἐπανήξεις, καὶ δράσεις ἐκεῖ τοῦ ἀγαθοῦ Θεοῦ μιμήματα, καὶ τοῖς μετὰ σὲ παραδώσεις.

—

## ADNOTATIONES CORDERII.

Beatum Joannem *sanctam animam* appellat, ob prærogativam virginitatis, quæ per excellentiam, *sanctitas* vocari solet; et *dilectum*, ut qui passim in Scripturis nuncupetur *Discipulus quem diligebat Jesus.*

Ubi autem ait: *Quid mirum si Christus vera loquitur*, etc., alludit Matth. XXIII, et Lucæ XXI, ubi agit de persecutionibus quæ discipulis imminebant a tyrannis et improbis hominibus, qui dum sanctos persequuntur, ipsi sibi, non sanctis nocent, dum ab ipsis se segregant, et sanctæ conversationis et divinæ illustrationis fructu privant.

*Et perperam se solem Evangelii.* Nota, quomodo, sanctum Joannem Evangelistam nuncupet ἥλιον Εὐαγγελίου, id est *Evangelii solem*, cui etiam attribuit παμφαῆ ἀκτῖνα, *radios clarissima luce fulgentes.* Apostoli enim majora quædam luminaria sunt, in quibus veluti procreandis ornandisque Deus mirabilem potentiæ suæ vim ostendit. Nam cum in mundi constitutione, luminare unum majus divine fuisset molitus et æthereos deinde globos magna luminum varietate exornavisset, post cursum perennium sæculorum, Ecclesiam suam aggressus, ut novum cœlum inusitato artificio distingueret, zodiacum effecit mirabilem; in quo non taurum, arietem, aut leonem posuit, aut reliquas duodecim numero signiferi orbis imagines, sed duodecim apostolos, ut totidem soles, aurea luce formosos, jubare plenissimo radiantes. De quibus præclare Arnobius in Psal. LVIII: *Cœli*, inquit, *facti sunt apostoli, habentes in se Solem justitiæ, et merita in modum stellarum, pro varietate, diverso splendore radiantia.* Inter hos utique S. Joannes apostolus et evangelista duplici virginitatis et singularis dilectionis prærogativa præeminebat. Sic et D. Paulum gentium doctorem, suum et Hierothei præceptorem sanctus Dionysius (63) ob excellentem sapientiam κοινὸν ἥλιον, *communem solem* appellat.

*Te nimirum ex Patmi ergastulo.* Ait sibi divinitus esse revelatum, ipsum rediturum ab exsilio, ut it. Asia τοῦ Θεοῦ μιμήματα, *Dei imitationes* perficeret. Unde collige apostolos per omnes oras terrarum vultu, sermonibus, et castissimæ vitæ religione τὴν θεομιμησίαν, *imitationem Dei* circumtulisse.

*Vide Schol. S. Maximi et Paraphr. Pachym. in Epistol.* 10, *tom. II.*

(63) *Divin. nomin.* cap. 7.

### VARIÆ LECTIONES.

[69] ὕστερον. [70] ἡμῖν αὐτοῖς, S.

---

# EPISTOLA XI.

## (Spuria.)

(*Opp. S. Dionysii* ed. Venet., 1755, tom. II, p. 99.)

—

DIONYSIUS APOLLOPHANI *philosopho.*

*Jamjam ad te, cordis mei amor* (64) *sermonem dirigo, et multas meas curas sollicitudinesque tua causa olim susceptas, tibi in memoriam redigo. Nempe tenes, quam miti et benevolo animo tuam illam in errore, tametsi levibus ex causis, pertinaciam redarguerim, utque istas vanas, quibus illudebaris, opiniones insimularem. Nunc autem summam divinæ erga te benignitatis moderationem, quanto possum maximo affectu venerans, tibi salubriter resipiscenti, pars animæ meæ, congratulor. Quin et iis, quæ olim aspernabare, nunc juvat te affari; et quorum prius respuebas notitiam, ea modo rursus inculcare. Sæpe enim tibi et quidem accurate exposui* (65), *(quod et Moyses litteris prodidit) hominem a Deo primitus e limo factum* [r], *et mundi peccata diluvio expiata* [s]; *et conseculis temporibus ipsum Moysen, amicitia cum Deo copulatum, multa in Ægypto et in Ægypti egressione, ipsius Dei causa et virtute patrasse prodigia; neque ipsum modo, sed alios quoque deinceps divinos vates similia non raro edidisse, qui et Deum e virgine naturam humanam suscepturum multo ante prænoverant. Quibus mihi non semel, sed sæpius respondisti, non modo te nescire an hæc vera essent, sed etiam quis ille Moyses, et albus aterne fuerit, penitus ignorare. Evangelium autem Jesu Christi, qui est Deus totius majestatis, (quod meum vocabas) respuere, Paulum vero mundi circumambulonem et verbisatorem a terrenis ad cœlestia devocantem nolle recipere. Denique tu me quoque, quasi patriæ religionis jura degener abdicassem, inque nefaria sacrilegia præcepissem, reprehendens hortabare, ut ea, quibus innitebar dediscerem: aut saltem, aliena missa faciens, satis haberem mea retinere, neu divinis numinibus et patriis institutis derogarem. Posteaquam vero superna lux paternæ gloriæ super mentis tuæ tenebras splendoris sui radios sua voluntate demisit, simul intimo cordi meo infudit, ut plenum pietatis negotium tibi memorarem; nempe quo modo nobis Heliopoli degentibus (eram tum annos circiter viginti quin-*

[r] Gen. II, 7. [s] Psal. XXVIII, 3.

*que natus, et tu mihi ferme coævus) die quadam sexta, et hora item fere sexta, sol horribiliter, subeunte luna, obscuratus fuerit (non quod Deus, sed quod Dei opus (66) in veræ ipsius lucis occubitu lucere non quiverit), tumque ex te percunctatus sim, quid tibi, vir prudentissime, super hoc videretur, tu autem ejusmodi responsum dederis, quod menti penitus infixum, nulla prorsus oblivione, nulla vel mortis imagine dilabi possit. Cum enim totus orbis tetra tenebrarum caligine uniformiter obductus fuisset, ac jam repurgari solis globus et renitescere accepisset, tum assumpta Philippi Aridæi regula, et contemplatis cœli orbibus deprehendimus, quod erat quoque alias notissimum, non potuisse id temporis defectionem solis evenire : deinde observavimus, lunam ab oriente solem subivisse, ejusque radios obstruxisse, donec totum occuleret, quæ tamen alias ab occidente solita esset occurrere ; quin illam quoque notavimus, cum ad extrema solis pervenisset, ejusque universum orbem obtexisset, tum retro orientem versus recurrisse, quamvis id esset tempus, quod nec lunæ præsentiam, nec solis concursum postularet. Ego igitur, o multiplicis eruditionis sacrarium, tanti mysteri nescius cum essem, sic te alloquebar : Quid sibi vult hoc rei, o doctrinæ speculum Apollophanes ? Insolita ista portenta ecquorumnam tibi mysteriorum videntur indicia ? Tu autem, ore divino magis quam humanæ vocis sermone, « Hæ sunt, o bone Dionysi, inquiebas, divinarum rerum mutationes. » Denique, cum diem annumque adnotassem, et tempus illud cum eo, quod Paulus mihi quondam ab ore suo pendenti annuntiaverat, signis conclamantibus concordare sensissem, tum et veritati manus dedi, et me falsitatis nexibus expedii. Quam proinde veritatem, et mirifice prædico, et tibi ingero, quæ est vita et via et lux vera,* quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum [1]. *Cui et tu tandem, ut vere sapiens, cessisti. Nam cessisti vitæ, cum mortem abdicasti. Et optime sane deinceps feceris, si eidem veritati prorsus adhæseris; ita quidem nobis arctius conjungere. Illud enim, illud os nobiscum posthac erit, cujus splendore verborum, mentis meæ perstringens aciem, solitus eras, accersitis hinc inde coloribus, et fucato eloquentiæ nitore intimos pectoris nostri recessus pertentare, imo et nonnullis interdum maledicentiæ aculeis nos acrius fodicare. Quare quemadmodum antehac, ut tute fatebare, doctrinæ Christianæ, sacrarumque litterarum quamvis sapida cognitio tibi non sapiebat, sed cum ad eam vel degustandam tantum accederes, a mentis tuæ palato resiliens, ac velut dedignans in pectore tuo sedem ponere resistebat : ita modo postquam cor intelligens ac providum es nactus, tete ad superna erige, neque pro iis quæ non sunt, ea quæ vere sunt dimitte; adeoque contra eos, qui te ad falsa provocaverint, tanto in posterum esto pertinacior, quanto tu nobis, cum ad veritatem vobis omnibus invitaremus, exstitisti pervicacior. Sic enim ego in Domino Jesu, (qui est esse mecum et vivere) lætus dehinc moriar, quandoquidem et tu in eo vivas.*

## PETRI LANSSELII NOTÆ.

(64) *Jamjam ad te cordis amor*, etc. Illa sancti Dionysii Epistola ad Apollophanem jam Christianum rudiore stylo primitus e Græco in Latinum conversa fuit, ut quidem repræsentatur ab Hilduino abbate, in *Vita S. Dionysii* (*a*), octingentis ante annis scripta. Et stylus vix Latinus, ac ne vix quidem arguit e Græco esse versam.

Exemplum autem Græcum venisse videtur in manus S. Maximi, sed postea amissum, cum ad Epistolam Dionysii 10, quæ est ad Joannem, ita scribat : Ὑποθώμεθα δὲ τὸν θεῖον Διονύσιον, ὅτε τὰ ἐπὶ τῷ σταυρῷ τοῦ Κυρίου εἶδεν, εἶναι κατ' ἐτῶν, ἅτε οἶμαι καὶ ἔτι ἀναγινώσκοντα. *Supponamus autem*, inquit, *sanctum Dionysium, quando ista propter Domini crucem prodigia conspexit, fuisse viginti quinque annorum, quemadmodum me adhuc legisse arbitror.* Sic ille. Cum autem id diserte in hac ad Apollophanem Epistola expressum reperiatur, et alibi nusquam credibile est Maximum in eam Epistolam aliquando incidisse, sed nunc eamdem intercidisse. Accedit, quod tam argumentum ipsius Epistolæ, quam styli Græci vestigia (quæ magis in rudi versione notari possunt et solent, quam in politiore) spiritum et orationem spirent sancti Dionysii (*b*).

(65) *Sæpe enim tibi et quidem accurate exposui*, etc. Hæc indicant frequentes Dionysii cum Apollophane congressiones et disputationes, uti et illa quæ post subdit : *Quibus mihi non semel, sed sæpius respondisti*, etc.

(66) *Non quod Deus, sed quod Dei opus*, etc. Est Dionysii ad Apollophanem occupatio, qua occurrit tacitæ objectioni, quam movere potuisset Apollophanes, dicens, extraordinarium solis et lunæ occursum cum densis tenebris, vocari divinarum rerum mutationes ; quia scilicet sol et luna dii sint et habeantur; ideoque eorum prodigiosas mutationes rerum esse divinarum conversiones. De quo jam egi initio capitis fusius.

[1] Joan. I, 9.

(*a*) *Patrologiæ Latinæ* t. CVI, col. 33.
(*b*) Aliter omnino plerique sentiunt editores Operum S. Dionysii. Vide Prolegomena, col. 56. Edit. Patr.

# LITURGIA SANCTI DIONYSII

## ATHENARUM EPISCOPI (1).

(*Liturgiarum Orientalium Collectio* opera et studio Eusebii Renaudotii Parisini, edit. secunda, Francfurti ad Mœnum, 1847, t. II, p. 201.)

*Primum Oratio ante Pacem.*

*Sacerdos.* Domine Deus qui es simplex, non compositus absconditusque in essentia sublimi, Deus Pater a quo nomen habet omnis paternitas quæ in cœlo est et in terra, Principium divinitatis, eorum qui naturæ divinæ participant, et perfector eorum qui perfectionem consequuntur : bonus super omnia bona pulcherque supra omnia pulchra : tranquillitas pacifica, pax, concordia et unio omnium animorum. Compone dissidia quæ nos invicem dividunt, et reduc ea ad unionem charitatis, quæ aliquam essentiæ tuæ sublimis similitudinem habeat. Et sicut unus es super omnia, fac nos unum, per unanimitatem bonæ mentis, ut simplices, et non divisi inveniamur coram te in tempore hoc mysterii peragendi : atque per amplexus charitatis, et nexus dilectionis, spiritualiter unum simus, tam nobiscum ipsis, quam ad invicem, per pacem illam tuam omnia pacantem, per gratiam et misericordiam amoremque erga homines unigeniti Filii tui, per quem et cum quo te decet gloria, honor et imperium, cum Spiritu tuo sanctissimo.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Pax.

*Populus.* Et cum spiritu tuo.

*Diaconus.* Det pacem unusquisque.

*Populus.* Omnes.

*Diaconus.* Post.

*Populus.* Coram te Domine.

*Sacerdos.* Dator sanctitatis et largitor omnis boni Domine, qui omnem creaturam rationalem sanctitate quæ a te est, sanctificas : sanctifica per Spiritum tuum sanctum, nos servos tuos, qui inclinamur coram te : libera nos ab omnibus passionibus servilibus peccati, ab invidia, dolo, deceptione, odio, inimicitiis, et ab eo qui eadem operatur, ut mereamur sancte perficere ministerium horum sacramentorum vivificantium, per pontificem cœlestem Jesum Christum unigenitum Filium tuum, per quem et cum quo te decet gloria et honor.

*Populus. Amen.*

*Sacerdos.* Exsistens essentialiter et ab æterno, cujus natura incomprehensibilis est, qui prope es, et præsens omnibus, absque ulla sublimitatis tuæ mutatione : cujus bonitatem appetit et desiderat quodcunque exsistit; intelligibiles quidem et intellectu præditæ creaturæ, intelligibiliter, sensu vero præditæ, sensibiliter. Qui cum unus sis essentialiter, tamen ades nobiscum et inter nos, in hac hora, qua ad hæc mysteria tua sancta vocasti et adduxisti nos : et standi coram sublimi Throno majestatis tuæ dignos fecisti, atque tractandi vasa sancta ministerii tui manibus nostris impuris. Aufer autem a nobis, Domine, vestem iniquitatis qua amicti sumus, ut a Jesu filio Josedek sacerdote magno vestimenta sordida abstulisti : et pietate atque justitia exorna nos, sicut illum vestimento gloriæ ornasti; ut te solo tanquam tegumento induti, et sicut templa coronata gloria exsistentes, te absque velamine videamus, mente divinitus illustrata, et ad mensam regni tui epulemur, dum hoc sacrificio coram nobis proposito communicantes perfruemur, et referemus tibi gloriam et laudem.

*Populus.* Amen.

*Diaconus.* Stemus decenter.

*Populus.* Misericordiæ Dei.

*Sacerdos.* Charitas.

*Populus.* Et cum spiritu tuo.

*Sacerdos.* Sursum corda.

*Populus.* Habemus ad Dominum.

*Sacerdos.* Gratias agamus Domino.

*Populus.* Dignum et justum est.

*Sacerdos inclinatus.* Vere enim mentis, sermonis et cogitationis vires excedit celebratio beneficiorum

(1) Areopagitam hic Jacobitæ intelligunt, quem etiam Arabice *Baulousi*, Paulinum vocant sive Pauli discipulum. Ejus enim libros pro genuinis habent, et majores eorum Monophysitæ, qui sub Justiniano, anno J. C. 532, Constantinopoli de fide collationem cum orthodoxis habuerunt, illorum primi testimoniis usi sunt, quod a viris doctissimis dudum fuit observatum (*a*). In variis Collectaneis sententiarum ex antiquis Patribus, ad opinionis suæ defensionem, exstant nonnullæ ex ejusmodi libris : et ea ratione, Dionysius inter Ecclesiæ Doctores in Diptychis frequenter numeratur. Atque illa verisimilis causa est, cur ejus nomine Liturgiam singularem composuerint, non quod multa ad sacros ritus spectantia hauserint ex libris de *Ecclesiastica hierarchia;* nam quantum ad disciplinam eucharisticam spectat, vix unquam illorum meminerunt. Eodem nomine edita est in Missali Chaldaico Liturgia, sed quæ præter titulum cum ista commune nihil habet, cum in Missali tribuatur Dionysio Barsalibi episcopo Amideno Jacobitæ famosissimo, de quo dicetur in observationibus ad eamdem Liturgiam, et passim alibi dictum est, cum illius testimoniis in toto hoc opere sæpissime utamur. Neque ullus est ambiguitati locus, aut suspicioni de incuria librariorum : cum in iisdem codicibus utraque Liturgia sæpe reperiatur. In ista vero pauca occurrunt quæ aliquam explicationem desiderent.

(*a*) Mor. *De sacr. ord.* p. 2, l. Launoy. *De duobus Dionys.*

tuorum, Domine, neque sufficiunt omnia ora, mentes omnes, et linguæ, ad te, ut dignum est, glorificandum. Verbo enim tuo facti sunt cœli, et spiritu oris tui omnes virtutes supernæ : luminaria omnia quæ in firmamento sunt, sol et luna, mare et arida et quæcumque in eis sunt. Quæ vocem non habent, silentiis suis : quæ sermone prædita sunt, vocibus, sermonibus et hymnis perpetuo tibi benedicunt; quia tu es natura bonus, et supra omnes laudes, in essentia tua incomprehensibiliter exsistens.

*Elevans vocem.* Te laudat creatura hæc visibilis et sensu prædita, Domine, ut etiam illa intellectualis, et supra sensuum conditionem posita. Cœlum et terra te glorificant, mare et aer te prædicant; sol in cursu suo te laudat : luna in mutationibus suis te veneratur : turmæ archangelorum, et agmina angelorum, virtutes illæ mundo et mentis facultate sublimiores, benedictiones ad regionem tuam mittunt. Radii lucis excellentis et absconditæ, sanctificationes gloriæ tuæ demittunt; principatus et ordines te cum jubilo laudant; potestates et dominationes te venerantur; virtutes, throni et sedes inaccessibiles te exaltant, splendores lucis æternæ, specula sine macula, substantiæ sanctæ, susceptrices sapientiæ sublimis, præ omnibus scrutatrices voluntatis ab omnibus absconditæ, motibus præclaris tonorum inimitabilium, vocibusque dignis creatura rationali : cherubim multioculi, quorum motus subtilissimi, te benedicunt : seraphim instincti sex alis implexis, plenique plumis, te sanctificant, illi ipsi, qui alis suis facies suas tegunt, pennisque pedes suos velant, et undequaque volantes et plaudentes alis alter ad alterum, ut non adurantur ab igne tuo devorante, cantus suaves, et ab omni materia puros, æquali omnium consonantia canunt, tibi gloriam æternam referentes, uno hymno Deo digno clamantes et dicentes.

*Populus.* Sanctus, Sanctus, Sanctus.

*Sacerdos inclinatus.* Sanctus es, Deus Pater omnipotens, opifex et creator omnis creaturæ invisibilis, et visibilis, atque sensibilis. Sanctus es, Deus unigenitus Filius, virtus et sapientia Patris, Domine et Salvator noster Jesu Christe. Sanctus es, Deus Spiritus sancte, perfector et sanctificator sanctorum. Trinitas sancta et indivisa, consubstantialis, æqualisque gloriæ : cujus misericordia erga genus nostrum effusissima est. Tu sanctus es et sanctificans omnia : qui non reliquisti illud ipsum genus nostrum in exsilio ex paradiso, cum interea omni peccati genere esset implicitum, sed illi manifestatus es per verbum quod coram mundo egestatem passum est : ipsum vero (genus humanum) accepit (Deus) Verbum, in omnibus ipsi assimilatus, excepto peccato, ut præparatum eum efficeret ad sanctitatem, dispositumque ad convivium hoc vivificum.

*Elevans vocem.* Qui conceptus, formatus et configuratus a Spiritu sancto, et ex sanguine virgineo Virginis sanctæ Genitricis Dei Mariæ natus est quidem homo, et ex corpore ejusdem puro et sanctissimo, princeps vitæ, suscipiensque divinitatem in carne, conservatis naturæ lege et proprietatibus, sed modo supra naturam; agnitusque est Deus in Spiritu, et homo in carne. Atque in quantum erat Verbum ante sæcula, ex te ut Deo dignum erat, natus est, et virtutibus atque miraculis, qualia opifici omnium conveniebant, talem se esse testatus est : tum etiam quod sanationem absolutam, salutemque perfectam universo generi humano largitus est. In fine autem et consummatione dispensationis suæ, propter nos, et ante crucem suam salutarem, accepit panem in manus suas puras et sanctas, et aspexit ad te Deus Pater, gratias agens † benedixit †, sanctificavit †, fregit, deditque discipulis suis apostolis sanctis, dicens : Accipite et manducate ex eo, et credite quod corpus meum est (2), illud ipsum quod pro vobis et pro multis frangitur et datur, ad expiationem delictorum, remissionem peccatorum et vitam æternam.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Eodem autem modo et super calicem quem miscuit vino et aqua, gratias egit †, benedixit †, sanctificavit †, et dedit iisdem discipulis suis et apostolis sanctis, dicens : Accipite, bibite ex eo vos omnes, et credite quod hic est sanguis meus Testamenti Novi, qui pro vobis et pro multis effunditur et datur ad expiationem delictorum, remissionem peccatorum, et vitam æternam.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Ipse etiam præceptum toti cœtui et congregationi fidelium per eosdem apostolos sanctos dedit, dicens : Hoc facite in mei memoriam, quotiescunque manducabitis panem hunc et mistum quod in hoc calice est bibetis, et hoc convivium celebrabitis, mortis meæ commemorationem agetis donec veniam.

*Populus.* Mortis tuæ, Domine, memoriam agimus.

*Sacerdos.* Præcepto igitur Dominico tuo obsequentes, commemorationem mortis et resurrectionis tuæ per sacrificium hoc perpetuo celebrantes in mysterio : exspectamus quoque adventum tuum secundum, renovationem generis nostri, et vivificationem mortalitatis nostræ. Non enim simpliciter, sed cum gloria Deo digna, in Spiritu ineffabili terribiliter advenies, et super thronum excelsum majestatis tuæ sedens, agnitionem regiæ potestatis tuæ ab omnibus creatis, et factis exiges; ultionemque imaginis tuæ, ab iis qui per malas passiones eam corruperunt, juste facies. Sacrificium hoc, illic celebratum, tibi commemoramus, Domine, et passiones quas pro nobis sustinuisti in cruce. Propitius esto, o bone et amator hominum, in hora

(2) Ista vox addita verbis Christi tam in forma panis, quam in altera calicis consecrandi, nullum in vetustis Græcis Liturgiis exemplum habet, ut neque in Alexandrinis, sed tantum in una aut altera Syriacis.

illa plena timoris, et trepidationis, congregationi huic adorantium te, et omnibus filiis Ecclesiæ sanctæ redemptæ sanguine pretioso tuo. Depellantur carbones ignis ab illis qui tincti sunt sanguine tuo, et signati Sacramentis tuis (3), in nomine tuo sancto, velut olim flamma Babylonica, a pueris domus Hananiæ. Neque enim alios præter te novimus, Deus, neque in alio spem habemus salutis consequendæ, si quidem auxiliator, et salvator generis nostri tu es. Et eapropter sapiens Ecclesia tua, per ora et linguas omnium nostrum deprecatur te, et per te, et tecum Patrem tuum, dicens :

*Populus.* Miserere.

*Sacerdos.* Nos quoque.

*Diaconus.* Quam timenda est hæc hora.

*Sacerdos inclinatus dicit Orationem Invocationis Spiritus sancti.*

Te invoco, Deus Pater : miserere nostri, et abluc per gratiam tuam, immunditiam operum meorum malorum dele, per misericordiam tuam, quæ odio digna commisi. Etenim non extendo ad te cum fiducia manus meas; neque enim possum in cœlum aspicere, propter multitudinem iniquitatum mearum, et spurcitiam facinorum meorum. Sed in benignitate, gratia et longanimitate tua, animum confirmans, Spiritum tuum sanctum peto, ut mittas eum super me, et super has oblationes propositas, populumque tuum fidelem.

*Sacerdos.* Exaudi me, Domine.

*Populus.* Kyrie eleison, Kyrie eleison, Kyrie eleison.

*Sacerdos.* Per illapsum autem, et obumbrationem suam (4), efficiat panem quidem istum † corpus vivum et vitam præstans animabus nostris, † corpus salutare, † corpus cœleste : corpus salvans animas et corpora nostra, corpus Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, ad remissionem peccatorum, et vitam æternam, illud suscipientibus.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Et mistum cum in hoc calice est efficiat † sanguinem vivum et vitam præstans animabus nostrum omnium, † sanguinem salutarem, † sanguinem cœlestem, sanguinem salvantem animas nostras et corpora, sanguinem Domini Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi, ad remissionem peccatorum et vitam æternam ea suscipientibus.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Secundum autem traditionem et commendationem divinam eorum, qui spectatores fuerunt mysteriorum tuorum, et interpretes mirabilium tuorum, eucharistiam hanc offerimus coram te Domine, et per eam commemoramus charitatem tuam erga nos, universamque dispensationem unigeniti tui in hoc mundo, ut tu etiam recorderis per eam, misericordiæ tibi congenitæ et naturalis, quæ hora quacunque super creaturas tuas diffunditur, et nos eripias ab ira iniquis reservata, et a suppliciis operantium nequitiam, et a crudeli impugnatione dæmonum, qui oppugnant animas nostras, cum hinc exibimus : nosque dignos efficias regno tuo, et habitaculis eorum, qui servaverunt præcepta tua, et referemus tibi gloriam et gratiarum actionem, etc.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos inclinatus.* Verbis tuis non mendacibus, doctrinisque veracissimis tuis dixisti, Domine, maximum esse gaudium in cœlo et in terra super uno peccatore pœnitentiam agente. Lætare igitur nunc, Domine, in conversione servorum tuorum, qui coram te hic consistunt; adjunge etiam exsultationem de nobis, animabus piorum et justorum, Patrum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Prædicatorum, Evangelistarum, Martyrum, Confessorum, zelatorum cultus divini, beneficorum, eleemosynas facientium, eorum qui necessitatibus pauperum communicant, et ab omnibus, una laudatio sit hodie coram te, ad altare hoc sanctum et in Jerusalem cœlesti.

*Elevans vocem.* Et propter hæc atque alia ejusmodi stabiliatur Ecclesia tua sancta, quæ est a finibus usque ad fines terræ, conservetur que in tranquillitate et pace, doctrinisque evangelicis, et apostolicis, per antistites divinos recte dispensantes verbum veritatis, et instruentes dogmatibus veræ religionis : per sacerdotes sanctos, qui amplectuntur verbum vitæ, et præclare se gerunt in dispensandis mysteriis tuis cœlestibus : per diaconos modestos, perficientes ministerium purum et regale absque macula : per fideles veros, qui occupantur operibus et actibus Christiano dignis; per choreas virginum utriusque sexus, mortificationem

(3) Ora fidelium per eucharistiæ susceptionem tingi sanguine Christi, ut postes domorum Israelitici populi in Ægypto tinctos sanguine agni Paschalis, communis est Orientalium doctrina, quam fuse explicat Severus episcopus Aschmonin, in opere de Aquo Paschali et Eucharistia. Idem legitur in variis orationibus, præsertim illis quæ dicuntur post communionem, ad gratiarum actionem. Signati sacramentis dicuntur Christiani per baptismum, per myron seu chrismatis impressionem, et per eucharistiam. Ea locutione nihil in istis officiis frequentius.

(4) De vocibus quæ in hac oratione usurpantur ab Orientalibus, dictum est fusius in notis ad hunc locum Liturgiæ Basilii Copticæ (*a*). Ἐπιφοίτησιν qua voce Græci potissimum uti solent, exprimunt Syri per eam quam *illapsum* vertimus : qua etiam utuntur, dum mirabilem adventum Spiritus sancti supervenientis in B. Virginem, in Incarnationis mysterio, exprimunt. Altera vox Hebraicæ originis est, legiturque initio Geneseos eo loco : *Spiritus Domini ferebatur super aquas*, tanquam incubans et fovens, genitalemque vim immittens : quam expositionem ab Ephremo acceptam laudavit et amplexus est Basilius (*b*). His igitur verbis significant Orientales virtutem cœlitus missam, quæ in dona proposita mirabiliter operetur, ut in creationis initio et Incarnatione factum est : nam utraque comparatione, miraculum quotidie in eucharistia fieri solitum explicant, et iisdem verbis utuntur.

(*a*) Vide S. Basilii Opera editionis nostræ EDIT. PATR.
(*b*) Hom. 2 *in Hexaem.*

vivificam unigeniti Filii tui in membris suis circumferentes. Atque hinc uno agmine mittamur omnes ad Ecclesiam illam Jerusalem, primogenitorum descriptorum in cœlis, atque illic spiritualiter glorificemus te, Deus Pater, et unigenitum Filium tuum, et Spiritum tuum sanctum.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos inclinatus.* Adjuva autem, Domine, eos omnes qui adjuvant Ecclesiam tuam sanctam, votis, decimis, ministerio et oblationibus : atque illos etiam qui postulant orationes tenuitatis nostræ, da illis finem postulationum ipsorum, Domine amator hominum.

*Sacerdos elevans vocem.* Mitte autem curam perfectam, salutemque plenam, omnibus illis qui curam gerunt pauperum, qui alimenta præbent orphanis et viduis, visitantque infirmos et afflictos. Retribue illis, hic quidem abundantiam et bona, illic vero delicias incorruptibiles, quia tu Dominus es utriusque sæculi, et largitor immensæ mercedis, tibique convenit beneficentia, tam hic quam illic, et unigenito Filio tuo.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos inclinatus.* Iram regum comprime, o Rex regum, furorem militum compesce; bella et seditiones aufer, fastum hæreticorum dejice, et sententias a justitia tua contra nos pronuntiatas, superet amor erga homines tuus, et convertat in mansuetudinem benignitatis tuæ.

*Elevans vocem.* Tranquillitatem et pacem quæ a te est, concede terræ et omnibus habitatoribus ejus, visita eam per beneficia tua, et curam misericordiæ tuæ, per bonam et temperatam aeris constitutionem, fructuum ubertatem, frugumque abundantiam, varietatemque florum. Præserva eam ab omnibus plagis furoris, et ab insultibus iniquis inimicorum, tam spiritualium quam sensibilium, ut absque ulla passionum noxa, perpetuos hymnos gloriæ canamus tibi, et unigenito Filio tuo.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos inclinatus.* Ad altare hoc, et ad illud cœlo sublimius, memoria bona sit illis omnibus qui ex mundo tibi placuerunt. Præcipue vero sanctæ Genitricis Dei, Joannis nuntii, Baptistæ et præcursoris, Petri et Pauli, totiusque cœtus apostolorum, Stephani quoque, et universæ turbæ martyrum, et eorum omnium, qui ante eos, cum illis, et post eos placuerunt, et placent tibi.

*Elevans vocem.* Et quando quidem potes omnia, cœtibus illorum dilectorum, et domesticorum tuorum adjunge infirmitatem nostram, Domine : congregationi illi beatæ, parti huic divinæ, ut per eos suscipiantur oblationes et orationes nostræ coram throno excelso majestatis tuæ, eo quod imbelles et infirmi sumus, indigentesque fiducia apud te. Nimirum peccatum nostrum et justitia nostra nihil sunt, ad pelagus effusum et immensum misericordiæ tuæ. In corda igitur singulorum perspiciens, retributiones bonas petitionum suarum unicuique mitte, ut in omnibus et in singulis adoretur et laudetur majestas tua et unigeniti Filii tui.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos inclinatus.* Memento, Domine, omnium episcoporum, doctorum et præsulum Ecclesiæ tuæ sanctæ eorum qui a Jacobo (5) apostolo, episcopo et martyre usque ad hodiernum diem, placuerunt et placent tibi.

*Elevans vocem.* Insere nobis, Domine, fidem eorum veram, et zelum eorum pro vera religione, charitatem eorum sinceram, et nulli defectui obnoxiam, mores eorum inculpabiles : ut vestigiis eorum inhærentes, participes mercedis eorum simus, et coronarum victoriæ, quæ illis paratæ sunt in regno tuo cœlesti : illicque simul cum illis canamus tibi gloriam indesinentem, et unigenito Filio tuo.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos inclinatus.* Memento, Domine, omnium defunctorum qui decubuerunt cum spe tua, in fide vera : præsertim vero et nominatim, patrum, fratrum, magistrorumque nostrorum, corporalium aut spiritualium, et eorum pro quibus et quorum gratia, oblatio hæc sancta oblata est.

*Elevans vocem.* Adjunge, Domine, nomina illorum cum nominibus sanctorum tuorum in habitatione beata eorum qui festum agunt et lætantur in te; non revocans illis memoriam peccatorum suorum, neque commemorans ipsis quæ insipienter egerunt; quia nullus est carni alligatus, et innocens coram te : unus enim tantummodo super terram visus est absque peccato, Jesus Christus unigenitus Filius tuus : simplex qui ad compositionem venit (6), per quem nos quoque misericordiæ consequendæ spem habemus.

*Populus.* Quietem præsta.

*Sacerdos inclinatus.* Peccata nostra et illorum voluntaria, scienter et ignoranter commissa remitte-

(5) Sumptum id ex Græca Jacobi Liturgia Hierosolymitanæ Ecclesiæ propria, quæ fundata a Jacobo fratre Domini, successionem fidei et Cathedræ ad eum merito referebat, neque proprie ad Antiochenam Ecclesiam a Petro fundatam pertinebat. Sed cum eam Liturgiam in vicina Palæstina celebrem ad se transtulissent, hanc formulam retinuerunt : et ea quoque, ut alibi notatum est, Jacobitæ abusi sunt. Ita enim denominationem quam a Jacobo Baradato sive Zanzalo eos accepisse, Græci auctores, non minus quam Orientales Melchitæ et Nestoriani testantur, ad Apostolum referunt.

(6) Hæc verba magis rhetorice quam theologice dicta, minus recte Jacobitarum opinionem explicant. Nec enim compositionem agnoscunt, nisi qualis est illa quæ in symbolo Athanasii dicto, habetur. *Sicut anima rationalis et caro unus est homo, ita Deus et homo unus est Christus*, quæ comparatio, quamvis a nonnullis Patribus usurpata, Facundo et aliis non placuit. Sed dum unam naturam profitentur, ita confusionem mistionemque excludunt, ut compositio proprie dicta nulla sit, nisi quatenus summæ perfectæque simplicitati Dei opponitur, quam non habet homo assumptus ex Virgine, cui Verbum caro factum dum unitum est, in quamdam compositionem venit.

tens, propitius esto, Domine, amator hominum.

*Elevans vocem.* Et præsta nobis finem pacificum, exitum cum misericordia : utque stemus inculpati ad dexteram, et cum facie revelata et fiducia, occurramus ad ortum unigeniti Filii tui, et ad manifestationem ejus secundam et gloriosam de cœlo; audiamusque ab eo vocem illam beatam, quam beatis in fine pronuntiabit, *benedicti Patris mei, capessite hæreditatem regni cœlestis*, ut in hoc sicut et in omnibus glorificetur et laudetur nomen tuum maxime venerandum.

*Populus.* Ut.

*Sacerdos.* Pax.

*Populus.* Et cum spiritu tuo.

*Sacerdos frangit hostiam, et dicit Orationem, ante* Pater noster.

Pater omnium et principium quod est super omnia, lux æterna et fons lucis, quæ illuminat omnes naturas ratione præditas, qui vocas ex pulvere inopem, et de stercore erigis pauperem, et nos jactatos, rejectos et infirmos ad libertatem et domesticam filiorum tuorum dignitatem vocasti, per Filium tuum dilectum : præsta nobis ut filii sancti et hoc cognomine non indigni appareamus coram te, omne quoque ministerium nostrum, secundum mores inculpatos perficiamus, et cum puritate animæ, intellectus munditia, divinaque mente, quacunque hora invocemus te Deum Patrem omnipotentem, sanctum et cœlestem oremus et dicamus, Pater noster qui es in cœlis.

*Populus.* Sanctificetur nomen tuum, etc.

*Sacerdos.* Libera servos et filios tuos, Domine, ab omnibus tentationibus difficillimis et quæ vires superent : et ab omnibus doloribus qui corpori nostro vel animæ damnum inferre possunt. Custodi nos simul a malo et ab ejus potestate universa, et a technis ejus perniciosis, quia tu Rex omnium es, et tibi gloriam referimus.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Pax.

*Populus.* Et cum spiritu tuo.

*Diaconus.* Ante.

*Populus.* Coram te, Domine.

*Sacerdos.* Aspice, Domine, populum tuum fidelem, qui coram te inclinatus est, et exspectat donum tuum et intuetur depositum sacramentorum unigeniti tui, Deus Pater. Ne auferas a nobis gratiam tuam, et ne repellas nos a ministerio tuo, et a participatione sacramentorum tuorum, sed præpara nos, ut puri et absque macula, dignique hoc convivio simus, utque cum conscientia inculpata, semper fruamur corpore et sanguine ejus pretioso, et in vita gloriosa et absque fine *in* habitaculo spirituali discumbamus, et ad mensam regni tui epulemur, et referemus tibi gloriam et laudem.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Pax.

*Populus.* Et cum spiritu tuo.

*Sacerdos.* Gratia Dei sit, etc.

*Populus.* Et cum spiritu tuo.

*Diaconus.* Cum timore.

*Sacerdos.* Sancta sanctis.

*Populus.* Unus Pater sanctus.

*Diaconus.* Stemus decenter.

*Populus.* Coram te.

*Sacerdos.* Gratias habemus tibi, Domine, et grato animo agnoscimus benignitatem tuam, quod ex nihilo eduxisti nos ad id quod simus, et domesticos filiosque sacramentorum tuorum fecisti nos, ministeriumque hoc religiosum commendasti nobis, atque mensa hac spirituali nos dignos fecisti. Conserva in nobis, Domine, depositum mysteriorum tuorum divinorum, ut secundum mores angelicis similes, vitam instituamus, et perficiamus coram te, ut cauti et inseparabiles simus per susceptionem sanctorum tuorum, perficientes voluntatem tuam magnam et perfectam, paratique inveniamur ad πληροφορίαν illam ultimam, et ad standum coram majestate tua, dignique efficiamur voluptate regni tui, per gratiam, misericordiam et amorem erga homines unigeniti Filii tui, per quem et cum quo te decet gloria, honor, etc.

*Populus.* Amen.

*Sacerdos.* Pax.

*Populus.* Et cum spiritu tuo.

*Diaconus.* Post.

*Populus.* Coram te, Domine.

*Sacerdos.* Christe Rex gloriæ, et Pater futuri sæculi, sacrificium sanctum, Pontifex cœlestis : Agnus Dei, qui tollis peccatum mundi, parce peccatis populi tui, et dimitte insipientias gregis tui. Conserva nos per communionem sacramentorum tuorum, ab omni peccato, sive verbo vel cogitatione aut opere perficiatur, quodque a tua familiaritate domestica, procul nos faciat, ut custodiantur corpora nostra per corpus tuum, et renoventur animæ nostræ per sacramenta tua, et benedictio tua, Domine, sit in toto nostro homine interiori et exteriori, glorificerisque in nobis et propter nos, dexteraque tua requiescat super nos, et Patris tui benedicti, et Spiritus tui sanctissimi.

*Populus.* Amen.

*Diaconus.* Benedic, Domine.

# BALTHASARIS CORDERII

SOC. JESU THEOLOGI

# ONOMASTICUM DIONYSIANUM

*In quo verba et nomina, singularem aliquam formationem ac significationem habentia, explicantur.*

—

## A

Ἀβλαβῶς, *innoxie*. Cœl. Hier. cap. 2, § 3, ubi insinuat, cœlestis illius ignis flammas minime noxias esse, sed salutares; nec combustivas, sed vivificas.

Ἀβλεψία, *invisibilitas*. Accipitur pro negatione intuitionis. Myst. Theol. cap. 2, ubi docet quomodo Deus nobis invisibilis non per visionem positivam, sed per negationem visionis, hoc est in mystica caligine, conspiciendus sit. Sicut enim infinitatem non per terminum, sed per termini negationem; sic invisibilitatem non per visum, sed per visus negationem proprie concipimus et explicamus.

Ἀγαθαρχία, *boni principium, principatus bonitatis*. Div. Nom. cap 3, § 1.

Ἀγαθαρχικὴ πρόνοια, *boni-principalis providentia*, id est a qua bonum omne proficiscitur ac derivatur. Div. Nom. cap. 1, § 5.

Ἀγαθοδότως, *benefice*. Secundum etymologiam vocis esset *bonidanter*. Per hoc vocabulum significanter exprimit naturam gratiæ ac divinæ illustrationis, quod ex nullis nostris meritis, sed ex solius boni Dei munere liberaliter nobis donetur. Cœl. Hier. cap. 1, § 1. Vide ibidem Adnotationes et observationem XI generalem. Vertit hoc vocabulum Scotus *optime ac large;* Sarracenus, *bonitatis dono;* Vercellensis, *per distributionem bonitatis;* Ambrosius, *benigna largitione;* Perionius, *concessu ac munere Dei;* Gallus, *en nous donnant ses biens*. Malui uno verbo *benefice;* siquidem bonum donum, beneficium appellamus, uti et ejusdem largitorem, benefícum.

Ἀγαθοειδής, *boniformis*. Div. Nom. cap. 3, ubi angelos docet esse ἀγαθοειδεῖς, ex ipsa veluti bonitate fictos, et excellenti quadam ratione bonos, summi boni imitatores, qui munera cum inferioribus communicent, quæ a magno et supereffluente bonorum omnium Oceano perceperunt.

Ἀγαθοεργός, *bonifex* seu *bonificus* et *boni operativus*. Div. Nom. cap. 4, § 10, ubi divinum amorem sic appellat, eo quod in nobis omne bonum operetur.

Ἀγαθοπρεπῶς, *bono convenienter*, vel si dictu fas sit, *bonidecenter*, formatum ex voce ἀγαθόν, id est *bonum*, et verbo πρέπει, *decet, convenit*. Cum autem maxime deceat et conveniat bono esse communicativum sui, pulchre docet, divinam illustrationem, ἀγαθοπρεπῶς πληθυνομένην, id est *uti decet, benigne multiplicari*. Cœlest. Hierar. cap. 1, § 2.

Ἀγαθοπτικόν, *bonivisivum*, id est quod bonum contemplatur et spectat. Div. Nom. cap. 4, § 25, ubi ait dæmones pravos evasisse, eo quod ἀγαθοπτικὰς δυνάμεις, id est *bonivisivas vires obstruxerint*, dum minirum a summo bono sua culpa prolapsi sunt, sese contra Deum stolide erigentes, et propriam gloriam perperam quærentes, gloriam quæ ex Deo erat, amiserunt, et consequenter semetipsos excæcarunt, et summi boni aspectu privaverunt.

Ἀγαθότυπος, *boniformis*, id est figura boni insignitus. Div. Nom. cap. 4, § 22.

Ἀγαθουργία, *beneficium*, scilicet boni operativum, qualia sunt Dei dona illa spiritualia gratiarum, quæ nos potentes reddunt ad bonum operandum, quæ proprie et significanter ἀγαθουργίαι appellantur, cum quod summi boni effectus sunt, tum quod ad bonum agendum vires suppeditent.

Ἀγαθουργικῶς, *benefice*. Eccl. Hier. cap. 4, p. 3, § 12.

Ἀγαθοφυής, *natura bonus*, seu *qui natus est ex bono*. Div. Nom. cap. 2, § 1.

Ἄγαλμα, *simulacrum, statua*. Myst. Theol. cap. 2. Græcus interpres explicat πᾶν ἐφ' ᾧ τις ἀγάλλεται καὶ χαίρει, id est *omne id quo quis exsultat et gaudet*, quasi derivetur ab ἀγάλλομαι, id est *exsulto, glorior, lætor*.

Ἀγγελομιμήτως, *angelorum imitatione*. Div. Nom. cap. 1, § 3.

Ἅγια τῶν ἁγίων, *Sancta sanctorum*. Sic appellabatur in Veteri Testamento locus interior tabernaculi ubi arca asservabatur, eratque locus iste velo separatus a reliquo templo quod *sanctum* vocabatur, solique pontifici ad Sancta sanctorum, idque in anno semel duntaxat accedere licebat, idque debitis cæremoniis et expiationibus præmissis, quæ in Levitico cap. XVI describuntur, de quibus vide Cornelium et Bonfrerium nostrum, ad dictum locum. Sanctus autem Dionysius, epist. 8, § 1, appellat *Sancta sanctorum*, locum in templo aræ maximæ proximum, ubi asservatur Christus, qui est Sanctus sanctorum, in venerabili Eucharistia. Hic locus non adibatur nisi ab episcopo, sacerdotibus et diaconis, seu ministris, et erat septus quibusdam cancellis. Proxime hos cancellos erat locus cultorum seu monachorum; post reliquus populus.

Ἁγιαστεία, *sanctificatio*. Eccl. Hier. cap. 4, p. 3, § 12. Alii scribunt *ἁγιαστία*. Suidas vero *ἁγιστεία*, dicitque idem esse quod ἁγιωσύνη, καθαρότης, λατρεία, id est *sanctimonia, puritas, religio*, seu cultus divinus.

Ἁγιόγραφος, *sacer scriptor*. Sumitur per excellentiam pro eo qui librum aliquem Scripturæ sacræ composuit. Eccles. Hierarch. cap. 2, § 3, 4.

Ἅγιος ἁγίων, *Sanctus sanctorum*. Sic Deus nominatur De divin. nominib. cap. 12, § 1 et 2, καθ' ὑπερέχουσαν ὑπερβολήν, a plenissima et exuberante præstantia qua genus omne puritatis excellit.

Ἁγιότης, *sanctitas*. Vide ibidem, ubi hanc definit esse παντὸς ἄγους ἐλευθέραν καὶ παντελῆ, καὶ πάντη ἄχραντον καθαρότητα, *a scelere omni liberam, perfectamque, ac omni ex parte incontaminatam puritatem*. Nullus enim nævus aut minima vitiorum labes in beatissimam illam naturam cadere potest, ut quæ sit ab omni vilium rerum contagione dissita, omni simplicitate purissima, omni gratia et pul-

chritudine affluens, tota in perfectissimo et felicissimo statu gloriosa, tota sacrosancta, sic ut nihil sanctius dici aut fingi queat. Vult autem ille sanctimoniæ Pater, ut omnia quæ propius ad illum accedunt, eximia quoque sanctitate polleant. Unde S. Dionysius, Ecclesiasticæ Hierarchiæ cap. 2, accedentes ad Deum prope, jubet hominem exuere, et totos esse divinos, atque (ut verbo ejus utar) vi divini spiritus agitatis et moventis, ἀπὸ θείων εἰς θεῖα, *a divinis ad divina* se transferre.

Ἀγκυλόχειλον, *curvo rostro*. Græcus interpres σκολιόχειλον· ἄγκυλον enim idem est quod σκολιόν, id est *curvum, obliquum*, χεῖλος autem est *labium*, et in avibus *rostrum*. Cœlest. Hierarch. cap. 2, § 1, ubi per vocem illam intelligit faciem aquilæ apud Ezechielem cap. 1, vers. 7. Figuram Evangelii sancti Joannis qui per aquilam denotatur in visione illa mystica, per angelum prophetæ repræsentata.

Ἀγλαΐα, *splendor*, *fulgor*. Myst. Theol. cap. 1, § 1.

Ἀγνωσία, *indemonstrabilitas*, *incognoscibilitas*. Est proprie negatio cognitionis quæ per demonstrationem ac ratiocinationem accipitur.

Ἄγνωστον, *ignotum*, *indemonstrabile*. Γνῶσις enim Aristoteli proprie est scientia per demonstrationem accepta. Hinc divina dicuntur ἄγνωστα, quia de iis non est demonstratio, sed fides quæ non parit scientiam. De divin. nominib. cap. 1, § 1.

Ἀγνώστως, *indemonstrabiliter*, id est absque demonstratione quæ scientiam parit. Ibidem, et Myst. theol. cap. 1. Ubi vide nostras adnotationes.

Ἀδελφόθεος, *Dei frater*. Sic vocat S. Jacobum, qui frater Domini dictus est, scilicet Christi, de quo Apostolus ad Galatas cap. 1, v. 19, ait : *Alium autem apostolorum vidi neminem, nisi Jacobum fratrem Domini*. Hic etiam S. Dionysio visus fuit in exsequiis Deiparæ, uti scribit Divin. Nom. cap. 3, § 2.

Ἀδελφοκτόνος, *fratricida*. Sic vocat Cain. Epist. VIII, § 1, utpote qui primus homicida fuit, et quidem fratris, uti habetur Genesis IV, vers. 8, ad quod alludit S. Dionysius loco supra citato.

Ἀδιανόητον, *inexcogitabile*, id est quod cogitatione percipi nequit. Divin. Nomin. cap. 1, § 1.

Ἀδιανόητα, proprie vocantur mysteria, quæ verbis aperta, occultos sensus habent. Ita Quintilianus lib. VIII, cap. 2.

Ἀδίδακτον, *indocibile*, id est quod non docetur magisterio humano, sed sublimiori modo, per sancti Spiritus inspirationem accipitur; qualis est mystica theologia. Divin. Nomin. cap. 2, § 9. Vide Isagogen nostram ad Myst. Theol. cap. 2.

Ἀδρόν, *firmum*, *robustum*, *validum*, *forte*. Divin. Nom. cap. 4, § 25.

Ἀδυναμία, *impotentia*, *imbecillitas*. Div. Nom. cap. 4, § 25.

Ἄδυτον, *inaccessum*. Sic per excellentiam vocabatur Sanctum sanctorum. Ordinarie autem locus quilibet sanctus qui vulgo non patet. Eccl. Hier. cap. 3, p. 3, § 2.

Ἀεικίνητος, *semper mobilis*, sive qui perpetuo movetur. Cœlestis Hierarc. cap. 15, § 9. Sic apud prophetas ait angelos vocari mysticas rotas propter ἀεικίνητον κίνησιν, id est *perennem et continuum motum*, quo circa bonum volvuntur, quamobrem etiam cum alis pingi solent.

Ἀετοῦ μορφή, *aquilæ figura*, quid mystice, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 8.

Ἄζωον, *vita carens*. De div. nominib. cap. 4, § 32.

Ἀθέσμως, *illegitime*, *temere*, *illicite*, *nefarie*. De divinis nominibus cap. 2, § 1. Græcus interpres παρανόμως.

Ἀθλοθεσία, *certaminum institutio*, scilicet spiritalium adversus mundum, carnem et diabolum. Intelligitur per hoc etiam vita Evangelica, quæ certamen quoddam spirituale est. Ἀθλοθέτης autem seu *munerarius* vocatur Christus, qui nobis certamen hoc spirituale instituit, ejusdem nobis dux est, et remunerator vincentium. Eccles. Hierar. cap. 2, parte 3, § 6, ubi vocat eum ἀθλοθεσίας δημιουργόν, *certaminis et propositionis præmiorum effectorem*, eumdemque ait ut sapientem, ejus legem tulisse; ut pulchrum, digna præmia iis qui vicerint constituisse; denique ut bonum, in numero athletarum fuisse, et cum iis sancte contra mortis et corruptionis vim roburque dimicasse. In sacra autem unctione docebantur initiati, evocari se ad certamina, et unicuique esse faciendum ut summi Agonothetæ legibus imperiisque obsecundet, magno animo divinorum pugilum ducem et principem unctionis imitetur, πρὸς καλῶν ἐπάθλων, ἐλπίδα βεβαίως ἔχων, *spe præclarorum præmiorum fretus et corroboratus*. Hoc pontifices et ministri cæremoniarum liturgi Christianis novis inculcabant, et bravii in omnem partem magnifici atque regii ostentatione, ad luctam et contentionem erigebant.

Ἀθύρω, *ludo*, *nugor*. De divinis nominibus cap. 8, § 6. Hinc ἄθυρμα, *lusus*. Græcus interpres κόσμιον, παίγνιον, σκίρτημα, id est aliquid *comptulum*, *ludricum*, *subsultorium*.

Αἴσθησις, *sensatio*, *sensus*. De divin. nominib. cap. 4, § 10.

Αἰσθητόν, *sensile*, *sensibile*, sive id quod sensu perceptibile est, sive quod sensu præditum exsistit. De divinis nominibus cap. 4, § 11, et sæpe alibi.

Αἰών, *ævum*, *sæculum*, quomodo de Deo dicatur, vide De divinis nominibus cap. 10, § 5, et ibidem Adnotationes, ubi explicatur quomodo angelis competat, etc.

Ἀκακία, *innocentia*, *simplicitas*. Epist. VIII, § 1. Græcus interpres ἀγαθωσύνη, *benignitas*.

Ἀκαλλές, *indecorum*, id est non habens ullum decorem vel pulchritudinem. De divinis nominibus cap. 4, § 32. Græcus interpres ἄμορφον, *deforme*.

Ἀκαταχρίτως, *irreprehensibiliter*, *sine nota*. Eccl. Hier. cap. 6, p. 3, § 2.

Ἀκαταλήκτως. *jugiter*, *indesinenter*, *absque cessatione*. Cœl. Hier. cap. 8, § 1. Græcus interpres ἀπαύστως, *incessanter*.

Ἀκατάσειστον, *inconcussum*, *constans*, quod minime nutat. Eccl. Hier. cap. 3, parte 3, § 4. Græcus interpres ἀσάλευτον, βέβαιον, ἑδραῖον, id est *inquassatum*, *firmum*, *stabile*.

Ἀκηλίδωτον, *immaculatum*. Eccl. Hier. cap. 3, parte 3, § 10, et De divinis nominibus cap. 4, § 22.

Ἀκλινῶς, *irreflexe*, id est recta, nusquam declinando aut obliquando. De divinis nominibus cap. 2, § 1.

Ἀκοινώνητον, *incommunicabile*, id est quod communicari nequit. Divin. Nominib. cap. 1, § 2.

Ἀκολασία, *dissolutio*, *intemperantia*, *luxuricitas*. Divin. Nom. cap. 4, § 19.

Ἀκόλαστος, *lubricus*, *dissolutus*. Ibid.

Ἀκραιφνές, *purum*. Græcus interpres καθαρόν, διαυγές, τέλειον, ἄθικτον, id est *purum*, *dilucidum*, *perfectum*, *illibatum*. Divin. Nomin. cap. 4, § 22.

Ἀκρότης, *apex*, *vertex*, *summitas*, *cacumen*, *fastigium*. Accipitur autem a Dionysio pro eo quod qualibet in re summum et præstantissimum exsistit. Sic cap. 1 Cœlestis Hierarchiæ, § 3, ea quæ in cœlestibus suprema sunt, vocat οὐρανίων ἱεραρχιῶν ἀκρότητας, id est *cœlestium apices hierarchiarum*. Item cap. 3, De divinis nominibus, vocat S. Petrum ἀκρότητα τῶν θεολόγων, id est *verticem seu columen theologorum sive apostolorum*, et cap. 1 Mysticæ Theologiæ petit a Deo dirigi ἐπὶ τὴν τῶν μυστικῶν Λογίων ἀκροτάτην κορυφήν, id est *ad mysticorum supremum apicem oraculorum*. Hinc contemplatricis vitæ doctores id quod in anima menteque purissimum est, mentis apicem appellant. Quin et Proclus lib. I, in Theologiam Platonicam cap. 3, id quod in anima præstantissimum exsistit,

vocat τὴν ἀκρότητα τοῦ νοῦ, καὶ ὥς φασι, τὸ ἄνθος, id est *mentis apicem, et, ut aiunt, ipsum florem.*

Ἀλληλουχία, *mutua connexio, mutuus complexus, cohærentia mutua, series rerum inter se connexarum, compago.* Divin. Nomin. cap. 4, § 12.

Ἀλλοιωτικόν, *alterativum*, id est alterandi et immutandi vim habens. Cœlestis hierarchiæ cap. 15, § 2.

Ἀλλοτριοεπίσκοπος, *alienus episcopus*, id est alienorum inspectator, seu curator, curiosus alienarum rerum. Composita est vox ab ἀλλότριος, id est *alienus*, ἐπίσκοπος, id est *inspectator*. Accipitur autem pro eo, qui cum in suis erratis sibi ignoscat, aliorum commissa graviter persequitur. Epist. VIII, § 1. in fine.

Ἀλογία, *irrationabilitas*, id est quod ratione attingi nequit, et omnem superat ratiocinandi capacitatem. Div. Nomin. cap. 1, § 1. Accipitur item pro *irrationalitate et carentia rationis.* Cœl. Hier. cap. 2. § 4.

Ἄλογον, *ratione carens.* De divinis nominibus cap. 4, § 32.

Ἀλώβητον, *integrum, non mutilatum.* Div. Nom. cap. 4, § 22.

Ἀλώβητος, *illæsus, inviolatus.* De divinis nominibus cap. 8, § 5. Græcus interpres ἀνυβριστός, ἀθλαβής, ἀμώμητος, id est *contumeliæ, noxæ, maculæ expers.*

Ἀμβλωθρίδιον, *abortivum*, seu *partus mortuus.* Ecclesiasticæ Hierarchiæ cap. 3, parte 3, § 6. Græcus interpres ἔκτρωμα. Hesychius, τὸ παιδίον νεκρὸν,ἄωρον, ἐκβολὴ γυναικός, id est *puer mortuus, immaturus, ejectio mulieris.*

Ἀμέθεκτον, *intactum*; quod non potest commune fieri, nec a quovis tangi. Eccles. hierar. cap. 1, § 1, ubi scribit ad Timotheum, ut quæ ad fidem ac religionem pertinent, teneat ἀμέθεκτα, nec aliis passim evulget, præsertim illa mystica quæ in libris suis tractat.

Ἀμεθέκτως, *imparticipate.* Divin. Nomin. cap. 2, § 5.

Ἀμεθεξία, *imparticipatio*, id est quod a nullo participatur. Div. Nom. cap. 2, § 5.

Ἀμείλικτον, *severum* sive *rigidum*, scilicet in bonam partem. Græcus interpres ἀκολάκευτον, ἀπαρέγκλιτον, id est *non cedens adulationi, quod inclinari nequit*, scilicet ad id quod non deceat. Cœl. Hier. cap. 2, § 4, et cap. 8, § 1. Vide ibidem Scholia S. Maximi.

Ἀμείωτον, *indiminutum*, id est minime mutilum, sed integrum. Divin. Nominib. cap. 1, § 2. Sic Dionysius Ecclesiast. hierarchiæ cap. 3, parte 3, ait pontificem, atque adeo omnes qui populo instituendo, et a vitiis revocando operam dant, cum ad alios erudiendos ab aris et devoti animi quiete quasi foras prodierint, redire continuo debere ad ea quæ muneris sunt propria, quæque ad intimam animi sanctitatem pertinent, idque ἀμειώτως, hoc est, *nulla in re imminutos*, nulla jactura facta pietatis atque virtutis, nulla polluti vitiorum labe ac sordibus, neve ardore piæ mentis ulla ratione debilitato; ne dum aliis prodesse cupiunt, sibi nocuisse videantur.

Ἀμερία, *impartibilitas*, id est quod partibus carel, adeoque in illas dividi nequit. Divin. Nom. cap. 1, § 4.

Ἀμερῶς, *impartite*, id est non per partes, neque participate, sed totaliter, integre. Divin. Nominib. cap. 2, § 1.

Ἀμοιβή, *vicissitudo, vicaria relatio, retaliatio, mutatio.* Epist. VII, § 5.

Ἀμορφία, *informabilitas, infigurabilitas.* Divin. Nom. cap. 1, § 1.

Ἀμόρφωτον, *infigurabile*, id est quod per nullam formam vel figuram exprimi potest. Cœl. Hier. cap. 15, § 2.

Ἀμυδρούμενον, *subobscuratum*, id est tenuius relucens. Dicitur proprie de radiis luminaribus ac visualibus, qui quanto a sole aut candela et oculo remotiores sunt, tanto quoque pro proportione distantiæ remissiores sunt, donec tandem extremum sphæræ activitatis suæ attingentes, ulterius plane evanescunt. Cœl. Hierar. cap. 8. § 1.

Ἀμύητος, *profanus, non initiatus.* Eccl. Hierar. cap. 3, p. 3, § 6. Græcus interpres, ὁ ἀμέτοχος τῶν μυστικῶν, *expers rerum mysticarum.*

Ἀμύνω, *ulciscor, vindico, defendo.* Epist. VIII, § 1.

Ἄμυστος, *rudis, sacrorum imperitus*, id est, qui nondum sacris initiatus, aut doctrina Christiana imbutus est, qui expers est mysteriorum, et ab iis excluditur. Myst. Theol. cap. 1, § 2, ubi vide Adnotationes nostras, et Scholia S. Maximi.

Ἀμφίβιον, *amphibium*, seu *ancipiti vita*, id est, quod tam in aqua quam in aere vivit. Divin. Nom. cap. 4, § 2. Vide ibidem Scholia S. Maximi.

Ἀναγωγή, *anagoge*, id est sensus oraculorum mysticus ac reconditus, qui nos in cœlum meditando subvehit, propeque Deum ad cœlestia cernenda contemplantibus præbet. Cœl. Hier. cap. 1, et alibi sæpe.

Ἀναγωγικῶς, *anagogice*, id est sursum agendo seu impellendo, et a terrenis ad cœlestia traducendo. Hinc sensus Scripturæ *anagogicus* appellatur, qui cœleste quidpiam insinuat. Cœlest. Hier. cap. 1, § 2 et passim alibi.

Ἀνάδοχος, *susceptor*, seu sponsor ac fidejussor baptizandi. Eccl. Hier. cap. 2, p. 2, § 5. Vide ibidem nostras Adnotationes, et Scholia S. Maximi de ejus officio et obligatione.

Ἀναζέον, *ebulliens* seu *refervescens*, Cœl. Hierar. cap. 7, § 1, a verbo ἀναζέω, *ebullio, scaturio.*

Ἀναζωπυροῦν, *resuscitare*, et quodammodo ignem seu calorem vitalem revocare. Proprie enim est ignem jam conditum ac sopitum suscitare. Cœl. Hierar. cap. 7, § 1.

Ἀναχάθαρσις, *anagogici sensus explicatio*, a verbo ἀναχαθαίρομαι, id est *repurgo, explico.* Græcus interpres, διάνοιξις, διασάφησις, ἐπίλυσις, διευκρίνησις, id est *patefactio, declaratio, resolutio, distinctio.* Cœl. Hier. cap. 15, § 1. Significat etiam solaris eclipseos repurgationem, dum videlicet luna sub sole transiens nobis lumen solis, quod obscuraverat, restituit. Sic S. Dionysius vocem illam accipit in Epistola ad Polycarpum, ubi admirandum solis deliquium, quod Christo de cruce pendente contigit, describit.

Ἀναισθησία, *insensibilitas, sensuum privatio ac stupor.* Cœl. Hier. cap. 2, § 4.

Ἀναίτιος, *causa carens*, quem nulla causa anteit, nullam causam agnoscens. Divin. Nomin. cap. 4, § 32. Significat etiam innocentem, nullius culpæ reum, crimine vacantem.

Ἀνακαινισμός, *renovatio.* Divin. Nominib. cap. 1, § 3.

Ἀνακήρυκτον, *deprædicabile, commendabile.* Epistol. VIII, § 1.

Ἀνακηρύττω, *deprædico, commendo.* Ibidem.

Ἀνακυλισμός, *revolutio.* Cœl. Hier. cap. 15, § 9, a verbo ἀνακυλίω, id est *replico, revolvo, sursum volvo.*

Ἀναλίξασθαι, *enodare, explicare.* Div. Nominib. cap. 2, § 7.

Ἀναλλοίωτος, *invariabilis, immutabilis.* Divin. Nom. cap. 2, § 6. Græcus interpres: ἀεὶ ὁ αὐτὸς ὤν, μὴ δεχόμενος ἀλλοίωσιν. *Qui semper idem est, non admittens mutationem.*

Ἀναλογία, *proportio, proprietas, similitudo, comparatio*, etc. Eccl. Hier. cap. 3, p. 3, § 6.

Ἀναμαρτησία, *impeccantia*, id est summa vitæ puritas, ab omni peccato aliena, qualis erat Christi, B. Virginis, et quorumdam sanctorum. Eccl. Hier. cap. 5, p. 3, § 4, quod Perionius et Lansselius vertunt *peccandi privationem.* Sed verius in Christo erat non tantum privatio peccati, sed positiva im-

peccabilitas, et absoluta impotentia peccandi, propter unionem hypostaticam, ut docent theologi.

Ἀναμόρφωσις, *reformatio*. Div. Nom. cap. 1, § 3.

Ἀνανεύσωμεν, *suspiciamus*, seu *aspiremus*, scilicet cum animi nutu ac propensione : ἀνανεύω enim componitur quasi ex ἄνω, id est *sursum*, et νεύω, id est *nicto*, *annuo*, *respicio*. Græcus interpres, ἀνακύπτω, *emergo*, *sursum oculos attollo*. Insinuat igitur S. Dionysius, ad res divinas ex intima animi propensione attendendum esse; hæc enim propensio et promptitudo voluntatis, multum confert ad eas facilius capiendas. Cœl. Hier. cap. 1, § 2. Hinc.

Ἀνάνευσις, *suspectio*, id est ad superna aspiratio. Cœl. Hierar. cap. 15, § 3, ubi exponit angelorum τὴν πρὸς τὰ θεῖα φωτὰ διειδεστάτην ἀνάνευσιν, *perspicacissimam ad divina lumina suspectionem*, quod minus proprie vertit Perionius, *clarissimam divinorum luminum assensionem*; quem hoc modo corrigit Lansselius, *clarissimam versus divina lumina* (cognitionis) *suspectionem*. Scotus, *ad divina luminaria clarissimum respectum*.

Ἀνανεωτικόν, *renovativum*, id est renovandi vim habens. Cœlest. Hier. cap. 15, § 2.

Ἄναντες, *anterius*, scilicet in sensu S. Pauli, qui ad anteriora se extendens intelligit perfectiora, magis sublimia, magis ardua, etc. Hæc enim vis significationis huic voci inest. Græcus interpres explicat : πρόσω, ἄνω, ἐπὶ τὸ προκείμενον, id est *antrorsum*, *sursum*, *ad propositum scopum*. Cœl. Hier. cap. 15, § 1.

Ἀναπεπταμένον, *patulum*, *apertum*, a verbo anomalo πετάννυμι, *pando*, *aperio*. Cœl. Hierarch. cap. 15, § 3.

Ἀναπίμπλημι, *repleo*. Divin. Nominib. cap. 4, § 30.

Ἁπλοῖ, id est *simplificat*, scilicet cum relatione quapiam ad sursum, ac si compositum sit ex ἄνω, id est *sursum*, et ἁπλόω, id est *simplifico* : derivatum enim est ab ἁπλόος ἁπλοῦς, quod est *simplex*. Lexicographi τὸ ἁπλόω καὶ ἀναπλόω interpretantur *expando*, *explico*, prout vertit Lansselius; sed S. Dionysius manifeste accipit pro *simplifico*, uti patet ex titulo et cap. 1 Cœl. Hierar., § 1, ubi vide Adnotationes nostras.

Ἀναποδίζω, *sisto*, *remoror*, *impedio*; item *retrogradior*, *retrogredior*. Epist. VII, § 2.

Ἀνάπτυξις, *explicatio*, a verbo ἀναπτύσσω, *explico*. Græcus interpres, διασάφησις, *declaratio*. Cœl. Hier. cap. 15, § 1.

Ἀναπτύσσω, *explico*, *expono*, *aperio*. Div. Nom. cap. 2, § 7.

Ἀνάῤῥησις, *evocatio*, seu nominis pronuntiatio, qua ordinandi citantur et evocantur, ordine quisque suo, et respondent : *Adsum*. Eccl. Hierar. cap. 5, p. 2, in fine, et p. 3, § 1. Vide S. Maximum, ibidem.

Ἄναρχον, *sine principio*, id est, quod non habet principium. Div. Nom. cap. 4, § 8.

Ἀνασκαλεύω, *suscito*. Eccl. Hierar. cap. 7, p. 3, in fine.

Ἀνατατικῶς. Hoc Lexicographi exponunt *minaciter*, *imperiose*, *extense*; sic ἀνάτασιν *extensionem* interpretantur, quasi ab ἀνατείνω, id est *extendo*, *elevo*, scilicet cum relatione quadam ad ea quæ sursum sunt : hæc enim significativa vis inest compositis cum præpositione ἀνά, ut manifestum est in vocibus ἀναγωγὴ ἀναγωγικῶς, etc. Unde ad hanc vocis hujus vim exprimendam, ἀνατατικῶς ἡμᾶς ἁπλοῖ verto : *Ad superna nos revocando simplificat*. Cœlest. Hier. cap. 1, § 1 et 2. Vide ibidem Adnotationes meas. Vocem hanc vertit Scotus *restituens*, Saracenus *suscitative*, Ambrosius, *vi intentionis præcipuæ*, Perionius *excitando*, uti et Lansselius.

Ἀναφαίνω, *exhibeo*, *demonstro*, *manifesto*. Eccl. Hier. cap. 5, p. 1, § 1.

Ἀναφές, *intactile*, id est quod tangi aut palpari nequit. Mystic. Theolog. cap. 1, § 1. Hoc de unione mystica dicit, quæ, ut supra sensum et intellectum est, sic et tactum cum sensitivum tum intellectualem in se non habet; vel de Deo intime in animam illapso, quod eodem recidit.

Ἀναφής, *intactilis*, *sensum tactus effugiens*. Græcus interpres, ἄψαυστος, ἀψαλάφητος, ὁ μὴ ἐψηλαφημένος, *impalpabilis*, *intangibilis*, *qui non potest attrectari*. Div. Nom. cap. 1, § 1.

Ἀνδροπλαστία, *viriformatio*. Epist. IX, § 1. Compositum ex nomine ἀνήρ, *vir*, et verbo πλάττω, *formo*, *fingo*.

Ἀνδρωθείς, *vir factus*, seu *virilis*. Epist. IV, Græcus interpres, εἰς ἄνδρας ἐγγραφείς, id est proprie *majorennis*, *qui jam inter viros annumeratur*; sive adolescens, qui jam tutelæ suæ permittebatur, qui Romanis virilem etiam togam sumpsisse dicebatur.

Ἀνεκλειπτον, *indeficiens*. Cœlestis Hierarch. cap. 15, § 9.

Ἀνεκπομπεύτως, *sine ostentatione*, id est absque fastu, absque pompa et jactantia. Cœlest. Hierarch. cap. 15. Significat etiam *secrete*, vel *arcane* : nam ἐκπομπεύω idem quoque est quod *secreta pando*.

Ἀνεκφοίτητον, *inegressibile*, id est quod foras non emanat, neque se prodit. Divin. Nomin. cap. 2, § 4.

Ἄνεμος, *ventus*. Quid mystice designet, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 6, et ibidem Adnotationes et Scholia.

Ἀνεμποδίστως, *expedite*, sine impedimento, nullo compede remorante. Cœlest. Hierarch. cap. 15, § 8.

Ἀνένδοτον, *constans*, scilicet quod flecti nequit ad id quod deterius est. Sic ait angelorum amorem esse ἀκλινῆ καὶ ἀνένδοτον ἕφεσιν, id est *flecti nescium et constans desiderium*. Cœlest. Hierarch. c. 2, § 4.

Ἀνενδότως, id est *bona fide*, *citra ullum figmentum*. Græcus interpres, ἀπηκριβωμένως, σπουδαίως, ἐπιεικῶς, id est *accurate*, *diligenter*, *sufficienter*; quando nimirum sit aliquid non perfunctorie, nec translative, sed exacte, et enixe, ac toto opere. Ita Budæus in Adnotationibus.

Ἀνενεργησία, *inefficacia*. Utitur hoc vocabulo de eo qui domitas habet passiones, ita ut amplius non noceant. Eccles. Hier. cap. 5, p. 3, § 4.

Ἀνεξάλλακτος, *immutabilis*, *constans*, qui non est variabilis. Eccl. Hier. cap. 1, § 1.

Ἀνεξέλεγκτον, *irrefutabile*, id est quod confutari non potest, aut redargui, vel convinci. Epist. VI et VII, § 1. Item apud Thucydidem, idem est quod nullis nitens argumentis, nullam habens demonstrationem.

Ἀνεξερεύνητον, *imperscrutabile*, id est quod perscrutando inveniri aut intelligi non potest. Div. Nom. cap. 1, § 2.

Ἀνεξιχνίαστον, *ininvestigabile*, id est quod investigatio assequi non potest. De divinis nomin. cap. 1, § 2.

Ἀνεπιθόλωτος, *serenus*, id est minime turbatus, aut confusus, aut intricatus. Divin. Nomin. cap. 2, § 7.

Ἀνεπίστροφος, *irremeabilis*, *irrevertibilis*, id est qui non retrograditur, nec respicit retro. Cœl. Hierarc. cap. 15, § 9. Græcus interpres, ἀμελής, id est *incuriosus*.

Ἀνθρωπομορφία, *hominis efformatio*. Quid mystice in angelis designet, vide Cœlest. Hierarc. cap. 15, § 3.

Ἀνθρωπόμορφος, *in forma hominis*, id est specie humana depictus, uti angeli solent pingi speciosa forma juvenili. Cœlest. Hierarchiæ cap. 15, § 3.

Ἀνθρωποπρεπῶς, *hominidecenter*, id est ut ho-

minem decet, humanitus, humane. Cœl. Hier. cap. 7, § 3.

Ἀνθρωποφυϊκόν, *Quod homini nativum est*, seu *naturale*. Mystic. Theol. cap. 3, ubi pulchre ait ὑπερούσιον Ἰησοῦν ἀνθρωποφυϊκαῖς ἀληθείαις οὐσιοῦσθαι, *supersubstantialem Jesum humanæ naturæ veritatibus substantiatum esse*, hoc est connaturales homini proprietates vere assumpsisse.

Ἀνίδρυτον, *instabile, inconstans, fundamento carens*. Div. Nom. c. 4, § 32.

Ἀνοησία, *inintelligibilitas*, id est quod omnem superat intelligendi capacitatem. Div. Nomin. cap. 1, § 1.

Ἀνόητος, *inintelligibilis*, ibid. Alias ordinarie significat stultum, stolidum ac imprudentem.

Ἀνόμματος, *exoculatus, carens oculis*. Div. Nom. c. 4, § 1.

Ἀνόμοιον, *dissimile*. Quid in Deo, vide Divin. Nom. cap. 9, § 7.

Ἀνομοιότης, *dissimilitudo*. De divin. nomin. cap. 4, § 7.

Ἀντιπεριαγωγή, *retroactio, retrogradatio*. Epistol. VII, § 2.

Ἀντιτείνω, *reluctor, repugno, resisto*. Epist. VIII, § 1.

Ἀντίτυπον, *reluctans, refractarium*. Div. Nomin. cap. 2, § 6.

Ἀντωπεῖν, *obtueri, obtutum directe obvertere*. Eccl. Hier. cap. 2, p. 1, in fine. Div. Nom. cap. 3, § 3. Græcus interpres ἀντοφθαλμεῖν καὶ ἀντιβλέπειν, *oculis contraniti, contra aspicere*.

Ἀνυπαρξία, *annihilatio*. Eccl. Hierarc. cap. 3, p. 3, § 11, compositum ex α privativa, et ὕπαρξις, id est *substantia*.

Ἀνυπόπτως, *insuspicanter, sine suspicione, confidenter, secure*. Epist. VIII, § 1.

Ἀνῳχισμένον, *sursum habitans*. Dicitur proprie de eo quod semotum est, et abstrusum aut obscurum. Divin. Nominib. cap. 4, § 1. Suidas ἀνῳχισμένος interpretatur, ἐν ταῖς ἀνωτάτω γενηθεὶς ἢ ἄνω ὤν, id est *in summo natus, vel sursum existens*.

Ἀνώνυμος, *anomius* seu *anonymus*, id est sine nomine. Sic Deum vocat, quia quid sit, nullo nomine exprimi potest. Divin. Nom. cap. 1, § 5, vide ibidem Adnotationes.

Ἀολλῆ ποιεῖ, *in unum copulat*. Græcus interpres τὸ *ἀολλῆ* exponit συνηθροισμένα, ἡνωμένα, id est *coacervata, adunata*. Dicit hoc de sole, qui inde ἥλιος Græce dicitur. Divin. Nom. cap. 4, § 4, ubi vide Adnotationes et Scholia S. Maximi.

Ἀόρατον, *invisibile*. Myst. Theol. c. 1, § 1.

Ἀοριστία, *infinitas*, quæ definiri nequit, nec ullis limitibus circumscribitur. Cœlest. Hier. cap. 2, § 3. Div. Nom. c. 1, § 1.

Ἀπαμφιέννυμι, *exuo*, seu spolio vestibus. Eccl. Hier. cap. 2, p. 2, § 6.

Ἀπαναίνεσθαι, *renuere, renuntiare, deserere, refugere*. Cœlest. Hier. cap. 2, § 5, Divin. Nomin. cap. 2, § 3.

Ἀπαξιόω, *dedignor*. Epist. VII, § 3.

Ἀπαράκαλυπτος, *patulus*, minime obvolutus aut tectus. Eccl. Hier. c. 1, § 4.

Ἀπαρατηρήτως, *sine reservatione*, id est sine observatione ullius differentiæ, per quam contrahatur aut determinetur ad quidpiam particulare aut speciale. Div. Nom. cap. 2, § 1.

Ἀπατηλόν, *fallax*. Epist. VII, § 1.

Ἀπαυθαδιζόμενος, *præsumptuosus, contumax, protervus*, id est insolenter aliquid attentans supra vires. Div. Nom. c. 1, § 2.

Ἀπαυθαδιάζω, *insolesco, arroganter me gero*. Epist. VIII, § 1.

Ἀπειλέω, *minor, comminor, minas intento*. Epistol. VIII, § 1.

Ἀπειρία, *infinitas*. Div. Nom. cap. 4, § 10.

Ἀπειρόγνωστος, *infinitiscius*, sive infinita prædictus scientia Sic Cœl. Hier. c. 14, vocat ἀπειρόγνωστον σοφοποιΐαν, *infinitorum consciam creatricem sapientiam*, vel, si dictu fas sit, *infinitisciam sapientificentiam*; quod vertit Sarracenus, *infinite cognitionis sapientificationem*; Ambrosius, *immensæ auctorem scientiæ atque sapientiæ fontem*; minus recte Perionius, *sapientiæ effectricem*, omittit enim primam partem; et Lansselius, *infinitæ cognitionis principium*, non enim id totum exprimit quod est in Græco.

Ἀπειροδύναμος, *infinitipotens*. Divin. Nomin. cap. 8, § 3.

Ἄπειρον, *infinitum*. Div. Nom. c. 4, § 10.

Ἀπειροπρόσωπον, *infinitarum facierum*, id est innumeras facies habens. Eccl. Hierar. cap. 4, p. 3, § 7.

Ἀπεμφαῖνον, *dissimile*, scilicet quod non refert id cujus imago est. Cœlesti Hierarch. cap. 2, § 2.

Ἀπερικαλύπτως, *aperte*, quod nimirum symbolis et figuris minime velatur. Cœlest. Hierarch. cap. 2, § 4. Perionius vertit, *perspicue*; Scotus, *circumvolute*; Sarracenus, *non circumvelate*; Ambrosius, *absque ullo velamine*.

Ἀπερίληπτον, *incomprehensibile*, id est quod comprehendi nequit, neque teneri. Cœlest. Hierar. c. 15, § 2.

Ἀπερισάλπιγκτοι, *non citati per tubam*, id est non invitati, neque admissi ad sacra, atque adeo penitus ignari mysteriorum; intelligit enim homines profanos, qui ad sacra non invitantur neque admittuntur. Alludit ad tubas vel campanas, quibus signum dari solet Christianis futuri sacri, ad quod tubæ vel campanæ sonitu invitantur. Eccl. Hier. cap. 3, par. 3, § 6, ubi vertit Perionius, *omnino ignari*; Scotus, *non circumtubicinantes*; Sarracenus, *qui quidem buccinas non senserunt*; Ambrosius, *qui omnino rudes sunt*; Gallus, *ceux-là qui n'ont du tout point voulu entendre publier*; Lansselius, *quibus nihil omnino apostolorum tuba innotuit*.

Ἀπερίσκεπτον, *incircumspectum*, seu *inconsideratum*. Cœlest. Hier. c. 2, § 4.

Ἀπήχημα, *sibilus ultimus soni*, ubi echo quasi desinit. Cœl. Hier. c. 2, § 4.

Ἁπλωτικός, *simplificativus*, ab ἁπλέος ἁπλοῦς, id est *simplex*, hinc unionem animæ cum Deo vocat ἁπλωτικὴν ἕνωσιν, id est *simplificativam unionem*; mens enim nostra in ista cum Deo conjunctione a distractionibus ac dividuis imaginationibus absoluta, quodammodo simplificatur, cum per beatissimam illam unionem simplicissimis Dei perfectionibus communicat supra omnem multiplicitatem, simplici Deo tota per amorem supernaturalem simpliciter inhærens. Cœl. Hier. cap. 1, § 2.

Ἀπογράψασθαι, *describere*. Dicitur id proprie, cum nomina in catalogum referuntur, ut fit in Ecclesia, dum baptizandi et ordinandi adnotantur. Eccl. Hier. c. 2, p. 2, § 6.

Ἀποδειλιάζων, *animum despondens, exanimatus*. Div. Nom. c. 3, § 3.

Ἀποδέον, *deficiens*, id quod non assequitur neque attingit perfectionem rei propositæ. Cœl. Hier. c. 2, § 3. Hinc ait cap. 12, § 2. Ὅτι τῆς ὁλικῆς καὶ ὑπερκειμένης τῶν πρεσβυτέρων διακόσμων δυνάμεως ἀποδέουσιν, οἱ τελευταῖοι. *Novissimos antiquiorum dispositionum integram et eminentem virtutem non attingere*. Quod vertit Perionius : *Totam atque summam superiorum ordinum vim inferiores requirere*; Scotus : *Ab universali et superposita majorum ornatuum virtute relinquuntur ultimi*; Sarracenus : *Totalem et superpositam dignitorum ornatuum virtutem non habent postremi*; Lansselius : *A totali et eminenti superiorum ordinum virtute, postremos abesse*.

Ἀποδιαστέλλω, *segrego, separo*. Eccl. Hierar. cap. 5, p. 1, § 1.

Ἀποκάμνων, *labori cedens, fatigatus*. Divin Nom. c 3, § 3.

Ἀπόκαρσις, *tonsura*. Eccles. Hier. cap. 6, p. 3, § 3, ubi ait in consecratione monachorum fieri τριχῶν ἀπόκαρσιν, *capillorum tonsuram*, eamque significare vitam καθαρὰν καὶ ἀσχημάτιστον, *puram et candidam, nullo vitio et artificio fucatam*, impedimentis omnibus nudam et spoliatam, et in qua libera mens, et undique expolita, e domicilio capitis Deum spectet, atque ad illum studio ardenti et honestissimo contendat.

Ἀποκλήρωσις, *sortitio*, seu attributio munerum, quæ singillatim unicuique, et quasi fortuito fieri solet, id est vices fungendi officii attributæ. *Vocationes* vulgo appellant. Eccles. Hierar. cap. 5, p. 1, § 1. Ubi vide Scholia S. Maximi.

Ἀποκληρόω, *ablego, exhæredo*. Eccl. Hier. cap. 5, p. 1, § 1.

Ἀπόκλισις, *propensio*, seu *inclinatio*. Cœl. Hier. cap. 2, § 4.

Ἀποκρυφή, *latibulum*, Mysticæ Theologiæ cap. 1, § 2.

Ἀπολακτίζω, *calce ferio, repello*. Epist. VIII, § 1.

Ἀπολισθαίνω, *decido, corruo*, scilicet impingendo in aliquod offendiculum. De div. nominib. cap. 1, § 2.

Ἀπολίσθησις, *lapsus, aberratio, exorbitantia*. Div. Nom. cap. 4, § 24.

Ἀπολύτως, *absolute*, id est sine restrictione. Div. Nom. cap. 2, § 1.

Ἀπομόργματα, *expressiones*, sive illa quæ expressa sunt, v. g. a sigillo, ut sunt signaturæ. Div. Nom. cap. 2, § 6.

Ἀπομύω, *claudo, occludo*. Divin. Nomin. cap. 4, § 23.

Ἀποπεράτωσις, *terminatio*, seu *limitatio*, ut dum certis limitibus et terminis, quidpiam definitur ac circumscribitur; πέρας enim *terminus* est. Cœlest. Hier. cap. 15, § 6.

Ἀποσοβέω, *arceo, prohibeo, excludo*. Eccl. Hier. cap 3, p. 3, § 7.

Ἀποταγή, *abrenuntiatio*, scilicet quæ fit Satanæ in baptismo et exorcismis. Eccl. Hier. cap. 2, p. 2, § 6.

Ἀπότομον, *rudem* seu *inconcisum*. Cœl. Hier. cap. 2, § 2. Vide ibidem Scholia Maximi.

Ἀπόφασις, *negatio*, seu sententia quæ per negationem effertur, ut v. g. cum dicitur: *Deus non est lapis*, etc. Græcus interpres explicat λόγος ἀποφατικὸς, ἀπόφανσίς τινος ἀπό τινος, id est *sermo negativus, negatio alicujus de aliquo*. Huic opponitur κατάφασις, quæ est *affirmatio* alicujus de aliquo. Cœlest. Hierarch. cap. 2, § 3. Mysticæ Theol. cap. 3, ubi docet Τίνες αἱ καταφατικαὶ θεολογίαι, τίνες αἱ ἀποφατικαί, id est *quæ sunt negantes theologiæ, et quæ affirmantes*.

Ἀπρονόητον, *improvidum*. De divin. nominib. cap. 4, § 33.

Ἀπρόσδεες, *minime egenum*. Cœl. Hier. cap. 15, § 2.

Ἀπρόσιτον, *inaccessum*, id est ad quod accedi non potest. Div. Nom. cap. 4, § 11.

Ἁπτικαὶ δυνάμεις, *tactiles facultates*. Quid mystice designent, vide Cœlest. Hierar. cap. 15, § 3.

Ἀραρότως, *stabiliter*. Cœlest. Hier. cap. 1, § 2. Græcus interpres ἁρμοζόντως, ἢ παγίως, ἑδραίως, id est *congruenter*, vel *solide, firmiter*.

Ἀργυροειδής, *argentiformis*, id est argenti speciem habens. Cœl. Hier. cap. 15, § 7.

Ἅρματα, *currus*. Quid mystice, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 8.

Ἁρμοστής, *concinnator*, qui omnia concinne et pulchro ordine disponit. Eccl. Hier. cap. 3, p. 3, § 14. Ita proprie (ut ait S. Maximus) vocat τὸν ἄρχοντα τῆς Ἐκκλησίας ἐπίσκοπον: *episcopum Ecclesiæ principem*, ad consuetudinem Lacedæmoniorum alludens, qui præfectos urbium nominabant ἁρμοστάς, ut Athenienses ἁρμοστῆρας, qui ad bene et præclare vivendum alios dirigerent.

Ἀρρενωπῶς, *viriliter*. Eccles. Hierar. cap. 2, p. 3, § 5.

Ἀρρεπῶς, *constanter, stabiliter, viriliter*. Cœl. Hier. cap. 15, § 1.

Ἀρχετυπία, *primæva formatio*, seu *forma primitiva*. Cœlest. Hier. cap. 2, § 4. Divin. Nomin. cap. 2, § 6.

Ἀρχέτυπον, *forma primigenia*. Eccles. Hierar. cap. 5, p. 3.

Ἀρχὴ παραδειγματική, *principium exemplare*; τελική, *finale*; ποιητική, *efficiens*; εἰδική, *formale*; στοιχειώδης, *elementare* seu *materiale*. Divin. Nom. cap. 4, § 10.

Ἀρχιερωσύνη, *pontificatus, principale sacerdotium*. Epist. VIII, § 1.

Ἀρχιστράτηγος, *militiæ princeps*. Cœl. Hierar. cap. 2, § 1.

Ἀρχισύμβολον, *primum symbolum*. Sic vocat ven. sacramentum, quod inter symbola seu sacramenta primatum teneat. Eccl. Hierar. cap. 3, p. 3, § 1.

Ἀρχισυναγωγός, *primus collector, princeps synagogæ*. Div. Nom. cap. 4, § 4.

Ἀρχίφωτον, *principium lucis*. Sic Deum Patrem appellat, qui principium est omnis lucis. Vox composita est ex ἀρχή, id est *principium*; et φῶς, id est *lux*. Cœlestis Hierarchiæ cap. 1, § 2. Vide ibidem Adnotationes et observationem generalem VII.

Ἄσκοπον, *scopo carens*, id est vagum, erroneum, inconsideratum. Div. Nom. cap. 4, § 32.

Ἀσχημάτιστον, *infigurabile*, id est quod per figuram aliquam repræsentari nequit. Cœl. Hierar. cap. 2, § 2, Div. Nom. cap. 1, § 1.

Ἄσχετος, *incomprehensibilis*. Vide S. Maximum in Scholiis ad cap. 7 Cœlest. Hierarch. § 4, in fine.

Ἀσυμμετρία, *improportio*. Divin. Nom. cap. 4, § 32.

Ἀσυμμιξία, *impermistio*. De divin. nominib. cap. 4, § 7.

Ἀσύμφυρτον, *impermistum*. Eccles. Hierarch. cap. 1, § 5.

Ἀσύστατον, *inquietum*, id est quod nullam habet consistentiam, aut statum fixum, sed semper mutat et variatur. De Divin. Nominib. cap. 2, § 6.

Ἀτελεύτητον, *sine fine*, id est quod non habet finem. Div. Nom. cap. 4, § 8.

Ἀτευξία, *frustratio, aberratio*. Divin. Nomin. cap. 4, § 34.

Ἀτράνωτον, *obscurum*, id est quod visus sive intellectualis sive sensitivus penetrare non valet. Div. Nom. cap. 4, § 11.

Αὐθαίρετον, *arbitrii libertas*, sive potestas per se eligendi quidpiam. Eccles. Hierarch. cap. 2, p. 3, § 3.

Ἄϋλος, *immaterialis* seu expers materiæ, ex α privante particula, quæ negat id quod post se relinquit, et ὕλη, id est *materia*. Sumitur autem pro re spiritali, quod spiritus quam maxime a materia et omni materiali concretione segregatus sit. Hinc mentis oculos, quibus spiritalia contemplamur, ἀΰλους, vocat. Cœlest. Hierarch. cap. 1, § 2.

Αὐτενέργητον, *per se operans*. Div. Nom. cap. 4, § 14.

Αὐτοαγαθότης, *ipsamet bonitas*, sive per se bonitas, quæ essentia sua talis est, et non ab alio vel per participationem, ut sunt creatæ bonitates hominum et angelorum. Divin. Nomin. cap. 2, § 1.

Αὐτοαγιότης, *per se sanctitas*. Div. Nom. c. 12, § 1.

Αὐτοζωή, *per se vita*, id est non ab alio vitam habens uti nos, sed a se et per se. Divin. Nom.

cap. 2, § 8. Vide etiam cap. 6, et ibidem Adnotationes nostras, et Scholia sancti Maximi.

Αὐτοκαλλοποιός, *per se pulchrificus*, Divin. Nom. cap. 11, § 6.

Αὐτοκρατητικόν, *per se victoriosum*, id est per se potens aliquid redigere in suam potestatem. Cœl. Hier. cap. 15, § 2.

Αὐτομετοχή, *per se participatio*. Divin. Nomin. cap. 5, § 5.

Αὐτοομοιότης, *per se similitudo*. Divin. Nomin. cap. 5, § 5.

Αὐτοσοφία, *per se sapientia*. Divin. Nomin. cap. 5, § 5.

Αὐτοῦπερούσιον, *per se supersubstantiale*. Divin. Nom. cap. 5, § 1.

Αὐτοφυές, *nativum*, quasi per se natum. Myst. theol. cap. 2.

Αὐτόφως, *per se lux*, id est non ab alio lucem accipiens, sed a se et per se talis. Divin. Nom. cap. 2, § 8.

Ἀφαίρεσις, *ablatio*, seu *negatio*. De div. nominibus cap. 2, § 4. Illam celebrat in Mystica theologia, cap. 2, ubi omnia de Deo negat; ubi vide exempla ablationis.

Ἄφθεγκτον, *ineffabile*, quod effari et explicari nequit, et

Ἀφθέγκτως, *ineffabiliter*, Div. Nom. cap. 1, § 1.

Ἀφιερόω, *consecro*, *dedico*. Ecclesiast. Hierar. cap. 1, § 1.

Ἀφορίζεσθαι, *definire*. Div. Nom. cap. 4, § 7.

Ἄχάραχτον, *infiguratum*, id est tabula rasa, cui nihildum insculptum est aut inscriptum. Div. Nom. cap. 2, § 6.

Ἄχραντον, *intemeratum*, quod polluere aut violare nefas est; qualia sunt mysteria quæ propalari non possunt. Eccles. Hierar. cap. 1, § 1.

## B

Βάθος, *profunditas*. Quid in Deo sit, vide Div. Nom. cap. 9, § 5.

Βάρος, *gravitas*, *densitas*. Hinc βάρος τοῦ σκότους vocat *densitatem tenebrarum*. Divin. Nomin. cap. 4, § 5.

Βασιλεὺς βασιλέων, *Rex regum*. Quomodo Deus, vide Divin. Nom. cap. 12, § 3.

Βέβηλος, *impurus*, *profanus*. Epist. IX.

Βλέφαρα, *palpebræ*. Quid mystice designent, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 3.

Βοὸς μορφή, *bovis forma*. Quid mystice, vide cap. 15 De cœlest. hierarch, § 8.

Βουλητόν, *expetendum*, *desiderabile*. Div. Nom. cap. 4, § 32.

Βραχύλεκτος, *breviloquus*, sive brevi sermone expositus. Myst. theol. cap. 1, § 3, ubi ex sententia S. Bartholomæi docet, quod bona omnium causa, sive Deus, sit πολύλογος καὶ βραχύλεκτος, id est quod exprimatur multo sermone vel conceptu, et pauco atque etiam nullo, de quo vide Adnotationes nostras ad dictum locum, et Scholia S. Maximi.

Βραχύτης, *brevitas*, *tenuitas*. De divinis nominibus cap. 4, § 4.

## Γ

Γαῦρον, *animositas*, *superbia*. Div. Nom. cap. 4, § 25.

Γεηρός, *terrenus*, *terrestris*. Epist. IV.

Γειτνιάω, *appropinquo*. De divinis nominibus cap. 4, § 50.

Γενεσιουργόν, *generativum*, id est generandi vim habens. Div. Nom. c. 4, § 20.

Γευστικαὶ δυνάμεις, *gustandi facultates*. Quid mystice designent, vide Cœlest. Hierarch. cap. 15, § 3.

Γεωμετρικὰ σκεύη, *geometrica instrumenta*. Quid mystice designent, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 5.

Γνόφος, *caligo*. Quid sit mystica caligo, vide Myst. Theol. cap. 1 et 2, et Epist. I et V, et ibidem Adnotationes nostras, et Scholia S. Maximi. Vocat autem S. Dionysius γνόφον ἀγνωσίας, id est *caliginem incognoscibilitatis*, quia in seipsa nullam intellectualem lucem aut cognitionem admittit; *vere* autem *mysticam* appellat, quia intima est, et occulta illa conjunctio, ut nulla mens ejus rationem comprehendere possit. Si vero Deum per caliginem intelligas (ut revera intelligi potest), is quidem caligo ignoscibilitatis dicitur, quod ut in seipso est, a nulla creata mente in hac vita cognosci valeat.

Γνῶσις, *notio*, *notitia*, *scientia*, Proprie in rigore philosophico accipitur pro scientia per syllogismum ac demonstrationem ratiocinando acquisita. Myst. Theol. c. 1, § 2 et 3. Vide ibidem Adnotationes et Scholia Maximi.

Γνωστικὴ ἀντίληψις, *scientifica apprehensio*. Myst. Theol. cap. 1, § 3, ubi γνωστικὰς ἀντιλήψεις, Perionius et Ambrosius vertunt *cognitionis et scientiæ præsidia*; Marsilius, *cognitorias perceptiones*; nostra, *scientificas apprehensiones*, id est notiones omnes, aut conceptus qui animo scientiam et cognitionem ingerere possunt.

Γονιμοποιόν, *fecundans* seu fecundandi vim habens. Cœl. Hier. cap. 15, § 8.

Γόνιμος, *fecundus*, *genitalis*. Ibidem.

Γονιμότης, *fecunditas*. De divinis nominibus cap. 1, § 4.

Γυμνασία, *exercitatio*. Per metaphoram ab exercitiis palæstricis, quæ a nudis fiebant. Div. Nom. cap. 2, § 9.

Γυμνόν, *nuditas*. Quid mystice significet, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 3.

## Δ

Δευτεροφανῶς, *secundaria apparitione*, id est remissiore illustratione, et quasi luce refracta. Quanto enim illustratio per plures transit atque protenditur, hoc remissior fit et minus luculenta in inferioribus, et a primiluca irradiatione magis distantibus, uti pulchre ostendit S. Dionysius Cœl. Hier. cap. 7 et 8 et 15, § 6.

Διαβάλλω, *criminor*, *traduco*. Divin. Nomin. cap. 4, § 11.

Διαβομβέω, *strideo*, *tinnio*, *inanem sonitum edo*. Div. Nom. cap. 4, § 11.

Διαιρετικόν, *divisivum*, id est dividendi vim habens. Cœl. Hier. cap. 15, § 5.

Διακεκριμένον, *distinctum*, et

Διακεκριμένως, *distincte*, *non confuse*. Div. Nom. cap. 2, § 2.

Διακόσμησις, *adornatus*, seu *adornatio*, a verbo κοσμέω, id est *orno*, *ordino*. Hinc sanctus Dionysius cœlestes hierarchias et ordines angelorum vocat οὐρανίας διακοσμήσεις, quod videlicet pulcherrimo ordine a Deo ordinatæ sint atque adornatæ, Cœlest. Hierarch. cap. 2, § 1. Eamdem ob causam S. Dionysius Eccles. Hierarch. cap. 2, clerum vocat ἱερὰν διακόσμησιν, *sacrum ornatum*, pulchritudinem, ordinem speciosum, partibus suis aptum et concinnum; ut quasi instructum et paratum exercitum intelligamus, et castrorum aciem ordinatam, quadrato veluti agmine gradientem. Sicut enim in militia varii ordines sunt, gradusque pugnantium, quorum alii sunt inferiores et reguntur, aliorum autem nutu et imperio bellicæ res administrantur; sic in hac militia clericatus et Ecclesiæ bellantis expeditione similiter fieri videmus.

Διάκρισις, *distinctio*. Div. Nom. c. 4, § 7.

Διακριτικαὶ δυνάμεις, *discernendi vires*. Cœl. Hier. cap. 15, § 3.

Διάμετρον, *ex opposito*. Est autem diameter 'ines

rectam figuram, qua longissime patet, ex æquo secans atque dimetiens. Epist. VII, § 2. Græcus interpres exponit, τὸ ἀπὸ πέρατος εἰς πέρας κατὰ πλάτος διάστημα, id est *a fine usque ad finem secundum latitudinem distantia.*

Διαπορθμευτικόν, *permeativum*, id est quod permeandi habet facultatem, a verbo διαπορθμέω seu διαπορθμεύω, id est *trajicio, transveho, transfundo.* Græcus interpres τὸ διαπορθμεύεται exponit διακομίζεται, διαπερᾷ, διατυποῦται, id est *trajicit, transmeat, transformat.* Cœlest. Hierar. cap. 15, § 6.

Διεσκεδασμένον, *dispersum, dissipatum, distractum.* Div. Nom. c. 4, § 4.

Διειδέστατον, *perspicacissimum*, vel maxime perspicuum, dilucidissimum. Græcus interpres exponit διαφανέστατον, καθαρώτατον, διαυγέστατον, λαμπρόν, id est manifestissimum, purissimum, splendidissimum, clarum. Cœlest. Hierarch. cap. 15. § 3.

Διαφερόντως, *excellenter, eximie.* Divin. Nom. c. 4, § 12.

Διεξοδικόν, *diffusum*, id est late patens, explicatum. Sanctus Dionysius διεξοδικὰς ἱερὰς μαθητείας, id est *diffusas sacras disciplinas*, intelligit illas quæ prolixe explicant illa quæ succincte et breviter, per internam illustrationem aut divinam revelationem intellecta sunt. Cœlest. Hierarch. cap. 1, § 3. Vide ibidem Scholia sancti Maximi.

Διεξοδικώτερον, *fusius, prolixius.* Eccles. Hierar. cap. 1.

Διηυκρινημένον, *bene digestum, bene distinctum, bene ordinatum.* Div. Nom. c. 3, § 2.

Δίκαιος, *justus.* Div. Nom. c. 4, § 10.

Δικαιοσύνη, *justitia.* Quid sit, et quæ ejus munia, vide Divin. Nomin. cap. 8, § 9, ubi ex professo agit de hac virtute.

Δόρατα, *hastæ.* Quid designent, vide Cœlest. Hier. c. 15, § 5.

Δραστήριον, *efficax*, id est efficiendi vim habens, a verbo δράω, id est *facio*, quod verbum simul connotat aliquam fortitudinem et efficaciam in expedite exsequendo id quod fit. Hinc δραστηρίως Græcus interpres exponit ἐνεργῶς, ἐργαστικῶς, πρακτικῶς, id est *efficaciter, operanter, practice*, quæ omnia connotant effectum actioni conjunctum, ita ut actio minime irrita sit. Cœlest. Hier. cap. 15, § 2.

Δύναμις, *virtus, potentia.* Sumitur etiam pro ordine angelico secundæ hierarchiæ, et pro parte hierarchica. Cœlest. Hierar. cap. 3, § 1, et cap. 8 et 11. Ubi vide Adnotationes et Scholia sancti Maximi. Vide etiam Divin. Nomin. cap. 8, § 1, 2. Nota S. Dionysium, Cœl. Hierar. cap. 10, § 3, docere quamlibet cœlestem et humanam mentem in se continere πρώτας καὶ μέσας καὶ τελευταίας δυνάμεις, id est *primas, et medias, et ultimas virtutes* seu facultates. Cap. 11 autem dicit omnes divinas mentes in tria dividi, scilicet εἰς οὐσίαν, καὶ δύναμιν, καὶ ἐνέργειαν, id est *in substantiam, et in virtutem, et in actionem*, hoc est ad earum perfectionem requiri ista tria, inter quæ hic est ordo, ut primo sit ipsa natura seu substantia; secundo, virtus seu potestas agendi; tertio, ipsa actio. Quare (ut bene in suis documentis adnotat Halloix noster) non intendit ibi S. Dionysius afferre divisionem generis in suas species, aut aliam similem; sed tantum divisionem et ordinem rerum necessariarum.

Δυναμοποιός, *potentificus*, seu qui potentem facit ad aliquid agendum. Sic Deum vocat ὑπερούσιον καὶ δυναμοποιὸν δύναμιν, id est *superessentialem ac potentificam virtutem.* Cœlest. Hierarch. cap. 8, § 1.

Δυναμωνυμία, *potentiæ nominatio.* Divin. Nom. cap. 8, § 1.

Δυοειδής, *biformis*, id est duas formas habens. Divin. Nom. c. 4, § 21.

Δυσχέρεια, *absurditas, indecentia.* Divin. Nom. c. 4, § 12.

Δυσχερέστερον, *durius, absurdius.* Divin. Nomin. cap. 4, § 12.

E

Ἐγκάρδιον, *cordiale*, quod est in corde. Mysticæ Theol. cap. 3.

Ἐγκόσμιος, *mundialis*, id est qui in mundo est. Div. Nom. c. 1, § 6.

Ἕδρα, *sedes, sessio.* Quid in Deo, vide Div. Nom. cap. 9, § 8.

Ἐθναρχία, *gentilis principatus.* Epist. VIII, § 1.

Εἴδωλον, *imago, figmentum.* Divin. Nom. c. 4, § 12.

Εἰδοποιόν, *formificum*, id est quod formam tribuit. Div. Nom. c. 4, § 18.

Εἶδος, *forma, species.* Divin. Nomin. cap. 4, § 10.

Εἰκονογραφία, *descriptio*, scilicet per imagines vel figuras. Cœl. Hier. c. 15, § 9.

Εἰρήνη, *pax.* Quid de Deo, vide Divin. Nom. cap. 11, § 1.

Εἰσαγωγή, *introductio.* Eccles. Hierar. cap. 2, p. 3, § 1.

Εἰσαγωγικῶς, *introductorie.* Eccl. Hierar. cap. 2, p. 1, § 2.

Ἐκδειματόω, *terreo.* Eccl. Hierar. cap. 6, p. 1, § 1.

Ἐκθεωτικόν, *Dei expressivum.* Divin. Nomin. c. 2, § 7.

Ἐκπομπεύειν, *publicare, evulgare, arcana prodere.* Epist. VIII, § 1.

Ἔκπτωσις, *dilapsio.* Div. Nom. c. 4, § 12.

Ἔκστασις, *excessus*, scilicet mentis, dum præ amoris vehementia, et intellectus intentione quis usu sensuum destituitur, rei amatæ contemplatione totus absorptus, uti contemplativis sæpe accidit. Spiritalis autem vitæ scriptores exstasim definiunt animæ abstractionem a potentiis sensitivis, et aliquando etiam intellectualibus, seu earumdem suspensionem, divinæ gratiæ vi, qua anima maximis luminibus, seu divinarum rerum cognitionibus illustratur. Vide Divin. Nomin. cap. 4, § 13, et cap. 1 Mystic. Theolog. et ibidem Adnotationes et Scholia S. Maximi.

Ἐκστατικός, *exstaticus*, id est exstasim faciens aut patiens. Divin. Nom. c. 4, § 13.

Ἐκτύπωμα, *figura expressa*, v. g. signatura sigilli. Div. Nom. c. 2, § 5.

Ἐκφαίνω, *patefacio, manifesto, enarro.* Utitur autem fere hoc verbo Dionysius, cum de mystica aliqua manifestatione agitur, sive per symbola sive per intellectilem irradiationem arcani quidpiam cognoscitur, quod antea ignotum et occultum erat, et humanum captum naturalem excedebat. Cœl. Hierar. cap. 1, § 2, et cap. 5, ubi angelos vocat virtutes ἐκφαντορικάς, *divinorum internuntias atque interpretes*, cujus viri sapientiam docte exponens B. Maximus, divinitus in hunc modum pronuntiat: Angeli sacros homines attollunt ἐπὶ τὰς ἐγνωσμένας αὐτοῖς θείας αὐγάς, *ad cognitos sibi divinos splendores.* Quod non modo capiendum est de fidei arcanis, in quibus sapienter intelligendis juvant maxime religionis antistites, et, ut ait idem S. Maximus, παιδαγωγικῶς χειραγωγοῦσι, *pædagogi in morem instruunt*, et veluti manu ducunt; verum etiam illud ipsum beneficium ad omnium ordinum homines referendum est, quibus ut tutelares præfecti sunt.

Ἐκφαντορία, *explanatio*, seu *manifestatio.* Vide supra verbum ἐκφαίνω, a quo derivatur, et Scholia S. Maximi in Cœlest. Hierarch. cap. 2, § 1.

Ἐκφαντορικῶς, *explanatione.* Divin. Nom. cap. 1, § 4.

Ἐλευθεροπρεπῶς, *liberaliter*, id est ut liberum decet. Cœl. Hier. c. 8, § 1.

Ἑλικοειδές, *obliquum.* Quid in Deo, vide Div. Nom. c. 9, § 9.

Ἑλικοειδῶς, *oblique.* Div. Nom. c. 4, § 9.

Ἔλλαμψις, *illustratio*. Hoc modo Scripturam appellat, tum quia per divinam inspirationem et Spiritus sancti illustrationem dictata et conscripta est, tum quia mentem hominum illuminat et illustrat, de rebus divinis illam instruens, et de agendis ac omittendis erudiens. Cœl. Hier. cap. 1, in titulo. Vide ibid. Adnotationes.

Ἔλλειψις, *defectio*. Div. Nom. c. 4, § 20.

Ἐμπαθής, *passionatus*, seu vitiosis passionibus implicatus et addictus. Sumitur enim in malam partem, v. g. de affectionibus irrationalibus et inordinatis hominem dedecentibus, et divinæ ac naturali legi adversantibus. Cœlest. Hierar. cap. 2, § 4.

Ἐμπρηστής, *incensor*. Cœl. Hier. c. 15, § 2.

Ἐμφέρεια, *similitudo*. Proprie dicitur de interna similitudine, verb. g. spirituali, qualis est animæ ad Deum, quæ intrinsecus in mentis apice maxime relucet, præsertim gratiæ donis supernaturalibus; quæ similitudo ad Deum cum intus circumferatur, pulchre ἐμφέρεια nuncupatur. Cœlest. Hierar. cap. 2, § 3; Divin. Nomin. cap. 2, § 8.

Ἐμφερής, *similis*. Div. Nom. c. 2, § 7.

Ἐμφυσῆσαι, *insufflare*. Dicitur proprie, cum exorcista dæmonem conjurat. Eccl. Hier. c. 2, p. 2, § 6.

Ἕν, *unum*. Quomodo de Deo dicatur, vide Div. Nom. c. 13, § 2.

Ἐναγές, *impurum, exsecrabile*, opponitur καθαρῷ, id est *puro*, seu mundo, vide Mystic. Theol. cap. 1, § 3. Ubi nota per *pura* res intellectuales accipi, utpote ab omni corruptibilis materiæ fæce expurgatas; per *impura* vero res corruptioni obnoxias.

Ἐναγέστατον, *sacerrimum*, id est maxime detestabile. Eccl. Hier. c. 3, p. 3, § 7.

Ἐναπομόργνυμαι, *imprimo, inculco, instillo*. Epistol. IX, § 1.

Ἐναρμονίως, *concinne, congruenter*, id est *concinna proportione*. Eccles. Hierar. cap. 3, p. 3, § 5; Div. Nom. c. 1, § 2.

Ἐναρχία, *principium unitatis*, seu *uniprincipatus*, a quo nimirum omnis unitas proficiscitur. Divin. Nomin. cap. 2, § 4, ubi vocat Deum ὑπὲρ ἐναρχίαν ἑνότητα, *unitatem quæ est supra principium unitatis*.

Ἐνδότης, *intimitas*, formatum ab ἔνδον, quod est *intus*, conjunctum autem cum voce ἑνική idem significat quod *intima unitas*, quæ rebus spiritalibus cum primis congruit, quorum splendor omnis ab intus est, et maxime unitæ sunt et gaudent unitate ac simplicitate. Cœlest. Hierarch. cap. 1, § 2. Vide ibidem Scholia sancti Maximi.

Ἐνδύναμον, *validum, potens*. Div. Nom. cap. 4, § 32.

Ἐνέργεια, *afflatio*, et quasi interna quædam spiritus inoperatio, sive a bono spiritu illa exsistat, sive a malo. Unde a dæmone obsessi vocantur ἐνεργούμενοι. Eccles. Hierar. cap. 1, § 1. Aliquando etiam angelos vocat ἐνεργείας, id est *operationes*, scilicet spirituales, et ipsam hierarchiam definit esse τάξιν, ἐπιστήμην, καὶ ἐνέργειαν, id est *ordinem, scientiam et operationem*. Vide de his cap. 3 Cœl. Hierar. § 1, et ibid., Adnotationes ac Scholia S. Maximi.

Ἔνθεος, *divinus, divino numine afflatus*, qualis proprie est quilibet mysticus theologus, dum cum S. Paulo excedit e se Deo, et a semetipso rebusque omnibus extrinsecis amotus, per amorem et affectum totus est in Deo, et Deus in ipso; quod vox illa significanter insinuat Cœlest. Hierar. cap. 2, § 5 in fine et passim alibi.

Ἑνιαῖος, *unitus, collectus*. Sic monachos vocabat, utpote qui a divituo vitæ genere et turbulento divisi, eum statum complectebantur, cujus proprium sit ἑνοποιεῖσθαι, *unum fieri*, et contendere, quantum fas est, εἰς θεοειδῆ μονάδα, *ad divinam unitatem*. Hoc enim spectabant unum, ut ab omnibus mundi rebus exuerent se, et a corporis item obsequio et indulgentia discederent, denique totos se referrent in Deum, et felicissima unione fierent simplicissimi.

Ἑνιαίως, *unite, singulariter*. Eccl. Hierar. c. 3, p. 1, § 4.

Ἐνιδρύω, *insero, implecto*. Divin. Nomin., cap. 4, § 12.

Ἐνιζάνον, *ingerens*, a verbo ἐνιζάνω, *insideo, inhæreo*. Cœlestis Hierarch. c. 2, § 2. Vide ibidem Scholia S. Maximi.

Ἐνιζάνω, *insideo, inhæreo*. Cœlest. Hierarch. cap. 2, § 2.

Ἐνισχημένος, *irretitus, implicatus*, scilicet qui adhæresci alicui rei. Mystic. Theolog. cap. 1, § 2.

Ἑνοειδής, *uniformis*. Eccles. Hierarch. cap. 2, p. 3, § 5.

Ἑνοποιὸς δύναμις, *unifica vis*. Componitur ex ἕν, id est *unum*, et ποιέω, id est *facio*. Significanter sic vocat divinam illustrationem et gratiam, cui quædam divinitus vis insita est hominem cum Deo conjungendi et unificandi. Cœlest. Hierarch. cap. 1, § 1 et 2. Vide ibidem Adnotationes.

Ἑνότης, *unitas*. Divi. Nom. c. 2, § 4.

Ἐντρεχής, *agilis, velox*. Cœlest. Hierar. cap. 15, § 8.

Ἕνωσις, *unio, unitio*. Divin. Nomin. cap. 1, § 1, ubi docet nos rebus ineffabilibus et ignotis modo ineffabili ignotoque conjungi κατὰ τὴν κρείττονα, τῆς καθ' ἡμᾶς λογικῆς καὶ νοερᾶς δυνάμεως καὶ ἐνεργείας ἕνωσιν, *secundum eam unionem præstantissimam, quæ vim omnem ac potentiam nostræ aut ratiocinationis, aut intellectionis excedit*. Quod Periounius vertit, *unione, quæ sensum nostrum, mentemque et actionem multum superat*; Scotus et Sarracenus, *secundum meliorem nostræ rationabilis et intellectualis virtutis et operationis unionem*. Hac vero unione summum perfectionis gradum acquirimus, nam per eam in unum, a quo egressi sumus, regredimur, uti pulchre docet sanctus Dionysius Mystic. Theolog. cap. 1, § 3 in fine. Huc spectat illustre illud dogma Pythagoricorum: *Oportere hominem unum fieri*; quod si philosophica et Christiana simul ratione explicare liceat, dicenda est duplex esse animæ unitas; humana scilicet, quæ illi propria est, quamque ipsam esse animæ essentiam definivit Proclus; utpote quæ in se, aut facultatum aut operationum distinctionem non admittat; et divina, quam Apostolus unitatem spiritus cum Deo esse dixit: *Qui adhæret Deo*, inquit, *unus spiritus est*, intellige mystice, quamque Christus Dominus, *unum necessarium* vocavit, eamdemque suis apud Patrem exoptavit, quasi æternæ, quam cum Patre habet, unitatis imitatricem. *Joan.* XVII.

Ἑνωτικόν, *unitivum*, id est uniendi vim habens. Divin. Nomin. cap. 4, § 6.

Ἐξαίσιον, *eximium, stupendum*. Epistol. VIII, § 2.

Ἐξαίφνης, *subito, repente*. Cœl. Hier. c. 15, § 2. Vide vim hujus vocis explicatam in epist. III, ad Caium, et ibidem consule nostras Adnotationes et Scholia S. Maximi.

Ἐξημμένον, *dependens*. Divin. Nomin. cap. 4, § 28.

Ἕξις, *habitus, status*. Eccles. Hierar. cap. 4, p. 3, § 10.

Ἐξολισθαίνω, *dilabor, excido, exorbito*. Divin. Nom. cap. 4, § 12.

Ἐξορχεῖσθαι τὰ Ἅγια τῶν ἁγίων, *explodere Sancta sanctorum*, id est arcana sacra profanis propalare, ac secreta prodere. Proprie significat, *extra chorum saltare*. Sacra autem solent in choro tractari, loco a communi populo segregato. Qui itaque illa profanis evulgat, quasi extra chorum cum iis saltat et contemerat. Minus proprie vertunt, Scotus, *Sancta sanctorum revenerari*; Periontus, *enuntiare*; Sarracenus, *extra terminum suum mittere*. Eccl. Hier. cap. 1, § 1.

Ἐξουσιαστικός, *potentificus*, id est potentiam con-

ferendi vim habens. Derivatur ab ἐξουσία, id est *potentia* seu facultas. Cœl. Hierar. cap. 8, § 1. Ibidem in eadem significatione vocat Deum ἐξουσιοποιὸν ἐξουσιαρχίαν, id est *potentificæ potestatis principatum*.

Ἐπαναβαθμός, *gradus* quo sursum ascenditur Eccl. Hier. cap. 7, p. 3, § ultimo.

Ἐπαναστρέφω, *retroverto*. Epist. VII, § 2.

Ἐπανορθωτικὴ παιδεία, *correctrix disciplina*, id est quæ corrigendi vim habet. Cœl. Hierar. cap. 15, § 5.

Ἐπαφή, *tactus*. Divin. Nom. c. 4, § 10.

Ἐπέκεινα, *ulterius, supra*. Divin. Nom. cap. 4, § 16.

Ἐπιβοάω, *inclamo, invoco*. Epist. VIII, § 1.

Ἐπιείκεια, *æquabilitas, benignitas*. Epist. VIII, § 1.

Ἐπιεικῶς, *æquabiliter, mansuete, benigne*. Epist. VIII, § 1.

Ἐπιθυμία, *concupiscentia*. Quid mystice sit, vide Cœl. Hierar. cap. 15, § 8.

Ἐπίῤῥοια, *affluentia*. Cœlest. Hierar. cap. 15, § 9.

Ἐπιστήμη, *scientia*. Accipit sæpe per excellentiam pro propria scientia hierarchica, definiens hierarchicam esse *scientiam*. Vide cap. 3 Cœlest. Hierarch. § 1, et ibidem S. Maximum. In primis autem pontificibus attribuit ἐπιστήμην τελειωτικήν, *scientiam perfectam, et perficiendi vim habentem*, et alias θεοπαράδοτον, *a Deo traditam*, ne quis putet omne genus scientiarum, etiam curiosarum atque inutilium, in eos convenire. Quare magnus Dionysius, cum Eccles. Hierar. cap. 1, hierarcham seu pontificem describit, non illum esse vult de schola rhetorem; non geometriæ peritum, non fabellarum opificem poetam, non astrologum aut musicum, sed ait esse virum divino afflatum numine, ipsumque divinum καὶ πάσης ἱερᾶς ἐπιστήμης γνώσεως, *qui omni sacra scientia sit præditus*.

Ἐπιστημονικῶς, *scientifice, scite*. Eccl. Hierar. cap. 5, p. 1, § 4.

Ἐπιστρεπτικόν, *conversivum*, id est convertendi vim habens. Div. Nom. c. 4, § 6.

Ἐπιστρεπτικῶς, *conversive*. Divin. Nomin. cap. 4, § 10.

Ἐπιστροφή, *conversio*. Divin. Nomin. cap. 4, § 12.

Ἐπισυνίσταμαι, *conjuro, conspiro*. Epistol. VIII, § 1.

Ἐποχετεύειν, *derivare*. Cœlest. Hierarch. cap. 3, § 3.

Ἐπωνυμία, *denominatio*. Divin. Nomin. cap. 4, § 10.

Ἐράω, *amo*. Divin. Nomin. cap. 4, § 11.

Ἐρυθρὸν χρῶμα, *rubeus color*. Quid mystice, vide Cœlest. Hierar. cap. 15, § 7.

Ἔρως, *amor*, et quæ sit vis ac significatio hujus vocis, et an idem sit quod ἀγάπη, seu *dilectio*, vide Divin. Nomin. cap. 4, § 11 et 12; ibidem Scholia S. Maximi, et Paraphrasim Pachymeræ, nec non P. Petrum Halloix, qui tomo II, in quæstione 2, de Operibus S. Dionysii, sub medium, pulchre notavit ista verba: γράφει δὲ καὶ ὁ θεῖος Ἰγνάτιος· Ὁ ἐμὸς ἔρως ἐσταύρωται, id est: *scribit autem divinus Ignatius: Meus amor crucifixus est*, cum ab aliquo in margine adnotata fuissent, in textum irrepsisse. Sine illis enim sensus constat, imo plenior est, et cessat difficultas quæ objicitur exinde, quod, dum hæc scriberet S. Dionysius, nondum Ignatii epistolæ, aut scripta exstarent.

Ἐρωτικῶς, *amatorie, amabiliter*. Epist. VIII, § 1.

Ἐσθὴς πυρώδης, *vestis ignea*. Quid in angelis designet, vide Cœlest. Hierar. cap. 15, § 4.

Ἑστίασις. Græcus interpres, εὐωχία, εὐφροσύνη, χαρά, id est *convivium, jucunditas, gaudium*, a verbo ἑστιάομαι, *epulor*. Cœlest. Hierarch. cap. 7, § 4.

Ἕτερον, *aliud*. Quomodo de Deo dicatur, vide Divin. Nom. cap. 9, § 5.

Ἑτερότης, *diversitas*. Eccl. Hierar. cap. 1, § 1. Divin. Nom. cap. 4, § 7.

Εὐαρμοστία, *concinnitas, bona proportio*. Divin. Nom. cap. 4, § 7.

Εὐδιάχυτον, *fusile*, id est quod facile funditur. Div. Nom. cap. 2, § 6.

Εὐζωΐα, *integritas vitæ, bene vivendi ratio*. Eccl. Hierar. cap. 2, p. 3, § 1.

Εὐθύγραμμον, *rectilineum, recte scriptum*. Divi. Nom. cap. 4, § 11.

Εὐθημοσύνη, *rectus ordo*. Divin. Nomin. cap. 8, § 5.

Εὐκοσμία, *concinnitas, pulcher ornatus*. Cœlest. Hierar. cap. 15, § 4, et in Ecclesias. Hierarch. τῶν θείων εὐκοσμίαν, *elegantem rerum divinarum descriptionem* vocat id quod S. Ignatius in Epist. ad Smyrnenses εὐταξίαν, id est *probum ac decentem ordinem* in Ecclesia nuncupat. Alii τὸ εὔσχημα, *concinnam et decoram honestatem*, unde magna quædam rebus divinis pulchritudo et majestas conciliatur. Atque hoc est quod S. Paulus, I Corinth. XIV, inculcat, dum ait: *Omnia* εὐσχημόνως καὶ κατὰ τάξιν, *honeste et secundum ordinem fiant in vobis*. Nihil enim (ut in eum locum ait S. Chrysostomus) sic ædificat, ὡς εὐταξία, *ut aptus omnium ordo*, pulchritudinis et decori opifex, et insigne mentis omni ex parte compositæ.

Εὐλάβεια, *reverentia, veneratio, religio*. Divin. Nom. cap. 3, § 3.

Εὐμήχανον, *facile factu*. Cœlest. Hierarch. cap. 15, § 8.

Εὔοσμος, *bene olens*. Eccles. Hierar. cap. 4, p. 2, ubi Orientis Ecclesiæ ritum consecrandi unguentum describens, ait fieri ab hierarcha ἔυοσμον περιαγωγήν, *odoratam lustrationem*, et eumdem sacro unguento suavissimi odoris in omni fere pontificio munere fuisse usum, in eorum sanctissimo ritu quæ consecrantur. Cujus rei mysterium latius ibidem in Contemplatione declarat.

Εὐπάθεια, *bona affectio*. cap. 15, § 9.

Εὐσταθές, *bene ordinatum*. Eccles. Hierar. cap. 5, p. 1, § 1.

Εὐτύπωτον, *figuratu facile*. Divin. Nomin. cap. 2, § 6.

Εὐχαριστία, *gratiarum actio* κατ' ἐξοχήν. Venerabile sacramentum altaris, quod simul est sacrificium ad Deo gratias per illud exhibendas institutum; quapropter cum summa gratiarum actione frequentandum, uti S. Dionysius Eccles. Hierarch. cap. 3, p. 2 et p. 3, sub finem, pulchre docet.

Εὐωχία, *convivium*. Quid mystice, vide Epist. IX, § 5.

Ἐφαρμογαί, *congruentiæ, concinnitates*. Divin. Nom. cap. 4, § 7.

Ἔφεσις, *desiderium, appetitus*. Græcus interpres ἐπιθυμία.

Ἐφίεμαι, *desidero, cupio, concupisco*. Div. Nom. cap. 4, § 18, 19.

Ἐφικτόν, S. Maximus δυνατόν, id est *possibile*. Græcus interpres, καταλῆπτον, *comprehensibile*. Cœlest. Hierar. cap. 1, § 2, et c. 3, § 1.

Ἔφορος, *præses, gubernator, director, inspector*. Myst. Theol. c. 1, § 1.

## Z

Ζῆλος, *zelus, æmulatio, fervens amor*. Divin. Nom. cap. 4, § 13.

Ζηλωτής, *zelotes, æmulator, fervens amator*. Div. Nomin. cap. 4, § 13. Hoc nomen expendens S. Dionysius, ait, ζηλωτὴν vocari Deum, ut magno et benigno in ea quæ sunt amore præditum, ut eumdem quoque zelum studiumque excitantem amatorii ipsius desiderii, quo divini homines et Numinis in terra vitam imitantes ardere solent.

Ζηλωτόν, *valde amabile*, id est quod ferventi

amore et æmulatione dignum est. Divin. Nomin. cap. 4, § 13.

Ζυγά, *lances*. Divinam providentiam ac gubernationem vocat θεαρχικὰ ζυγά, id est *lances divino-principales*, quia nimirum Deus omnia facit in pondere et mensura. Div. Nomin. c. 1, § 3.

Ζωαρχικόν, *vitam initians*, *quod vitæ principium est*. Ita S. Dionysius merito appellat sacrum corpus beatissimæ Virginis ζωαρχικὸν καὶ θεοδόχον σῶμα. Nam, ut dixi, ζωαρχικόν sonat *id quod est principium vitæ*; atqui Christus est vita (ut se ipse appellavit Joannis XIV: *Ego sum via, veritas et vita*) et si Deipara est illi principium generationis, certe etiam dici potest *principium vitæ*. Div. Nom. c. 3, § 2, et c. 6, § 3.

Ζωή, *vita*. De hac vide caput singulare Divin. Nom. c. 6.

Ζῶναι, *zonæ*. Quid spiritualiter designent, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 4.

Ζωογόνον, *vivificum*, *viviparum*. Divin. Nomin. cap. 2, § 7.

Ζωοδότης, *vitæ dator*. Eccles. Hierarch. cap. 2, p. 3, § 7.

Ζωοποιεῖν, *vivificare*. De divinis nomin. cap. 2, § 1.

Ζωοποιόν, *vivificum*. Cœl. Hier. cap. 15, § 9.

Ζωόπυρον, *vitalis ignis*, id est qui viventibus motum subministrat, et vitam conservat; per quem significanter exprimit calorem vitalem, quem pulchre vocat ζωόπυρον θερμότητα. Cœlest. Hier. cap. 15, § 2.

## H

Ἡβῶσα ἡλικία, *pubescens ætas*, quid mystice designet, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 3.

Ἠγαπημένος, *dilectus*. Hoc nomine Dionysius S. Joannem salutat (Epist. X, quam ad illum scribit) ut refricet ei in memoriam dilectionis ejus, qua illum Christus prosequebatur, et qua ipse sic delectabatur, ut se vocaret *discipulum quem diligebat Jesus*, scilicet ἀντονομαστικῶς, Joannis XXI, 7.

Ἡγεμονικόν, *ducale*, *regale*, id est ducendi ac regendi habens potestatem. Cœlest. Hierar. cap. 15, § 5.

Ἠλέκτρου εἶδος, *electri species*; quid mystice, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 7.

Ἡλιοβολία, *solaris jactus*, seu solis evibratio, qua radios suos trajicit. Cœlest. Hierarch. cap. 15, § 8.

Ἥλιος, *sol*, quem sic appellatum ait Dionysius De divinis nominibus cap. 4, § 4: Ὅτι πάντα ἀολλῆ ποιεῖ, καὶ συνάγει τὰ διεσκεδασμένα, id est *quod omnia servet salva, et congreget dispersa*. Ubi vide pulchram descriptionem solis ejusdemque pulchritudinis atque utilitatis, et anagogicam ejusdem explicationem.

Ἥλιος τοῦ Εὐαγγελίου, *sol Evangelii*: sic S. Joannem appellat epistola X. Primo propter claritatem in ejus prædicatione et comprobatione; secundo ex spiritu prophetico, quo præsciebat eum scripturum novum Evangelium, per quod inter evangelistas, ut sol quidam, emineret, et tenebras, quæ de Christi erant divinitate, simulque nonnullorum mysteriorum in aliis evangelistis caliginem, sua luce dissiparet. Vide ibidem nostras Adnotationes.

Ἡλιότευκτον, *a sole fabricatum* seu *productum*. Sic radios solares vocat ἡλιοτεύκτους αὐγάς. Eccl. Hierar. cap. 2, p. 1, § 1.

Ἡλιούπολις, *Heliopolis*, id est *civitas Solis*. Urbs est Ægypti, epist. VII, § 2. Vide ibidem Adnotationes et Scholia S. Maximi.

Ἡνωμένως, *unite*. Div. Nom. cap. 2, § 1.

## Θ

Θέα, *visio*, *intuitio*. Mysticæ Theol. cap. 2.

Θεαμα, *spectaculum*. Eccles Hierar. cap. 2, p. 3, et Mysticæ Theolog. cap. 1. Hæc vox tam visionem, quam rem ipsam quæ videtur, significat. Nota autem in doctrina Dionysii tria genera spectaculorum, nimirum symbolica, intelligibilia et mystica. Symbolica sunt similitudines ex corporeis desumptæ, quibus divina modo nobis accommodato exprimuntur, et ad symbolicam theologiam pertinent. Intelligibilia sunt, quæ menti nostræ objecta sunt, et intellectuali conceptione apprehenduntur, ut sunt divinæ hypotyposes, et divina nomina, de quibus vide caput 1, De divinis nominibus, et ibidem nostras Adnotationes. Mystica sunt divina ipsa, quæ omnium negatione cognoscuntur, imo et super negationem, intima cum ipsis unione apprehenduntur; de quibus vide cap. 1 Mysticæ Theologiæ, et ibidem nostras Adnotationes.

Θεανδρικὴ ἐνέργεια, *Dei virilis operatio*. Hæc est propria Christi. Epist. IV. Vide ibidem Adnotationes, et Scholia S. Maximi.

Θεαρχία, *Dei-principatus*, vel *principium divinitatis*, ita divinitatem solet appellare, quippe a qua nobis et angelis participatio quædam divinitatis per gratiam vel gloriam communicatur. Cœl. Hier. cap. 1 et 2.

Θεαρχικός, *divino-principalis*. Formatur ex vocibus Θεός et ἀρχή. Frequenter autem S. Dionysius hac voce utitur, ad conceptuum suorum sublimitatem significanter explicandam, et, munerum divinorum excellentiam demonstrandam. Sic divinam illustrationem vocat θεαρχικὴν ἀκτῖνα, id est *radium divino-principalem*, tum quia a Deo proficiscitur, et ad eumdem nos subrigit; tum quia præcipuum quoddam Dei donum est, et prorsus divinum, quippe nos ad Deum colligens, et reddens nos divinos. Cœlest. Hierar. cap. 1, § 2.

Θέλξις, *illecebra*. Eccl. Hier. cap. 3, p. 3, § 7.

Θεμελιωτικόν, *fundativum*, id est fundandi vim habens. Cœl. Hier. cap. 15, § 5.

Θεογενεσία, *nativitas divina*, sic appellat baptismum quo Christo renascimur. Eccl. Hierar. cap. 2, p. 1, § 1, et p. 3, § 1.

Θεογόνος, *Deum generans*, *Deigenus*. Div. Nom. cap. 2, § 1, et 7, ubi ait Filium et Spiritum sanctum esse τῆ; θεογόνου θεότητος εἰ οὕτω χρὴ φάναι, βλαστοὺς θεοφύτους. *Deigenæ divinitatis, si ita dicendum sit, germina Deo oriunda*. Secundum hoc corrige nostram versionem, quæ minus proprie in textu sic habet: *Quasi Dei prolem, et si dictu fas sit, quasi germina divina*.

Θεοδόχον, *Dei susceptivum*, sive *Dei conceptaculum*. Recte sic Dionysius appellat corpus Deiparæ Virginis, eo quod Deum in utero conceperit et gestaverit. De divinis nominibus cap. 3, § 2.

Θεοείδεια, *Deiformitas*. Cœlest. Hierar. cap. 8, § 1.

Θεοειδής, *Deiformis*. Compositum ex Θεός, id est *Deus*, et εἶδος, id est *forma* seu *species*. Hæc autem Dei forma est ipsamet gratia habitualis, per quam Deo conformamur, et supernaturalis animæ forma exsistit, ut passim theologi apud D. Thomam 1-2. Frequens est hujus vocabuli usus apud S. Dionysium Cœl. Hier. cap. 1, § 3, et passim alibi.

Θεόκριτος, *a Deo electus*, sive *divino judicio designatus*. Epist. VIII, § 1.

Θεόληπτος, *Deo afflatus*. Eccles. Hierar. cap. 2, p. 2, § 7.

Θεολογία, *sermo de Deo*. Eccl. Hierar. cap. 1, § 1, et passim alibi. Hoc autem nomen theologiæ per excellentiam primum competit sacris Evangeliis, quæ non tantum de Deo, sed ipsiusmet Dei, scilicet Christi, sermo sunt. Proximus post eum sermo est eorum, qui Christum propter ejus erga humanum genus amorem viderunt, et ipsi sermones ejus audiverunt. Post hos, qui illos primos et secundos sermones exposuerunt, et deinceps consecuti sunt, dummodo quæ tradunt, cum septem synodis œcumenicis consentiant, ita ut nihil amplius intelligant,

neque quidquam detrahant, quod diris exsecrationibus vetitum est.

Nota autem veteres *theologiam* proprie vocasse mysterium Trinitatis (sicut *œconomiam* mysterium Incarnationis, de quo suo loco vide vocabulum Οἰκονομία). Sanctus Dionysius De divin. nomin. cap. 2, duplicem theologiam agnoscit, nempe ἡνωμένην καὶ διακεχριμένην, id est *conjunctam et discretam*. Conjunctam seu unitam vocat eam, cujus est ea quæ in Deo indistincta sunt, totique Trinitati communia, contemplari; ejusmodi sunt essentia divina, divinæ proprietates seu attributa, opera omnia *ad extra*, quæ toti Trinitati conveniunt. Discretam vero, quæ discreta et distincta in Deo speculatur ac celebrat; qualia sunt divinæ hypostases, processiones personarum, attributa nationalia, et quæcunque divinæ alicujus personæ propria sunt. Sic Mystic. Theolog. cap. 3, vocat τοῦ Πνεύματος θεολογίαν, id est *Spiritus sancti theologiam*, ea quæ ejus personæ propria sunt. Porro theologiam rursus dividit in καταφατικήν, id est *affirmantem*, καὶ ἀποφατικήν, id est *negantem*, scilicet secundum duplicem viam qua in Dei cognitionem pervenitur, de quibus vide suis locis in lib. De divin. nomin. et Myst. Theol. cap. 3, 4, 5.

Θεολόγος, *theologus*, sive qui de Deo rebusque divinis disserit. Hoc nomen ἀντονομαστικῶς competit S. Joanni evangelistæ : ad quem est epist. x. Vocat quoque absolute sic apostolos et prophetas Veteris Testamenti, Cœl. Hier. cap. 10, et alibi.

Θεομιμησία, *Dei imitatio*. Cœl. Hierar. cap. 13, § 3.

Θεομίμητον. Idem. Cœl. Hier. cap. 3, § 2.

Θεομιμήτως. Idem adverbialiter. Eccl. Hier. cap. 3, p. 3, § 3. Hanc autem divinæ mentis imitationem vulgo Patres in virtutibus collocant, non tamen omnibus, sed iis maxime, quæ præstanti quadam magnitudine excellentiaque sunt mirabiles; ut in amore erga Deum. Est enim opifex mirabilis amor, qui animorum commutationem et transformationem scite et potenter machinatur. Præclare Synesius epistol. xxxi : Ἡ μίμησις, οἰκείωσίς ἐστιν. *Imitatio, familiaritatis et amicitiæ conciliatio est*, et conglutinat amantem illi quem imitatur. S. Dionysius, Cœlest. Hier. cap. 3, illam Dei imitationem, de qua loquimur, positam esse vult in *zelo animarum*, et salute hominum quærenda. Alii denique illam Dei imitationem ad *castimoniam* referunt. Hinc Methodius apud Photium dictam vult esse παρθενίαν, *virginitatem*, quasi παρὰ θείαν, unius aut alterius litterulæ commutatione, ut quæ sola illum, qui virginitatis intemerata continet mysteria, Θεῷ ἀπεικάζει, *Deo assimilat*.

Θεοπαράδοτον, *divinitus traditum*. Sic traditiones divinas, θεοπαραδότους λόγους appellat, quos Eccl. Hier. cap. 1, æquiparat, et tantum non præfert Scripturis sacris. Item Eccles. Hierar. cap. 2, p. 1, § 1.

Θεοπάτωρ, *Deipater*. Epist. VIII, § 1. Sic vocat Davidem, propter Christum qui secundum carnem est ex Davide. Cum autem Christus sit Deus, et David progenitor seu pater Christi, utique, propter idiomatum in Christo communicationem, David dicitur pater Dei. Unde sequitur, quod si David pater Dei vocetur propter Christum ex ejus semine descendentem, multo magis Mariam vocandam esse matrem Dei, utpote revera Θεοτόκον, propter eumdem Christum, non remote uti ex Davide, sed proxime et conjunctissime e virgineo suo sanguine procreatum.

Θεοπλαστία, *Deiformatio*, seu formatio quæ fit a Deo. Divin. Nomin. cap. 2, § 8, ubi sic vocat ipsius humanæ naturæ Jesu in virginis utero formationem.

Θεοποιόν, *Deificum*, compositum ex Θεός, id est *Deus*, et ποιέω, id est *facio*. Frequens est istiusmodi compositionis usus Dionysio. Cœl. Hier. cap. 1, § 1, et passim alibi. Vide ibidem Adnotationes nostras.

Θεοπρεπής, *Deum decens*. De divinis nominibus cap. 2. § 1, 2.

Θεοπτία, *Dei visio*. Epist. VIII, § 1.

Θεοπτικός, *Dei-visivus*, id est Deum videns. Sic vocat ordinem pontificum, et eos quibus competit mysteria intueri. Eccl. Hier. cap. 5, p. 1, § 5.

Θεορρημοσύνη, *divina institutio*. Eccl. Hier. c. 2, p. 3, § 1.

Θεὸς θεῶν, *Deus deorum*. Quomodo sic dicatur Deus verus, vide Divin. Nom. cap. 12, § 4.

Θεοσημεία, *divinum ostentum* seu *portentum*. Epist. VII, § 2.

Θεοσοφία, *divina sapientia*. Mystic. Theolog. cap. 1, § 1, sic appellat mysticam theologiam, quæ cognitio est rerum altissimarum per altissima principia; quam jure merito divinam appellat. Primum, quia a Deo est, utpote Spiritus sancti donum; deinde, quia circa Deum præcipue versatur; denique, quia scientiæ Dei, qua seipsum cognoscit, et scientiæ beatorum subalternatur.

Θεότης, *deitas*, seu *divinitas*. Nota cum Hersentio vocem hanc in Dionysii Theologia quadruplicem habere acceptionem. Prima est, qua, ut habet De divinis nominibus cap. 11, sumitur ἀρχικῶς, καὶ θεϊκῶς καὶ αἰτιατικῶς, id est *principaliter, et divine, et causaliter*, ut ipsam scilicet divinam essentiam significat. Secunda, qua accipitur μεθεκτῶς, id est *participanter* seu *communicabiliter*. Et hoc modo duplicem habet significationem ; aliquando enim pro deificationis principio, quod ipse αὐτοθέωσιν seu *deitatem ipsam* vocat, quam inter Θεοῦ τοῦ ἀμεθέκτου προνοητικὰς δυνάμεις, id est *Dei qui in seipso imparticipabilis est provisorias virtutes* collocat; aliquando pro ipsa deitatis participatione, seu pro ipsa deificatione, quæ fit in angelis et sanctis. Denique eam accipit qua divinum nomen lib. De divin. nomin. cap. 12, quo pacto ab eo definitur Θεότης δὲ ἡ πάντα θεωμένη πρόνοια, *Deitas est omnia contemplans providentia*. Vide de his ibidem Scholia S. Maximi. et nostras adnotationes.

Θεουργικός, *deificus*, vel cui deificandi vis inest. Aut etiam passive pro eo quod a Deo fit. Sic Christi virtutes vocantur θεουργικαί, utpote a persona Dei factæ. Cœl. Hierar. cap. 7, § 2. Sic θεουργία vocatur *Dei operatio*, et Θεουργός, *qui divinis operatur*, κατ' ἐξοχήν vero is qui corpus Christi consecrat, quod opus principaliter est Christi ac Dei, qui per sacerdotem seu ministrum sacris operatur, dum in persona Dei ac Christi sacræ consecrationis verba pronuntiat, quæ infallibilem ex Dei institutione atque operatione effectum sortiuntur ab authentico ministro, cum debita intentione prolata. Hinc θεουργοί dicti sacerdotes, et a S. Gregorio Nazianzeno orat. 1, θεοποιοῦντες, id est *deos facientes*. Qui alias quoque ait, orat. 25, se ad aram μυσταγωγεῖν τὴν θέωσιν, *sacrum munus deificantis obire*. Ita S. Ambrosius sacerdotium *Deificam professionem* nuncupavit; et S. Dionysius, Eccl. Hier. cap. 1, hierarchiam nostram vocat θεουργικήν, *deos efficientem*. Non modo, inquit sanctus Maximus, quod eos qui in arce religionis sedent, et pietatem moderantur, ad Dei similitudinem evehat, et beat. Numinis communionem, verum etiam quod in Christianis θεοὺς ἀπεργάζεται, *deos efficit*. Sic etiam S. Dionysius Divin. Nomin. cap. 1, θεουργικὰ φῶτα, *divina lumina*, atque, ut ita loquar, *deifica* nuncupat τὰς διδασκαλίας τῶν ἁγίων, *doctrinas sanctorum*, ut ait S. Maximus. Quod, inquit, lumen cognitionis efficiant, eosque divinos reddant, qui proditæ ab illis sapientiæ paruerint.

Θεοφάνεια, *Dei apparitio*. Cœl. Hierar. cap. 4, § 3. Quid per hanc intelligatur, vide ibidem nostras Adnotationes et Scholia S. Maximi.

Θεοφόρον, *Deiferum*. Quid per hoc significetur,

vide S. Maximum in Scholiis ad cap. 7 Cœlest. Hierarch., § 1.

Θεόφυτον, *a Deo plantatum* Div. Nom. cap. 2, § 7.

Θεόχριστος, *a Deo unctus*. De divin. nomin. cap. 3, § 2.

Θεραπευταί, *cultores*, scilicet sacrorum. Sic vocat monachos Eccl. Hierarch. cap. 6, p. 1, § 3.

Θεραπευτικῶς, *officiose, ministratorie*. Cœl. Hier. cap. 7, § 1.

Θεράπων, *Famulus, servus*. Epist. VIII, § 1.

Θέσις, *positio, affirmatio, conclusio*. Myst. Theolog. cap. 2.

Θεσμοθεσία, *legislatio*, scilicet de re sacra seu cæremoniis sacris, in quo differt a νομοθεσία, quæ latius patet, et ad politica se extendit. Cœl. Hierar. cap. 4, § 3. Vide ibidem Scholia S. Maximi.

Θεωνυμία, *deinominatio*. De divin. nomin. cap. 2, § 1, et Myst. Theol. cap. 3.

Θεωρητικός, *contemplator*, seu speculator rerum divinarum. Hoc nomine intelligit illos, qui post catechumenos cum profana turba dimissos, interesse possunt ipsi sacrificio missæ, quibus sacra hostia ostenditur. Eccles. Hierar. cap. 3, p. 3, et cap. 5, p. 1, § 6.

Θεωρία, *contemplatio*. Hoc nomine inscribit tertiam partem capitum libri De ecclesiastica hierarchia, ubi mystice exponit ritus sacramentorum.

Θέωσις, *deificatio*, scilicet quæ per gratiam fit, per quam divinæ consortes naturæ efficimur, Deum induimus, et filii Dei nominamur et sumus. Hæc est autem, quam S. Dionysius vocat τὴν ἡμῶν ἀνάλογον θέωσιν, id est *nobis proportionatam deificationem*, dum, cum natura non valeamus, affectu et habitu divini et quasi dii efficimur. Cœlest. Hier. cap. 1, § 3. Hunc autem Eccles. Hierar. cap. 1, nostræ hierarchiæ scopum statuit, ut pontifices omnes in divinis mysteriis perficiantur, καὶ θεωθῆναι, *et divinum vitæ genus* consequantur, et præterea illis quibus ipsi præsunt, ἱερὰν θέωσιν, *sacram divinitatem*, hoc est divinæ mentis similitudinem, quæ in ipsis divinitus inest, pro sua cuique dignitate impertiant. Inferiorum autem munus atque partes esse monet, præstantissimos illos sequi, in dies proficere, et esse duces aliorum ad præstabilissimum vitæ modum, et beatæ mentis similitudinem.

Θηρομορφία, *feræformatio*, id est descriptio ferarum quibus Scriptura utitur, ut puta in Ezechiele cap. 1, Cœl. Hierar. cap. 2, § 1.

Θιασώτης, *divinus contemplator*. Græcus interpres, χορευτὴς ὁ τὰ θεῖα ᾄδων, id est *choragus* seu *qui chorum ducit, qui divina canit*. Apud profanos autem θίασος, est saltatio et pompa quæ Baccho exhibebatur. Verum hinc procul este profani: proprie per hoc vocabulum intelligit S. Dionysius divinum contemplatorem, cujus tota jubilatio est in Deo, in quo ejus mens, imo etiam cor et caro exsultant. Cœlest. Hierar. cap. 2, § 1. Eccles. Hierarch. cap. 1, § 1, ubi τοῖς θιασώταις ἡμῖν, vertunt: Scotus, *discentibus nobis*; Ambrosius, *nobis suis studiosis cultoribus*; Sarracenus, *divinorum chorum agentibus nobis*; Gallus, *à nous dire ses consorts*; Perionius, *nobis qui divinitus illustrati sumus*; Lansselius, *nobis in rebus divinis collegis*. Sed magis placet, *nobis divinis contemplatoribus*, divini scilicet Spiritus thiaso atque œstro percitis, et Spiritus sancti musto plenis.

Θρεπτικόν, *nutritivum*, id est nutriendi vim habens. Divin. Nom. cap. 4, § 28.

Θρησκεία, *religio, cæremonia, cultus Dei*. Epist. VI.

Θριαμβευθέντα, *vulgata, celebria, nota*, a verbo θριαμβεύομαι, *vulgo, evulgo*. Epist. VII, § 2.

Θρυπτόμενος, *delicians, delicate se habens*. Epist. VIII, § 1.

Θυμοειδές, *vis irascibilis*. Quid mystice sit, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 8.

Θυσιαστήριον, *altare*, in quo θυσίαι, id est hostiæ immolantur ac collocantur. Ecclesiasticæ Hierar. cap. 3, p. 2.

I

Ἰδιοπραγία, *propria operatio*. Epist. VIII in titulo.

Ἵδρυσις, *stabilitas, firmitas*. Designat statum firmum et inconcussum, solide fundatum et immutabilem, qualis est rerum cœlestium. Græcus interpres exponit ἑδραίωσις, ἀσφάλεια, id est *stabilitas, securitas*. Cœl. Hier. cap. 2, § 4. Eccles. Hierar. cap. 1, § 1.

Ἱεραρχεῖν, *præesse sacris*.

Ἱεραρχεῖσθαι, *subesse sacris*, sive ab alio in rebus sacris dirigi. Cœlest. Hierar. cap. 15, § 1, et passim alibi.

Ἱεράρχης, *hierarcha, princeps sacrorum*. Nota sanctum Dionysium ἱεράρχας appellare solere primario quidem Christum, deinde S. Paulum ac cæteros apostolos, et post hos, pontifices, patriarchas, archiepiscopos, metropolitanos et episcopos, quos etiam τελεστάς, ἱεροτελεστάς, τελεσιάρχας, μυσταγωγούς, τελεστικούς, τελεσιουργούς. Sacerdotes vero vocat ἱερεῖς, φωτιστικούς ἱερουργούς, πρεσβυτέρους· diaconos vero, διακόνους, λειτουργούς, καθαρτικούς· subdiaconos vero, θεραπευτάς· monachos denique μοναχοὺς ἐνιαυσίους, post quos ponit populum Christianum. Et hæc est subordinatio ecclesiasticæ hierarchiæ.

Ἱεραρχία, *hierarchia*, seu *sacer principatus*. Ἱερον enim idem est quod *sacrum*, ἀρχὴ vero *principatus*. Accipitur autem fere pro ordine quodam sacro, seu subordinatione in rebus sacris, ita ut insinuet et quasi simul connotet superiorum erga sibi subditos prælationem, et subditorum erga sibi prælatos subjectionem, dum gradu atque ordine inferiores a superioribus ad Deum per divina munia promoventur, uti sanctus Dionysius fusius exponit Cœlest. Hierarch. cap. 3, et Eccles. Hierar. cap. 1, et passim alibi.

Ἱερεύς, *sacerdos*. Eccl. Hier. c. 3, p. 2

Ἱερογραφία, *sacra descriptio*. Vide Ἱεροπλαστία, cui synonymum est. Cœl. Hier. cap. 2, § 1.

Ἱερολογία, *sacra verba*, sive eorumdem recitatio Eccl. Hierar. cap. 3, § 2.

Ἱερολόγος, *sacer scriptor*, vel *sermocinator*. Div. Nom. cap. 4, § 12.

Ἱερομύστα, *sacer doctor*, qui nimirum sacra mysteria confert aut explicat. Sic per excellentiam vocat apostolos. De div. nomin. cap. 2, § 3.

Ἱεροπλαστία, *sacra fictio*, ex ἱερός, id est *sacer*, et πλάσσω, id est *fingo*. Sic autem vocat symbola et figuras, quibus res spirituales adumbrantur, et ad captum nostrum nobis repræsentantur, dum præter id quod sensibus exhibent, aliquid arcanum intelligendum præbent. Cœlest. Hierar. c. 2, § 1.

Ἱεροπλάστως, *fictione quadam sacra*. Scotus vertit, *sacre et formaliter*; Sarracenus, *sancta formationes*; Lansselius, *sacra et arcana fictione*. Cœlest. Hier. cap. 2, § 1.

Ἱεροπρεπῶς, *sacrosancte*, scilicet ut sacra decet. Eccl. Hier. cap. 1, § 1.

Ἱεροτελεστής, *sacrorum perfector*, seu *sacer initiator*, id est qui initiat sacris, vel sacra administrat. Ecclesiast. Hierar. cap. 1, § 4. Vide ibidem Scholia S. Maximi. Christum autem vocat πρῶτον ἱεροτελεστήν, *primum Pontificem et initiatorem omnium sacrorum*, quem Tertullianus appellat *authenticum Pontificem Dei Patris, eliminatorem humanarum macularum, et sacrificiorum æternorum Antistitem*. S. Dionysius quoque præclare Eccles. Hier. cap. 4, sacram eucharistiam nominat ἱεροτελεστικωτάτην, quippe principem partem pontificii muneris et sacrorum, quæ maximam perficiendi vim habet, quæ plurimum ad sanctimoniam inducendam potest, et sacra omnia dona, quæ divinitus ad nos perveniunt, in se una complectitur.

Ἰθύτομον, *recte sectum*, id est directum, æquale. Cœl. Hier. cap. 15, § 9.

Ἱλαρίων ἡμερῶν, *Hilariorum dierum*. Epist. VIII, § 6. Ubi nota Hilaria fuisse festa Cybelæ matri deum consecrata, de quibus vide nostras Adnotationes, et S. Maximum in Scholiis ad prædictum, et fuse nostrum Halloix in Notationibus ad cap. 8 Vitæ S. Dionysii, tom. II.

Ἴνδαλμα, *impressio*, scilicet imaginaria, id est imago interior in phantasia per imaginationem impressa et expressa. Eccles. Hierar. cap. 4, p. 3, § 1. Græcus φαντασία, ἀφομοίωμα, id est *imaginatio, repræsentatio*.

Ἵππων μορφή, *equorum forma*. Quid mystice, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 8.

Ἰσόῤῥοπον, *æquilibre*, seu *æquivalens*, Eccles. Hier. c. 7, p. 3, § 3.

Ἰσότης, *æqualitas*. De div. nomin. c. 4, § 10.

K

Κάθαρσις, *expiatio*. Quid in angelis significet, vide apud S. Maximum in Scholiis ad cap. 7, Cœl. Hierarch. § 3. Quomodo fiat, vide Cœl. Hierarch. cap. 13, § 4, et ibidem Pachymerem.

Καθαρτικός, *expiatorius*, qui expiandi habet potestatem. Sic appellat diaconos, quibus competebat ex officio, catechismis et exorcismis disponere et expiare populum profanum, eumque deinde tradere sacerdotibus illuminandum. Quapropter diaconatus ordinem vocat τάξιν καθαρτικήν, id est *ordinem expiatorium*, Eccl. Hier. c. 5, p. 1, § 6.

Καθυποτάξαι, *subigere, subjicere*. Epist. VII, § 2.

Κακόν, *malum*. Quid sit, et unde, vide cap. 4 De divinis nominibus, § 18, usque ad finem pulchre ac fuse disputatum.

Κακύνω, *depravo*. Div. Nom. cap. 4, § 18.

Καλλοποιόν, *pulchrificum*. Sic Dei vocat καλλοποιὸν εὐπρέπειαν, *pulchrificam venustatem*, seu decorem, cujus nempe amor nos ornat et pulchros ac decoros facit. Cœl. Hier. cap. 2, § 4.

Κάλλος, *pulchritudo*. Ita Græce dicta (ut tradit Dionysius Div. Nomin. c. 4), ὡς πάντα πρὸς ἑαυτὸ καλοῦν, *ut omnia ad seipsam vocans*. Quomodo autem Deo hoc nomen competat, vide fusius loco citato S. Dionysium.

Καλλωπίζω, *calamistro*, id est fuco et mentito colore adorno. Eccl. Hier. cap. 6, p. 3, § 3.

Καρδία, *cor*. Quid mystice significet, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 3, et ibid. S. Maximum.

Καταδεέστερα, *inferiora, ignobiliora*. Div. Nom. cap. 4, § 7.

Κατάποσις, *vorago, absorptio*. Eccl. Hier. cap. 4, p. 3, § 10, ubi pro *dejectione*, lege *voragine*: ἀπερισκέπτως enim legeram καταπτώσεως pro καταπόσεως.

Κατάφασις, *affirmatio*, sive propositio affirmativa. Vide Ἀπόφασις.

Καταφάσκειν, *affirmare, attribuere*. Myst. Theol. cap. 1, § 2. Græcus interpres τὸ *κατάφασις* exponit ἀπόφασίν τινος κατά τινος, id est *enuntiatio alicujus de aliquo*.

Κατηχούμενοι, *catechumeni*, qui per sacras institutiones disponuntur ad baptismi susceptionem. Eccl. Hier. cap. 2, 3 et 4.

Κίνησις, *motus, motio*. Quid in Deo, vide Div. Nom. cap. 9, § 9.

Κλεινός, *inclytus, illustris*. Græcus interpres, ἔνδοξος ἀρετῇ, *celebris virtute*. Div. Nom. cap. 3.

Κληροδοσία, *hæreditatis consignatio*, sic dicta, quod sortibus assignari soleat. Eccl. Hier. cap. 3, p. 3, § 4.

Κοίμησις, *obdormitio*. Accipitur pro morte. Eccl. Hierar. cap. 7, p. 1, præsertim pie defunctorum, quorum mors merito assimilatur somno placidissimo, sanctis viris exoptando. Nam vir pius, inquit ibidem S. Dionysius, qui ad extremum quasi actum suorum certaminum venit, εὐφροσύνης ἀποπληροῦται, *sancto gaudio completur*, et cum magna voluptate viam secundi ortus, id est resurrectionis ingreditur. Addit illius propinquos et familiares in ejus morte beatum ipsum prædicare, quod πρὸς νικηφόρον τέλος, ad laureatum triumphalemque finem optatissime pervenerit. Duci autem ab illis corpus ad pium locum, atque ad hierarchicam ὡς ἐπὶ στεφάνων ἱερῶν δόσιν, *quasi ad sanctarum coronarum donationem*.

Κοινωνία, *communio*. Sic per excellentiam appellat eucharistiæ sacramentum, quæ est sublimissima communio, qua Christus ac Deus nobis modo perfectissimo communicatur. Eccles. Hierar. cap. 3, p. 1.

Κορυφή, *culmen, fastigium*. Mystic. Theolog. cap. 1, § 1.

Κρατήρ, *crater, poculum*. Quid mystice, vide Epist. IX, § 3.

Κρύφιον, *abditum, occultum*. Κρυφία θεότης, *abdita divinitas*. Divin. Nom. cap. 1, § 1. Deus enim in sacris Litteris dicitur occultus atque absconditus, et I Tim. VI, 11 : Lucem habitare inaccessibilem, et Psal. XVII, 14 : Posuisse tenebras latibulum suum; eumdemque ipsum Moysi et prophetis sese nube, veluti sipario tectum ostendere consuevisse; ut intelligamus, hominum generi vix concedi ut aciem mentis in eas tenebras et inaccessam lucem intendat. Hinc Pachymeres animadvertit Dionysium Areopagitam, Epist. CXI, pro Deo ponere κρύφιον, et divinitatem appellare solere κρυφιότητα, quod nihil sit absconditum magis et remotum a cognitione. Unde factum ut omnes sancti Patres cum divo Damasceno, De fide lib. I, cap. 13, communi animorum consensione Deum vocent ἀκατάληπτον, *qui comprehendi nequit*.

Κρυφιότης, *secretio*, scilicet mystica seu spiritalis, qua Deus et angeli, resque omnes mere spirituales ac supernaturales, ab intellectu nostro secernuntur, et quodammodo absconduntur, ut per proprium conceptum a nobis concipi non valeant. Cœl. Hier. cap. 15, in fine. De arcana ista secretione vide cap. 1 Myst. Theol. et ibidem S. Maximum, et nostras Adnotationes.

Κρυφιομύστης, *arcana docens*. Hinc adjective κρυφιόμυστον, *arcane doctum*. Myst. Theol. cap. 1, § 1.

Κυκλικῶς, *circulariter, orbiculariter*. Div. Nom. cap. 4, § 8.

Κύριος κυρίων, *Dominus dominorum*. Quomodo Deus, vide Div. Nom. cap. 12, § 2, 3.

Κυριαρχία, *principatus in dominationes*. Sic Deum appellat, qui est Dominus dominantium. Cœl. Hier. cap. 8, § 1, vide ibid. Schol. S. Max.

Λ

Λειτουργία, *ministerium*. Sic per excellentiam vocatur missa. Epist. VIII, § 1.

Λειτουργός, *minister sacrorum*. Sic appellat sacerdotes qui sacris operantur, et diaconos qui sacris ministrant. Eccl. Hier. cap. 3, part. 2, et cap. 5, p. 1, § 6.

Λέοντος μορφή, *leonis forma*. Quid mystice, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 8.

Λευκὸν χρῶμα, *albus color*. Quid mystice, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 7.

Λῆξις, *quies, otium*. Eccl. Hierar. cap. 1, § 4. Significat etiam hæreditatem et sortem, a verbo λαγχάνω derivatum.

Λίθων πολυχρωμάτων εἶδος, *lapidum multicolorum species*. Quid mystice, vide Cœlest. Hierar. cap. 15, § 7.

Λογίων, *eloquiorum*, seu *oraculorum*, id est Scripturarum. Has enim per excellentiam passim Λόγια appellat, Cœlest. Hier. c. 1, § 2, et alibi, quippe quod sint vera verba Dei, et quæ res divinas nobis explicant. Vide observationem generalem 1. Ait autem ejus quæ apud nos est hierarchiæ substan-

tiam esse θεοπαράδοτα Λόγια, *Eloquia divinitus tradita*, hoc est, ut sancti Patres explicant, τῶν θείων Γραφῶν ἀληθινὴν ἐπιστήμην, *divinarum Scripturarum verissimam cognitionem*, vide Eccl. Hierar. c. 1. Unde etiam Divin. Nomin. cap. 2, merito laudat in præceptore suo Hierotheo τὴν ἐπιστημονικὴν τῶν Λογίων ἔρευναν, *Divinorum voluminum considerationem, et indagationem seriam ac diligentem*; ad quæ, inquit, intelligenda, πολλὴν γυμνασίαν τε καὶ τριβήν, *multam exercitationem et diuturnum usum attulerat*. Quem locum illustrans S. Maximus, Nota, inquit, maxime convenire sacerdotibus, θεωρεῖν τὴν θείαν Γραφήν, *divinam Scripturam contemplari*. Hinc a primis Ecclesiæ temporibus fuit constitutum, ut in consecrationibus episcoporum, eorum capitibus imponerentur θεοπαράδοτα Λόγια, *a Deo data Oracula*, ut tradit S. Dionysius, Eccl. Hierar. c. 5, p. 2 et 3, § 7, quæ S. Maximus et Pachymeres *sancta Evangelia* interpretantur. Hæc antistites summis in capitibus ad mundi institutionem gestare debent.

Λογόμαχος, *querulosus, contentiosus*. Epist. VIII, § 1.

Λόγος, *verbum, sermo, ratio*. Divin. Nom. cap. 4, § 10, et cap. 7, § 4, et alibi.

Λοιδορεῖσθαι, *conviciari, criminari*. Epist. VII, § 2.

Λοξὰ σοφίσματα, *obliquæ captiones verborum*. Græcus interpres exponit, σκολιὰ, καμπύλα, οὐκ ἐξ εὐθείας γινωσκόμενα, id est *tortuosa, curva, quæ non directe intelliguntur*. Epist. IX, § 1.

## M

Μαιευτικὰ λόγια, *obstetricantia oracula*. Sic vocat catechesin seu doctrinam Christianam, qua catechumeni a diaconis instituebantur, qui instar obstetricum illos fovebant, et ad baptismum et spiritalem in Christo nativitatem disponebant. Eccl. Hier. c. 5, p. 3, et c. 6, p. 1, § 1.

Μαρμαρυγή, *coruscatio, splendor*. Eccl. Hier. cap 3, p. 3, § 10.

Μέγα, *magnum*, quo modo de Deo dicatur, vide Div. Nom. cap. 9, § 1 et 2.

Μεγαλουργία, *magnificentia*, seu *magna operatio*. Epist. VII, § 2.

Μεριστόν, *partibile*, id est quod partes habet, et in eas dividi potest. Div. Nom. c. 1, § 4. S. Maximus in Eccl. Hier. c. 3: Dissipantes animum pium, et turbantes affectiones scite vocavit μεριστικάς, dividendi vim habentes, quæ proinde eam beatissimam cum Deo conjunctionem familiaritatemque impediant, conatusque divinos retundant, vel eo maxime nomine repellendæ sunt fugiendæque viris sacris.

Μεσοπέτης, *in medio volans*. Vide Scholia S. Maximi ad cap. 7 Cœl. Hier. § 3.

Μετάδοσις, *communicatio, traditio*. Divin. Nom. c. 4, § 7, et Cœl. Hier. c. 7, ubi ait esse ratum theologiæ axioma, in pulcherrimis illis ordinibus sacrorum spirituum esse continuam μετοχὴν καὶ μετάδοσιν θείου φωτός, participationem divini luminis, ejusdemque traditionem. Et primos quidem omniumque supremos seraphinos et cherubinos, qui Deo unitimi sunt, ἀμέσως, nullius interventu e fonte ipso haurire primas illustrationes atque irradiationes Numinis sempiterni, et mysticam arcanamque rerum intelligentiam capere, quam deinde ordine mirifico in inferiores communicent. Sic omnino in Ecclesiæ gubernatione divina Providentia constituit, ut quidam essent arcanorum mysteriorum et cœlestium rerum cognitione præstantes, atque a Deo pro gradus sui ratione illuminati, qui deinde salutarem illam scientiam aliis traderent, uti docet Eccl. Hier. cap. 1.

Μεταδοτικόν, *participativum, communicativum*, id est quod alios sui participes faciendi vim habet. Cœlest. Hierar. cap. 1, § 1.

Μετακαλέω, *revoco, retrorsum voco*. Epist. VIII, § 1.

Μεταμόρφωσις, *transfiguratio, transformatio*. Div. Nom. cap. 1, § 4.

Μῆκος, *longitudo*. Quid in Deo sit, vide Div. Nom. cap. 9, § 5.

Μητρίς, *matria*, id est maternum solum. Div. Nom. cap. 4, § 11.

Μίθρης, *Mithra*, id est *sol*. Persicum est vocabulum. Epist. VII, § 2. Vide ibidem Adnotationes et Scholia S. Maximi, et Petrum Halloix in Notationibus ad caput 5 Vitæ S. Dionysii.

Μικρόν, *parvum*. Quo modo de Deo dicatur, vide Div. Nom. cap. 9, § 3.

Μοναχός, *solitarius*. Quod autem sit institutum monasticum, vide Eccl. Hier. c. 6, et ibid. S. Maximum et nostras Adnotationes.

Μοναχῶς, *solitarie*. Div. Nom. cap. 5, § 6.

Μονή, *mansio*. Div. Nom. cap. 4, § 7.

Μονιμότης, *solitaria mansio*. Div. Nom. c. 2, § 5.

Μονοειδής, *unimodus*, id est qui minime varius est, sed eodem modo semper se habet. Div. Nom. cap. 4, § 6.

Μορφοποιΐα, *efformatio* seu *formarum effictio*, dum rebus spiritalibus formæ corporales affinguntur, et sub formis sensilibus proponuntur. Cœl. Hier. cap. 2, § 1.

Μύησις, *divina doctrina*, scilicet mystica et arcana, quæ per divinam inspirationem, sine humano magisterio percipitur, in interiore animæ recessu, sive, ut S. Dionysius ait, ἐν τῇ κατὰ νοῦν κρυφιότητι, id est *in abdito mentis*. Derivatur a verbo μυέω, id est *doceo, instituo, initio*, scilicet spiritaliter, uti jam dictum est. Cœlest. Hier. cap. 2, § 5, in fine, et passim alibi. Hinc S. Dionysius viros sacros, et in spiritu illuminatos, μυήτους appellare solet, uti econtra profanos vocat ἀμυήτους, id est sacræ doctrinæ ac sacrorum exsortes. Græcus interpres exponit: μάθησις, κατήχησις, ἐπιστήμη, id est *disciplina, catechesis, scientia*.

Μυκητικόν, *boarium*, vel mugiendi vim habens ad instar boum. Cœl. Hier. cap. 2, § 2.

Μυσταγωγέω, *mysteria doceo, sacris initio, ad sacra deduco*. Cœl. Hier. cap. 6, § 1.

Μυσταγωγία, *doctrina mysteriorum*. Græcus interpres: μυστηρίων ἀγωγή, διδασκαλία, καὶ μετουσία, ἢ μυήσεως ἀγωγή, καὶ μετάληψις, δηλαδὴ θεία, id est *mysteriorum adductio, doctrina, et communio*; vel, *doctrinæ sacræ deductio, et participatio, scilicet divina*. Eccl. Hierar. cap. 1, § 1, Myst. Theol. cap. 1, § 2, ubi etiam vide Adnot. et Scholia S. Maximi.

Μυστήριον, *mysterium, sacramentum*, et per excellentiam Eucharistia. Eccl. Hier. c. 3.

Μυστικόν, *mysteriosum*. Div. Nom. c. 2, § 9.

Μυωπάζω, *conniveo, nicto*. Dicitur de iis qui brevem ac debilem visum habent. Eccl. Hier. cap. 2, p. 3, § 3.

## N

Νέος, *novus, juvenis*. Divin. Nomin. cap. 10, § 2, ubi bene notat noster R. P. Petrus Halloix, præferendam esse significationem *juvenis*; atque adeo illa verba: καὶ πολιὸς καὶ νέος πλάττεται, ibidem verte, *et canus et juvenis pingitur*. Melius enim opponitur seni et cano juvenis quam novus.

Νοερός, *spiritalis, intellectivus*. Div. Nom. cap. 4, § 1, ubi vide Scholia S. Maximi.

Νοερότης, *spiritalitas, intellectualitas, intelligibilitas*. Div. Nom. cap. 4, § 9.

Νόησις, *intelligentia*. Div. Nomin. cap. 4, § 10, et alibi.

Νοητός, *intelligibilis*. Quæ autem differentia sit inter νοητὸν et νοερὸν, vide apud S. Maximum in cap. 4 De Divinis Nom., § 1.

Νοῦς, *mens*. Accipit S. Dionysius pro angelo quos proinde νόας, id est *mentes*, appellat. Vide ne-

siras Adnotationes ad c. 1 Cœl. Hier. et ibidem Scholia S. Maximi, § 2.

Νῶτον, *dorsum*. Quid mystice significet, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 3.

Ξ

Ξανθὸν χρῶμα, *flavus color*. Quid mystice sit, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 7.

O

Ὄγκον, *gravitatem, onus*. De Div. Nomin. cap. 2, § 9.

Ὄγκος, *moles*. Myst. Theol. cap. 4.

Ὁδοποιητικόν, *viæ factivum*, id est viam præparandi vim habens. Cœl. Hier. c. 15, § 3.

Ὀδόντες, *dentes*. Quid mystice designent, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 3.

Οἰκοδομητικόν, *ædificativum*, id est ædificandi vim habens. Cœl. Hier, cap. 15, § 5.

Οἰκονομία, *dispensatio*. Ita S. Dionysius passim appellare solet mysterium Incarnationis, vocabulo ex eo translato sumpto, quod Christus unus in utraque natura Filius Dei et idem filius hominis, ad instar boni patris-familias bene ac sapienter domum et domestica omnia gubernantis, tanquam fidelis, ut Apostolus ait, Hebr. III, in tota domo sua, quæ domus sumus nos, et genus humanum per peccatum amissum, et peccatis venditum, summa misericordia, et sapientia ac justitia per passionem et mortem recup ravit et redemit, restituens illud, et quidem abundantius, in pristinam gloriam, in quam a principio in Adam multos filios, sicut Apostolus ad Hebræos scripsit (c. II), adduxerat.

Οἰκονομικῶς, *dispensatorie*. Eccl. Hier. c. 4, p. 3, § 12.

Οἶμος, *via, semita*. Cœl. Hier. c. 15, § 9.

Ὁλικῶς, *totaliter, integre*. Div. Nom. c. 2, § 6.

Ὁλοκαυτούμενον, *penitus concrematum*. Intelligit de mystica crematione per amorem. Eccl. Hier. c. 4, p. 3, § 12.

Ὁλότης, *totalitas*. De Div. Nom. c. 2, § 10.

Ὀμβροτοκία, *imbris generatio* seu secunda et generans pluviam. Cœlest. Hier. c. 15, § 6. Eleganter magnus Job in physiologiæ arcanis theologus, c. XXXVIII, 28 : *Quis est*, inquit, *pluviæ pater, vel quis genuit stillas roris?* Responderent mundi sapientes Jovem esse, quem ea causa nominavere Græci ὄμβριον καὶ ὑέτιον, Latini *pluvium*, cui sacra faciebant ludi, aram exstruebant Athenienses, et Romani, ut Tertullianus in Apolog. refert : *Agatilicia immolabant*. Et quidem eum ipsum quem dixere Soterem Jovem, habitum quoque fuisse ὄμβρων ἀρχηγόν, *pluviæ largitorem* et moderatorem, prodit Athenæus lib. XV. Sed illos impiæ vanitatis coarguit Jeremias c. XIV, 22, dicens : *Nunquid sunt in sculptilibus gentium qui pluant?* Est igitur veri potentissimique Numinis habere summum et perfectum imbris dominatum. Hinc ipse apud Job c. XXVIII, 26, dicitur *ponere pluviis legem*, et c. XXVIII, 8, *ligare aquas in nubibus suis*.

Ὁμοδύναμον, *æquipollens, æquivalens*, Div. Nom. cap. 4, § 11.

Ὁμοειδής, *uniformis*. Eccl. Hier. c. 6, p. 3, § 5.

Ὅμοιον, *simile*. Quid in Deo, vide Div. Nom. cap. 9, § 6.

Ὁμοιότης, *similitudo*. De Div. Nom. c. 4, § 7.

Ὁμοιοτύπωτον, *simili forma expressum*. Cœlest. Hier. cap. 2, § 3.

Ὁμόστοιχα, *cœlementaria*, id est quæ ejusdem rationis et ordinis sunt. De Div. Nom. cap. 4, § 16.

Ὁμοταγής, *ejusdem ordinis*. Cœl. Hier. cap. 6, § 2.

Ὁμοτροπία, *conformitas morum*. Eccl. Hierar. cap. 3, p. 3, § 1.

Ὁμοφροσύνη, *consensio*, qua nimirum plures simul idem sapiunt ac sentiunt. Eccl. Hier. cap. 3, p. 3, § 3.

Ὁμοφωνία, *consensio, concentus*. Eccl. Hier. cap. 3, p. 3, § 3.

Ὀνειδίζω, *injurior, afficio contumelia*. Epistola VIII, § 1.

Ὄντα, *ea quæ sunt*. Sic appellat rerum essentias, et res cœlestes mere ac spiritales, atque immutabiles; uti econtra οὐκ ὄντα, id est *ea quæ non sunt*, vocat res sublunares et mutabiles, eo quod nullum statum essendi firmum habeant, sed continuo deficiant et immutentur. Myst. Theol. c. 1, § 1. Vide ibidem Adnotationes et Sc. S. Maximi.

Ὀντοτής, *entificator, essentiator*, eadem formatione qua ποιητής, *creator*. Div. Nom. c. 5, § 4. Alia lectio Ὀντότης, *entitas*, sicut ποιότης, *qualitas*. Sed hæc secunda lectio videtur magis genuina. Quare quod in textu legitur χρόνων ὀντοτής, καὶ αἰὼν τῶν ὄντων, *temporum essentiator et sæculum eorum quæ sunt*, legendum potius ὀντότης, et vertendum *temporum entitas, et entium ærum*.

Ὄντως, *essenter*, id est realiter, vere, revera, reapse. Divin. Nom. c. 4, § 12, et passim alibi.

Ὀξύπορον, *penetrativum*, id est quod cito penetrat, et quidlibet pervadit. Cœlest. Hierar. cap. 15, § 2.

Ὁπλοποιΐα, *armificatio*, id est armorum fabricatio. Epist. IX, § 1.

Ὄρεξις, *appetitus*. Div. Nom. c. 4, § 19.

Ὀρθόγραμμον, *rectilineum, recte descriptum*. Div. Nom. c. 4, § 11.

Ὁροθετεῖν, *definire*, Epist. IX, § 2.

Ὅρος, *definitio*. Div. Nom. c. 4, § 10.

Ὀρρωδῶ, *vereor, metuo*. Div. Nom. c. 8, § 6.

Ὀσφραντόν, *odorabile*. Quid odoratus mystice designet, vide Cœl. Hier. c. 15, § 3.

Οὐσία, *essentia, substantia, natura*, pro his tribus enim passim a sancto Dionysio et philosophis accipitur, excellenter autem pro substantiis spiritalibus, ut angelis, quos interdum propter excellentissimum substantiæ gradum sine addito οὐσίας nuncupat, scilicet κατ' ἐξοχήν. Sæpius tamen addit vocem νοερᾶς, id est *spirituales* seu *intellectiles*, ut Cœlest. Hier. c. 2, § 4, et passim alibi.

Οὐσιαρχία, *essentiæ principatus*, vel principium. Div. Nom. c. 5, § 1.

Οὐσιοποιός, *substantificus, entificus*. Sic vocat Deum αἰτίαν οὐσιοποιόν, id est *causam substantificam*. Cœl. Hier. c. 14.

Οὐσιοῦσθαι, *essentiari*, id est essentiam seu substantiam accipere. Myst. Theol. c. 3, ubi dicitur quod ὑπερούσιος Ἰησοῦς ἀνθρωποφυϊκαῖς ἀληθείαις οὐσίωται, id est *superessentialis Jesus humanæ naturæ veritatibus essentiatus est*. Ubi nota quod Jesus dicatur ac factus sit esse quoddam novum, nimirum caro seu homo. Eodem sensu S. Augustinus serm. 25, De tempore, *Sapientia*, inquit, *quæ de Deo genita est, dignata est etiam inter homines creari*. Jesus autem novum esse factus est, non tantum humanæ naturæ veritate, sed veritatibus; hoc est non tantum assumendo naturam humanam, sed omnes naturæ nostræ veritates, puta proprietates, subjectionem, passibilitatem, mortalitatem, et alias naturæ conditiones et infirmitates. Cæterum uti præter cætera ad istum locum bene notat Hersentius, triplicem antithesim valde insignem Dionysius insinuat. Prima, qui superessentialis est essentiatur, id est qui omne ens, seu omne esse superat, ens fit, et inter entia constituitur. Secunda, non per figuram aut specimen naturæ humanæ essentiatus est, sed ipsammet naturæ humanæ veritatem; nec tantum veritatem, sed veritates omnes seu conditiones. Tertia, qui essentiam omnem excedit, essentiam etiam angelis inferiorem hypostatice sibi conjunxit.

Οὐσιωδῶς, *essentialiter*. De Div. Nom. c. 2, § 8.

Οὐσιωνυμία, *essentiæ nominatio*. Div. Nom. cap. 5, § 1.

Ὀφρῦς, *supercilia*. Quid mystice designent, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 3.

Ὀχετός, *latex, rivulus, aquæductus.* Cœlest. Hier. cap. 15, § 9.

## Π

Παλαιὸς ἡμερῶν, *Antiquus dierum.* Quo modo de Deo dicatur, vide Div. Nom. cap. 10, § 2.

Παλιγγενεσία, *regeneratio.* Eccl. Hierar. cap. 7, p. 1, § 3.

Παμφαής, *omniluceus*, id est omnino lucens. Div. Nom. cap. 4, § 23.

Πανάγαθον, *omnino bonum, optimum.* Div. Nom. cap. 3, § 1.

Παναγιώτατος, *omnino sanctissimus*, id est omnium sanctissimus. Eccl. Hier. cap. 4, p. 4, § 12.

Παναίτιον, *omnium causa.* Div. Nom. c. 2, § 5.

Πανείδεος, *omniformis.* Div. Nom. c. 5, § 8.

Πανεύφημον, *omni laude dignum.* Cœl. Hier. cap. 7, § 4.

Πανιέρως, *sacrosancte*, id est omnino sancte, prorsus sacre. Cœl. Hier. c. 8, § 2.

Πάνσεμνον, *valde celebre, solemne.* Eccl. Hier. cap. 4, p. 3, § 12.

Πάνσοφος, *omnino sapiens.* Div. Nom. c. 1, § 1.

Πάνσχημος, *omnis figuræ.* Div. Nom. c. 5, § 8.

Πανσώμως, *toto corpore.* Eccl. Hier. cap. 2, p. 2, § 7.

Παντοκράτωρ, *omnitenens*, id est qui omnia in sua potestate tenet, omniaque complectitur. Div. Nom. c. 2, § 1, et c. 10, ubi peculiariter de hoc agit. Et bene observat R. P. Petrus Halloix, vocem illam παντοκράτωρ duo habere diversa significata. Prius est *omnitenens*, a κρατέω *teneo*, alterum est *omnipotens*, a κρατέω *dominor, potens sum.* Quare secundo loco, pro *omnitenens*, legendum *omni potens*, et paulo infra pro *omnitenentis, omnipotentis*, quia ibi agit de dominatu et gubernatione Dei.

Παραδείγματα, *exemplaria.* Quid sint, vide Div. Nom. cap. 5, § 9.

Παραδειγματικὸν αἴτιον, *exemplaris causa.* Div. Nom. cap. 4, § 7.

Παράδοσις ἱερατική, *traditio sacerdotum.* Cœl. Hier. c. 2, id est profecta a sacris hominibus disciplina, quæ juxta ordinem a capite in inferiora deducitur. Deus enim in summo hierarcha, et totius hierarchiæ ecclesiasticæ principe, oraculum veritatis, et augustum religionis ac lucis fontem constituit, ut arcanorum mysteriorum cognitio, lideique exegesis, et theologiæ clarus splendor, ab eo velut per multos orbium cœlestium globos ad imum usque defluat.

Παραπετάσματα, *operimenta.* Sic vocat symbola quibus res spirituales quodammodo obteguntur et obvelantur. Cœl. Hier. cap. 1, § 2. Vide ibidem S. Maximi Scholia.

Παρατρέπομαι, *digredior, deflecto.* Ep. VII, § 2.

Παρατροπή, *perversio.* De Div. Nom. cap. 4, § 23.

Παρῃρημένον, *destitutum, desertum.* Div. Nom. cap. 4, § 18.

Παρυπόστασις, *subsistentiæ* seu *substantiæ simulacrum*, vel *substantiæ affinitas.* Div. Nom. cap. 4, § 31, ubi de malo ait: Οὔτε ὑπόστασιν ἔχει τὸ κακὸν, ἀλλὰ παρυπόστασιν. *Neque substantiam malum nititur, sed substantiæ simulacro.* Perionius vertit: *Non cohæret malum, sed minus quam constat et cohæret.* Scotus: *Neque substantiam habet malum, sed contra substantiam.* Saracenus: *Neque subsistentiam habet malum, sed privationem substantiæ.* Marsilius: *Neque substantiam habet malum, sed præter substantiam exsistens, substantia nititur aliena.* Lansselius: *Non subsistit malum, sed subsistere videtur.* Hoc autem vult dicere quod malum non sit substantia, sed habeat falsam aliquam substantiæ apparentiam, et in tantum aliquid exsistere videatur, in quantum in eo fallax aliquod boni simulacrum apparet, propter quod illud agimus.

Παρυφίστασθαι, *adiacere, adhærere.* Div. Nom. cap. 4, § 27.

Πατραλοίας, *parricida* sive *patricida.* Epist. VII, § 2.

Πατρίς, *patria.* Div. Nom. cap. 4, § 11.

Πατροκινήτου, *a patre motæ*, compositum ex πατὴρ et κινέω, id est ex *pater* et *moveo.* Significanter hoc vocabulum conjungit cum φωτοφανείας, id est cum *illustratione*, ut primordialem ejus originem insinuet a Deo Patre proficisci. Cœl. Hier. cap. 7, § 1. Vide ibid. Adnot.

Πατροπαραδότους ἐλλάμψεις, *a Patribus traditas illustrationes*, intelligit Scripturas sacras, quas apostoli et evangelistæ (quos Patres appellat) nobis tradiderunt. Vox autem πατροπαράδοτον componitur ex πατήρ, id est *pater*, et παραδίδωμι, id est *trado, transcribo*, scilicet posteris, ad quos relationem aliquam insinuat. Cœl. Hier. c. 1, § 2.

Πελέκεις, *secures.* Quid mystice designent, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 5.

Πεντάτροπον, *quinquiforme, quinquimodum.* Epist. VII, § 2.

Πέρας, *terminus.* Div. Nom. c. 4, § 10.

Περιδεδραγμένον, *comprehensum, circumplexum*, ut cum amplexu quidpiam complectimur ac continemus. Cœl. Hier. c. 7, in fine.

Περικόσμιος, *circamundialis*, id est qui circumcirca mundum est, eumque complectitur. Div. Nom. cap. 1, § 6.

Περιληπτικόν, *comprehensivum*, id est quod comprehendendi vi pollet, et facile aliquid capit. Cœl. Hier. cap. 15, § 2.

Περιοχή, *ambitus.* Eccl. Hier. c. 3, p. 2.

Περιπλάττω, *circumfingo*, seu *affingo.* Utitur hac voce in spiritalibus rebus, cum per symbola corporalia describuntur. Cœl. Hier. cap. 15, § 6.

Περιπεζία, *humilitas*, scilicet in pejorem partem accepta, pro abjectione, et humi reptatione, ac vitiosa ad res terrenas propensione. Cœl. Hier. c. 7, § 1. Ubi in angelis ait nihil esse περιπεζίας ὑφέσεως, *terrenæ humilitatis*, aut propensionis ad inanium rerum abjectionem, sed potius ἀνωφερές, *impetus in sublime tendens*, vis animi semper ad Deum et divina properantis. Et S. Maximus in c. 15 Cœl. Hier. ait angelos pennatis effingi pedibus, propter impetum quo in Deum atque in sublimia feruntur, et διὰ τὸ πρὸς τὰ ἐπίγεια ἀκοινώνητον, *quod nullum habeant cum terrenis rebus commercium*, a quibus libera eorum mens atque soluta hæret in cœlestibus.

Περιχαράκῶ, *vallo, sepio, circumdo.* Div. Nom. cap. 4, § 11.

Περιχορεύω, *circumeo.* Div. Nom. c. 4, § 9.

Πηγαία θεότης, *fontalis divinitas.* Sic appellat Deum Patrem, eo quod sit origo et quasi fons Filii ac Spiritus sancti. Div. Nom. c. 2, § 7.

Πλάτος, *latitudo.* Quid in Deo, vide Div. Nom. cap. 9, § 5.

Πνευματοκίνητον, *spiritu-motum*, id est a sancto Spiritu inspiratum. Div. Nom. c. 1, § 1.

Πόδες, *pedes* Quid mystice significent, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 3.

Ποικιλομορφία, *varia formatio.* Epist. IX, § 1.

Πολλοστόν, *multesimum.* Div. Nom. c. 4, § 4.

Πολυθρύλλητον, *vulgatum, tritum, celebre.* Div. Nom. cap. 4, § 28.

Πολυκινησία, *multimotio*, id est multiplex motio. Div. Nom. cap. 4, § 4.

Πολύλογος, *multiloquus*, id est multi sermonis. Myst. Theol. c. 1, § 3, ubi in Scholiis animadvertit S. Maximus, nomen illud, accentu in penultima, significare eum qui multa dicit; in antepenultima vero, qui multis verbis indiget ut intelligatur seu exprimatur.

Πολυμερία, *multipartitio*, id est distinctio multarum partium, seu pluribus constans partibus. Cœl Hier. cap. 15, § 3.

Πολυμορφία, *multiformatio*, seu *multiformitas*, scilicet dum angeli et res spiritales variis symbolis et figuris ad captum nostrum in Scripturis describuntur. Cœl. Hier. c. 2, § 2.

Πολυπάθεια, *multiplex passio*. Epist. IX, § 1.

Πολυποίκιλος, *multifarius*, id est multum variegatus, multiformis. Cœl. Hier. c. 15, § 4.

Πολυπραγμονεῖν, *multum actitare, curiose inquirere*. Dicitur proprie de iis qui multis rebus ad se non spectantibus temere sese immiscent. Div. Nom. cap. 3, § 3.

Πολυπρόσωπος, *multifacius*, id est multas habens facies. Cœl. Hier. cap 2, § 1.

Πολυύμνητος, *multum decantatum*, id est celeberrimum. Cœl. Hier. c. 4, § 4; item c. 7, § 4.

Πολύφωτον, *multilucam*, id est multum lucens, multa lure præditum. Cœl. Hier. cap. 18, § 8.

Πολυχρώματος, *multicolor*, id est habens multos colores. Cœlest. Hierarchiæ cap. 2, § 1, et cap. 15, § 7.

Πολύχυτος, *multum diffusus*. Myst. Theol. cap. 1, § 3.

Πολυωνυμία, *multinominatio*. Divin. Nom. cap. 1, § 8.

Πολυώνυμος, *multinomius*, id est multorum nominum. Sic Deum vocat ab effectibus ipsi ut causæ attributis. De Div. Nom. c. 1, § 6. Vide ibidem Adnotationes et Scholia S. Maximi.

Ποταμοί, *fluvii*. Quid mystice, vide Cœl. Hier. cap. 15, § 8.

Πρακτικεύεσθαι, *facturire*, id est opus parturire, et ad operandum se applicare. Div. Nom. cap. 4, § 10.

Πραότης, *mititas*, *mansuetudo*. Epist. VIII, § 1.

Πρεσβύτερος, *presbyter*. Accipit sanctus Dionysius pro episcopo, ubi se et Timotheum vocat πρεσβύτερον, ut patet ex librorum suorum inscriptione quos sancto Timotheo dedicat. Vide Scholia sancti Maximi in cap. 1 Cœlest. Hierarchiæ.

Προαγωγικός, *productivus*, producendi vim habens. Div. Nom. cap. 4, § 14.

Προβολεύς, *productor*, *auctor*, qui prima alicujus rei fundamenta jacit. De divinis Nominib. cap. 4, § 14.

Προδιωρισμένον, *prædefinitum*. Cœl. Hier. cap. 12, § 2.

Προεισαγωγή, *prævia introductio*. Divin. Nomin. cap. 4, § 12.

